ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS I. - **VOLUMEN** I.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCIX.



Pius PP. X

Annus I. - Vol. I. Die 1 Ianuarii 1909. Num. 1.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE PROMULGATIONE LEGUM ET EVULGATIONE ACTORUM S. SEDIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Promulgandi pontificias Constitutiones ac leges non idem semper decursu temporis in Ecclesia catholica fuit modus; a pluribus tamen saeculis consuetudo invaluit, ut earum exemplaria publice proponerentur frequentioribus quibusdam Urbis affixa locis, praesertim ad Vaticanae ac Lateranensis Basilicae valvas. Quae autem Romae, tamquam in christianae reipublicae centro et communi patria fidelium, promulgaretur, ea ubique gentium promulgata censebantur, vimque legis plenissimam obtinebant. Verum, quum promulgandae legis ratio et modus a legislatoris voluntate pendeat, cui integrum est constitutas innovare ac moderari formas, aliasque pro temporum ac locorum opportunitate sufficere; idcirco factum est, ut, vel anteactis temporibus, non omnes Apostolicae Sedis leges ac Constitutiones, memorata forma, hoc est consuetis Urbis affixae locis promulgarentur. Recentius, sacrarum praesertim Congregationum opera, quibus Romani Pontifices, ad leges iam latas declarandas aut ad novas constituendas, utebantur, id fere in consuetudinem venit, ut acta Sanctae Sedis eiusque decreta, in Officio a secretis a quo edita essent legitima auctoritate vulgata, hoc ipso promulgata haberentur. Publici sic iuris effecta, dubitari quidem nequit, quin acta ipsa rata firmaque essent, tum quod plerumque munita clausulis, contrariis quibusvis derogantibus, tum quod id genus promulgatio esset vel expresse vel tacite approbata a Pontifice Maximo. Huic tamen promulgandi rationi etsi plena vis esset, solemnitas illa deerat, quam par est supremae auctoritatis actis acce-

dere. Ea de causa complures Episcopi, non modo a Nobis, sed a Nostris etiam Decessoribus, quum saepe alias, tum novissime in postulatis circa Ius canonicum in codicem redigendum, flagitarunt, ut a suprema Ecclesiae auctoritate Commentarium proponeretur, in quo novae promulgaretur ecclesiasticae leges, et Apostolicae Sedis acta vulgarentur.

Re igitur mature perpensa, adhibitisque in consilium aliquot S. R. E. Cardinalibus, Antistitum, quos diximus, excipienda vota rati, auctoritate Nostra Apostolica, harum Litterarum vi, edicimus, ut, ineunte proximo anno MDCCCCIX, Commentarium officiale de Apostolicae Sedis actis edatur Vaticanis typis. Volumus autem Constitutiones pontificias, leges, decreta, aliaque tum Romanorum Pontificum tum sacrarum Congregationum et Officiorum scita, in eo Commentario de mandato Praelati a secretis, aut maioris administri eius Congregationis vel Officii, a quo illa dimanent, inserta et in vulgus edita, hac una, eaque unica, ratione legitime promulgata haberi, quoties promulgatione sit opus, nec aliter fuerit a Sancta Sede provisum. Volumus praeterea in idem Commentarium cetera Sanctae Sedis acta referri, quae ad communem cognitionem videantur utilia, quantum certe ipsorum, natura sinat; eique rei perficiendae sacrarum Congregationum, Tribunalium et aliorum Officiorum moderatores opportune consulere.

Haec edicimus, declaramus, sancimus, decernentes has Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper esse ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo octavo, **III** Kalendas Octobres, Pontificatus Nostri sexto.

A. CARD. **DI PIETRO** ' **R.** CAJ*D. **MERRY DEL VAL**

DATARIUS A SECRETIS STATUS

VISA

DE **C**URIA **I.** **D**E **A**QUILA E **V**ICECOMITIBUS

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Scgret. Brevium **V.** CUGNONIUS.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE ROMANA CURIA

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sapienti consilio sa. me. Pontifex Xystus V, Decessorum vestigiis inhaerens eorumque coepta perficiens, sacros Cardinalium coetus, seu Romanas Congregationes, quarum aliquot iam erant ad certa negotia institutae, augeri numero voluit, ac suis quamque finibus contineri. Quare Apostolicis Litteris, die xxii mensis Ianuarii an. MDLXXXVII, queis initium *Immensa,* eiusmodi Congregationes constituit quindecim, ut, «partita « inter eos aliosque Romanae Curiae magistratus ingenti cura- « rum negociorumque mole », quae solet ad Sanctam Sedem deferri, iam necesse non esset tam multa in Consistorio agi ac deliberari, simulque possent controversiae diligentius expendi, et celerius faciliusque eorum expediri negotia, qui undique, sive studio religionis ac pietatis, sive iuris persequendi, sive gratiae impetrandae, aliisve de causis ad Summum Pontificem confugerent.

Quantum vero utilitatis ex sacris his Congregationibus accesserit sive ad ecclesiasticam disciplinam tuendam, sive ad iustitiam administrandam, sive ad ipsos Romanos Pontifices relevandos, crescentibus in dies curis negotiisque distentos, compertum ex Ecclesiae historia exploratumque omnibus est.

Verum decursu temporis ordinatio Romanae Curiae a Xysto V potissimum per memoratas Apostolicas Litteras constituta, haud integra perstitit. Nam et sacrarum Congregatio-

num numerus, pro rerum ac temporum necessitatibus, modo auctus est, modo deminutus; atque ipsa iurisdictio unicuique Congregationi primitus attributa, modo novis Romanorum Pontificum praescriptis, modo usu aliquo sensim inducto ratoque habito, mutationibus obnoxia fuit. Quo factum est ut hodie singularum iurisdictio, seu *competentia,* non omnibus perspicua nec bene divisa evaserit; plures ex sacris Congregationibus eadem de re ius dicere valeant, et nonnullae ad pauca tantum negotia expedienda redactae sint, dum aliae negotiis obruuntur.

Quapropter haud pauci Episcopi ac sapientes viri, maxime vero S. R. E. Cardinales, tum scriptis tum voce, et apud Decessorem Nostrum fel. rec. Leonem XIII, et apud Nos ipsos saepe institerunt ut opportuna remedia hisce incommodis afferrentur. Quod Nos quidem pro parte praestare curavimus datis Litteris die xvn mensis Decembris anno MCMIII *Romanis Pontificibus;* aliisque datis die xxvm mensis Ianuarii anno MCMIV *Quae in Ecclesiae bonum;* itemque aliis datis die xxvi mensis Maii anno MCMVI *Sacrae Congregationi super negotiis.*

Cum vero in praesenti res quoque sit de ecclesiasticis legib iis in unum colligendis, maxime opportunum visum est a Romana Curia ducere initium, ut ipsa, modo apto et omnibus perspicuo ordinata, Romano Pontifici Ecclesiaeque operam suam praestare facilius valeat et suppetias ferre perfectius.

Quamobrem, adhibitis in consilium pluribus S. R. E. Cardinalibus, statuimus ac decernimus, ut Congregationes, Tribunalia et Officia, quae Romanam Curiam componunt et quibus Ecclesiae universae negotia pertractanda reservantur, post ferias autumnales decurrentis anni, hoc est a die **III** mensis Novembris MDCCCCVIII, non alia sint, praeter consueta sacra Consistoria, quam quae praesenti Constitutione decernuntur, eaque numero, ordine, competentia, divisa et constituta maneant his legibus, quae sequuntur.

I.

SACRAE CONGREGATIONES

1.° — Congregatio Sancti Officii.

1. Haec sacra Congregatio, cui Summus Pontifex praeest, doctrinam fidei et morum tutatur.

% Eidem proinde soli manet iudicium de haeresi aliisque criminibus, quae suspicionem haeresis inducunt.

3. Ad ipsam quoque devoluta est universa res de indulgentiis, sive quae doctrinam spectet, sive quae usum respiciat.

4. Quidquid ad Ecclesiae praecepta refertur, uti abstinentiae, ieiunia, festa servanda, id omne, huic sacro Consilio sublatum, Congregationi Concilii tribuitur; quidquid ad Episcoporum electionem spectat, sibi vindicat Congregatio Consistorialis: relaxationem vero votorum in religione seu in religiosis institutis emissorum, Congregatio Negotiis sodalium religiosorum praeposita.

5. Etsi peculiaris Congregatio sit constituta de disciplina Sacramentorum, nihilominus integra manet Sancti Officii facultas ea cognoscendi quae circa privilegium, uti aiunt, Paulinum, et impedimenta disparitatis cultus et mixtae religionis versantur, praeter ea quae attingunt dogmaticam de matrimonio, sicut etiam de aliis Sacramentis doctrinam.

°2.° — Congregatio Consistorialis.

.1. Duas haec sacra Congregatio, easque distinctas partes complectitur.

2. Ad primam spectat non modo parare agenda in Consistoriis, sed praeterea in locis Congregationi de Propaganda Fide non obnoxiis novas dioeceses et *capitula* tum *cathedralia* tum *collegiata constituere;* dioeceses iam constitutas dividere; Episcopos, Administratores Apostolicos, Adiutores et Auxiliarios Episcoporum eligere; canonicas inquisitiones seu *processus* super eligendis indicere actosque diligenter expendere; ipsorum peri elitari doctrinam. At si viri eligendi vel dioeceses constituendae aut dividendae sint extra Italiam, administri Officii a publicis Negotiis, vulgo *Secretariae Status,* ipsi documenta excipient et *positionem* conficient, Congregationi Consistoriali subiiciendam.

3. Altera pars ea omnia comprehendit, quae ad singularum dioecesium regimen, modo Congregationi de Propaganda Fide subiectae non sint, uni-

versim referuntur, quaeque ad Congregationes Episcoporum et Concilii hactenus pertinebant, et modo Consistoriali tribuuntur. Ad hanc proinde in posterum spectent vigilantia super impletis vel minus obligationibus, quibus Ordinarii tenentur; cognitio eorum quae ab Episcopis scripto relata sint de statu suarum dioecesium ; indictio Apostolicarum visitationum, examenque earum quae fuerint absolutae, et, post fidelem rerum expositionem ad Nos delatam singulis vicibus, praescriptio eorum, quae aut necessaria visa fuerint aut opportuna; denique ea omnia quae ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem et studia Seminariorum pertinent.

4. Huius Congregationis erit, in conflictatione iurium, dubia solvere circa competentiam sacrarum Congregationum.

5. Huius sacri Consilii Summus Pontifex perget esse Praefectus. Eique Cardinales a secretis S. Officii et Secretarius Status semper ex officio accensentur, praeter alios, quos Summus Pontifex eidem adscribendos censuerit.

6. A secretis semper esto Cardinalis a Summo Pontifice ad id munus eligendus; alter ab ipso erit Praelatus, cui ***Adsessoris*** nomen, qui idem fungetur munere a secretis sacri Collegii Patrum Cardinalium, et sub ipso sufficiens administrorum numerus.

7. Consultores huius Congregationis erunt Adsessor Sancti Officii, et a secretis Congregationis pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis, durante munere: quibus accedent alii, quos Summus Pontifex elegerit.

3.° — **Congregatio de disciplina Sacramentorum.**

1. Est huic sacrae Congregationi proposita universa legislatio circa disciplinam septem Sacramentorum, incolumi iure Congregationis Sancti Officii, secundum ea quae superius statuta sunt, et sacrorum Rituum Congregationis circa caeremonias quae in Sacramentis conficiendis, ministrandis et recipiendis servari debent.

% Ttaque^idem Congregationi tribuuntur ea omnia, quae huc usque ab aliis Congregationibus, Tribunalibus aut Officiis Romanae Curiae decerni concedique consueverant tum in disciplina matrimonii, uti dispensationes in foro externo tam pauperibus quam divitibus, sanationes in radice, dispensatio super rato, separatio coniugum, natalium restitutio seu legitimatio prolis; tum in disciplina aliorum Sacramentorum, uti dispensationes ordinandis concedendae, salvo iure Congregationis Negotiis religiosorum sodalium praepositae ad moderandaln^örumHem ordinationem ; dispensationes respicientes locum, tempus, conditiones Eucharistiae sumendae, Sacri litandi, adservandi Augustissimi Sacramenti; aliaque id genus.

3. Quaestiones quoque de validitate matrimonii vel sacrae Ordinationis, aliasque ad Sacramentorum disciplinam spectantes, eadem Congregatio dirimit, incolumi iure Sancti Officii. Si tamen eadem Congregatio iudicaverit huiusmodi quaestiones iudiciario ordine servato esse tractandas, tunc eas ad sacrae Romanae Rotae tribunal remittat.

4. Congregationi huic, quemadmodum ceteris omnibus quae sequuntur, erit Cardinalis Praefectus, qui praeerit sacro Ordini, aliquot Patribus Cardinalibus a Pontifice Summo eligendis conflato, cum Secretario aliisque necessariis administris et Consultoribus.

4.° — Congregatio Concilii.

1. Huic sacrae Congregationi ea pars est negotiorum commissa, quae ad universam disciplinam cleri saecularis populique christiani refertur.

% Quamobrem ipsius est curare ut Ecclesiae praecepta serventur, cuius generis sunt ieiunium (excepto eucharistico, quod ad Congregationem de disciplina Sacramentorum pertinet), abstinentia, decimae, observatio dierum festorum, cum facultate opportune relaxandi ab his legibus fideles; moderari quae parochos et canonicos spectant; item quae pias sodalitates, pias uniones, pia legata, pia opera, Missarum stipes, beneficia aut officia, bona ecclesiastica, arcas numm arias, tributa dioecesana, aliaque huiusmodi attingunt. Videt quoque de iis omnibus, quae ad immunitatem ecclesiasticam pertinent. Eidem Congregationi facultas est reservata eximendi a conditionibus requisitis ad assecutionem beneficiorum, quoties ad Ordinarios eorum collatio spectet.

3. Ad eamdem pertinent ea omnia quae ad Conciliorum celebrationem et recognitionem, atque ad Episcoporum coetus seu ***conferentias*** referuntur, suppressa Congregatione speciali, quae hactenus fuit, pro Conciliorum revisione.

4. Est autem haec Congregatio tribunal competens seu legitimum in omnibus causis negotia eidem commissa spectantibus, quas ratione disciplinae, seu, ut vulgo dicitur, ***in linea disciplinari*** pertractandas iudicaverit; cetera ad sacram Romanam Rotam erunt deferenda.

5. Congregationi Concilii adiungitur et unitur, qua Congregatio specialis, ea quae ***Lauretana*** dicitur.

5.° — Congregatio Negotiis religiosorum sodalium praeposita.

1. Haec sacra Congregatio iudicium sibi vindicat de iis tantum, quae ad sodales religiosos utriusque sexus tum solemnibus tum simplicibus votis adstrictos, et ad eos qui, quamvis sine votis, in communi tamen vitam

agunt more religiosorum, itemque ad tertios ordines saeculares, in universum pertinent, sive res agatur inter religiosos ipsos* sive habita eorum ratione cum aliis.

% Quapropter ea omnia sibi moderanda assumit, quae sive inter Episcopos et religiosos utriusque sexus sodales intercedunt, sive inter ipsos religiosos. Est autem tribunal competens in omnibus causis, quae ratione disciplinae, seu, ut dici solet, *in linea disciplinari* aguntur, religioso sodali sive conventu sive actore; ceterae ad sacram Romanam Rotam erunt deferendae, incolumi semper iure Sancti Officii circa causas ad hanc Congregationem spectantes.

3. Huic denique Congregationi reservatur concessio dispensationum a iure communi pro sodalibus religiosis.

6.° — Congregatio de Propaganda Fide.

1. Sacrae huius Congregationis iurisdictio iis est circumscripta regionibus, ubi, sacra Hierarchia nondum constituta, status missionis perseverat. Verum, quia regiones nonnullae, etsi Hierarchia constituta, adhuc inchoatum aliquid praeseferunt, eas Congregationi de Propaganda Fide subiectas esse volumus.

°2. itaque a iurisdictione Congregationis de Propaganda Fide exemptas et ad ius commune deductas decernimus - in *Europa* - ecclesiasticas provincias Angliae, Scotiae, Hiberniae, et Hollandiae, ac dioecesim Luxemburgensem; - in *America* - provincias ecclesiasticas dominii Canadensis, Terrae Novae et Foederatarum Civitatum seu *Statuum Unitorum.* Negotia proinde quae ad haec loca referuntur, tractanda in posterum non erunt penes Congregationem de Propaganda Fide, sed, pro varia eorumdem natura, penes Congregationes ceteras.

3. Reliquae ecclesiasticae provinciae ac dioeceses, iurisdictioni Congregationis de Propaganda Fide hactenus subiectae, in eius iure ac potestate maneant. Pariter ad eam pertinere decernimus Vicariatus omnes Apostolicos, Praefecturas seu missiones quaslibet, eas quoque quae Congregationi a Negotiis ecclesiasticis extraordinariis modo subsunt.

4. Nihilominus, ut unitati regiminis consulatur, volumus ut Congregatio de Propaganda Fide ad peculiares alias Congregationes deferat quaecumque aut fidem attingunt, aut matrimonium aut sacrorum rituum disciplinam.

5. Quod vero spectat ad sodales religiosos, eadem Congregatio sibi vindicet quidquid religiosos qua missionarios/sive uti singulos, sive simul sumptos tangit. Quidquid vero religiosos qua tales, sive uti singulos, sive

simul sumptos attingit, ad Congregationem religiosorum Negotiis praepo-]sitam remittat aut relinquat.

6. Unitam habet Congregationem pro Negotiis rituum orientalium, cui integra manent quae huc usque servata sunt.

7. **Praefectura specialis pro re oeconomica esse desinit ; omnium vero bonorum administratio, etiam *reverendae Camerae Spoliorum,* ipsi Congregationi de Propaganda Fide committitur.**

8. Cum hac Congregatione coniungitur coetus pro *unione Ecclesiarum dissidentium.*

7.° — **Congregatio Indicis.**

1. **Huius sacrae Congregationis in posterum erit non solum delatos sibi libros diligenter excutere, eos si oportuerit prohibere, et exemptiones concedere; sed etiam ex officio inquirere, qua opportuniore licebit via, si quae in vulgus edantur scripta cuiuslibet generis, damnanda; et in memoriam Ordinariorum reducere, quam religiose teneantur in perniciosa scripta animadvertere, eaque Sanctae Sedi denunciare, ad normam Const. *Officiorum,,* xxv Ian.** MDCCCXCVIL

2. **Cum vero librorum prohibitio persaepe propositam habeat catholicae fidei defensionem , qui finis est etiam Congregationis Sancti Officii, decernimus ut in posterum omnia quae ad librorum prohibitionem pertinent, eaque sola, utriusque Congregationis Patres Cardinales, Consultores, administri secum invicem communicare possint, et omnes hac de re eodem secreto adstringatur.**

8.° — Congregatio sacrorum Rituum.

1. **Haec sacra Congregatio ius habet videndi et statuendi ea omnia, quae sacros ritus et caeremonias Ecclesiae latinae proxime spectant, non autem quae latius ad sacros ritus referuntur, cuiusmodi sunt praecedentiae iiura, aliaque id genus, de quibus, sive servato iudiciario ordine sive ratione disciplinae, hoc est, uti aiunt, *in linea disciplinan* disceptetur.**

2. **Eius proinde est praesertim advigilare ut sacri ritus ac caeremoniae diligenter serventur in Sacro celebrando, in Sacramentis administrandis, in divinis officiis persolvendis, in iis denique omnibus quae Ecclesiae latinae cultum respiciunt ; dispensationes opportunas concedere ; insignia et honoris privilegia tam personalia et ad tempus, quam localia et perpetua, quae ad sacros ritus vel caeremonias pertineant, elargiri, et cavere ne in haec abusus irrepant.**

3. Denique ea omnia exsequi debet, quae ad beatificationem et canonizationem Sanctorum vel ad sacras Reliquias quoquo modo referuntur.

4. Huic Congregationi adiunguntur coetus *liturgicus,* coetus *historico-liturgicus* et coetus *pro sacro Concentu.*

9.° — Congregatio Caeremonialis.

Haec sacra Congregatio iura hactenus ipsi tributa integra servat; ideoque ad eam pertinet moderatio caeremoniarum in sacello aulaque pontificali servandarum, et sacrarum functionum, quas Patres Cardinales extra pontificale sacellum peragunt; itemque quaestiones cognoscit de praecedentia tum Patrum Cardinalium, tum Legatorum, quos variae nationes ad Sanctam Sedem mittunt.

10.° — Congregatio pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis.

In ea tantum negotia sacra haec Congregatio incumbit, quae eius examini subiiciuntur a Summo Pontifice per Cardinalem Secretarium Status, praesertim ex illis quae cum legibus civilibus coniunctum aliquid habent et ad pacta conventa cum variis civitatibus referuntur.

11.° — Congregatio Studiorum.

Est huic sacrae Congregationi commissa moderatio studiorum in quibus versari debeant maiora athenaea, seu quas vocant Universitates, seu Facultates, quae ab Ecclesiae auctoritate dependent, comprehensis iis quae a religiosae alicuius familiae sodalibus administrantur. Novas institutiones perpendit approbatque; facultatem concedit academicos gradus conferendi, et, ubi agatur de viro singulari doctrina commendato, potest eos ipsa conferre.

II.

TRIBUNALIA

1.° — **Sacra Poenitentiaria.**

Huius sacri iudicii seu tribunalis iurisdictio coarctatur ad ea dumtaxat quae forum internum, etiam non sacramentale, respiciunt. Itaque, externi fori dispensationibus circa matrimonium ad Congregationem de disciplina Sacramentorum remissis, hoc tribunal pro foro interno gratias largitur, absolutiones, dispensationes, commutationes, sanationes, condonationes; excutit praeterea quaestiones conscientiae, easque dirimit.

2.° — **Sacra Romana Rota.**

Quum sacrae Romanae Rotae tribunal, anteactis temporibus omni laude cumulatum, hoc aevo variis de causis iudicare ferme destiterit, factum est ut sacrae Congregationes forensibus contentionibus nimium gravarentur. Huic incommodo ut occurratur, iis inhaerentes, quae a Decessoribus Nostris Xysto V, Innocentio XII et Pio VI sancita fuerunt, non solum iubemus « per sacras Congregationes non amplius recipi nec agnosci « causas contentiosas, tam civiles quam criminales, ordinem iudiciarium « cum processu et probationibus requirentes » (Litt; Secretariae Status, xvii Aprilis MDCCXXVIII); sed praeterea decernimus, ut causae omnes contentiosae non maiores, quae iri Romana Curia aguntur, in posterum devolvantur ad sacrae Romanae Rotae tribunal, quod hisce litteris rursus in exercitium revocamus iuxta *Legem propriam*, quam in appendice praesentis Constitutionis ponimus, salvo tamen iure sacrarum Congregationum, prout superius praescriptum est.

3.° •— **Signatura Apostolica.**

Item supremum Signaturae Apostolicae tribunal restituendum censemus, et praesentibus litteris restituimus, seu melius instituimus, iuxta modum qui in memorata *Lege* determinatur, antiqua ordinatione tribunalium *Signaturae papalis gratiae et iustitiae* suppressa.

III.

OFFICIA

1.° — **Cancellaria Apostolica.**

1. Huic Officio praesidet unus ex S. R. E. Cardinalibus, qui posthac Cancellarii, non autem Vice-Cancellarii nomen assumet. Ipse iuxta pervetustam consuetudinem in sacris Consistoriis, ex officio, notarii munere fungitur.

2. Ad Cancellariae officium in posterum hoc unum tamquam proprium reservatur munus, Apostolicas expedire litteras *sub plumbo* circa beneficiorum consistorialium provisionem, circa novarum dioecesium et capitulorum institutionem, et pro aliis maioribus Ecclesiae negotiis conficiendis.

3. Unus erit earum expediendarum modus, hoc est per *viam Cancellariae*, iuxta normam seorsim dandam, sublatis iis modis qui dicuntur per *viam secretam, de Camera* et *de Curia.*

4. Expedientur memoratae litterae seu *Bullae* de mandato Congregationis Consistorialis circa negotia ad eius iurisdictionem spectantia, aut de mandato Summi Pontificis circa alia negotia, servatis ad unguem in singulis casibus ipsius mandati terminis.

5. Suppresso collegio Praelatorum, qui dicuntur *Abbreviatores maioris* vel *minoris residentiae,* seu *de parco maiori* vel *minori;* quae ipsius erant munia in subscribendis Apostolicis Bullis transferuntur ad collegium Protonotariorum Apostolicorum, qui vocantur *participantes de numero.*

2.° — **Dataria Apostolica.**

1. Huic Officio praeest unus ex S. R. E. Cardinalibus, qui in posterum Datarii, non vero Pro-Datarii nomen obtinebit.

2. Ad Datariam in posterum hoc unum tamquam proprium ministerium tribuitur, cognoscere de idoneitate eorum qui optant ad beneficia non consistorialia Apostolicae Sedi reservata; conficere et expedire Apostolicas litteras pro eorum collatione; eximere in conferendo beneficio a conditionibus requisitis; curare pensiones et onera quae Summus Pontifex in memoratis conferendis beneficiis imposuerit.

3. In his omnibus agendis normas peculiares sibi proprias, aliasque seorsim dandas servabit.

3° — Camera Apostolica.

Huic Officio cura est atque administratio bonorum ac iurium temporalium Sanctae Sedis, quo tempore praesertim haec vacua habeatur. Ei Officio praeest S. R. E. Cardinalis Camerarius, qui in suo munere, Sede ips» vacua, exercendo se geret ad normas exhibitas a Const. *Vacante Sede Apostolica,* xxv Dec. MDCCCCIV.

4.° — Secretaria Status.

Officium hoc, cuius est supremus moderator Cardinalis a secretis Status, hoc est a publicis Negotiis, triplici parte constabit. Prima pars in negotiis extraordinariis versabitur, quae Congregationi iisdem praepositae examinanda subiici debent, ceteris, pro diversa eorum natura, ad peculiares Congregationes remissis; altera in ordinaria Negotia incumbet, ad eamque, inter cetera, pertinebit honoris insignia quaeque concedere tum ecclesiastica tum civilia, iis demptis quae Antistiti pontificali domui praeposito sunt reservata; tertia expeditioni Apostolicorum *Brevium)* quae a variis Congregationibus ei committuntur, vacabit. — Primae praeerit Secretarius Congregationis pro Negotiis extraordinariis; alteri *Substitutus* pro Negotiis ordinariis; tertiae *Cancellarius* Brevium Apostolicorum. Inter harum partium praesides primus est Secretarius sacrae Congregationis Negotiis extraordinariis praepositae, alter Substitutus pro ordinariis Negotiis.

5.° — Secretariae Brevium ad Principes et Epistolarum latinarum.

Duplex hoc Officium sua munia, ut antea, servabit, latine scribendi acta Summi Pontificis.

In posterum vero in omnibus Apostolicis litteris, sive a Cancellaria sive a Dataria expediendis, initium anni ducetur, non a die Incarnationis Dominicae, hoc est a die xxv mensis Martii, sed a Kalendis Ianuariis.

Itaque Congregationes, Tribunalia, Officia, quae diximus, posthac Romanam Curiam constituent, servata eorum, quae ante Nostras has Litteras extabant, propria constitutione, nisi immutata fuerit secundum superius praescripta aut secundum legem ac normas sive generales sive speciales quae Constitutioni huic adiiciuntur.

Congregatio, quae dicitur *reverendae fabricae S. Petri,* in posterum unam sibi curandam habebit rem familiarem Basilicae Principis Apostolorum, servatis ad unguem in hac parte normis a Benedicto XIV statutis Const. *Quanta curarum* die xv mensis Novembris MDGGLI data.

Coetus *studiis provehendis* sive *sacrae Scripturas,* sive *historiae; Obulo S. Petri administrando ; Fidei in Urbe praeservandae,* permanent in statu quo ante.

Sublata Congregatione *Visitationis Apostolicae Urbis,* quae ipsius erant iura et munia, ad peculiarem Patrum Cardinalium coetum, penes urbis Vicariatum constituendum, deferimus.

In omnibus autem et singulis superius recensitis Congregationibus, Tribunalibus, Officiis hoc in primis solemne sit, ut nil grave et extraordinarium agatur, nisi a Moderatoribus eorumdem. Nobis Nostrisque pro tempore Successoribus fuerit ante significatum.

Praeterea, sententiae quaevis, sive gratiae via, sive iustitiae, pontificia approbatione indigent, exceptis iis pro quibus eorumdem Officiorum, Tribunalium et Congregationum Moderatoribus speciales facultates tributae sint, exceptisque semper sententiis tribunalis sacrae Rotae et Signaturae Apostolicae de ipsarum competentia latis.

Huic Constitutioni accedunt leges propriae, ac normae tum generales tum particulares, quibus disciplina et modus tractandi negotia in Congregationibus, Tribunalibus, Officiis praestituitur; quas leges et normas ad unguem ab omnibus observari mandamus.

Atque haec valere quidem debent Apostolica Sede plena ; vacua enim standum legibus et regulis in memorata Constitutione *Vacante Sede Apostolica* statutis.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper esse ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, et illis ad quos spectat aut pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus et per omnia pie-

nissime. suffragari, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuslibet etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo octavo, die festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, **III** Kalendas Iulias, Pontificatus Nostri anno quinto.

A. CARD. DI PIETRO
PRO-DATARIUS

R. CARD. MERRY DEL VAL
A SECRETIS STATUS

visa

DK CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

Loco* ✠ *Plitmhl

lieg, in Segret. Brevium

V. CUGNONIUS.

LEX PROPRIA

SACRAE ROMANAE ROTAE ET SIGNATURAE APOSTOLICAE

TITULUS 1.

SACRA ROMANA ROTA

CAP. I. - DE CONSTITUTIONE SACRAE ROMANAE ROTAE

Can. 1.

§ 1. Sacra Romana Rota decem Praelatis constat a Romano Pontifice electis, qui Auditores vocantur.

§ 2. Hi sacerdotes esse debent, maturae aetatis, laurea doctorali saltem in theologia et iure canonico praediti, honestate vitae, prudentia et iuris peritia praeclari.

§ 3. Cum aetatem septuaginta quinque annorum attigerint emeriti evadunt, et a munere iudicis cessant.

Can. 2.

§ 1. Sacra Rota Collegium constituit, cui praesidet Decanus, qui primus est inter pares.

§ 2. Auditores post Decanum ordine sedent ratione antiquioris nominationis, et in pari nominatione, ratione antiquioris ordinationis ad sacerdotium, et in pari nominatione et ordinatione presbyterali, ratione aetatis.

§ 3. Vacante decanatu, in officium Decani ipso iure succedit qui primam sedem post Decanum obtinet.

Can. 3.

§ 1. Singuli Auditores, probante rotali Collegio et accedente consensu Summi Pontificis, eligant sibi unum studii adiutorem, qui laurea doctorali iuris saltem canonici in publica universitate studiorum, vel facultate a Sancta Sede recognitis donatus sit, et religione vitaeque honestate praestet.

§ 2. Adiutor in suo munere explendo dé mandato sui Auditoris agere debet, et manet in officio ad eiusdem nutum.

Can. 4.

§ 1. Erunt insuper in sacra Rota promotor iustitiae pro iuris et legis tutela, et defensor sacri vinculi matrimonii, professionis religiosae et sacrae ordinationis.

§ % Hi sacerdotes esse debent, laurea doctorali in theologia et in iure saltem canonico insigniti, maturae aetatis, et prudentia ac iuris peritia praestantes.

§ 3. Eligentur °a Summo Pontifice, proponente rotali Auditorum Collegio. '

Can. 5.

§ 1. Constituentur etiam notarii, quot necessarii sunt pro actibus sacrae Rotae rogandis, qui praeterea actuarii et cancellarii munere in sacro tribunali fungentur.

§ 2. Duo saltem ex his erunt sacerdotes: et in causis criminalibus clericorum vel religiosorum his dumtaxat reservatur notarii et actuarii munus.

§ 3. Omnes eligentur a Collegio rotali ex concursu iuxta regulam pro ceteris Sanctae Sedis officiis datam: eorumque electio confirmanda erit a Summo Pontifice.

Can. **6.**

§ 1. Unus vel duo laici maturae aetatis et probatae vitae constituentur pro custodia sedis et aulae sacrae Rotae, qui, quoties necesse sit, cursorum et apparitorum officia praestabunt.

§ 2. Eligentur a rotali Collegio cum suffragiorum numero absolute maiore.

Can. 7.

§ 1. Singuli sacrae Rotae Auditores, post nominationem, antequam iudicis officium suscipiant, coram universo Collegio, adstante uno- ex notariis sacri tribunalis, qui actum rogabit, iusiurandum dabunt de officio rite et fideliter implendo.

§ 2. Idem iusiurandum dabunt singuli adiutores Auditorum, et tribunalis administri coram sacrae Rotae Decano, adstante pariter uno ex notariis.

Can. **8.**

ín re criminali, in causis spiritualibus et in aliis, quando ex revelatione alicuius actus praeiudicium partibus obvenire potest, vel ab ipso tri -

bunali secretum impositum fuit, Auditores, adiutores Auditorum et tribunalis administri tenentur ad secretum officii.

Can. 9.

§ 1. Auditores qui secretum violaverint, aut ex culpabili negligentia vel dolo grave litigantibus detrimentum attulerint, tenentur de damnis: et ad instantiam partis laesae, vel etiam ex officio, Signaturae Apostolicae iudicio a SSmo confirmato, puniri possunt.

§ %. Tribunalis administri et adiutores Auditorum, qui similia egerint, pariter tenentur de damnis; et ad instantiam partis laesae, aut etiam ex officio, rotalis Collegii iudicio, pro modo damni et culpae puniri possunt.

Can. 10.

§ 1. Declaratio fidelitatis exemplarium cum autographo a notariis fieri potest ad instantiam cuiuslibet petentis.

§ °1. Extrabere vero documenta ex archivio, illaque petentibus communicare, notarii non possunt nisi de mandato Praesidis turni, coram quo causa agitur, si ad effectum causae documentum postuletur: demandato Decani, si aliquod documentum ob alium finem requiratur.

Can. 11.

Sacra Rota, duabus formis ius dicit, aut per *turnos* trium Auditorum, aut videntibus omnibus, nisi aliter pro aliqua particulari causa Summus Pontifex statuerit sive ex se, sive ex consulto sacrae alicuius Congregationis.

Can. 12,

§ 1. Turni hoc ordine procedent. Primus turnus constituitur ex tribus ultimis Auditoribus; secundus et tertius ex sex praecedentibus; quartus ex decano et duobus ultimis Auditoribus, qui denuo in turni seriem redeunt; quintus et sextus turnus ex Auditoribus sex qui praecedunt; septimus ex Subdecano et Decano rotali una cum ultimo Auditore, qui rursus in seriem venit; denique octavus, nonus et decimus turnus ex novem reliquis Auditoribus: et sic deinceps, servata ea vice perpetuo.

§ °2. Turni in iudicando sibi invicem succedunt iuxta ordinem temporis, quo causae delatae sunt ad sacrae Rotae tribunal.

§ 3. Si, iudicata iam ab uno turno aliqua causa, opus sit secunda sententia, causam videt turnus qui proxime subsequitur, etsi hic aliam causam iuxta superiorem paragraphum iudicandam assumpserit. Et si opus sit tertia sententia, eodem modo turnus, qui .duos praecedentes proxime subsequitur, causam videndam suscipit.

§ 4. In unoquoque turno, seu Auditorum coetu, Praeses est semper Auditor cui prior locus competit.

§ 5. Si quis infirmitate aut alia iusta causa impeditus partem in iudicando in suo turno habere non possit, praevio Decani decreto, eum supplet primus Auditor liber, non proximi quidem turni, sed alterius subsequentis.

Quod si opus sit tertia rotali sententia, impeditum Auditorem supplet decimus Rotalis, vel alius qui partem in tribus turnis non habet.

§ 6. Auditor ob impedimentum alterius Rotalis suffectus, etsi senior, Praeses turni esse non potest, quoties causa iam coepta sit, et Praeses alius constitutus.

• • • Can. 13.

Circa vacationes rotale tribunal eiusque administri eadem utentur regula ac cetera Sanctae Sedis Officia.

CAP. II. - DE COMPETENTIA SACRAE ROMANAE ROTAE

Can. 14.

§ 1. Sacra Rota iudicat in prima instantia causas, quas sive motu proprio, sive ad instantiam partium Romanus Pontifex ad suum tribunal a vocaverit, et sacrae Rotae commiserit; easque, si opus sit, ac nisi aliter cautum sit in commissionis rescripto, iudicat quoque in secunda et in tertia instantia, ope turnorum subsequentium iuxta praescripta *can. 12.*

§ 2. Iudicat in secunda instantia causas quae a tribunali Emi Urbis Vicarii et ab aliis Ordinariorum tribunalibus in primo gradu diiudicatae fuerint, et ad Sanctam Sedem per appellationem legitimam deferuntur. Itemque eas iudicat, si opus sit, etiam in tertia iuxta modum in *can. 12* praescriptum.

§ 3. Iudicat denique in ultima instantia causas ab Ordinariis et ab aliis quibusvis tribunalibus in secundo vel ulteriori gradu iam cognitas, quae in rem iudicatam non transierint, et per legitimam appellationem ad Sanctam Sedem deferuntur.

§ 4. Videt quoque de recursibus pro restitutione in integrum a sententiis quibusvis, quae transierint in rem iudicatam et remedium invenire non possunt apud iudicem secundae instantiae iuxta titulum *De r est. in integr.:* dummodo tamen non agatur de re iudicata ex sententia sacrae Romanae Rotae: et in his iudicat tum de forma, tum de merito.

Can. 15.

Causae maiores, sive tales sint ratione. obiecti, sive ratione personarum, excluduntur ab ambitu competentiae huius tribunalis.

Can. 16.

Contra dispositiones Ordinariorum, quae non sint sententiae forma iudiciali latae, non datur appellatio seu recursus ad sacram Rotam; sed earum cognitio sacris Congregationibus reservatur.

Can. 17.

Defectus auctoritatis sacrae Rotae in videndis causis, de quibus in duobus canonibus praecedentibus, est absolutus, ita ut ne obiter quidem de his cognoscere queat, et si tamen sententiam proferat, haec ipso iure sit nulla.

CAP. III. - DE MODO IUDICANDI SACRAE ROMANAE ROTAE

Can. 18.

§ 1. Partes per se ipsae possunt se sistere et iura sua dicere coram sacra Rota.

§ 2. Si quem tamen sibi assumant advocatum, hunc eligere debent inter approbatos iuxta *tit. III* huius legis.

§ 3. Advocatus, aut qua consultor et adsistens, aut qua patronus, cui causa defendenda ex integro commissa maneat, a parte eligi potest: in utroque casu tradi ei debet mandatum in scriptis, quod exhibendum est tribunali, et servandum in actis.

§ 4. Advocatus ad adsistendum assumptus tenetur clientem instruere, prout et quatenus opus sit, de regulis et usu sacri tribunalis, opportuna consilia de modo agendi eidem praebere, et defensionem ac responsionem cum eo subsignare.

§ 5. Si partes per se ipsae etiam cum adsistente advocato ut in § 3, defensionem suam suscipiant, uti possunt in defensionis et responsionis scriptura vernacula lingua a sacro tribunali admissa.

§ 6. In quolibet tamen casu unica semper esse debet defensionis et responsionis scriptura, hoc est aut partis aut eius patroni : numquam vero duplex, id est utriusque.

Can. 19.

§ 1. Cum ad sacrae Rotae protocollum pervenerit appellatio aliqua, aut commissio iudicandi aliquam causam in forma ordinaria, appellationis

libellus aut litterae commissoriae ex Decani mandato transmittuntur Auditorum turno, ad quem spectat iudicium in ordine et vice sua iuxta praecedentem *can. 12;* turnus autem, assumpta causa, procedit ad eius examen iuxta ordinarias iuris, normas.

§ 2. Quod si commissio iudicandi facta sit, non in forma ordinaria, sed speciali, idest videntibus quinque, vel septem, vel omnibus Auditoribus, aut dumtaxat,pro voto; sacra Rota servare in primis.debet commissionis formam iuxta tenorem rescripti, et in reliquis iuxta regulas iuris communis et sibi proprias procedere.

Can. 20.

Quoties quaestio in sacra Rota fiat circa exsecutionem provisoriam alicuius sententiae aut circa inhibitionem exsecutionis, res inappellabili sententia a solo Praeside turni, ad quem iudicium causae in merito spectaret, est definienda.

Can. 21.

Praeses turni, seu Auditorum coetus, qui tribunal constituit, per se est etiam Ponens seu relator causae. Quod si iustam habeat rationem declinahdi hoc officium, auditis ceteris turni seu coetus Auditoribus, suo decreto statuet qui vice sua Ponentis munus suscipiat.

Can. 22.

§ 1. Si in aliqua causa opus sit instructione processus, instructio fiat iuxta receptas canonicas regulas.

§ 2. Ponens autem seu relator non potest simul esse causae instructor, sed hoc officium a Decano debet demandari alicui Auditori alterius turni.

Can. 23.

§ 1. Causa coram sacra Rota introducta et instructa, actor, vel etiam conventus, si ipsius intersit, Ponentem rogabit ut diem dicat alteri parti pro contestatione litis, seu concordatione dubiorum.

§ 2. Ponens, vel eius studii adiutor, in calce libelli diem constituet. Quod in exemplari authentico alteri parti communicari statim debet.

Can. 24.

§ 1. Si die assignata pro concordatione dubiorum pars in ius vocata non compareat, et legitimam excusationem absentiae dare negligat, contumax declarabitur, et dubiorum formula ac dies propositionis causae, ad postulationem partis praesentis et diligentis, ex officio statuetur: idque statim

ex officio notum fiet alteri parti, ut, si velit, excipere possit contra dubiorum formulam, et a contumacia se purgare, constituto ad hoc a Ponente vel eius studii adiutore congruo temporis termino.

§ 2. Si partes praesentes sint, et conveniant in formula dubii atque in die propositionis causae, et Ponens vel. eius adiutor ex parte sua nil excipiendum habeant, dabitur opportunum decretum quo id constabiliatur.

§ 3. Si vero partes non conveniant in formula dubii, aut in die propositionis causae: itemque si Ponens vel eius adiutor censeant acceptari non posse partium conclusiones, definitio controversiae reservatur iudicio totius turni; qui quaestione incidentali discussa decretum ad rem feret.

§ 4. Dubiorum formula utcumque statuta mutari non potest nisi ad instantiam alicuius partis, vel promotoris iustitiae, vel defensoris vinculi, audita altera parte, novo Ponentis vèl'-turni decreto, prout fuerit vel a Ponente vel a turno statuta.

§ 5. Dies eodem modo mutari potest; sed haec mutatio fieri potest etiam ex officio, *si Ponens vel turnus necessarium ducant.

Can. 25.

§ 1. Sententiae, decreta et acta quaelibet, contra quae expostulatio facta sit, exhibenda sunt sacrae Rotae saltem decem dies ante litis contestationem.

§ 2. Documenta, quae partes in propriae thesis suffragium producenda habent, triginta saltem dies ante causae discussionem deponenda sunt in protocollo sacrae Rotae, ut a iudicibus et tribunalis administris atque ab altera parte examinari possint in ipso loco protocolli, unde ea asportar! non licet.

§ 3. Debent autem esse legitima forma confecta, et exhibenda sunt in forma authentica, colligata in fasciculo, cum adiecto eorum indice, ne subtrahi aut deperdi possint.

Can. 26.

§ 1. Defensio typis est imprimenda: et triginta dies ante causae discussionem *(eodem nempe tempore ac documenta, de quibus in can. praec, deponenda sunt in protocollo rotali)* distribuenda est duplici exemplari singulis iudicibus, notariis protocolli et archivii, itemque promotori iustitiae et vinculi defensori, si iudicio intersint. Commutari praeterea debet cum altera parte aut partibus, ut responsioni locus hinc inde fiat.

§ 2. Defensioni adiungendum est summarium, typis pariter impressum, in quo documenta potiora contineantur.

. Can. 27.

§ JL Responsiones decem dies ante causae discussionem, idest viginti dies post distributionem defensionis, exhibendae sunt una cum novis documentis, si quae adiungenda partes habeant, servatis etiam hoc in casu regulis *can., 24 et can. 25.*

§ 2. Quo facto conclusum in causa reputabatur: et partibus earumque patronis seu procuratoribus iam non licebit quidpiam adiungere aut scribere.

§ 3. Si tamen agatur de repertis novis documentis, fas semper est ea producere. Sed in eo casu pars exhibens probare tenetur se ea documenta nonnisi ad ultimum reperisse. Admissis vero his novis documentis, Ponens debet congruum tempus alteri parti concedere ut super iisdem respondere possit. Aliter nullum erit iudicium.

§ 4 in potestate autem et officio Ponentis est documenta futi lia ad moras nectendas exhibita respuere.

Can. 28.

Spatia temporum superioribus canonibus constituta prorogari possunt a iudice ad istantiam unius partis, altera prius audita, vel. etiam coarctari, si ipse iudex necessarium duxerit, consentientibus tamen partibus.

Can. 29.

§ 1. Defensionis scriptura excedere non debet viginti paginas formae typographicae ordinariae folii romani. Responsiones decem paginas.

§ 2. Si ob gravitatem, difficultatem, aut grande volumen documentorum parti vel patrono necesse sit hos limites excedere, a Ponente supplici libello id ipsi impetrabunt. Ponens autem decreto suo statuet numerum ulteriorem paginarum quem concedit, quemque praetergredi nefas est.

§ 3. Exemplar tum defensionis tum responsionis antequam edatur exhibendum est Ponenti vel eius studii adiutori, ut imprimendi atque evulgandi facultas impetretur.

§ 4 Nulla scriptura sacrae Rotae destinata typis edi potest, nisi in typographia a Collegio sacrae Rotae approbata.

Can. 30.

Quae dicuntur *informationes orales ad iudicem,* in sacra Rota prohibentur: admittitur tamen moderata disputatio ad elucidationem dubiorum coram turno pro tribunali sedente,, si alterutra vel utraque pars eam postulet, aut tribunal statuat ut eadem habeatur. In ea vero hae regulae serventur:

1.° disputatio fiat die et hora-a tribunali opportune assignanda tempore intermedio inter exhibitionem responsionis et assignatam iudicio diem;

2.° partes regulariter non admittuntur ut per se ipsae causam suam dicant coram iudicibus; sed ad id deputare debent unum ex advocatis, quem sibi ad adsistendum, aut qua patronum vel procuratorem adsciverint. In potestate tamen tribunalis est eas rationabili de causa admittere, aut advocare et iubere ut intersint;

3.° biduo ante disputationem partes exhibere debent adiutori Ponentis quaestionis capita cum altera parte discutienda paucis verbis, una vel altera periodo, contenta. Eaque adiutor partibus hinc inde communicabit, una simul cum quaesitis a turni Auditoribus praeparatis, si quae ipsi habeant, super quibus partes rogare velint;

4.° disputatio non assumet oratoriam formam; sed sub Ponentis ductu ac moderatione circumscripta erit limitibus illustrandorum dubiorum;

5.° adsistet unus ex notariis tribunalis ad hoc ut, si aliqua pars postulet et tribunal consentiat, possit de disceptatis, confessis aut conclusis, adnotationem ad tramitem iuris ex continenti assumere;

, 6.° qui in disputatione iniurias proferat, aut reverentiam et obedientiam tribunali debitam non servet, ius ad ulterius loquenduni amittit, et si agatur de procuratore vel advocato, puniri pro casus gravitate potest etiam suspensione aut privatione officii.

Can. 31.

§ 1. Assignata iudicio die Auditores in consilium ad secretam causae discussionem convenire debent.

§ 2. Unusquisque scripto afferet conclusiones suas seu votum cum brevibus probationibus tam in facto quam in iure. Attamen in discussione fas semper est Auditoribus a conclusionibus suis recedere, si iustum et necessarium ducant. Conclusiones autem suas singuli Auditores in actis causae deponere tenentur ad rei memoriam: secretae tamen ibi servabuntur.

§ 3. Ea demum sit sententia in qua firmiter conveniant duo saltem ex Auditoribus, aut pars absolute maior praesentium, si tribunal plus quam tribus Auditoribus constituatur.

§ 4. Si ad sententiam in prima discussione devenire iudices nolint aut nequeant, differre poterunt iudicium ad primum proximum eiusdem turni conventum, quem protrahi non licet ultra hebdomadam, nisi forte vacationes tribunalis intercedant.

Can. 32..

§ 1. Re conclusa in Auditorum consilio, Ponens super actorum fasciculo signabit partem dispositivam sententiae, idest responsiones ad dubia:

quae a notario tribunalis partibus significari poterunt, nisi tribunal censuerit solutionem suam secreto servare usque ad formalis sententiae promulgationem.

§ 2. Haec intra decem dies, aut ad summum intra triginta in causis implicatioribus est peragenda: exaranda vero vel a causae Ponente vel ab alio ex Auditoribus, cui hoc munus in secreta causae discussione commissum sit.

§ 3. Eadem lingua latina est conscribenda; et rationes tam in facto quam in iure sub poena nullitatis continere debet.

§ 4. Subsignabitur a Praeside turni et ab aliis Auditoribus una. cum aliquo ex notariis sacrae Rotae.

Can. 33.

§ 1. Si sententia rotalis confirmatoria sit alterius sententiae sive rotalis sive alius tribunalis, habetur res iudicata, contra quam nullum datur remedium nisi per querelam nullitatis, vel per petitionem restitutionis in integrum coram supremo Apostolicae Signaturae tribunali.

§ 2. Si duplex sententia conformis non habeatur, a sententia rotali ab uno turno lata datur appellatio ad turnum proxime sequentem iuxta *can. 12,* intra tempus utile dierum decem ab intimatione sententiae, ad tramitem iuris communis.

Can. 34.

§ 1. Si, introducta causa, actor renunciare velit instantiae, aut liti, aut causae actibus, id ei semper licebit. Sed renunciatio debet esse absoluta nullique conditioni subiecta, subsignata cum loco et die a renunciante, vel ab eius procuratore speciali, tamen mandato munito, ab altera parte acceptata aut saltem non oppugnata, et a iudice deinde admissa.

§ 2. Renuntians tamen tenetur hisce in casibus ad omnia consectaria, quae ex his renunciationibus profluunt ad tramitem iuris communis.

TITULUS II.

SIGNATURA APOSTOLICA

CAP. I. - DE CONSTITUTIONE ET COMPETENTIA SIGNATURAE APOSTOLICAE

Can. 35.

§ 1. Supremum Apostolicae Signaturae tribunal constat sex S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice electis, quorum unus, ab eodem Pontifice designatus, Praefecti munere fungetur.

§ 2. Eique dabitur a Romano Pontifice Adiutor, seu a secretis," qui iuxta regulas eiusdem Signaturae proprias, sub ductu Cardinalis Praefecti, omnia praestabit quae ad propositae causae instructionem eiusque expeditionem necessaria sunt.

Can. 86.

§ 1. Praeter Secretarium erit etiam in Apostolica Signatura unus saltem notarius conficiendis actibus, conservando archivio, et adiuvando Secretario in iis quae ab eo ipsi committuntur: habebitur quoque custos conclavium eiusdem Signaturae: prior sacerdos, alter laicas.

§ % Erunt etiam aliquot Consultores, a Summo Pontifice eligendi, quibus poterit examen alicuius quaestionis pro voto ferendo committi.

§ 3. Quae ad nominationem, iusiurandum, obligationem secreti ac disciplinam pertinent, et pro administris sacrae Rotae constituta sunt, serventur quoque, cum proportione, pro Apostolicae Signaturae administris.

Can. 37.

Supremum Apostolicae Signaturae tribunal videt tamquam sibi propria ac praecipua:

1.° de exceptione suspicionis contra aliquem Auditorem, ob quam ipse recusetur;

°2.° de violatione secreti, ac de damnis ab Auditoribus illatis, eo quod actum nullum vel iniustum in iudicando posuerint, iuxta *can. 9:*

3.° de querela nullitatis contra sententiam rotalem;

k° de expostulatione pro restitutione in integrum adversus rotalem sententiam quae in rem iudicatam transierit.

CAP. IL - DE MODO IUDICANDI APOSTOLICAE SIGNATURAE

Can. 38.

Ad postulandam restitutionem in integrum et ad introducendum iudicium nullitatis contra sententiam rotalem dantur tres menses utiles a reperto documento aut a cognita causa, ob quam ad haec remedia recursus fieri potest.

Can. 39.

§ 1. Expostulatio ad Signaturam pro restitutione in integrum non suspendit rei iudicatae exsecutionem.

§ %. Nihilominus ad instantiam partis recurrentis Signatura potest, incidentali sententia, inhibitionem exsecutionis iubere, aut obligare partem victricem ad congruam cautionem praestandam pro restitutione in integrum.

Can. 40.

§ 1. Libellus, quo causa introducitur, exhibendus est Secretario Signaturae Apostolicae.

§ 2. Cardinalis autem Praefectus, una cum Secretario, accepta instantia, examinare debet, utrum fundamentum aliquod boni iuris habeat: quod si desit, instantiam ipsam quamprimum reticere; sin vero habeatur, tenetur admittere.

Can. 41.

§ 1. In causa criminali, de qua sub'mt»*. *2, can. 37,* regulae processuales serventur, quae pro causis criminalibus a iure canonico statuuntur.

§ 2. In aliis iudiciis, de quibus in *num. 1, 3* et *a, can. 37,* Signatura procedere potest sola rei veritate inspecta, citata tamen semper parte adversa, vel conventa, vel cuius intersit, et praéfixo partibus congruo peremptorio termino ad iura sua deducenda.

§ 3. Et in primo ex memorati iudicii casibus Apostolica Signatura inappellabili sententia definit utrum, an non, sit locus recusationi Auditoris. Quo facto, iudicium ad sacram Rotam remittit, ut iuxta suas regulas ordinarias procedat, admisso in suo turno, vel non, Auditore contra quem exceptio sublevata fuit, iuxta Signaturae sententiam.

In tertio casu de hoc tantum iudicat, sitne nulla rotalis sententia, et sitne locus eius circumscriptioni.

In quarto casu Apostolica Signatura, inappellabili sententia definit utrum, necne, locus sit restitutioni in integrum. Qua concessa, rem remittit ad sacram Rotam, ut, videntibus omnibus, de merito iudicet.

Can. 42.

Cardinalis Praefectus, itemque Signaturae tribunal, si expedire reputent, convocare possunt promotorem iustitiae et defensorem vinculi penes sacram Rotam, et ab eis votum exigere, vel etiam petere ut de actibus rotalibus, quae impugnantur, rationes explicent.

Can. 43.

In reliquis, quae necessaria sunt ad iudicii expeditionem, et non sunt in praecedentibus canonibus cauta, servari in primis debent, congrua congruis referendo, regulae pro sacra Rota statutae, et deinde normae iuris communis.

TITULUS III.

DE ADVOCATIS PENES S. ROTAM ET APOSTOLICAM SIGNATURAM

Can. 44.

§ 1. Advocati proprii ac nativi sacrae Rotae et Signaturae Apostolicae sunt advocati consistoriales.

§ 2. Admittuntur tamen et alii sive sacerdotes sive laici, qui laurea doctorali saltem in canonico iure instructi, post triennale tyrocinium vel qua adiutores penes aliquem ex Auditoribus, vel penes aliquem ex advocatis rotalibus, facto experimento coram rotali Collegio, ab eodem idonei reperti sint, diploma advocatorum acceperint, a sacrae Rotae Decano et ab uno ex notariis subsignatum, ac iusiurandum coram rotali Collegio dederint de munere ex conscientia implendo.

Can. 45.

§ 1. Advocati in causis coram sacra Rota et Signatura Apostolica agendis tenentur servare tum communes leges canonicas tum regulas horum tribunalium proprias; et in scripturis pro defensione exarandis lingua latina uti debent.

§ 2. Tenentur insuper de mandato Decani sacrae Rotae aut Cardinalis Praefecti Signaturae Apostolicae gratuitum patrocinium aut gratuitam adsistentiam praebere iis, quibu s sacra Rota aut Signatura Apostolica hoc beneficium concesserit.

§ 3. Nefas eisdem est emere litem, aut de extraordinario emolumento vel im modica rei litigiosae parte sibi vindicanda pacisci. Quae si fecerint, praeter nullitatem pactionis, a sacra Rota congrua poena multari possunt, iuxta sequentem canonem.

Can. 46.

Collegium advocatorum consistorialium fungetur munere collegii disciplinae pro continendis in officio advocatis : qui, ex voto eiusdem Collegii, a sacra Rota reprehensionis nota inuri, poena pecuniaria multari, suspendi, vel etiam ex albo advocatorum expungi poterunt.

APPENDIX

De taxatione expensarum iudicialium

CAP. I. - DE PROVENTIBUS QUI AD AERARIUM SANCTAE SEDIS SPECTANT

1. Acta quaelibet iudicialia in causis tum contentiosis tum criminalibus exarari debent in foliis sigillum Sedis Apostolicae referentibus, excepta prima instantia, et exceptis quoque foliis typis edendis, de quibus in *can. 25 et 26.* Folia quatuor paginis constant et paginae triginta lineis.

Pretium uniuscuiusque folii, coram sacra Rota adhibendi, est lib. 1; coram Signatura Apostolica, lib. °2.

2. In eodem fqlio cumulari nequeunt acta diversa, quamvis ad eamdem causam spectantia.

B. Quoties documenta in protocollo sacrae Rotae exhibentur sive plura sint, sive pauciora, singulis vicibus pendenda est lib. 1.

.4. Pro actu quo declaratur concordare exemplar alicuius documenti cum autographo, ad singula folia, lib. 0. 50.

5. Pro peritiis, si requirantur, et pro examine testium, si habendum siti, a requirènte peritiam vel probationem per testes deponenda est penes officialem rotalem, pecuniae custodem, summa ab adiutore Praesidis tribunalis taxanda, quae ab eo censeatur sufficiens ad expensas peritiae vel examinis testium solvendas.

6. In taxanda hac summa adiutor aestimare debet, iuxta civilem Urbis usum, quid requiratur ad retribuendam peritorum operam, si de ipsa agatur, vel ad indemnitatem testibus praestandam, tum ob itineris expensas, tum ob cessatum lucrum ex interruptione laboris^, si de examine testium res sit. Praeterea tribunalis iura iuxta communes normas ei prae oculis habenda sunt.

7. Ad occurrendum expensis iudicialibus universe sumptis deponenda est in arca nummaria sacrae Rotae pro prudenti Ponentis arbitrio pecuniae summa a 100 ad 500 libellas,

8. Proventus universi huc usque recensiti ad aerarium Sanctae Sedis spectant, et ad illud singulis mensibus transmitti debent iuxta, regulam pro aliis Sanctae Sedis Officiis assignatam.

CAP.,II. - DE PROVENTIBUS QUI CEDUNT IN RETRIBUTIONEM OPERIS A SINGULIS PRAESTITI

1. 'Pro versione alicuius actus a lingua non in usu penes Romanam Curiam in aliam usu receptam, retributio pro singulis foliis, lib. 1.50.

2. Pro examinanda versione, et pro declaratione facienda a perito de eius fidelitate, ad singula folia, lib. 0. 50.

3. Pro simplici transcriptione, ad singulas paginas, lib. 0. 25.

4. Pro extrahendis ex archivio documentis vel fasciculo *(posizione)* alicuius causae, tabularium ministerium suum gratuito debet praestare, si ngatur de re ultimis decem annis acta; si de antiquiori, ius habet ad lib. 5.

CAP. III. - JDE ADVOCATORUM ET PROCURATORUM PROVENTIBUS

1. Pro qualibet instantia exarata, lib. 5.

2. Pro concordatione dubiorum, ad singula dubia, lib. 5.

3. Pro interventu in examine testium in qualibet sessione, lib. 5.

4. Pro adsistentia examini, vel iuramento parti delato, lib. 5.

5. Pro congressibus cum cliente et cum aliis personis ad effectum causae,- iuxta numerum et simul sumptis, a lib. 10 ad 1Ö0.

6. Pro accessibus ad tribunal, a lib. 5 ad 50.

7. Pro disputatione' coram tribunali ad normam *can. 30,* a lib. 10 ad 25.

8. Pro examine omnium documentorum, a lib. 50 ad 300.

9. Pro eorum ordinatione et summarii compositione, a lib. 50 ad 100.

10/ Pro exaranda defensione, a lib. 200 ad 1000. •

11. Pro responsione, a lib. 100 ad 200.

12. Pro simplici adsistentia ad normam *can. X8,* a lib. 100 ad 200.

13. Harum omnium taxarum motio, seu *liquatio,* facienda est ad tramitem .communis iuris a Praeside tribunalis.

CAP. IV. - DE EXEMPTIONE.A IUDICIALIBUS EXPENSIS
ET GRATUITO PATROCINIO

1. Pauperibus ius est exemptionis ab expensis iudicialibus, et gratuiti patrocinii, iuxta praescripta superius *can. 4ö, § 2.*

2. Qui pauperes absolute dici non possunt, sed ob arctam suam conditionem ordinariis expensis ferendis pares non sunt, ad earum reductionem ius habent.

3. Qui exemptionem ab expensis vel earum reductionem assequi velit, eam postulare debet, dato supplici libello Praesidi turni vel Auditorum coetus, qui causam iudicandam habet, adductisque documentis quibus conditionem suam comprobet. Praeterea, nisi agatur de iudicio a SSmo commisso, demonstrare debet se non futilem neque temerariam causam agere.

4. Praeses turni postulationem ne admittat, nisi auditis, praeter partem postulantem, parte adversa, promotore iustitiae ac Decano advocatorum

consistorialium, requisitisque, si opus sit, notitiis etiam secretis super statu oeconomico postulantis.

5. Contra decretum. Praesidis negantis exemptionem ab expensis vel earum reductionem, potest, intra utile tempus decem dierum, expostulatio fieri pro recognitione iudicii ad turnum, vel Auditorum coetum, cui causa iudicanda est.

6. Qui exemptionem ab expensis et gratuitum patrocinium concedit, simul debet unum ex advocatis designare, qui pauperis patrocinium vel adsistentiam suscipiat ad normam *can. 45, § 2.*

7. Si vero decreta tantum fuerit expensarum reductio, qui huiusmodi decretum tulit, debet simul normas saltem generales statuere intra quas reductio sit circumscribenda.

CAP. V. - DE EXPENSIS IN IUDICIIS CORAM SIGNATURA APOSTOLICA

Eadem regula, congrua congruis referenda, servetur ac pro iudiciis coram S. Rota.

Datum Romae, die xxix Iunii MDCCCCVIII.

v Ite *mandato speciali SSmi-D. N. Pii Papae X.*

R. Card. MERRY DEL VAL.

ORDO SERVANDUS

IN SACRIS CONGREGATIONIBUS TRIBUNALIBUS OFFICIIS ROMANAE CURIAE

PARS PRIMA

Normae communes

CAP. I. - DE ORDINE AC DIRECTIONE GENERATIM

In omnibus superius memoratis S. Sedis Officiis *(dicasteri)* duplex erit administrorum coetus, maiorum et minorum.

°*2.*° In singulis moderatio proxima *Secretariae*, protocolli, tabularii, ad Praelatum pertinet qui alter est a Cardinali praeside. A Praelato tamen erunt ad Cardinalem deferendae maioris momenti res^ quibus peculiari aliquo modo sit consulendum.

In S. Rotae tribunali Secretaria, protocollum, tabularium, obnoxia sunt Auditori decano, eoque impedito, Auditori qui primam sedem post

(Traduzione)

REGOLAMENTO

PER LE SACRE CONGREGAZIONI TRIBUNALI OFFICI DELLA CURIA ROMANA

PARTE PRIMA

Norme generali

CAPO I. — ORGANICO E DIREZIONE IN GENERALE

1.° IN ÓGNI DICASTERO GLI OFFICIALI SARANNO DISTINTI IN MAGGIORI E MINORI.

2.° LA DIREZIONE IMMEDIATA DELLA SEGRETERIA, PROTOCOLLO ED ARCHIVIO DI OGNI DICASTERO DIPENDE DAL PRELATO CHE VIENE PRIMO DOPO IL CARDINALE SUPERIORE. IL PRELATO PERÒ DOVRÀ RIFERIRSI AL CARDINALE PER TUTTO CIÒ CHE ACCADA D'IMPORTANTE, E CHE RICHIEDA UN PROVVEDIMENTO SPECIALE.

NELLA S. ROTA PERÒ LA SEGRETERIA, PROTOCOLLO ED ARCHIVIO DIPENDONO DALL'UDI-

Decanum obtinet: hi tamen, ubi agatur de extraordinario aliquo consilio capiendo,rem deferent ad Collegium Auditorum universum. , , ,

3.° Excepta S. Rota,;cui propriis erit agendum normis,.in ceteris Officiis omnibus^ administri maiores,, praeside Cardinali suo, *Congressum,* constituunt.

4.° Ad Congressum spectat minora negotia expendere,atque expedire; de ceteris disponere et ordinare ut agantur in pleno sui cuiusque Officii Conventu. ..

5.*A-.* Singula Officia sibi librum habebunt *rerum notabilium,* in qup rite indicentur nominationes, initi que, muneris ^ies Patrum Cardinalium, Consultorum, maioris et minoris ordinis administrorum; datum iusiurandum, cessatio ab officio, et si qua forte pontificia rescripta immutationem aliquam circa cuiusque Officii competentias induxerint. . ,

CAP. H. - DE PROVISIONE OFFICIORUM

1.° JViaipres administri cuiusque sacrae Congregationis, Tribunalis, Officii,, a Summo Pontifice libere eligentur. , ,..

°*2.*[9] Minoribus eligendis administris .titulorum doctrinaeque certamen proppnetur.; , , , , ,

tore decano, e questo impedito, dal Sottodecano; i quali tuttavia per ogni provvedimento straordinario dovranno riferirsi all'intero Collegio degli Uditori.

3.° Eccettuata la S. Rota che deve procedere secondo le norme sue proprie, in tutti gli altri dicasteri gli Officiali maggiori sotto.la presidenza del Cardinale superiore costituiscono il Congresso.

4.° Al Congresso spetta esaminare e risolvere gli affari di minore rilievo, e disporre per la risoluzione degli altri secondo le leggi proprie di ciascun dicastero.

5.° In*ogni dicastero vi sarà un libro ***rerum notabilium,*** in cui saranno regolarmente segnate con la loro data le nomine dei Cardinali, dei Consultori e degli Officiali maggiori e minori, la prestazione del giuramento, e la cessazione dall'officio dei medesimi, nonché le disposizioni pontificie che portassero una qualche innovazione nelle competenze del dicastero.

CAPO II. — PROVVISTA DEGLI OPPICI

1.° Gli Officiali maggiori di ciascuna Congregazione, Tribunale ed Officio della S. Sede saranno scelti liberamente dal Sommo Pontefice,

±° Per la provvista degli officiali minori si aprirà un concorso per titoli e per esame di scienza.

Gratiosae suffragationes non admittuntur, earumque, si intercedant, ratio habebitur nulla.

3.° Certamen a supremo cuiusvis Officii Moderatore indicetur intra mensem a vacuo officio, acceptis ante mandatis a Summo Pontifice. Assignabitur vero spatium utile unius mensis ad exhibendam petitionem ac titulos necessarios. •

4° Periculum de doctrina erit scripto faciendum certo die, quo propositae ex tempore quaestiones evolventur circa disciplinas ad petitum officium pertinentes. De proposita materia candidati in communi aula conscribent, designatis horis, advigilante Consultore aut aliquo ex eiusdem Officii administris, quem Praelatus moderator adlegerit.

5.° Scripta, numeris distincta, non expresso candidati nomine, duo Consultores ordine excutient, a Congressu eligendi, et, si agatur de S. Rota, a Decano. Horum nomina Censorum occulta manebunt; iidemque quamprimum suum expriment scripto iudicium super exarata a candidatis, declarantes, quaenam ex iis, sive doctrinae laude, sive dicendi forma probentur; quaenam idonea tantum, quaenam omnino improbanda censeantur.

6.° Si Consultorum iudicia de idoneitate scripti secum pugnent, candidatus non idoneus habebitur deficientis causa doctrinae. Verum facultas «rit Congressui, et apud S. Rotam Decano, in ea iudiciorum discrepantia,

Le raccomandazioni di favore sono interdette ; e se avvengano, non si prenderanno in considerazione.

3.° Il concorso sarà intimato entro un mese dalla vacanza del posto dal Capo del rispettivo dicastero, dopo presi gli ordini dal Sommo Pontefice: e si assegnerà un mese utile di tempo per la presentazione della domanda e dei titoli necessari per l'ammissione.

4° L'esame di scienza si farà in. iscritto nel giorno fissato, con lo svolgiménto di temi proposti al momento, su discipline proprie del dicastero a cui si concorre. Il componimento si farà in una sala comune, nel tempo stabilito, sotto la sorveglianza di un Consultore o di un officiale del dicastero medesimo, scelto dal Prelato superiore. , ' •

5.° I componimenti segnati per numeri, senza il nome del candidato, saranno esaminati successivamente da due Consultori, i' quali saranno scelti dal Congresso, e nella S. Rota dal Decano. Il loro nome rimarrà segreto: ed essi nel più breve termine possibile dovranno esprimere in iscritto il loro parere, dichiarando quali composizioni e per la parte scientifica e per la parte letteraria siano da ritenersi degne di lode, quali soltanto sufficienti, quali insufficienti.

6.° Se uno dei Consultori dichiarasse il lavoro insufficiente, e l'altro no, il candidato si avrà per non approvato quanto a capacità scientifica. Sarà però in facoltà del Congresso, e nella S. Rota del Decano, stante questa difformità di

exquirendi, si necessarium aut aequum duxerint, Consultoris tertii suffragium, ad quem proinde remittentur priorum duorum iudicia, ut ipse proferat de summa lite sententiam;

7.° Ut quis possit ad eligendorum scrutinium admitti, requiritur tamquam necessaria conditio ut probatus discesserit experimento doctrinae.

8.° Scrutinium fiet a Congressu, et apud S. Rotam a Collegio Auditorum. Idem erit duplex, et in utroque suffragia erunt secreta.

In primo, suffragia ferentur de singulis candidatis, ut decernatur, quinam aetate, moribus, indole censeantur idonei. Qui paria suffragia retulerint iudicandi sunt non idonei.

In altero suffragia ferentur de singulis in primo scrutinio approbatis, ut decernatur quinam virtute, meritis, scientia, habilitate sit praeferendus. Paribus inter duos pluresve candidatos suffragiis, Cardinalis, qui Congressui praeerit, et apud S. Rotam Decanus, paritatem diriment.

9." De scrutinii exitu ad Summum Pontificem integre referetur, ut, Eo probante, ad candidati nominationem deveniri possit;

10.° Rationes et modi, quibus lata sint suffragia, sunt prorsus reticendi;

U.° Litteras nominationis ad maiores administros mittet Cardinalis a secretis Status; ad minores mittent, in S. Rota Decanus, subscripto

giudizio, di richiedere (se lo si reputa necessario od equo) il voto di un terzo Consultore, a cui saranno rimessi i pareri dei due precedenti, onde emetta un definitivo giudizio.

7.° Condizione indispensabile per essere ammesso allo scrutinio di elezione è che il candidato sia stato approvato quanto a scienza.

8.° Lo scrutinio si farà dal Congresso, e nella S. Rota dal Collegio degli Uditori, e sarà duplice, ed in ambi i casi per voti segreti.

Nel primo scrutinio si voterà sui singoli nomi per stabilire quali per età, condotta morale e carattere si ritengono idonei. Quelli che otterranno voti pari si debbono ritenere come giudicati non idonei.

Nel secondo si voterà sui singoli nomi per stabilire quello che per virtù, meriti, scienza ed idoneità sia da preferirsi. E, data parità di voti fra due o più candidati, il Cardinale superiore del Congresso, e nella S. Rota il Decano, potranno dirimere la parità.

9.° Dell' esito dello scrutinio si farà piena relazione al Sommo Pontefice per l'approvazione del soggetto da nominarsi.

10.° Le ragioni e le modalità della votazione nei concorsi saranno da tutti tenute assolutamente segrete.

11.° Il biglietto di nomina per gli Officiali superiori sarà spedito dal Cardinale Segretario di Stato: per gl'inferiori, nella S. Rota dal Decano con la **firma**

nomine alicuius, notarii• in ceteris **Officiis** suus cuiusque, praeses, **Cardi-**nalis, contra posita subscriptione more rescriptorum, ... ii; ,

12.° Deservientium nominatio, apud S, Rotam spectat ,ad Collegium Auditorum; apud Officia reliqua ad suum cuiusque praesidem Cardinalem, proponentibus maioribus administris. ¡, ... :.

13.° In uno. eodemque viro .cumulare munia non licet ;, ideoque qui ad novum adspiret munus, ad id semel assumptus, pristino cessit.

14.° Ad unum idemque Officium prohibetur aditus duobus, consanguineis in-primo et.secundo gradu, et.affinibus in primo. -, ;,

15.° Minoribus administris, ubi inter ipsos vacaverit locus, ius est adscensus titulo, ministerii' provectioris; non; ita ceteris.'

GAP. III. - DE IUREIURANDO ,. , .

Cuiusvis ordinis administri», - ante quam adsciscantur, iusiurandum dabunt, coram suo Praelato, *de officio fideliter implendo, de non recipiendis muneribus etiam sponte oblatis et de secreto servando,* secundum formulam heic adiectam, servata lege iis Officiis quibus.peculiare et gravius, iusiurandum imponitur, ut communi formae particularem addant., :

di un notaio; negli altri dicasteri dal Cardinale che ne è superiore, con la controfirma consueta pei rescritti.

12.° Per gl'inservienti la nomina spetta, nella S. flota, al Collegio degli Uditori ; negli altri dicasteri, al Cardinale che ne è capo su propósta degli Officiali maggiori.

13.° È vietata la pluralità degl'impieghi nella stessa persona. E chi otta ad un nuovo officio, nell'assumerlo rimane dimesso dall'antico.

14.° È vietata nello stesso dicastero l'ammissione di due consanguinei in primo e secondo grado, e di affini in primo grado.

15.° Fra gii officiali minori, avvenendo una vacanza, si dà luogo al diritto di ascenso per anzianità d'officio; non così fra gli altri.

CAPO III. — GIURAMENTO

Ogni officiale, prima di essere ammesso, dovrà prestare giuramento innanzi al Superiore *de officio fideliter implendo, de non recipiendis muneribus etiam sponte oblatis et de secreto servando,* secondo la seguente formóla, salvo per quegli Offici che hanno uno speciale e più rigoroso giuramento, di aggiungere alla formóla comune anche la speciale.

Iurisiurandi forma.

« In nomine Domini.

« Ego N, N. spondeo, voveo ac iuro, fidelem et obedientem me sem-« per futurum B. Petro et Domino Nostro Papa« eiusque legitimis Suc-« cessoribus; ministeria mihi commissa in hac S. Congregatione *(Tribu-«nali aut Officio)* sedulo ac diligenter impleturum; munera mihi in « remunerationem, etiam sub specie doni oblata, non recepturum: et « secretum officii religiose servaturum in iis omnibus, quae sacri Canones «aut Superiores secreta servari iusserint, itemque, quoties ab Ordinariis « id postulatum fuerit, et quando ex revelatione alicuius actus praeiudi-« cium partibus aut Ecclesiae obvenire potest. Sic me Deus adiuvet, et « haec sancta Dei Evangelia, quae meis manibus tango ».

CAP. IV. - DE HORIS AC DISCIPLINA OFFICIORUM

1.° Spatium temporis officio assignatum est matutinum, ab hora nona cum dimidio usque ad meridiem cum semihora, singulis diebus non feriatis. Per has horas administri omnes tenentur in Officio esse, non remorari, nec ab ipso ante constitutum tempus discedere, incolumi eorum privilegio, quibus officii sui lex concesserit ut commissum opus possint exsequi domi.

2.° Est tamen Moderatoribus facultas concedendi singulis administris diem unum vel duos vacationis in mense, modo talis concessio cum Officii necessitatibus componi queat. Eadem conditione quotannis aut unoquoque

Formóla del giuramento

(come sopra).

CAPO IV. — ORARIO E DISCIPLINA DI OFFICIO

1.° L'orario ordinario di officio è dalle 9 ½ precise alle 12 ½, in tutti i giorni non feriati; e durante queste ore tutti gli impiegati dovranno trovarsi al loro posto, senza tardare, od allontanarsi da esso avanti tempo, salvo, il privilegio di coloro, cui nel regolamento di officio fosse concesso di disimpegnare a casa il lavoro assegnato.

2.° È però in potere dei Superiori del dicastero il concedere a ciascuno degl'impiegati uno o due giorni feriali di vacanza al mese, in quanto ciò sia compatibile con le esigenze dell'Officio. E compatibilmente pure colle esigenze

biennio dies aliquot, non ultra hebdomadam, singulis concedere debebunt, ut piis exercitationibus vacent.

3.° Morbo aut alia causa impediti quominus Officium adeant, reni Praelato significent.

4.° Exceptis maioribus administris, itemque scriba protocolli, diribitore atque aliis, qui sui muneris gratia debent se adeuntes excipere, ceteris non licet per horas officii visitantem quemquam- admittere.

5.° In sua quisque munia religiose et quam optime explenda incumbet; nec fas erit cuiquam alienam occupare provinciam, aut in sui locum substituere quempiam, aut ipse alium sufficere.

6.° Verum, si Praelatus id committat, quilibet administer se promptum exhibebit ad subrogandos collegas, atque ad alia non communia [pensa quae forte sint expedienda. ,

7.° Erit curae omnibus, maxime iis qui praesunt, ne diu negotia iaceant. Danda igitur opera ut necessaria studia, ut actorum perscriptio, ut expeditio negotiorum ea sollicitudine procedant, quae naturae rerum tractandarum et normis Officii respondeant.

8.° Quoties igitur. designatae horae muneri explendo satis non sint, administri reliquum operis aut domi conficient, aut morabuntur in Officio

deirOfficio, ogni anno o biennio i Superiori dovranno concedere ad ogni impiegato alcuni giorni, non però oltre una settimana, per ritirarsi in spirituali esercizi.

3.° Nel caso di malattia o di altro impedimento ogni officiale dovrà avvertire il suo Superiore della causa che lo trattiene dail'intervenire in Officio.

ì.° Eccettuati gli officiali maggiori, il protocollista, il distributore, ed altri, che per dovere del loro officio sono obbligati a ricevere chi a loro s'indirizza; per tutti gli altri rimane vietato ricevere visite e persone durante le ore di officio.

5.° Ognuno deve attendere a disunpegnare coscienziosamente e nel miglior modo possibile i lavori che gli sono assegnati. E nessuno di propria autorità potrà immischiarsi negli altrui, o farsi sostituire in essi da altri, o sostituire altri, sia pure dello stesso dicastero.

6.° Qualora però ne venga incaricato dai Superiori, ogni officiale deve prestarsi e per sostituire i compagni e per altri lavori straordinari del proprio dicastero, cui si debba dare evasione.

7.° Sarà cura di tutti, e in primo luogo dei Superiori del dicastero, che gli affari non rimangano arretrati. La registrazione, lo studio e l'evasione dei medesimi dovranno procedere con tutta quella sollecitudine che è compatibile colla natura della cosa da trattarsi e le norme dei rispettivo dicastero.

8.° Quante volte quindi le ore di officio non siano sufficienti per gli effetti sopra indicati, dovranno gli officiali compiere il resto del lavoro in casa, o allun-

diutius, aut revertentur post meridiem, prout visum fuerit Moderatori opportunius.

9.° Quod si productus hic labor fere quotidianum evadat, Moderatorum erit eum ex aequo remuneran.

10.° Iidem administrorum nomina, qui doctrina, diligentia, rerum agendarum peritia, vitaeque honestate praecellant, Summo Pontifici significanda curabunt.

11.° Administro nemini licet *agentis,* procuratoris, advocati partes assumere, neque in suo, neque in alieno Officio.

Unum eximitur procuratoris vel advocati munus in Sanctorum causis, quo munere fungi poterunt administri minores ad SS. Rituum Congregationem non pertinentes.

12.° Si quis administer negligentia culpàve suo officio defuerit, erit admonendus, aut aliqua poena multandus, aut loco movendus ad tempus, aut etiam omnino dimittendus, pro admissi gravitate aut reddendi frequentia.

13.° Si autem a sacerdotis aut christiani viri jaut civis officiis ita declinaverit, ut in ius rapi debuerit, aut publicae existimationis iacturam fecerit, suo loco movebitur ad tempus, aut omnino dimittetur.

gare l'orario mattutino, o ritornare in officio per qualche tempo nelle ore pomeridiane, secondo il discreto giudizio del Prelato superiore del dicastero.

9.° Se però questo prolungamento di occupazione si rendesse abituale, sarà cura dei Superióri del dicastero che il maggior lavoro venga compensato secondo equità.

10.° Sarà pur cura dei medesimi segnalare al Sommo Pontefice coloro che per scienza, diligenza, capacità e condotta si distinguano sopra i loro compagni.

11.° Niuno impiegato può esercitare l'officio di agente, procuratore od avvocato, sia nel suo dicastero, sia in altri.

Si eccettua soltanto l'officio di procuratore ed avvocato nelle cause dei Santi, il quale potrà essere disimpegnato dà officiali minori che non appartengono alla Congregazione dei Riti.

12.° Qualora un impiegato per negligenza o colpa venisse meno ai suoi doveri di officio, dev'essere ammonito, sottoposto ad ammenda, sospeso od anche dimesso dall'officio, secondo la gravità della mancanza o la recidività.

13.° Che se disgraziatamente venisse meno ai suoi doveri di sacerdote o di cristiano e cittadino, così da essere coinvolto in procedimenti penali, o da decadere dalla pubblica buona fama, sarà o sospeso o dimesso.

14.° Aere alieno ita gravari ut aditus fiat sequestris iudicialibus, esse causa potest quamobrem quis ad certum tempus exuatur munere, aut etiam abdicare cogatur.

15.° Publica inquisitione instituta de crimine adversus aliquem administrum, qui Officio praeest, Officii ipsius honori tutando,.simulque non gravando reo, providebit. Ad eum finem curare. poterit ut .accusatus, ab officio recedat, et partem stipendii retinere in remunerationem suffecti in eius locum.

16.° Remotio ad tempus, expulsio aut officii amissio, multae poenaeque ceterae contra administrum 'decernantur, - nulla provocationis iure relicto, apud S. Rotam a Collegio Auditorum; in aliis vero Officiis a Cardinali praeside, suffragante Congressu; et in utroque casu audita parte per scriptum.

De temporaria remotione aut dimissione referendum est ad SSmum Dominum, ut has poenas ratas habeat

CAP. V. - DE FERIIS

1.° Singulis diebus festis cum praecepto Officia vacabunt.

His adduntur:

anniversarius dies creationis et coronationis Summi Pontificis;

item obitus Decessoris;

14.° II gravarsi colpevolmente di debiti, così da dar causa a sequestri giudiziari, può offrir motivo di sospensione pd anche di privazione dell'officio.

15.° Aperta un'inchiesta pubblica in materia criminale a carico di un officiale, il Superiore del dicastero prenderà gli opportuni provvedimenti, sia per tutelare l'onore del dicastero medesimo, sia per non gravare l'imputato. A tale effetto potrà disporre, che l'officiale si allontani dall'officio, e potrà anche ritenergli la metà dell'assegno in pro di chi lo sostituisca.

16.° La sospensione, espulsione o perdita dell'officio, le ammende ed altre pene contro gli officiali, saranno decretate inappellabilmente, nella Rota, dal Collegio degli Uditori; e negli altri dicasteri, dal Cardinale superiore col voto del Congresso; in ambi i casi dopo sentita in iscritto la parte.

La sospensione o dimissione debbono essere riferite e ratificate dal Santo Padre.

CAPO V. — VACANZE

I°. Gli Offici resteranno chiusi tutti i giorni festivi di precetto.

Saranno anche- giorni di vacanza:

.l'anniversario della creazione e coronazione del Sommo Pontefice;

l'anniversario della- morte del suo Predecessore;

stati dies Consistoriis habendis sive publicis sive semipublicis;

feria secunda et tertia Quinquagesimae, et quarta Cinerum ;

postremi dies quatuor maioris Hebdomadae, et feria secunda et tertia Paschatis:

pervigilium Pentecostes et succedentes huic festo dies, feria secunda ac tertia :

pervigilium Deiparae in caelum receptae;

secundus dies mensis Novembris, in Commemoratione fidelium defunctorum;

pervigilium Nativitatis Domini et consequentes tres dies;

ultimus anni dies.

%° Feriatis diebus, Moderatores Officii curare poterunt ut aliquis ex administris Officium frequentet, expediturus negotia si quae forte occurrerint. Huic autem administro licebit vacationis dies alios petere.

3.? A die decimo mensis Septembris ad trigesimum primum Octobris decurrent feriae autumnales.

Hoc spatio temporis Officium nullum erit intermissum; sed in unoquoque tot aderunt tum maioris tum minoris ordinis administri, quot satis esse existimentur urgentioribus expediendis negotiis ordinariae administrationis; maiorum enim tractationem, ac de gravioribus et implicatioribus rebus deii-

i giorni di Concistoro pubblico o. semipublico ;

il Lunedì e Martedì di Quinquagesima, il Mercoledì delle Generi;

i quattro ultimi giorni della Settimana Santa, e le due feste successive alla Pasqua;

la Vigilia e le due feste successive alla Pentecoste;

la Vigilia dell'Assunzione di Maria Santissima;

il 2 Novembre, nella,Commemorazione dei fedeli defunti;

la Vigilia e le tre feste successive al Natale;

F ultimo dell'anno.

2.° Nei giorni di vacanza, se siavi necessità, i Superiori del dicastero potranno disporre che alcuno degli impiegati intervenga pel disbrigo di qualche affare. Ed in tal caso potranno concedergli vacanza in qualche altro giorno successivo.

3.° Dal 10 Settembre al 31 Ottobre correranno le ferie autunnali.

Durante questo tempo nessun dicastero sarà chiuso; ma in ciascuno rimarrà un limitato numero di officiali superiori ed inferiori, quanti cioè si reputino sufficienti per la spedizione degli affari urgenti di ordinaria amministrazione, mentre la trattazione e risoluzione di affari gravi o complicati sarà rimandata dopo le

berationes in-mensem Novembrem differentur. Quod si urgens rei; gravitas postulet ut cito occurratur, intra merae necessitatis fines providebitur.

4.° Qui feriarum tempore in Officio versari debebunt, iis conceduntur vacationis dies quinque et quadraginta, sive intermissi, sive continui pro lubitu petentium, alio anni tempore ab iisdem eligendo, habita tamen ratione necessitatum Officii, atque approbante Moderatore.

CAP. VI. - DE STIPENDIIS

1.° De medio sublatis emolumentis, quae *incerta* vocari solent, administri omnes certo stipendio, eoque menstruo et ad honestam sustentationem sufficienti, fruentur ex aerario Sanctae Sedis. Stipendii ratio pro variis administris proponetur in apposita tabula; incipietqüe vim habere pro iis qui in officia adsciscantur post praesentem ordinationem, ac pro veteribus administris qui ad officia diversi gradus et conditionis advocentur.

°*2.°* Emolumentorum, seu *incertorum,* genus unicum derivan poterit minoribus administris ex opere in extráhendis ab archivio documentis impenso, ac transcriptione documentorum et processuum, si non ex officio fiant, sed instantibus partibus quarum intersit; dummodo tamen his rebus non detur opera horis officio destinatis, et praescripta serventur appendicis *Legis propriae* S. Rotae *cap. 2* de exigenda compensatione.

ferie: che se l'urgenza del caso richiedesse un pronto provvedimento, questo si limiterà alla stretta necessità.

4.° Coloro che durante le ferie dovranno essere presenti in Officio, potranno prendersi 45 giórni di vacanza, o interpolati o continui, in altro tempo dell'anno a loro grado, compatibilmente però alle esigenze dell'Officio e dipendentemente dal Superiore del dicastero.

CAPO VI. — DEGLI STIPENDI

1.° Aboliti affatto gl'incerti, tutti gl'impiegati avranno dalla Cassa della Santa Sede uno stipendio fisso mensile, e sufficiente per l'onesta sostentazione, il quale sarà stabilito da apposita tabella, ed andrà in vigore dopo il presente ordinamento per gii officiali che entrano nuòvi, e per gli antichiche passino ad offici di grado e di attribuzione diversa.

2.° Le sole riassunzioni di archivio fatte ad istanza delle parti interessate e non ordinate d'officio, e le copie di documenti e procèssi, richiesti dalle parti interessate e non ordinate d'officio, potranno costituire un incerto degli officiali minori; a condizione però che tali lavori non si compiano in ore di officio, e sia osservato il prescritto del *cap. II* dell' Appendice *leg. prop.* ***S.*** *Botae* circa il compenso da esigere.

3.° Qui in praesens cuiusvis gradus ac naturae officio funguntur, sua stipendia retinebunt tum ordinaria tum extraordinaria, quae tamen stabilitatis rationem habeant *(incerta certa),* et ad officium ipsum referantur; non quae speciem remunerationis praeseferant ob collocatam peculiarem operam aut extraordinarios ob titulos.

Eadem stipendia non aliunde solventur in posterum nisi ab aerario Sanctae Sedis.

4° Ut autem recti iustique servetur ,lex, intra mensem ab edita praesenti ordinatione, singuli qui. variis Officiis praesunt ad Cardinalem Secretarium Status administrorum omnium deferent nomina, adiecto suo cuiusque stipendio, ad normam superiori numero descriptam.

Iidem Praesules, intra memoratum tempus, recensebunt onera sive perpetua sive temporaria, quibus Officia sua gravantur, et impensas Officii ordinarias.

5.° Gradus et stipendia ad normam *num. 3* sarta tectaque manebunt administris eorum etiam Officiorum, quae ob novam Romanae Curiae ordinationem aut prorsus desierint, aut sint natura penitus immutata.

Huiusmodi autem administri a Sanctae Sedis nutu pendebunt, et, ubi eorum postuletur opera, ad eam praestandam debebunt sese promptos ac paratos exhibere.

6.° Salvis iuribus a praesentibus administris acquisitis in quibusdam

3.° Gli attuali investiti di un officio di qualsiasi grado e natura, conserveranno il loro stipendio sia ordinario che straordinario, qualora questo abbia ragione di stabilità *(incerti certi),* sia doveroso in rapporto all'officio, e non abbia natura di rimunerazione per lavori speciali o per titoli eccezionali.

E questo stipendio sarà pure quindi innanzi soddisfatto unicamente dalla Cassa della Santa Sede.

4.° Onde poi sia salva la giustizia, entro un mese dalla data del presente regolamento, i Superiori dei singoli dicasteri con lettera diretta al Cardinale Segretario di Stato dovranno denunciare i nomi dei singoli impiegati, con il loro onorario, secondo la norma data nel numero precedente. Dovranno anche gli stessi Superiori, entro lo stesso tempo, denunciare gli oneri perpetui e temporanei, che gravano sul loro dicastero, e le spese ordinarie d'officio.

•5.° Sarà salvo il grado e fermo lo stipendio secondo le norme del ***num. 3.°*** anche per gl'impiegati di quegli offici, che per il nuovo ordinamento della Curia Romana venissero a cessare o ad essere sostanzialmente trasformati.

E tali M j É ^ A rimarranno a dispositione della Santa Sede, e qualora vengano richiesti, dovrMoì& prestarsi al disimpegno di altri offici.

6.° Salvi i diritti acìplsili dagli attuali impiegati in taluni dicasteri per la

Officiis ad emeritum percipiendum, ceteris omnibus in posterum, qui sive aetatis ingravescentis, sive diutini morbi causae sustinendis rite muneribus impares fiant, Apostolica Sedes, quantum poterit, ex aequo providebit, curando ut sufficiantur ab aliis, et cavendo ne ipsis necessaria desint ad honestam sustentationem.

CAP. VII. - DE ADVOCATIS

1.° Firmo illorum iure qui modo legitimi habentur advocati, in posterum, ad ineundum hoc munus, servandae erunt normae *tit. III. Legis propriae* S. Rotae constitutae.

Exinde leges disciplinae vigebunt in memorato tituló contentae, quibus aeque omnes erunt Obnoxii.

'S.° Qui vero cupiat advocati munus exercere apud S. Rituum Congregationem in Sanctorum causis, is legitimum sibi titulum Comparet advocati rotalis, ceterisque satisfaciat consuetudinis formis, quae ab eo sacro Consilio praescripta sunt.

CAP. VIII. -I DE MINISTRIS EXPEDITIONEM

1.° Privilegium *exclusivae,* quo Apostolici ministri expeditionem in Datariae Officio fruuntur, ubi primum habere vim coeperit Constitutio *Sapienti consilio,* cessabit.

giubilazione, in avvenire per tutti quegli officiali che a causa dell'età inoltrata o di cronica infermità si rendessero'incapaci di prestare convenevole servizio, la Santa Sede provvederà nei limiti del possibile secondo equità, onde siano sostituiti nell'officio, e non manchi loro il mezzo di una onesta sostentazione.

CAPO VII; — 'DEGLI AVVOCATI

1.° Fermo il diritto degli avvocati attualmente riconosciuti, nell'avvenire per F ammissione di chicchessia all'officio di avvocato, si osserveranno le norme stabilite nel *UV. III* della *Lex propria S: Eót'ae.*

E per tutti quindi innanzi andranno ih vigore le disposizioni disciplinari stabilite nello stesso titolo.

3.° Chi poi aspira ad esercitare l'officio di avvocato innanzi alla sacra Congregazione dei Riti nelle cause dei Santi, dovrà esser fornito del titolo regolare di avvocato rotale e sottostare poi alle altre formalità che sono prescritte da quella sacra Congregazione.

CAPO ¥111. —DEGLI SPEDIZIONIERI

11 privilegio di esclusiva, che hanno gli spedizionieri apostolici della Dataria, coll'entrare ih vigore delle disposizioni della Costituzióne *Sapiènti consilio,* viene a cessare. *

%° Est autem Sanctae Sedis propositum de ministrorum expeditionum, qui modo sunt, conditione ac statu cognoscere, ut in peculiaribus casibus ea possit inire consilia quae magis aequa et opportuna iudicaverit.

CAP. IX. - DE PROCURATORIBUS SEU" AGENTIBUS

SECTIO I. - ***De procuratoribus particularibus et privatis.***

1.° Qui ad Sanctam Sedem recurrens sui particularis ac privati negotii causa uti **opera** velit procuratoris, potest ad id munus deputare quemlibet suae fiduciae virum, dummodo catholicum, integra fama, et ad Officium, in quo agenda sit res, minime pertinentem. Praeterea oportet eumdem legitimo mandato munire, quod in Actis, ad ipsius Officii cautionem, servabitur; aut sin minus apud Moderatores eiusdem in tuto ponere delecti viri honestatem et requisitas conditiones.

2.° Si exhibitum virum Moderatores iudicaverint admitti non posse certiorem facient mandantem, ut aliter consulat. •

SECTIO II. - ***De procuratoribus publicis ac legitimis.***

3.° Ad procuratoris munus legitime et constanter obeundum pro Episcopo eiusque dioecesi, oportet inscriptum habere nomen in procura-

Però la Santa Sede è disposta ad esaminare la situazione di ciascuno degli spedizionieri oggi esistenti, per prendere nei casi particolari quei provvedimenti che crederà equi ed opportuni.

CAPO IX. — DEGLI AGENTI o PROCURATORI ,

SEZIONE I. — ***Degli agenti particolari e privati.***

1.° Il fedele, che ricorrendo alla Santa Sede per un suo particolare e privato interesse voglia servirsi dell'opera di un procuratore od agente, può deputare a tale officio qualsiasi persona di sua fiducia, purché cattolica, di integra fama ed estranea al dicastero presso cui si tratta la cosa. Dovrà inoltre fornirla di regolare mandato da conservarsi in atti per garanzia del dicastero stesso, o, quanto meno, assicurare i Superiori in modo certo della scelta fatta.

2.° Qualora i Superiori stimassero non accettabile la persona proposta, avvertiranno il mandante, affinchè provveda altrimenti.

SEZIONE II. — ***Degli agenti pubblici e. formalmente riconosciuti.***

3.° Per essere agente o procuratore abituale e riconosciuto di un Vescovo e della sua diocesi, è necessario in primo luogo essere iscritto nell' albo

torum albo, quod patebit in Officio a secretis sacrae Congregationis Consistorialis.

4.° Salvis iuribus acquisitis ab exercentibus hodie munus *agentium* seu ministrorum expeditionis, qui, ubi postulaverint, in memoratum album referentur, posthac quicumque volet inscribi debebit petitionem, cum titulis quibus illa nititur, exhibere Adsessori S. C. Consistorialis.

5.° Ad iustam admissionem requiritur ut orator catholicam fidem profiteatur, sit integra fama, calleatque satis latinum sermonem et ius canonicum. Si agatur de sacri ordinis viro, oportet ab Officio Urbis Vicarii adsensum impetret Romae residendi; religiosus autem sodalis id a Praeposito generali impetrabit.

6.° Iudicium de petitione, utrum ea admitti possit necne, edetur a Cardinali a secretis S. C. Consistorialis, audito Congressu; qui, ut magis explorata sit candidati doctrina, poterit ipsum experimento subiicere, prout melius iudicaverit.

7.° Nihil obstat quominus Ordinarius procuratorem eligat virum nondum in album relatum ; qui tamen, ante quam exerceat mandatum, inscriptionem postulabit.

Hoc autem in casu Ordinariorum prudentiae relinquitur ante videre,

degli agenti, il quale quindi innanzi sarà aperto nella Segreteria della Concistoriale.

4.° Salvi i diritti acquisiti da coloro che oggi esercitano l'officio di agenti o di spedizionieri, i quali a loro richiesta senz' altro saranno iscritti nel detto albo, per l'avvenire chi vuole esservì iscritto dovrà presentare all'Assessore della Concistoriale la domanda relativa coi titoli che l'appoggiano.

5.° Per l'ammissione si richiede oltre che d'essere cattolico di integra fama, avere una sufficiente cognizione della lingua latina e del diritto canonico. E se si tratta di un ecclesiastico, avere anche il beneplacito del Vicariato per risiedere in Roma: e per un religioso, quello del suo Superiore generale.

6.° Il giudizio suir ammissibilità o meno della petizione sarà dato dal Card/Segretario della Concistoriale, udito il Congresso, il quale ad assicurarsi dell'idoneità del candidato quanto alla scienza, potrà sottoporlo ad un esame in quel modo che meglio crederà.

7.° Nulla osta che un Ordinario si scelga per agente della sua diocesi una persona non per anco iscritta nell'albo. Questa però dovrà richiedere l'iscrizione prima di esercitare il mandato.

Starà alla prudenza degli Ordinari in tale ipotesi informarsi preventivamente,

num cui forte obstáculo propositus procurator esse possit obnoxius, ne sese repulsae periculo obiiciant.

8.° Praeter inscriptionem in album, ut quis publicus habeatur et stabilis procurator dioecesanus, necessario requiritur iustum Ordinarii mandatum ab adlecto exhibendum, cuius mandati authenticum exemplar apud Officium a secretis Consistorialis Congregationis deponetur.

9.° Munerum a procuratore dioecesano explendorum haec summa est: curare ut epistolarum commercium inter Apostolicam Sedem et Episcopum, de omnibus dioecesis negotiis, rite et cum fide procedat; ea referre, de quibus Officio alicui Praepositi, in rebus ad ipsum pertinentibus, eum sint percontati; in cognitione versari negotiorum, quae apud varia Sanctae Sedis Officia evolvuntur spectantque dioecesim, cuius habet ipse procurationem.

10.° Quae scripta data sint obsignata, inviolata transmittenda sunt; neve procurator unquam ullàve de causa sibi fas esse ducat ea resignare. Qua in re cuiusvis generis culpa censebitur gravis.

11° Circa res omnes dioecesis, quarum, ratione sui muneris, notitiam acceperit, nisi agatur de re publica et notoria, procurator secreto officii tenetur. Huius legis violatio culpae gravis instar habebitur.

\%° Procuratoribus interdicitur ne litteras passim dimittant ad clientum aucupium, exhibentes faciliores conditiones aut similia.

se la persona prescelta possa trovare ostacolo per l'approvazione, onde non esporsi al pericolo di vedersela poi esclusa.

8.° Oltreché essere iscritto nell'albo, per venire riconosciuto come agente diocesano abituale, altra condizione necessaria è F esibizione di regolare mandato dell'Ordinario, da depositarsi in copia autentica nella Segreteria della Concistoriale.

9.° Doveri in generale dell'agente diocesano sono, di curare la fedele trasmissione della corrispondenza fra la Santa Sede ed il Vescovo per tutti gli affari della diocesi; fornire quelle notizie di cui fosse richiesto dai Superiori di un qualche dicastero per le cose di sua competenza; e tenersi al corrente degli affari che si svolgono nei .dicasteri della Santa Sede, relativi alla diocesi rappresentata.

10.° La corrispondenza ricevuta chiusa, dev'essere trasmessa inviolata; e l'agente non si permetterà mai di aprirla sotto qualsiasi pretesto. Qualunque mancanza al riguardo sarà considerata come cosa grave.

11.° Per tutte le cose della diocesi, di cui l'agente pel suo compito venga a cognizione, meno che si tratti di cosa pubblica e notoria, è tenuto al segreto d'officio. L'infrazione a questa regola sarà considerata come mancanza grave.

12.° È vietato agli agenti di mandare circolari per accaparrarsi clienti, offrendo facilitazioni o simili.

13.° Nemini procuratori licet pro sua opera maiorem pecuniae summam exigere quam quae pro rescriptis, Brevibus, Bullis Officiorum Sanctae Sedis constituta sit atque descripta: quam qui fregerit legem, restitutionis obligatione tenebitur, etiam poenis aliis non irrogatis.

14° Qui christiano plane more non agat, quae conditio ad excercendum procuratoris munus est omnino necessaria, aut in memoratis officii sui partibus grave aliquid admittat, potest ad tempus removeri, aut etiam perpetuo dimitti.

15.° Advocatorum consistorialium Collegium erit *agentibus* seu procuratoribus omnibus instar Consilii'disciplinae. Ex eius Collegii sententia, Cardinalis a secretis S. C. Consistorialis (si agatur de prave acta vita sociali vel de alia publice nota culpa) ; aut Praepositi Officio, cuius intersit, (si de culpa Officium spectante), poterunt ad admonitionem rei, aut ad eius remotionem sive temporariam sive 'perpetuam procedere.

16.° Procurator, sive remotus ad tempus sive perpetuo dimissus ab uno Officio, hoc ipso remotus censetur, aut omnino exclusus ab omnibus. Quare Praepositi Officio, a quo eiusmodi sit prolata sententia, ceteris Officiis rem significandam curabunt.

13.° Nessun agente potrà esigere per l'opera sua una maggior retribuzione di quella fissata sui rescritti, Brevi o Bolle dei dicasteri della Santa Sede, sotto obbligo di restituzione qualora contravvenisse a questa regola, anche nel caso che non fosse colpito da altre pene.

14° Essendo condizione indispensàbile per l'esercizio dell'officio di agente avere una condotta cristiana specchiata, chi venga meno ad essa, e parimenti chi* manchi gravemente ai doveri di agente sopra indicati, può essere sospeso e dimesso dall'officio.

15.° Il Collegio degli avvocati concistoriali fungerà da Collegio di disciplina per tutti gli agenti. E col voto del detto Collegio il Card. Segretario della Concistoriale (quando si tratti di cattiva condotta sociale, o di altra pubblica mancanza) o i Superiori del dicastero interessato (quando si tratti di mancanza nel trattamento degli affari del medesimo) potranno procedere all'ammonizione, alla sospensione ed anche alla perpetua interdizione dell'officio di agente.

16.° L'agente sospeso e dimesso in un dicastero, lo è anche negli altri. Avvenendo, quindi tale disposizione, i Superiori del dicastero che hanno emesso il relativo decreto dovranno darne, nei debiti modi, partecipazione a tutti gli altri dicasteri.

CAP. X. - DE RATIONE ADEUNDI SANCTAE SEDIS OFFICIA CUM IISQUE AGENDI GENERATIM

SECTIO I. — *Pro privatis.*

1.° Christi fideli cuique patet aditus ad Sanctae Sedis Officia, servata rite forma quae decet, et facultas est cum iisdem agendi per se de suis negotiis.

2.° Advocati opera uti volenti, in quaestionibus quae illum admittant, fas non erit patronum proponere quemlibet; sed optio ei dabitur inter approbatos, de quibus *cap. VII*

3.° Si vero procuratoris desideret operam, eius eligendi arbitrium ipsi relinquitur, servatis tamen normis *cap. IX, sect. I.* constitutis.

SECTIO II. — *Pro Ordinariis.*

4.° Ordinarius unusquisque potest ipse per se in variis Apostolicae Sedis Officiis negotia libere tractare, non solum quae se ipsum spectent, sed etiam quae dioecesim ac sibi subditos fideles ad ipsum confugientes.

CAPO X. — DEL MODO DI RICORRERE E TRATTARE COI DICASTERI DELLA SANTA SEDE IN GENERALE

SEZIONE I. — ***Pei privati.***

1.° Ogni fedele può ricorrere liberamente e trattare da per sè, osservati i debiti modi, quanto l'interessa presso i dicasteri della Santa Sede.

2.° Volendo valersi dell'opera di un avvocato, per le questioni che l'ammettono, non potrà proporne uno a suo arbitrio, ma dovrà sceglierne uno tra quelli approvati, come al *capo VII.*

3.° Che se voglia servirsi dell'opera di un procuratore od agente, potrà sceglierne uno a suo arbitrio, osservate però le norme stabilite nel *capo IX, sez. I.*

SEZIONE II. — ***Per gli Ordinari.***

4° Ogni Ordinario può trattare liberamente da per sè nei vari dicasteri della Santa Sede non solo le cose che lo riguardano personalmente, ma sì anche quelle della sua diocesi, e di quei suoi diocesani che a lui si rimettono,

5.° Quoties Ordinarius velit ipse per se de negotio aliquo agere, sive praesens in Curia, sive per litteras a sua sede mittendas, Officium praemonebit quocum ei erit agendum. Tunc vero in positione adnotabitur: *personalis pro Ordinario;* resque nullis interpositis procuratoribus agetur.

6.° Ordinarius, qui petit directo agere cum Officio aliquo, sibi assumit solvendas impensas, non modo pro acceptis redditisque litteris et scriptis, aut pro aliis rebus necessariis, sed etiam pro taxationibus praescriptis in singulis actis.

7.° Si advocato fuerit opus, etiam Ordinariis cohibetür optio, ita ut nequeant ipsum deligere nisi ex approbatis.

8.° Si procuratore uti velint, normis inhaerebunt *cap. IX, sect. II.* declaratis.

9.° Mandatum, quo ab Ordinario procurator eligitur, potest- usque rescindi ad formam iuris communis ; in eamque rescissionem, utpote rem ad fiduciam pertinentem, nulla datur • inquirendi aut expostulandi facultas.

i0.° Vicario capitulari non licet, electum ab Episcopo procuratorem cum alio mutare ; at poterit cum Sanctae Sedis Officiis directo agere, ad normam *art. 4..°, 5.°* et *6.°* huius sectionis.

5.° Quante volte un Ordinario voglia da per sè trattare un affare, sia personalmente, trovandosi in Curia, sia con diretta corrispondenza postale, trovandosi in residenza, dovrà avvertirne il dicastero interessato. E in tal caso sulla ponenza relativa sarà segnato: *personale per l'Ordinario.* E la cosa sarà trattata senza interposizione di procuratori od agenti.

6.° L'Ordinario che chiede la trattazione diretta, assume l'obbligo di rimborsare al dicastero non solo le spese postali ed altre che fossero necessarie, ma anche le tasse prescritte pei singoli atti.

7.° Richiedendosi l'opera di un avvocato, anche gli Ordinari dovranno circoscrivere la loro scelta fra uno degli approvati.

8.° Volendosi poi avvalere dell'opera di un agente, dovranno attenersi alle norme fissate nel *capo IX, sez. II.*

9.° Il mandato con cui si fa da un Ordinario la scelta di un agente è sempre revocabile a forma del diritto comune: e, come cosa di fiducia, la revoca del medesimo non è sindacabile, nè ammette ricorso.

10.° Il Vicario capitolare non potrà mutare l'agente scelto dal Vescovo; potrà però trattare direttamente coi dicasteri della Santa Sede a norma degli *art. 4.°, 5.°, 6.°* di questa sezione.

GAP. XI. - DE TAXATIONIBTJS ET PROCURATIONIBUS

1.° In omni rescripto, indulto, dispensatione, a suo Officio indicabitur, non modo taxatio Sanctae Sedi solvenda et remuneratio agenti debita, sed etiam pecuniae summa, cuius repetendae ius habet dioecesana Curia pro exsecutione rescriptorum, si haec necessaria sit; quae quidem summa pontifìcia taxatione erit inferior.

2.° Taxatio pauperibus, sive cives privati sint, sive instituti piaeve causae, si petita gratia moraliter necessaria sit, non lucrosa oratori, ita ut hic nullum possit ex ea quaestum facere, ex dimidia parte minuetur, aut etiam, si visum fuerit, omnino condonabitur, integris tamen oratori manentibus impensis pro tabellariis, pro exscriptione, aliisque id genus necessariis.

His in casibus, etiam agentis procuratio ad partem dimidiam redigetur aut omnino condonabitur, salvis impensis pro tabellariis.

3.° Ordinarii, secreto percontati parochos, quae vera sit oratorum conditio, significabunt in singulis casibus, agaturne de paupere, aut quasi paupere, ideoque competat ne ipsis ius ad plenam aut dimidiatam condonationem taxationis, onerata utriusque partis conscientia super expositorum veritate ; contra quam si actum fuerit, firma restat obligatio sarciendi quidquid iniuria sublatum sit.

CAPO XI. — TASSE ED AGENZIE

1.° In ogni rescritto, indulto o dispensa sarà dal rispettivo dicastero indicata non solo la tassa per la Santa Sede e l'***agenzia,*** cioè l'onorario per l'agente, ma anche il quantitativo della somma, che per l'esecuzione (qualora questa sia necessaria) potrà legittimamente percepirsi dalla rispettiva Curia diocesana, e che sarà inferiore alla tassa della Santa Sede.

2.° Per i poveri, siano persone private, siano istituti o pie cause, se la grazia è moralmente necessaria e non lucrativa, cioè non arrechi lucro temporale all'oratore, la tassa sarà ridotta a metà ed anche del tutto condonata, se ne sia il caso, salve le spese postali ed altre necessarie, come per trascrizione, ecc.

E in tal caso anche l'agenzia sarà ridotta a metà, o del tutto condonata, salve parimenti le spese postali.

3.° Gli Ordinari, presa segreta informazione dai parrochi dei rispettivi oratori, dovranno nei casi particolari specificare se trattasi di povero, o quasi povero, e quindi se possa aver esso diritto al condono o totale o parziale della tassa, rimanendo gravata la coscienza degli uni e degli altri sulla verità dell'esposto, e fermo l'obbligo di rifondere l'indebitamente sottratto,

Si qui autem iniqua voluntate renuant satisfacere taxationem ad aliquam consequendam dispensationem praescriptam, cuius tamen concessio sit moraliter necessaria ad offendicula et peccata vitanda, hoc erit ab Ordinariis indicandum, in suis litteris. Iidem, impetratae gratiae notitiam • communicantes cum iis quorum interest, eos commonebunt (si opportune id fieri prudenterque licebit ab ipsis) ex: iustitia aliquid Sanctae Sedi deberi.

Utcumque tamen gratiae validitati nihil umquam officiet error aut fraus circa oeconomicam petentis conditionem.

4>.° In omnibus Officiis, subsignatis rescriptis, destinatus administer, peculiari super ipsis impresso sigillo, taxationem notabit Sanctae Sedi debitam, impènsas procurationis et pecuniae summam pro exsecutione: quae omnia in menstruo libello recensebit, ad rationum computationem suique cautionem adservando.

In variis taxationibus designandis administer prae oculis habebit superius expositas normas, *positionem,* seu fasciculum actorum expendens; in dubiis vero rem ad Officii Moderatores deferet.

5.° Singula Officia alterum habebunt a priore distinctum administrum dirigendis litteris, rescriptis, et exigendae pecuniae taxationum ad Sanctam Sedem pertinentium.

6.° In rebus secreto tegendis rescripta obserata tradentur: taxatio

Che se per cattiva volontà, taluni si rifiutassero al pagamento delle tasse prescritte per l'assecuzione di qualche dispensa ; e d'altronde la concessione della medesima fosse moralmente necessaria per evitare scandali e peccati, gli Ordinari indicheranno ciò nella loro informazione, E, concessa la grazia, nel comunicarla agi' interessati faranno ad essi conoscere (qualora la prudenza lo consenta), che essi hanno un dovere di giustizia da compiere verso la Santa Sede.

In ogni caso la validità della grazia non verrà mai meno per errore o frode circa lo stato economico del petente.

4.° In ogni dicastero, firmati che siano i rescritti, uno degl'impiegati a ciò destinato segnerà su di essi con apposito bollo la tassa per la Santa Sede, l'agenzia e la tassa per l'esecuzione; e ne terrà nota in un foglio mensile da conservarsi per controllo e garanzia.

Nel fissare le varie tasse l'officiale terrà calcolo dei criteri sopra enunciati, esaminando la relativa posizione, e nei casi dubbi riferendosi ai Superiori del proprio dicastero.

5.° In ogni dicastero parimenti vi sarà un impiegato distinto dal primo per la distribuzione delle lettere e rescritti e la riscossione delle tasse segnate in pro della Santa Sede.

6.° Quando si tratti di cose che debbono rimanere segrete, il rescritto si con-

vero in alio hotabitur folio eumdem numerum referente qui in obserato rescripto. Eadem taxationis notatio in interiore rescripti pagina iterabitur, ad securitatem recipientis.

7.° Extremo quoque mense, Praelatus Officii moderator libellum inspici et , de quo *num. 4.°*, acceptique rationem expendet ; deinde utrumque ad Sanctae Sedis aream nummariam deferet, suae auctoritatis testimonio munitum.

DISPOSITIONES TEMPORARIAE

8.° Officiorum administrationem totam illico retexere quum minime detur, Sancta Sedes sibi reservat peculiares normas constituere servandas in posterum.

9.° Interim nulla fiet immutatio taxationum quae legitime in usu sunt pro expeditione Bullarum et Brevium Apostolicorum.

10.° Pariter in usu esse non desinunt eae taxationes, quae in causis beatificationis aut canonizationis descriptae habentur in lege SS. Rituum Congregationis : *de taxis et impensis pro causis Servorum Dei.*

11.° Sua etiam disciplina est moderandarum taxationum, mercedium, impensarum apud S. Rotam et Signaturam Apostolicam in causis quae ad ea tribunalia deferantur.

12.° Pro dispensationibus matrimonii vigere quoque pergent in praesens taxationes pendi solitae penes Datariam Apostolicam et S. Poeniten-

segnerà in busta chiusa; e la tassa sarà segnata in foglio separato che riporti il numero del rescritto chiuso; sarà ripetuta internamente nel rescritto per norma di chi lo riceve.

7.° In fine di ogni mese il Prelato superiore del dicastero controllerà il foglio (di cui nel *num. 4.°)* e gl' incassi : e passerà l'uno e gli altri alla Cassa della Santa Sede col suo visto.

DISPOSIZIONI TRANSITORIE

8.° Non essendo possibile rimaneggiare d'un tratto tutta l'amministrazione dei vari dicasteri, si riserva la Santa Sede di prendere gli opportuni provvedimenti in dettaglio in un prossimo avvenire.

9.° Frattanto rimangono invariate le tasse legittimamente in uso per la spedizione delle Bolle e dei Brevi Apostolici.

10.° Rimangono egualmente in vigore per ora le tasse che per le cause di beatificazione e canonizzazione si trovano nel *regolamento di tasse e spese per le cause dei Servi di Dio* nella sacra Congr. dei Riti.

11.° Per le cause dinanzi alla sacra Rota ed alla Segnatura Apostolica, la disciplina quanto ad onorari, tasse e spese, viene retta dal proprio regolamento.

12.° Per le dispense dagl'impedimenti matrimoniali rimarranno pure per ora in vigore le tasse in uso presso la Dataria Apostolica e la sacra Penitenzie-

tiariam. In causis vero matrimonialibus dispensationis super *rato,* et in aliis quae a S. Congregatione de Sacramentis iudicantur, standum normis a S. Congregatione Concilii huc usque servatis.

13.° Pro ceteris gratiarum, indultorum, dispensationum rescriptis, in Officiis omnibus, taxatio Sanctae Sedi solvenda erit libellarum decem, si de maioribus rescriptis agatur; si de minoribus, quinque.

Remuneratio agenti debita erit libellarum sex pro rescriptis maioribus; pro minoribus, trium.

Si rescriptum unum plures gratias contineat, augebitur pro portione taxatio; non ita tamen agentis procuratio.

14.° In omnibus autem et singulis casibus superius *num. 9.°, 10.°, 11°, 12.° et IS.°* recensitis, incolumes semper sint dispositiones *cap. VI* praecedentis *de stipendiis,* et dispositiones *num. 4.°, 5.°, 6.° et 7.°* huius capitis, de solutione pecuniae singulis mensibus arcae nummariae S. Sedis facienda.

15.° Usus S. Congregationis de Propaganda Fide exemptionis e qualibet taxatione in suae iurisdictionis locis incolumis servetur.

Datum Romae, die xxix Iunii MDCCCCVIII.

De mandato speciali SSmi D. N. Pii Papae X &

R. Card. MERRY DEL VAL.

ria. E per le cause matrimoniali di dispense *super rato* ed altre, che vengano giudicate dalla sacra Congregazione *de Sacramentis,* si osserveranno le norme che erano in uso presso la sacra Congregazione del Concilio.

13.° Per tutti gli altri rescritti di grazie, indulti e dispense di tutti i dicasteri la tassa per la Santa Sede sarà di L. 10 pei rescritti maggiori, di L. 5 pei minori.

L'agenzia sarà di L. 6 per i rescritti maggiori, di L. 3 per i minori.

Se un rescritto contiene più grazie, la tassa crescerà in proporzione ; ma non così l'agenzia.

14.° Per tutti però i casi superiormente annunziati nei *num. 9.°, 10.°, 11.°, 12.°* e *IS.°* s'intende che debba essere sempre salvo il disposto del *capo VI* precedente circa gli stipendi, ed il disposto dei *num. 4.°, 5.°, 6.° e 7.°* del presente capo relativamente al versamento da;:farsi ogni mese alla Cassa della Santa Sede.

15.° Rimane inalterato l'uso della S. Congregazione di Propaganda di esenzione da ogni tassa pei luoghi di sua giurisdizione.

Dato in Roma, il 29 Giugno 1908.

Per mandato speciale di S, S,, Pio Papa X

R. Card. MERRY DEL VAL.

PARS ALTERA

Normae peculiares

CAP. I. - DE AMBITU COMPETENTIAE SINGULORUM OFFICIORUM s. SEDIS

1.°.Secundum praescripta Constitutionis *Sapienti consilio,* Officiorum Sanctae Sedis competentia partim territorium, partim vero materiam afficit.

a) Congregationi Sancti Officii, in suae competentiae rebus, territorii limites nulli sunt.

b) Consistorialis munia sunt circumscripta regionibus iuri communi obnoxiis, in quibus ipsa suam et Qgggfi aliis non communem habet competentiam circa ea omnia, quae ad regimen dioecesanum, ad Seminaria, ad Episcoporum aliorumque Ordinariorum electionem, ad Apostolicas visitationes, ad relationes de statu dioecesum referantur.

c) Congregationi de disciplina Sacramentorum in iis, quae matrimonium spectant, competunt quoque loca Congregationi de Propaganda Fide obnoxia, ad memoratae Constitutionis normam. Circa cetera Sacramenta competentiam habet circumscriptam regionibus iuri communi subiectis. *

PARTE SECONDA

Norme speciali

CAPO I. — DEI LIMITI DELLA COMPETENZA DEI SINGOLI DICASTERI DELLA SANTA SEDE

l.° In conformità delle prescrizioni della Costituzione *Sapienti consilio,* la competenza dei dicasteri della Santa Sede è in parte territoriale, ed in parte per materie.

a) Il S. Offizio, per le cose di sua competenza, non ha limiti territoriali.

b) La Concistoriale ha le sue attribuzioni circoscritte alle regioni soggette al diritto comune, nelle quali, per tutto ciò che risguarda il regime diocesano, i Seminari, l'elezione dei Vescovi e degli altri Ordinari, le visite Apostoliche, le relazioni sullo stato delle diocesi, ha competenza propria ed esclusiva.

c) La Congregazione circa la disciplina dei Sacramenti, per tutto ciò che risguarda il matrimonio, ha competenza anche nei luoghi soggetti alla Congregazione di Propaganda, secondo la norma data nella detta Costituzione. Per gli altri Sacramenti ha una competenza limitata al territorio soggetto al diritto comune.

d) Concilii et Studiorum Congregationibus, in ipsarum competentiae negotiis, certi locorum assignati sunt limites, quemadmodum Consistoriali.

e) Congregatio Religiosorum sodalium praecipuam et propriam habet competentiam in religiosos ubicumque versantur, atque in rebus omnibus, quae statum, disciplinam, studia et sacram ipsorum Ordinationem spectant, salvo iure Congregationis de Propaganda in religiosos qua \ missionarios.

f) Propagandae Fidei Congregatio iurisdictionem locis et rebus circumscriptam habet, iuxta memoratae Constitutionis praescriptum.

g) Congregationibus Indicis, Rituum, pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis, Caeremoniali, itemque Tribunalibus tum interni tum externi fori, pro suae competentiae negotiis, nulli sunt constituti territorii limites.

2.° Etsi, abrogata iurium cumulatione in Sanctae Sedis Officiis, sua cuique negotio sit constituta sedes ; nihilominus, quia in peculiaribus casibus dubitationi aut errori locus esse potest, firma manet antiqua lex, qua, delato et excepto ab aliquo Officio supplici libello pro impetranda re sive ad gratiam pertinente sive ad iustitiam, nemini ulla de causa licet aliud suo marte Officium ad eumdem finem adire; sed opus est adsensu Officii ipsius quocum agi coeptum est, aut Congregationis Consistorialis decreto, quo venia detur transmittendi negotii.

d) Le Congregazioni del Concilio e degli Studi, nelle materie di loro competenza, hanno un limite territoriale come la Concistoriale.

e) La Congregazione dei Religiosi ha una competenza propria ed esclusiva sui religiosi in qualsiasi luogo, e per tutte le materie che toccano lo stato, la disciplina, gli studi e la sacra Ordinazione dei religiosi, salvo il diritto della Congregazione di Propaganda sui religiosi in quanto missionari.

f) La Congregazione di Propaganda ha competenza territoriale limitata ai luoghi ed alle cose, secondo detta Costituzione.

g) Le Congregazioni dell'Indice, dei Riti, degli Affari ecclesiastici straordinari e la Cerimoniale, così pure i Tribunali, sia di foro interno che di foro esterno, non hanno limiti territoriali per le materie di loro competenza.

%.° Sebbene, per l'abolizione delle competenze cumulative nei dicasteri della Santa Sede, ogni affare abbia la sua sede propria in cui deve esser trattato ; tuttavia, nei casi particolari essendo possibile il dubbio o 1' errore, rimane ferma l'antica regola che, presentata ed accettata un'istanza per un affare, sia di grazia sia di giustizia, in un dicastero, niuno per qualsiasi motivo può di suo arbitrio per lo stesso oggetto adirne un altro; ma a tale effetto si richiede un atto del dicastero prevenuto, od un decreto della Congregazione Concistoriale che ne autorizzi la trasmissione.

Quaevis concessio ab Officio alio profecta, contra memoratam legem, irrita, esto.

3.° In expostulationibus ad Sanctam Sedem, si libellus ad S. Rotam delatus est, Decanus cum duobus Auditoribus primis; si ad aliquam Congregationem, ordinarius eiusdem Congressus, de quaestionis natura videbunt, utrum res administrationis ac disciplinae tramite tractanda sit, an summo iure agendum.

Horum primum si accidat, iudicium quaestionis reservatur sacrae Congregationi cui competit, ad normam Const. *Sapienti consilio.*

Alterum si fiat, quaestio ad proprios iudices ac sua tribunalia deferatur ad normam iuris communis definienda, salvo semper proprio Signaturae Apostolicae procedendi modo.

CAP. II. - DE IIS QUAE PLENAE CONGREGATIONI RESERVANTUR ET CONGRESSUI TRIBUUNTUR

1.° In sacris omnibus Congregationibus communiter iudicio Patrum Cardinalium, quibus ipsae constant, (vel, uti vulgo dicitur, plenae Congregationi) est reservata solutio dubiorum omnium aut quaestionum de iure interpretando ; examen controversiarum ordinis administrationem ac disciplinam spectantis, vel per se vel ob adiuncta graviorum; disceptatio de

Qualsiasi concessione ottenuta in altro dicastero, contravvenendo a questa regolale di niun valore.

3.° Nei casi di ricorsi alla Santa Sede, se il libello è stato presentato alla S. Rota, il Decano coi due Uditori più anziani; e se a qualche Congregazione, il rispettivo Congresso, esamineranno se la cosa sia di tale natura che debba trattarsi in. via soltanto amministrativa e disciplinare o in via strettamente giudiziaria.

Nel primo caso il giudizio della vertenza deve riservarsi alla sacra Congregazione, cui compete, secondo la Cost. *Sapienti consilio.*

Nel secóndo caso, la questione deve rimettersi ai propri giudici e tribunali per essere ivi risolta secondo le norme del diritto comune, salvo sempre il modo speciale di procedere della Segnatura Apostolica.

CAPO II. — Di ciò CHE È RISERVATO ALLA PIENA CONGREGAZIONE E DI CIÒ CHE COMPETE AL CONGRESSO

1.° In tutte le sacre Congregazioni in generale è riservato al giudizio dei Cardinali, che le compongono, (o, come suol dirsi, alla piena Congregazione) la risoluzione di tutti i dubbi e le questioni di massima ; l'esame delle controversie amministrative e disciplinari di natura più grave in sè o per le circostanze; l'esame

gratiis ac facultatibus maioris momenti, iisdemque vel per se vel ratione modi insuetis; acta denique omnia publici ordinis atque communis, sive praeceptiones ea sint sive praescriptiones.

2.° Ad Congressum pertinet ea praeparare quae ad plenam Congregationem erunt deferenda; deliberata exsequi post approbationem Summi Pontificis; eadem casibus aptare similibus, ubi res perspicua sit, obvia,, nullique obiecta controversiae; largiri, pro potestate a Pontifice Maximo facta, facultates, gratias, indulta, quae consueta sint et facilia; providere ut quae in Officio geruntur, omnia rite procedant secundum normas tum communes tum peculiares huius legis et Constit. *Sapienti consilio.*

CAP. III. - DE MODO TRACTANDI NEGOTIA NON STRICTE IUDICIALIA

ART. I. - **Quando agitur de rebus gratiae.**

1.° Si gratiae, seu facultates, dispensationes, indulta, quae quis a Sancta Sede postulet, ius aliis quaesitum laedant; ii, quorum interest, aut directo aut per Ordinarios suos ante concessionem audiendi sunt.

°2.° Gratiae, quas quis pro se a Sancta Sede oretenus assequitur, ipsi petenti in foro conscientiae suffragantur. Nemo tamen potest cuiuscumque privilegii usum adversus quemquam vindicare, nisi privilegium ipsum legitime probet.

delle grazie e facoltà di maggior importanza, od insolite in sè o nel modo; ed infine ogni istruzione o disposizione di ordine pubblico generale.

2.° Spetta al Congresso preparare quanto deve portarsi in piena Congregazione; curare l'esecuzione delle risoluzioni, dopo avuta l'approvazione del Sommo Pontefice; applicarle nei casi simili, quando però la cosa sia chiara, ovvia e non ammetta dubbio; concedere, secondo il potere avuto dal Santo Padre, le facoltà, le grazie e gl'indulti che siano consueti e non presentino difficoltà; e provvedere al buon andamento del dicastero, secondo le norme generali e speciali del presente regolamento, ed in conformità al disposto della Costit. *Sapienti consilio.*

CAPO III. — DEL MODO DI TRATTARE GLI AFFARI NON STRETTAMENTE GIUDIZIALI

ART. I. — **Quando si tratta delle cose di grazia.**

l.° Se le grazie, ossia le facoltà, le dispense e gl'indulti, che alcuno chiede alla Santa Sede, ledono il diritto proprio dei terzi; gl'interessati debbono prima della concessione, o direttamente o per mezzo dei loro Ordinari, essere intesi.

%° Le grazie, che alcuno in suo vantaggio ottiene a voce dalla Santa Sede, valgono nel foro della coscienza per il petente. Niu'no però può sostenere, contro chicchessia, l'uso d'un privilegio senza regolarmente provarlo.

3.° Gratiae, quae a Sancta Sede scripto conceduntur, communiter ab ipsa directo promanant per personas et Officia iure recognita. Quandoque vero supplex oratoris libellus ad Ordinarium, vel ad alium eius loco ecclesiasticum virum, per personas et Officia memorata remittitur, cum facultatibus petitam gratiam largiendi, sive totam sive certis limitibus circumscriptam.

Quum preces ad Ordinarium cum facultatibus remittuntur, eius aequo iudicio rectaeque conscientiae imploratae gratiae largitio permittitur, habita ratione formae rescripti, rerum Sanctae Sedi expositarum, et opportunitatis gratiae concedendae.

Ubi vero ab ipsa Sancta Sede, interposito nemine, gratia impertiatur, exarari rescripta possunt, aut forma gratiosa aut commissoria.

4.° Si forma gratiosa, exsecutorem suapte natura non postulant. Exhibenda tamen Ordinario sunt, qui ea suo *recognitionis* rescripto roboret, si de rebus agatur publicis, cuius generis indulgentiae sunt communiter impertitae, sacrae reliquiae publicae venerationi proponendae, aliaque huiusmodi; aut si comprobare conditiones quasdam oporteat, uti loci decorem in sacellis privatis, aliaque id genus.

Si vero commissoria forma rescripta expressa sint, opus habent exsecutore. Nec licet Ordinario exsecutionem detrectare, nisi forte horum alterutrum occurrat, ut, aut manifesto vitiosae, hoc est obreptitiae vel subre-

3.° Le grazie, che si conseguono dalla Santa Sede in iscritto, d' ordinario sono concesse direttamente dalla medesima per mezzo delle persone e degli Offici legittimi. Talora poi l'istanza dell'oratore, per mezzo delle dette persone ed Offici, viene rimessa all'Ordinario ö ad altra persona ecclesiastica in suo luogo, con le facoltà di concedere, in tutto od in parte e dentro certi limiti, la grazia richiesta.

Quando le preci sono rimesse all'Ordinario con le facoltà, spetta al giusto discernimento ed alla coscienza del medesimo concedere ciò che si chiede, tenendo conto del tenore del rescritto, delle cose esposte alla Santa Sede, e della convenienza della concessione.

Quando la grazia è concessa direttamente dalla Santa Sede, i rescritti possono essere redatti, o in forma graziosa o in forma commissoria.

4.° Se in forma graziosa, per la loro stessa natura non richiedono il decreto *esecutoriale* dell'Ordinario. Debbono però essere presentati al medesimo per il *visto,* nelle cose di ordine pubblico, come per indulgenze di carattere generale, per reliquie da esporsi alla pubblica venerazione, ecc.; o per verificare talune condizioni, come per es. la decenza del locale negli oratori privati, ecc.

Se in forma commissoria, i rescritti hanno bisogno del decreto esecutoriale. Ma l'Ordinario non può esimersi dal farlo, meno il caso: 1.° che le preci siano evidentemente viziose, cioè orrettizie o surrettizie; %°. che la persona, cui è stata

ptitiae sint preces, aut qui gratiam impetravit adeo videatur indignus, ut aliorum offensioni futura sit indulti concessio. Haec si accidant, Praelatus, intermissa exsecutione, statim ea de re certiorem faciet Apostolicam Sedem.

5.° Pro recognitionis testimonio, quo rescripta muniuntur, ut est in superiore *num. 4.°*, nulla est repetenda compensatio. Necessariae tamen impensae sarciri possunt, quales ex. gr. occurrunt ad loci cognitionem in sacelli usum adhibendi, aut ad fidei comprobationem circa aliquam sacram reliquiam.

6.° Servatis, tum quae superiore *num. 4.°* statuta sunt circa rescriptorum exsecutionem, tum necessariis conditionibus ad sacras indulgentias lucrandas; a die III mensis Novembris MDCCCCVIII, quo die incipient vim legis habere praescripta in Constitutione *Sapienti consilio,* gratiae ac dispensationes omne genus a Sancta Sede concessae, etiam censura irretitis, ratae sunt ac legitimae, nisi de iis agatur qui nominatim excommunicati sint, aut a Sancta Sede nominatim pariter poena suspensionis a divinis multati.

ART. II. - **Quando agitur de causis ordinis disciplinam et administrationem spectanti».**

7.° In causis apud sacras Congregationes administrationis ac disciplinae tramite agitandis, remota litis contestatione, exclusa auditione testium

concessa la grazia, sia talmente indegna, da far sì che la concessione ad essa dell'indulto riesca di scandalo agli altri. Verificandosi ciò, il Prelato, sospesa l'esecuzione, dovrà farne sollecita relazione alla Santa Sede.

5.° Per il visto, di cui al *num. 4.°* precedente, non si può esigere alcun compenso. Ma se fossero necessarie delle spese, p. e. onde recarsi a verificare la decenza dei locali destinati ad uso di oratorio, o per constatare 1' autenticità di qualche reliquia, si può esigerne il rimborso.

6.° Salvo il disposto del *num. 4°* precedente circa l'esecutoriale dei rescritti, e salve le condizioni necessarie per l'acquisto delle sacre indulgenze; dal 3 Novembre 1908, in cui cominciano ad avere effetto le disposizioni della Costituzione *Sapienti consilio,* le grazie e dispense di qualsiasi genere concesse dalla Santa Sede, anche a chi fosse colpito da censura, sono valide, meno per coloro che fossero nominatamente scomunicati, o nominatamente sospesi *a divinis* dalla stessa Santa Sede.

ART. II. — **Quando si tratta delle cause d'ordine disciplinare ed amministrativo.**

7.° Nelle questioni, che si trattano presso, le sacre Congregazioni in via disciplinare ed amministrativa, il procedimento si svolgerà senza contestazioni, senza

nullisque scriptis patronorum receptis habebitur quaestio ; audientur tamen semper partes quorum interest, ab iisque producta documenta excutientur.

8.° Ut ii, quorum interest, suam causam dicere valeant, erunt praemonendi, vel per suos Ordinarios vel directo, ad iuris communis normas.

9.° Quod si pro re sua typis edere ac distribuere scriptum suum aliquod vellent, facere hoc poterunt, servatis normis statutis in *can. 29 Legis propriae* S. Romanae Rotae, congrua congruis referendo.

10.° Quaestione semel instituta penes Congregationem aliquam administrationis ac disciplinae tramite, et a partibus admisso aut saltem non recusato hoc agendi modo; his iam non licet eadem de causa actionem stricte iudicialem instituere.

• Eoque minus, deliberata re atque ad sententiam deducta, fas erit hoc agere.

Est nihilominus Congregationi sacrae facultas, quovis in stadio quaestionis, ad iudices ordinarios causam deferre.

CAP. IV. - DE DIEBUS QUIBUS CARDINALIUM COETUS COADUNANTUR AC DE MODO PROCEDENDI PLENARUM CONGREGATIONUM

1.° Stati dies habendis coetibus Patrum Cardinalium erunt:

dies Lunae pro SS. CC. Propagandae Fidei, et Indicis;

» *Martis* » Rituum, Caeremoniali, et Studiorum;

audizione di testimoni e senza scritture di avvocati ; sentite però sempre le parti interessate, ed esaminati i documenti da esse prodotti.

8.° Affinchè gl'interessati possano dedurre le loro ragioni, dovranno avvertirsi, per mezzo dei rispettivi Ordinari o direttamente, secondo le norme del diritto comune.

9.° Se essi vorranno, a tutela dei loro diritti, stampare e distribuire qualche loro scritto, lo potranno fare, osservate le norme stabilite al *can. 29* della *Legge propria* della S. Romana Rota, secondo le esigenze del caso.

10.° Iniziato presso qualche Congregazione l'esame di una questione in via disciplinare ed amministrativa, ed accettato questo provvedimento o almeno non contradetto dalle parti, non è lecito alle medesime iniziare per lo stesso titolo un'azione in via giudiziaria.

E tanto meno ciò potranno fare, dopo emanata una decisione.

Può però sempre la sacra Congregazione, in qualunque stadio del procedimento, rimettere la vertenza ai giudici ordinari.

CAPO IV. — DEI GIORNI DELLE PIENE CONGREGAZIONI E DEL MODO DI PROCEDERE IN ESSE

1.° I giorni propri per le adunanze degli Emi Padri sono :

Lunedì per le SS. CC. di Propaganda, e dell'Indice ;

Martedì » dei Riti, Cerimoniale, e degli Studi

dies Mercurii pro S. G. Sancti Officii;
» *Iovis* pro SS. CC. Consistoriali, et pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis ;
» *Veneris* » Sacramentorum, et Religiosorum sodalium;
» *Sabbati* pro S. C. Concilii, et pro Signatura Apostolica.

In Officiis, quae unum eumdemque suis conventibus agendis habent constitutum diem, ipsorum Moderatores consilia inter se inibunt de iisdem habendis per hebdomadas diversas.

2.° Si quaestio eiusmodi sit, quae plenae Congregationis iudicium postulet, conficiendum, erit officiale folium, compendio collectam quaestionem exhibens, cum adiecto brevi summario ac dubiis ad excutiendum propositis.

In gravioribus aut difficilioribus sive de facto sive de iure quaestionibus, singularum Congregationum Moderatores curabunt unius vel alterius Consultoris rogare sententiam, officiali folio adiiciendam.

3.° Folia officialia, Consultorum *vota*, quidquid proelo edi debeat nomine Officiorum Sanctae Sedis, documenta ipsa aut defensiones, quae partes exhibere velint, ubi agatur de criminum aut matrimonii causis prudentius cautiusque tractandis, haec omnia Vaticanis typis imprimenda tradentur. Cetera aliis etiam officinis committi poterunt, quae a Cardinali a

Mercoledì per la S. C. del Sant'uffizio;
Giovedì per le SS. CC. Concistoriale, e degli Affari ecclesiastici straordinari ;
Venerdì » dei Sacramenti, e dei Religiosi;
Sabato per la S. C. dei Concilio, e per la Segnatura Apostolica.

Nei dicasteri, che hanno assegnato egual giorno per le riunioni Cardinalizie, i Moderatori cureranno di intendersi fra loro, onde possibilmente tenerle in settimane diverse.

2.° Nel caso che la questione sia di tale natura da richiedere il giudizio della piena Congregazione, si dovrà compilare un *foglio d'officio* riassuntivo della questione, con un breve sommario addizionale e coi dubbi da discutersi in proposito.

Nelle questioni di maggior gravità o difficoltà, sia in fatto che in diritto, sarà cura dei Moderatori delle singole Congregazioni di richiedere il voto di uno o due Consultori, da aggiungersi al foglio d'officio.

3.° I fogli d'officio, i voti dei Consultori, e quanto debba stamparsi per conto dei dicasteri della Santa Sede, e le stesse memorie o difese, che le parti credessero dover presentare, nelle cause criminali o matrimoniali d'indole delicata, saranno affidate per la stampa alla tipograna Vaticana. Il resto potrà essere commesso anche ad altra tipografia, che sia stata approvata dal Cardinale Segretario della

secretis Congregationis Consistorialis in suo Congressu probatae sint, et in quibus cautum sit circumspectioni pro variis casibus necessariae.

4.° Scripta typis impressa Patribus Cardinalibus dispertientur decem saltem ante diebus quam Congregatio habeatur.

5.° Qui typis edita folia scriptave alia receperint, quae, sive positivo praecepto sive rei delicatiore natura, postulant secreti religionem, de arcano servando erunt maxime solliciti; idque, non per dies tantum rei studio tributos, sed etiam posthac, quamdiu impressa ea folia scriptave domi retinuerint.

Iidem curare debebunt, ut, post obitum, ea documenta suo quaeque Officio inviolata restituantur.

Hac lege aeque obstringuntur uniuscuiusque Officii administri, Consultores et Patres Cardinales.

Easdem qui **Chartas** alio deferat, debitis modis ac tutiore via transmittendas curabit.

6.° Nulla fit immutatio in recepto more, quo sacrae Congregationes quaedam in certis negotiis, aliquot ante dies quam Patrum Cardinalium cogatur coetus, convocant Consultorum collegium, ut eorum sententiam rogent.

Summam hanc sententiarum postulare poterunt semper Moderatores

Congregazione Concistoriale nel suo Congresso, e dove sia garantita quella riservatezza che può essere secondo i vari casi necessaria.

4.° Le stampe dovranno distribuirsi ai Cardinali almeno dieci giorni prima della Congregazione.

5.° Sarà poi stretto dovere di ognuno che riceve stampe o carte le quali, o per positivo precetto o per la loro delicata natura, richiedono il segreto, di curare che questo segreto sia gelosamente custodito; e ciò non solo durante i giorni dello studio, ma anche in seguito, qualora queste stampe o carte dovessero più a lungo rimanere in sua casa.

Provvedere anche, affinchè, in caso di morte, le dette stampe o manoscritti siano rimessi inviolati all'Officio cui spettano.

Questa regola vincola egualmente Officiali, Consultori e Cardinali di ogni dicastero.

Chi poi trasmette le carte -segrete, ha l'obbligo di curare che la trasmissione sia fatta nei modi debiti e per via sicura.

6.° Nulla si muta dall'uso, vigente in talune sacre Congregazioni e per taluni affari, di convocare, alcuni giorni prima dell'adunanza Cardinalizia, il corpo dei Consultori per richiederli del loro parere.

È poi sempre in facoltà dei Moderatori delle Congregazioni o degli Emi

Congregationum aut Patres Cardinales aliis etiam in causis, praeter ordinarias, modo sint maioris momenti.

7.° In Patrum Purpuratorum coetibus primus sermonem instituet Cardinalis Ponens seu relator, si aderit; eo absente, aut post ipsum, Cardinalis priorem obtinens locum ; subinde ceteri ex ordine ; denique Cardinalis Praefectus aut eius vice fungens.

8.° Quae sacrae Congregationi aut plerisque illorum, qui interfuerunt, decernenda visa sint, ea, constanti lege, cui derogabitur nunquam, exarari scripto debebunt, perlegi et pro contione approbari.

Eadem servabitur lex in Consultorum conventibus.

9.° Si nihil obstet, sententia, in quam sacer Ordo devenit, a Praelato a secretis in suo Officio evulgabitur; et de ea scriptum aut typis impressum exemplar tradetur omnibus eiusdem Congregationis Cardinalibus in Urbe residentibus.

10.° Sententia evulgata, parti oneratae licet intra dies decem novae audientiae beneficium flagitare. Cardinali autem Praefecto, audito Congressu, arbitrium erit eius beneficii concedendi aut recusandi, prout rerum adiuncta suaserint.

Quod si Patrum Cardinalium deliberatio secumferat clausulam *amplius non proponatur,* non poterit novae audientiae beneficium concedi, nisi ab ipsa Congregatione universa.

Padri delle medesime, anche in altre cause oltre quelle di uso, purché di grave entità, richiedere questo parere collettivo.

7.° Nelle adunanze Cardinalizie ha per primo la parola il Cardinale Ponente o relatore, se vi sia ; ed in mancanza del Ponente, o dopo di lui, il Cardinale che ha la precedenza; quindi gli altri per ordine; ed infine il Cardinale Prefetto, o chi ne fa le veci.

8.° Le risoluzioni, a cui la sacra Congregazione o la maggioranza degli intervenuti stimasse dover venire, per regola imprescindibile debbono essere scritte, lette ed approvate seduta stante.

Egual regola si dovrà tenere nelle adunanze dei Consultori.

9.° Quando nulla osti in contrario, le risoluzioni, dopo l'adunanza Cardinalizia, saranno pubblicate nella relativa Segreteria; e quanto prima ne sarà data copia scritta o stampata ai singoli Cardinali della rispettiva Congregazione residenti in Curia.

10.° Avvenuta la pubblicazione, la parte, che si sente gravata, entro dieci giorni può chiedere il beneficio della nuova udienza. E spetta al Cardinale Prefetto, udito il Congresso, il concederla, o meno, secondo le circostanze.

Se però la risoluzione dei Cardinali fosse munita della clausola *amplius non proponatur,* il beneficio della nuova udienza non potrà concedersi che dalla stessa piena Congregazione.

11.° Expensae, quas partes in causis agendis coram sacris Congregationibus obierint, generatim repeti non possunt.

Attamen cum pars vocata ad suum ius persequendum, per contumaciam defuerit, si postea velit rem iudicatam referre, hoc est, causam denuo cognoscendam proponere, debebit aut se de contumacia purgare, aut congruam pecuniae summam deponere, qua impensae sarciantur diligentem partem aut Sanctae Sedis Officium rursus gravaturae.

Item si quis absque legitima causa temere postulet ut quaestio in plena Congregatione proponatur, Cardinalis Officii praeses una cum suo Congressu exigere ab instante poterit, ut congruam summam ad eumdem finem, ut supra, deponat.

CAP. V. - DE RELATIONIBUS SUMMO PONTIFICI AGENDIS

1.° In relationibus Pontifici Summo faciendis iuxta memoratam Constitutionem, curae erit, pro implicatioribus saltem negotiis, scriptum rei compendium prae oculis habere quod deinde in tabulario adservabitur una cum resolutione, appositis die et anno subscriptoque nomine referentis.

%° Si Romano Pontifici visum fuerit aliquid a sacra Congregatione deliberatum immutare, de hac re certiores fient Emi Patres in proximo coetu, ad ipsorum normam.

11.° Le spese, che le parti incontrano nelle cause innanzi alle sacre Congregazioni, in generale non sono rifattibili.

Però quando una parte, invitata ad esporre le sue ragioni, è rimasta contumace, se poi chiede una revisione del giudizio, deve, o purgare la sua contumacia, o depositare una somma congrua per indennità delle spese di giudizio, cui la parte diligente o l'Officio della Santa Sede devono nuovamente andare incontro.

Egualmente se alcuno senza motivo legittimo temerariamente pretenda che la sua causa sia portata all'esame della piena Congregazione, il Cardinale capo del dicastero col suo Congresso potrà esigere che l'istante depositi allo stesso fine una congrua somma.

CAPO V. — DELLE RELAZIONI DA FARSI AL SOMMO PONTEFICE

1.° Nelle relazioni da farsi al Sommo Pontefice secondo il prescritto di detta Costituzione, si curerà d' avere, almeno per gli affari più complicati, un foglio riassuntivo da conservarsi in Atti con la decisione, la data e la firma di colui che ha fatto la relazione.

2.° Se il Romano Pontefice giudicasse dover modificare qualche risoluzione di una sacra Congregazione, nella prima adunanza susseguente ne sarà dato conto agli Emi Padri, per loro norma.

CAP. VI. - DE MUNERE VARIORUM ADMINISTRORUM COMMUNITER

1.° Praelatus, ad quem, quovis nomine, moderatio Officii a secretis proxime spectat, ut est *num. 2.°, cap. I. Norm. comm.* huius legis, providebit ut negotia, qua par est celeritate ac diligentia expediantur, secundum normas constitutas.

Ad eum pertinet maiorum praesertim negotiorum tractatio, et cura ut, quae ad eadem referuntur, epistolae ac rescripta redigantur.

Ipse Consultoribus committit studium causarum, seu *positionum,* de quibus dicant rogati sententiam ; eosdem convocat quoties oportet, eorumque coetibus praeest.

Interest Congregationibus Patrum Cardinalium, notat forma praescripta quae ipsi decreverint, et ad Sanctissimum Patrem refert statis diebus, quibus ei facta sit Ipsum adeundi potestas.

Pro Cardinali Officii praeside, si desit, Congressus habet ac moderatur. Salvis autem peculiaribus cuiusque Officii normis, communiter eius actis cum Cardinali subscribit.

Administrationi pecuniae advigilat, eamque dirigit secundum legis huius praescripta *num. 7.°, cap. XI. Norm. comm.* Prudenti eiusdem iudicio relinquitur decernere, utrum praestet, ad eos, qui directam petierint expe-

CAPO VI. — DEL COMPITO DEI VARI OFFICIALI IN GENERALE

1.° Il Prelato che, sotto qualsiasi nome, presiede immediatamente alla Segreteria del dicastero a forma del *num. 2.°, cap. I. Norme gener.* di questo regolamento, deve provvedere affinchè nella spedizione degli affari tutto proceda colla dovuta sollecitudine e diligenza, secondo le regole stabilite.

A lui in modo speciale appartiene lo studio degli affari di maggior importanza, e la cura di redazione delle relative lettere e dei rescritti.

Egli commette ai Consultori lo studio delle ponenze, per le quali è richiesto il loro voto; li convoca quando è necessario, e ne presiede le adunanze.

Interviene alle Congregazioni dei Cardinali, ne nota le risoluzioni secondo la forma prescritta, e ne fa relazione al Santo Padre nelle udienze che gli saranno assegnate. *

In mancanza del Cardinale capo del dicastero, tiene e presiede i Congressi; è, salve le regole speciali di ciascun dicastero, in generale firma col Cardinale gli atti del medesimo.

Sorveglia e regola l'amministrazione secondo le prescrizioni del *num. 7.°, cap. XI. Norme gener.* di questo regolamento. Al suo discreto giudizio appartiene stabilire, qualora alcuno abbia chiesto la spedizione diretta di un affare, e l'atto

ditionem negotii tributo gravati, rescriptum, tamquam rem creditam, transmittere, an postulare ut ante solvatur.

Iuxta praescriptum Constit. *Promulgandi,* quae hac ipsa die vulgatur ac praesentis legis pars, moderatoribus *Commentarii officialis de Apostolicae Sedis actis* ipse tradere tenetur exemplaria decretorum Officii sui, quae promulgari debent. Quae vero utiliter evulgari possunt, eisdem tradet, Cardinali Officii praeside consentiente. In utroque casu, ea subsignabit, aut ab alio administro subsignari iubebit, in fidem et testimonium veritatis.

Si quae cum aliis S. Sedis Officiis communicari aut eisdem tradi debeant, et in omnibus ubi gravius aut urgentius quid accidat, Cardinalem praesidem semper conveniet.

2,° Fungentes pro Praelato a secretis, aut Substituti, debent, non solum praescriptas officii sui partes exsequi omnes, sed etiam adiumento esse Praeposito in iis omnibus quae ipse postulet, eiusque absentis aut impediti vice munus implere.

3.° Studii adiutores, seu informatores *(minutanti),* debent:

a) in suae quisque causae, seu positionis, studio versari, in iisque praeterea quas ipsis Officii Praepositi cognoscendas committant; eas in epitomen cogere distincto in folio, quod velut indicem positionis exhibeat actorumque seriem, quae deinceps adiecta sunt. Eo compendio non egent

sia gravato da tassa, se debba inviarsi il rescritto in credito, oppure chiedersi preventivamente l'importo.

Secondo il prescritto delia Costit. *Promulgandi,* che viene pubblicata con la stessa data di questa parte del regolamento, egli deve comunicare alla direzione del *Bollettino ufficiale, degli atti della Sede Apostolica* i decreti che sono da promulgarsi; e, d'intesa con il Cardinale capo del dicastero, le comunicherà anche quelli che possono utilmente pubblicarsi ; ed in ambi i casi li firmerà o li farà firmare da un altro officiale, in segno e prova di autenticità.

Dovrà sempre riferirsi al Cardinale capo, se vi sia qualche cosa da partecipare o da inviare a qualche altro dicastero della Santa Sede, e per quanto accada d'importante o richieda uno speciale provvedimento.

2.° I Sottosegretari o Sostituti, non solo debbono soddisfare ai doveri particolarmente loro imposti nel regolamento speciale del dicastero, ma altresì coadiuvare il loro Superiore in tutto ciò di cui fossero da lui richiesti, e supplirlo in caso di assenza o d'altro impedimento.

3.° Gli aiutanti di studio *(minutanti)* debbono :

a) studiare le ponenze di loro spettanza, o comunque loro commesse dai Superiori del dicastero, e farne una breve sintesi cioè un *ristretto* in foglio separato che serva come indice della ponenza, e dia a conoscere quanto di mano in mano è venuto ad aggiungersi alla medesima. Sono però esenti dal ristretto *

expostulationes aut supplices preces paucis contentae verbis, et quae forte longius non protrahentur;

b) interesse Congressui, ut de commissis ad cognoscendum negotiis referant, suamque sententiam proponant, cauto primum, ut, exceptis urgentioribus casibus aut positionibus, de quibus in litt. *a,* relatio semper fiat ex scripto ante compendio; deinde, ut in maioribus ac difficilioribus causis positio cum adiecto compendio, ante quam cogatur coetus, ad Praelatum Officio praepositum deferatur, ab ipso vel per se vel per alium primi ordinis administrum expendenda, quo plenius atque facilius possit de causa penitus cognita in Congressu dicere;

c) epistolas et rescripta de rebus ad suam positionem pertinentibus, aut sibi commissis, ductu maiorum administrorum exarare, et statuere quomodo sint transmittenda, utrum et quodnam sive ordinarium sive speciale tributum solvendum sit, an fiat exemptioni locus;

d) officiale folium et summarium documentorum maioris momenti conficere, quum res erit ad plenam Congregationem referenda; eius imprimendi curam suscipere, typicas formas emendare. In hoc autem redigendo folio vigentem consuetudinem retinebunt; et, ubi res postulaverit, inserent iuris et facti animadversiones vel necessarias vel utiles ad iustam solutionem quaestionis.

quei ricorsi o quelle istanze che risultino di poche parole, e che non abbiano probabilmente un seguito;

b) intervenire al Congresso per riferire sugli affari studiati e proporre il proprio voto, avvertendo: 1." che, eccetto casi di urgenza o di ponenze di cui alla lettera *a,* il rapporto è da farsi sempre da un ristretto precedentemente scritto; %° che per gli affari di maggior difficoltà ed importanza, la ponenza col suo ristretto deve prima del Congresso passarsi al Prelato superiore del dicastero, affinchè possa egli stesso, o qualche altro degli officiali maggiori in suo luogo esaminarla, e così parlarne al Congresso stesso con piena competenza;

c) minutare, dipendentemente dagli Officiali maggiori, le lettere e i rescritti delle ponenze di propria spettanza, o loro commesse, fissando il modo di spedizione, la tassa ordinaria o speciale, o la condonazione della medesima;

d) compilare il foglio d'officio ed il sommario dei documenti di maggior importanza, quando la cosa debba portarsi in piena Congregazione, e curarne la stampa correggendo le bozze. Nel redigere poi questo foglio si atterranno alla prassi vigente; ed in ogni caso dovranno farvi quelle osservazioni di diritto e di fatto, che fossero necessarie od utili per la giusta risoluzione della causa.

4.° Adiutoribus, et, si fieri potest, etiam scriptoribus, sua cuique negotia erunt, materiae aut regionis ratione divisa.

5.° Adiutores laurea doctoris oportet esse insignitos in sacra theologia et in iure canonico.

Iidem in Congregationibus praesertim, quorum negotia regionis ratione divisa sunt, unam saltem callebunt ex his linguam : gallicam, germanicam, anglicam, hispanicam, lusitanam. Curabunt autem Praepositi ut in Officio a secretis sermones hi omnes intelligantur; cuius rei gratia opportunum erit, candidatis, etiam ad alia inferiora officia, tamquam conditionem proponere, ut vel unam ex memoratis linguis, pro casibus ac necessitate sciant.

6.° Scriptorum amanuensium est, Officii epistolas et rescripta e positione exscribere, et quae paucis recepto usu indicata sint verbis, ea fusius evolvere.

Curam omnem adhibebunt, ut quavis menda scriptura careat; nec subscribendam tradent, nisi prius attente perlegerint. Huic diligentiae qui desit identidem, praebere poterit causam, cur in ipsum severius animadvertatur. Absoluta scriptione, nomen suum et cognomen initialibus litteris positioni adiicient in confecti operis testimonium.

Epistolae ac rescripta redigentur communiter in foliis, quae inscriptum

4.° Gli aiutanti, e possibilmente anche gli scrittori, avranno un'attribuzione di affari, divisa per materia o per territorio.

5.° Gli aiutanti dovranno essere forniti di laurea in teologia ed in diritto canonico.

Nelle Congregazioni, dove le attribuzioni sono divise per territori, dovranno conoscere almeno una delle seguenti lingue : francese, tedesca, inglese, spagnuola, portoghese. Sarà poi cura dei Superiori di provvedere che nella segreteria tutte queste lingue siano conosciute; potendo a tale effetto porre come condizione, per l'ammissione al concorso anche per gli altri offici inferiori, di sapere una delle medesime, secondo i casi e la necessità.

6.° Agii scrittori incombe l'obbligo di copiare le lettere ed i rescritti del dicastero minutati nella ponenza, e di svolgere quelli che fossero accennati con brevi parole convenzionali di uso.

Essi porranno ogni studio, perchè lo scritto riesca interamente corretto; nè lo manderanno alla firma, senza averlo prima attentamente esaminato. Le mancanze al riguardo, se ripetute, potranno dar motivi a provvedimenti disciplinari anche severi. Eseguito lo scritto, dovranno colle iniziali del loro nome e cognome segnare la ponenza relativa, come prova dell'avvenuta esecuzione.

Regolarmente tutti gii atti dovranno essere redatti sopra fogli portanti il

gerant suae Congregationis nomen, induentque formam ex instituto Romanae Curiae vigentem.

7.° Qui conficiendis tabulis, seu *protocollo,* dant operam, in librum et in parvam rubricam documenta referent actaque Officio exhibita; relatarum in album rerum indicium, vulgo *oculum,* folio vel positioni apponent; rite digestum habebunt librum *rerum notabilium;* positiones in tabularium nondum relatas ordine disponent, eas dividentes pro sua quamque dioecesi et pro annorum ac mensium serie, secundum progredientem protocolli numerum.

8.° Tabulario addicti, eidem recte ordinando vacabunt: positiones resument; utrumque indicem conficient, alterum, litterarum ordine digestum, referentem petentium nomina, aut eorum contra quos expostulatum sit, in causis alicuius momenti ; alterum ordine materiae, res maiores complectentem quae anni decursu actae sint; denique, muniti scripto mandato in actis adservando, petita documenta exscribent, eaque exempla cum primo concordare declarabunt.

9.° Ad officium expeditionis pertinent ratiocinator, et distributor qui etiam arcarii fungetur munere.

10.° Ratiocinatoris erit in menstruum folium referre (de quo huius legis *num. 4.°, cap. XL Norm, comm.)* rescripta omnia taxationi obnoxia, indicata dioecesi, numero protocolli ac pecunia Sanctae Sedi solvenda, a

nome della Congregazione, da cui emanano, ed avere la forma tradizionale attualmente in uso nella Curia Romana.

7.° Ai protocollisti spetta registrare nel libro di protocollo e nella rubricella i documenti ed atti presentati al dicastero; fare il richiamo della registrazione eseguita (volgarmente *Yocchio)* sul foglio o fascicolo registrato; tenere in regola il libro *rerum notabilium,* ed in ordine egualmente le ponenze che non siano passate all'archivio, dividendole per diocesi, per anni e per mesi, secondo il numero progressivo di protocollo.

8.° Gli archivisti debbono tenere in ordine l'archivio; fare le riassunzioni delle ponenze; compilare i due registri di archivio, contenenti, il primo per ordine alfabetico il nome delle persone ricorrenti, o contro cui vi sia ricorso nei casi di qualche entità; il secondo, l'indice per ordine di materie delle cose più importanti trattate di mano in mano entro l'anno ; e finalmente, coll'ordine scritto dei Superiori, che deve conservarsi in atti, dar copia dei documenti di cui fossero richiesti, e dichiararne la conformità con l'originale.

9.° All'officio di spedizione appartengono il computista, ed il distributore, il quale compirà anche l'officio di cassiere.

10.° L'officiale computista deve registrare nel foglio mensile (di cui al *num. 4.°, cap. XI. Norme gener.* di questo regolamento) tutti i rescritti tassati, indicando

maioribus administris aut adiutoribus taxata; ex ea taxatione supputare, servatis normis in memoratis locis huius legis descriptis aliisque seorsim exhibendis, expensas procurationis et exsecutionis, si id negotii fuerit Ordinario commissum; in tergo rescripti, vel distincto infolio secundum praescripta *num. 6.°* memorati *cap: XI,* impresso signo vim pecuniae solvendam notare ; eamque, ubi de maiori agatur pecuniae summa, exprimere integris litteris.

11.° Distributoras munus erit:

a) partibus quarum interest, aut ipsarum procuratoribus seu agentibus, acta, litteras, rescripta distribuere; pecuniam exigere Sanctae Sedi debitam, si quae sit, eamque in arcae folio notare.

b) Prospiciet ut epistolae et fasciculi actorum, in Urbe distribuenda, ad eos, ad quos pertinent, apparitorum adhibita opera mittantur: quae vero extra Urbem ex officio mittenda sunt, ea per publicos cursores transmittantur.

c) Litteras et rescripta, quae occlusa mittenda sunt iuxta *num. 6.°* memorati *cap. XI,* praeposita nominis et loci inscriptione, obserabit.

d) Ante vero quam acta tradat vel mittat, inspiciet sintne ipsis rite subscripta nomina ; eaque sigillo munienda curabit,. secundum Officii normas.

JHBBttBv

la diocesi, il numero di protocollo e la tassa stabilita per la Santa Sede dagli officiali maggiori o dagli aiutanti ; computare, in base a questa secondo le norme ivi date ed altre da darsi a parte, l'agenzia, e la tassa per l'esecutoriale dell'Ordinario (se questa abbia luogo), e notare con apposito bollo tutte queste tasse sul dorso del rescritto, o in un foglio separato secondo il prescritto del *num. 6.°* del *cap. XI.* suddetto ; segnarle in tutte lettere, quando le tasse siano di una qualche considerevole entità.

11.° Compito del distributore è:

a) di distribuire alle parti interessate, od ai loro procuratori od agenti, gii atti, le lettere ed i rescritti, esigendo la tassa dovuta alla Santa Sede, se vi sia, e segnandone l'importo sul foglio di

b) di curare la spedizione delle lettere e dei plichi da distribuirsi in Curia, servendosi dell'opera degli uscieri; e di trasmettere per posta quanto debba inviarsi d'officio fuori di Roma;

c) di chiudere e fare gl'indirizzi necessari delle lettere e dei rescritti che, secondo il *num. 6.°* del *cap. XI.* sopra citato, debbono essere consegnati in busta chiùsa.

d) Prima però di consegnare o spedire questi atti, vedrà se essi siano debitamente firmati, e curerà che siano muniti del sigillo, secondo le norme del dicastero.

e) Acta taxationi obnoxia nunquam dimittet ante solutam pecuniam, nisi scripta Praepositorum accedat auctoritas. Quam si cautelam neglexerit, in se periculum recipiet, expletoque mense, de suo restituet.

f) Distributoris quoque munus est, Praepositorum auctoritate officiales curare sumptus pro necessaria tabularli seu *cancellariae* supellectili sive comparanda sive instauranda.

g) Tandem si quis Ordinarius petierit ad se directo aliquid mitti, simulque aliquam pro expensis pecuniae vim ad Sanctam Sedem expedierit, distributoris erit missam ad Officium a secretis pecuniam servare, cuius partem administrationi oeconomicae S. Sedis debitam, impetrata gratia, tradet; reliquum, arbitrio mittentis adhibendum, retinebit.

Ad hunc finem, accepti et expensi tabulas peculiares habeat, omnium rationem Praelato a secretis sub exitum mensis redditurus. Pecunia vero in Officii arca, distincto loco, servetur.

12.° In Officiis, ubi propter negotiorum numerum unus distributionis administer non sufficiat, alius adiicietur. Munia superius recensita, prudenti Moderatorum arbitrio, inter utrumque dividentur, ita ut uni cura sit praesertim distributionis litterarum, alteri rescriptorum et perceptionis taxatae pecuniae.

e) Non dovrà mai rilasciare atti gravati da tassa in credito, senza un'autorizzazione scritta dei Superiori. Venendo meno a questa regola, egli assume la responsabilità della somma mancante, ed alla fine del mese deve del suo indennizzare T amministrazione.

f) A lui anche spetta di provvedere, con l'approvazione dei Superióri, per le piccole spese di cancelleria e per gli acconcimi del dicastero.

g) Finalmente per quegli affari, per i quali qualche Ordinario abbia chiesto la spedizione diretta ed abbia inviato l'importo dovuto alla Santa Sede per le spese, sarà compito del distributore di conservare il denaro spedito alla Segreteria, per versarne, concessa la grazia, la parte dovuta all'amministrazione della S. Sede, e tenere il resto a disposizione del mittente.

A questo effetto avrà un registro speciale per notare gli introiti e gli esiti, ed alla fine di ogni mese dovrà dar conto di tutto al Prelato superiore della Segreteria, il denaro avuto dovrà conservarsi nella cassa della Segreteria, distinto però dal resto.

ì%° Nei dicasteri, dove per il numero degli affari, non basti un solo distributore, se ne aggiungerà un secondo. E saranno divise fra loro le attribuzioni sopra indicate, secondo il prudente giudizio dei Superiori, in modo però che ad uno spetti principalmente la spedizione delle lettere, all'altro la spedizione dei rescritti e la riscossione delle tajttf.

13.° Tabularli, protocolli, expeditionis et scriptionis administri censentur inter se pares. Patet igitur iis transitus de uno in aliud officium ex prudenti Moderatorum iudicio, nullo ulterius indicto certamine.

14.° A mox recensitis officiis ad munus adiutoris nullus datur adscensus. Quare, vacuo adiutoris officio, peculiare certamen indicetur.

15.° Etsi, quod supra dictum est, sua cuique definita sint munia, firma tamen communis manet lex, qua omnes administri debent absentium partes mutua vice supplere, ac fraterna caritate alter alteri adiumento esse, prout aequum Praepositi iudicaverint.

16.° Apparitores seu ianitores debent aedes sibi commissas custodire, earum nitorem curare, epistolas et actorum fasciculos ad quos spectant, vel ad stationes tabellarías ferre, aliaque peragere quae a Moderatoribus commissa habeant in sui Officii commodum.

Salvis, si quae sint, iuribus acquisitis a praesentibus Officiorum apparitoribus, ceteri ex eo numero posthac eligentur ad triennium, eaque nominatio poterit ad ulteriora triennia prorogari, prout ipsi sese integros idoneusque probaverint.

Omnes denique iusiurandum interponent de secreto servando in sui Officii rebus huic nexui subiectis.

13.° Gli officiali di protocollo, di archivio, di spedizione e di scrittura sono equiparati fra loro. Possono quindi da un officio passare ad un altro, secondo il discreto giudizio dei Superiori senza nuovo concorso.

14.° Dagli offici, di cui al numero precedente, non v'ha diritto di passaggio all'officio di aiutante. Perciò vacando un posto di aiutante, si aprirà un concorso speciale.

15.° Non ostante l'assegnazione d'incombenze particolari sopra stabilite, rimane ferma la disposizione generale del regolamento, che tutti gli officiali debbano supplirsi a vicenda, ed aiutarsi fraternamente per il disbrigo degli affari, secondo il discreto giudizio dei Superiori.

16.° Agli uscieri spetta curare la custodia e la polizia dei locali, portare od impostare lettere e plichi, e compiere quegli altri offici che venissero loro commessi dai Superiori in pro del proprio dicastero.

Salvi, se esistono, i diritti acquisiti dagli attuali, per l'avvenire gli uscièri dei vari dicasteri saranno nominati a triennio, prorogabile ad altri trienni, secondo la loro condotta e capacità.

Tutti poi dovranno prestare il giuramento del segreto per le cose che nel rispettivo dicastero siano soggette a questo vincolo.

CAP. VII. - DE SINGULIS SACRIS CONGREGATIONIBUS

ART. I. - **Congregatio Sancti Officii.**

1.° Huius Congregationis administri maiores, post Cardinalem a secretis, sunt Adsessor et *Commissarius.*

2.° Consilium constabit, ut ante, Consultoribus a Summo Pontifice nominandis. Praeter Consultores, pergent esse nonnulli Censores, vulgo *Qualificatori.*

3.° Minores administri ad cetera, quae retinebunt munia, adiunctam habebunt indulgentiarum expeditionem.

4.° Unus e substitutis notariis officium sibi assumet imponendae taxationis rescriptis, quibus dispensatio conceditur ab impedimentis *disparitatis cultus* et *mixtae religionis,* aut impertiuntur indulgentiae.

5.° Alterius erit epistolas et rescripta distribuere debitamque pecuniam exigere.

6.° In tractandis negotiis, quae ad catholicam doctrinam moresque pertineant, et in iudicio ferendo de criminibus haeresis aliisve suspicionem haeresis inducentibus, atque in iis omnibus quae ad dispensationes ab impedimentis disparitatis cultus et mixtae religionis referuntur, Congregatio Sancti Officii suo more institutoque procedit, sibique propriam con-

CAPO VII. - DELLE SINGOLE SACRE CONGREGAZIONI

ART. I. - **Congregazione del Sant'Offizio.**

1.° Gli Officiali maggiori di questa Congregazione, dopo il Cardinale Segretario, sono f Assessore ed il Commissario.

%° La Consulta, come attualmente, è costituita di Consultori da nominarsi dal Santo Padre. Oltre i Consultori continueranno ad esservi alcuni Qualificatori.

3.° Gli officiali minori, alle attribuzioni attuali, aggiungono quella della spedizione delle indulgenze.

4.° Uno dei notari sostituti avrà il compito di tassare i rescritti di dispensa dagli impedimenti di disparità di culto e di mista religione, e delle indulgenze.

5.° Un altro avrà cura della distribuzione delle lettere e dei rescritti, e della riscossione delle tasse relative.

6.° Nel trattare gli affari che riguardano il dogma e la morale, e nel giudicare dei delitti di eresia o di altre colpe che inducono sospetto di eresia, e per tutto ciò che risguarda le dispense dagli impedimenti di disparità di culto e di mista religione, il S. Offizio procede secondo la pratica che gli è propria e speciale,

suetudinem retinet, servatis normis in hac lege constitutis, quantum cum necessaria S. Officii disciplina componi possint.

Congruenter ad haec, dubia quae circa competentiam Sancti Officii in aliqua re oriri possunt, ipsamet haec Congregatio per se dirimet, servatis semper terminis a Constitutione *Sapienti consilio* praefinitis.

7.° Mos procedendi S. Officii, de quo in superiore *num.* 6\°, itemque temporalis suae administrationis gerendae ratio, quamprimum erunt scripto redigenda, et postquam a Patribus Cardinalibus revisa fuerint, per Cardinalem a secretis Summo Pontifici erunt subiicienda ut approbentur.

8.° *Circa indulgentias,* in ea parte quae est disciplinae et gratiae, nova Romanae Curiae ordinatione Sancto Officio tributa, haec Congregatio adhaerebit normis ea de re propositis a Clemente IX in Constit. *In ipsis* die vi mensis Iulii a. MDCLXIX, quae lex plene vigebit. Ipsius igitur erit « omnem « difficultatem ac dubietatem in indulgentiis emergentem, Romano Ponti- « fice circa graviora difficili or aque consulto, expediendi ; ac, si qui abusus « in eis irrepserint, illos, iudicii forma plane postposita, corrigendi et emen- « dandi; causas vero iudicialem formam requirentes ad proprios iudices «remittendi; falsas, apocrypham indiscretasque indulgentias typis imprimi « vetandi; impressas recognoscendi et examinandi, ac, ubi Romano Pon-

ferma però l'osservanza delle norme stabilite in questo regolamento, in quanto non siano incompatibili colla disciplina sostanziale del S. Offizio.

Ed in conformità di ciò, questa Congregazione dirimerà da sè i dubbi che potessero sorgere sulla sua competenza, osservati sempre i limiti stabiliti dalla Costituzione *Sapienti consilio.*

7.° La pratica di procedere del S. Offizio, di "cui nel *num. 6.°* precedente, e così il regolamento per la sua amministrazione temporale, dovranno al più presto mettersi in iscritto, e, dopo essere stati riveduti dagli Emi Padri, per mezzo del Cardinale Segretario dovranno essere sottoposti al Sommo Pontefice per l'approvazione.

8.° *Circa le indulgenze,* per la parte disciplinare e di grazia che gli è stata attribuita nel nuovo ordinamento della Curia Romana, il S. Offizio procederà in conformità delle regole in proposito stabilite dalla Costit. *In ipsis* 6 Luglio 1669 di Clemente IX, le quali rimangono in pieno vigore. Sarà quindi suo compito « risolvere ogni difficoltà e dubbio che sorgesse nelle indulgenze, udito però il « Romano Pontefice circa le cose più gravi e più difficili ; correggere e riformare « gli abusi, che in esse s'introducessero, omettendo ogni solennità di giudizio ; « rimettere ai propri giudici le cause richiedenti la forma giudiziale ; vietare la « stampa delle indulgenze false, apocrife e non discrete; riconoscere ed esaminare

« tifici retulerit, illius auctoritate reficiendi ; ac in concedendis indulgentiis « moderationem adhibendi ».

Firma pariter manet lata lex per decretum sacrae Congregationis Indulgentiarum ac Reliquiarum a Benedicto XIV approbatum die xxvin mensis Ianuarii a. MDCGLVI, et a Pio IX confirmatum die xiv Aprilis MDCGGLVI, hoc est: « Impetrantes posthac generales indulgentiarum concessiones teneri, « sub poena nullitatis gratiae obtentae, exemplar earumdem concessionum « ad Secretariam sacrae Congregationis deferre ».

9.° Rebus huius partis liber protocolli destinabitur^ ac distinctum tabularium. Erunt etiam et administer maior titulo Substituti, et peculiares Consultores.

10.° Congressus pro his negotiis constabit Cardinali a secretis, Adsessore, Commissario, et Substituto indulgentiarum.

11.° Administri, Consultores, Cardinales, quibus de hisce rebus erit agendum, non obstringentur circa eas speciali vinculo secreti S. Officii, sed communi a presenti lege praescripto.

12.° Indulgentiarum petitiones, dubia, occurrentes quaestiones, relata prius in librum protocolli, ad Substitutum transmittentur primo eius examini subiicienda.

13.° Si, quemadmodum superius praescriptum est *cap. IL Norm, pecul.*,

« le stampate, e rigettarle a nome del Romano Pontefice, dopo averne fatta rela«zione; e usar moderazione nel concedere le indulgenze».

Rimane egualmente fermo il disposto del decreto della sacra Congr. delle Indulgenze e Reliquie, approvato da Benedetto XIV il 28 Gennaio 1756, e riconfermato da Pio IX il 14 Aprile 1856, cioè: « per l'avvenire gi'impetranti concessioni « generali d'indulgenze, sono tenuti, sotto pena di nullità della grazia ottenuta, ad « esibire la copia delle stesse concessioni alla Segreteria della sacra Congregazione ».

9.° Per le materie di questa sezione vi sarà un libro di protocollo ed un archivio a parte. Vi sarà anche un Officiale maggiore col titolo di Sostituto ed alcuni Consultori speciali.

10.° Il Congresso per questa speciale materia viene formato dal Cardinale Segretario, dall'Assessore, dal Commissario e dal Sostituto delle indulgenze.

11.° Gli Officiali, i Consultori ed I Cardinali, che si dovranno occupare di queste materie, non saranno relativamente ad esse vincolati dal segreto speciale del S. Offizio, ma solo da quello comune del regolamento generale.

12.° Le domande di concessioni di indulgenze, i dubbi, le questioni che venissero proposte, dopo registrate nel libro di protocollo, saranno passate al-Sostituto per un primo esame.

13.° Se, in conformità al sopra disposto *cap. IL Norme spec,* si tratti di grazia che, secondo la prassi vigente, si soglia abitualmente concedere, e se i

agatur dé gratia, quae secundum vigentem consuetudinem communiter concedi soleat, et si dubiorum et quaestionum solutio obvia et perspicua fiat ex iam probatis receptisque sententiis, res in Congressu diiudicari poterit, ad normam facultatum, quas Pontifex Maximus concedendas censuerit.;

Sin aliter, res in plena Congregatione tractabitur cum folio officii per Substitutum redigendo, atque uno aut pluribus Consultorum suffragiis. De soluta vero quaestione relatio erit peragenda Pontifici.

14.° Mittentur per Breve indulgentiae perpetuae, itemque ex temporariis illae, quae totam dioecesim, provinciam, regionem, vel universam Ecclesiam complectuntur; tum etiam facultates perpetuae applicandi indulgentias alicui piae supellectili.

Substitutus ab indulgentiis cum Cancellario Brevium communicabit de rebus necessariis ad exsecutionem Brevis.

15.° Epistolae ac rescripta de indulgentiis a Congregatione Sancti Officii exarata, subscriptum gerent nomen Cardinalis a secretis, aut alicuius ex Emis Patribus eiusdem sacri Consilii, contra posita subscriptione Adsessoris, eoque impedito, Substituti ab indulgentiis.

ART. II. - **Congregatio Consistorialis.**

1.° Post Cardinalem a secretis, maiores administri sunt Adsessor et Substitutus.

dubbi e le questioni trovino un'ovvia e chiara soluzione nelle massime già **Sta**bilite, la cosa potrà essere risoluta in Congresso, secondo le facoltà che il Sommo Pontefice crederà di concedere.

In caso diverso essa sarà trattata in piena Congregazione, col foglio d'officio da redigersi dal Sostituto, ed uno o più voti dei Consultori. E della risoluzione si dovrà fare relazione al Santo Padre.

14.° Saranno spedite per Breve le indulgenze perpetue, e le temporanee estese a tutta una diocesi, provincia, regione, od a tutta la Chiesa, e le facoltà a vita di applicare le indulgenze a qualche oggetto di devozione.

Il Sostituto delle indulgenze farà le comunicazioni necessarie al Cancelliere dei Brevi per la spedizione del Breve.

15.° Le lettere ed i rescritti relativi alle indulgenze, spediti dal S. Offizio, saranno firmati dal Cardinal Segretario, o da un altro dei Cardinali della stessa sacra Congregazione, colla controfirma dell'Assessore, e questi impedito, del Sostituto delle Indulgenze.

ART. **II. - Congregazione Concistoriale.**

l.° Officiali maggiori, dopo il Cardinale Segretario, sono l'Assessore ed il Sostituto.

2.° Collegium erit Consultorum, iuxta praescriptum Constitutionis *Sapienti consilio.*

3.° Habebitur quoque sufficiens administrorum minorum numerus pro expediendis negotiis huius Congregationis propriis, iuxta statuta in *cap. VI.* praecedenti. .

4.° Praeter commune iusiurandum, omnes qui aliquo munere in hac sacra Congregatione funguntur, illud etiam dabunt, quod Sancti Officii iusiurandum dicitur, his verbis expressum :

« In nomine Domini.

« Ego N. N. sub poena excommunicationis latae sententiae ipso facto « et absque alia declaratione incurrendae, a qua, praeterquam in articulo « mortis, a nullo nisi a Summo Pontifice, ipso quidem Cardinali Poenitentiario excluso, absolvi possim; et sub aliis poenis etiam gravissimis « arbitrio Summi Pontificis mihi in casu transgressionis infligendis, spon- « deo, voveo ac iuro, inviolabile secretum me servaturum in omnibus et « singulis quae ad Episcoporum, Administratorum Apostolicorum aliorum- « que Ordinariorum electionem, vitam, mores agendique rationem delata « sint; itemque in omnibus quae ad dioecesum erectionem seu earumdem « unionem spectent, exceptis dumtaxat iis quae in ime et expeditione eorum- « dem negotiorum legitime publicari contingat: et hoc secretum me ser- « vaturum cum omnibus qui eodem iuramenti vinculo constricti non sint, « et cum iis etiam qui quamvis hoc secreto teneantur et ad Congregatio- ni; nem Consistorialem pertineant, nihilominus in Urbe habitualiter non corn- ai morantur: neque unquam, directe, nutu, verbo, scriptis, aut alio quovis « modo et sub quocumque colorato praetextu, etiam maioris boni aut urgentissimae et gravissimae causae, contra hanc secreti fidem quidquam com- « missurum, nisi peculiaris facultas aut dispensatio expresse mihi a Summo « Pontifice tributa fuerit.

%° Vi sarà mi Collègio di Consultori secondo il prescritto della Costituzione *Sapienti consilio.*

3;° Vi sarà anche un numero sufficiente di officiali minori pel disimpegno degli affari propri di questa Congregazione, ih conformità al disposto del *capo VI.* precedente.

4° Oltre il giuramento comune, tutti gli addetti a questa Congregazione dovranno prestare il giuramento detto del Sant'uffizio nei termini seguenti.

; i *Formóla del giuramento*

(Come sopra).

«Denique si supplices libellos, commendationes aut litteras de memo-ratis negotiis a qualibet persona receperim, sacrae Congregationi rem « patefaciam.

«Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia, quae meis « manibus tango ».

5.° Invitationes ad sollemnia pro decernendis Sanctorum Caelitum honoribus, ad aliasque sacras celebritates, fient per huius Congregationis epistolas.

6.° Plenae Congregationi ius competit nominandi Episcopos omnes, stabiles Ordinarios dioecesanos, Visitatores Apostolicos diocesum. Ad eamdem pertinet novas dioeceses constituere, constitutas unire; canonicorum collegia, seu *capitula, erigere;* Visitatorum atque Ordinariorum de statu suarum dioecesum relationes expendere; dioecesano regimini ac Seminariis universim prospicere ; specialiter vero iis omnibus occurrere quae graviora videantur, prout ante praescriptum est; denique in conflictatione iurium dubia solvere circa competentiam omnium Officiorum, excepta Congregatione Sancti Officii, quae ipsa per se de sua competentia iudicabit, iuxta superius dicta.

In Episcopis nominandis, quoties id ei competat, Congregatio Consistorialis inhaerebit normis Constitutionis *Romanis Pontificibus,* die xvn mensis Decembris MDCCCCIII.

7.° Ad Congressum pertinet, praeter ea quae communibus huius legis normis sunt constituta, nominare Administratores Apostolicos temporarios

5.° Gli inviti generali dei Vescovi, per le canonizzazioni e per le altre sacre solennità, saranno fatte con lettere di questa Congregazione.

6.° Sono di competenza della piena Congregazione tutte le nomine dei Vescovi, degli Ordinari diocesani stabili e dei" Visitatori Apostolici delle diocesi; l'erezione di nuove diocesi e l'unione delle esistenti, e la fondazione dei Capitoli; l'esame dei rapporti dei Visitatori e delle relazioni degli Ordinari sullo stato delle loro diocesi; ogni provvedimento d'indole generale per il governo diocesano e per i Seminari, e quelli d'indole particolare che presentino una non ordinaria gravità in conformità al disposto superiormente; in fine il giudizio sui dubbi o conflitti di competenza di tutti i dicasteri, eccettuato il Sant'Offizio, il quale della sua competenza giudicherà da per sè, come è disposto nell'articolo precedente.

Per le nomine dei Vescovi, nei casi di sua competenza, la Concistoriale si atterrà alle norme stabilite nella Costituzione ***Romanis Pontificibus*** del 17 Dicembre 1903.

7.° Di competenza del Congresso, oltre quanto stabiliscono le norme generali del regolamento, sonò le nomine degli Amministratori Apostolici temporanei

dioecesum, ubi necessitas urgeat; acta omnia conficere ad praeparandam positionem super eligendis in Italia Episcopis, et ad reliqua in plena Congregatione discutienda; ea providere quae dioecesum ac Seminariorum ordinarium regimen spectant, qualia sunt dispensationes Episcopis a commorando in sua sede, facultas iisdem protrahendi relationem de statu dioecesis, aliaque huiusmodi; quaecumque denique ad solvendam pro eiusdem Congregationis actis pecuniam referuntur. •

8.° Relationes de statu dioecesum, nisi gravior urgeat providendi ratio, ad plenam Congregationem non deferentur seorsim singulae, sed pro variis provinciis regionibusve coniunctae.

Adiutor autem in redigendo summario res adnotabit maioris momenti, sive quae bene sive quae male successerint.

9.° Idem fere servabitur in relationibus Visitatorum Apostolicorum.-

10.° Nominationes omnes, quae solent in Consistorio promulgari, non aliter fient, nisi per litteras signo Romani Pontificis impressas, seu per Bullam.

Eadem ratione decreta mittentur alicuius novae constituendae dioecesis, aut canonicorum collegii, seu capituli,- aut uniendarum dioecesum.

11.° Administri maiores Congregationis Consistorialis significationes opportunas ad Bullam conficiendam maioribus Cancellariae administris exhibebunt. Eiusmodi significatio in Cancellaria retinebitur, et Bulla, debito

in caso di urgenza; tutti gli atti necessari per preparare la ponenza per l'elezione dei Vescovi in Italia e per tutto il resto da discutersi in piena Congregazione; i provvedimenti per il governo diocesano e per il regime dei Seminari d'indole ordinaria, come dispensa di residenza per i Vescovi, dilazione per la presenta^zione della relazione sullo stato della diocesi, ecc.; ed in fine tutto quello che risguarda le tasse per gli atti della stessa Congregazione.

8.° Le relazioni sullo stato delle diocesi, meno il caso di qualche urgente provvedimento, non saranno portate in piena Congregazione isolatamente, ma riunite in gruppi per provincie ö regioni.

E l'aiutante nel compilare il foglio riassuntivo dovrà notare le cose più importanti, sia in bene sia in male.

9.° Lo stesso si osserverà possibilmente nei rapporti dei Visitatori Apostolici.

,10.° Tutte le nomine, che si sogliono preconizzare in Concistoro, dovranno spedirsi sempre e solamente per Bolla.

In egual modo saranno spediti i decreti di erezione di nuove diocesi, di fondazioni di Capitoli, e di unione di diocesi esistenti.

11.° Gli Officiali maggiori della Congregazione Concistoriale daranno le opportune partecipazioni agli Officiali maggiori della Cancelleria per la compilazione della Bolla. Tale partecipazione rimarrà nella Cancelleria, e la Bolla debitamente

sigillo et subscriptione munita secundum proprias Cancellariae Apostolicae normas, quamprimum transmittetur ad Officium a secretis Congregationis Consistorialis.

12.° Quae pro Bullae expeditione imponetur solvenda pecunia, Congregationi Consistoriali tradetur integra.

; Ad hunc finem administri maiores aut adiutores Congregationis Consistorialis constituent pretium, quod referetur in librum: et ab administris expeditionum secundum normas communes percipietur. -

ART. **III. - Congregatio de Sacramentis.**

1.° Maiores administri, post Cardinalem Praefectum, erunt Praelatus a secretis et Subsecretarii tres.

°2.° Theologi et sacri iuris perite aliquot, a Summo Pontifice delecti, munere Consultorum fungentur.

3.° Aderit quoque congruus administrorum minorum numerus.

4° Ex tribus Subsecretariis unus, cum adiutore ac scriptoribus aliquot, in petitiones omnes circa impedimenta matrimonii praecipue incumbet.

5.° Alter Subsecretarius, cum adiutore ac scriptoribus aliquot, ceteras curabit preces ad matrimonia pertinentes, uti sanationes in radice, nata-

sigihata e firmata secondo le norme proprie della Cancelleria Apostolica, nel più breve termine possibile, verrà rimessa alla Segreteria della Concistoriale.

12.° La tassa, che secondo i casi sarà imposta per la spedizione della Bolla, dovrà versarsi per intero alla Concistoriale.

Ed a tale effetto gli Officiali maggiori o gli aiutanti della Concistoriale fisseranno l'importo dovuto, che sarà quindi registrato e riscosso dagli officiali di spedizione secondo le norme comuni.

ART. **ili. - Congregazione dei Sacramenti.**

1.° Officiali maggiori, dopo il Cardinale Prefetto, sono il Segretario e tre Sottosegretari.

°2.° Alcuni teologi e canonisti, nominati dal Sommo Pontefice, presteranno l'opera loro come Consultori.

3.° Vi sarà anche un sufficiente numero di officiali minori.

4° Un Sottosegretario, con un aiutante ed alcuni scrittori, sarà principalmente destinato a provvedere a tutte le domande di dispensa dagl'impedimenti matrimoniali. ,

5.° Un altro Sottosegretario, con un aiutante ed alcuni scrittori, avrà cura di tutte le altre istanze in materia matrimoniale, còme sanazioni in radice, legit-

lium restitutiones, quaestiones de iustis aut irritis coniugiis vel de dispensatione, in matrimonio rato, dubia, et huiusmodi alia.

6.° Tertius Subsecretarius, cum adiutore et aliquot scriptoribus, sacrae Ordinationis aliorumque Sacramentorum rebus, excepto matrimonio, vacabit.

7.° Protocolli duo libri sunto; alter precum pro dispensationibus ab impedimentis matrimonii; alter postulationum ceterarum, sive quae ad matrimonium sive quae ad reliqua Sacramenta referantur.

Bini administri primo protocolli libro redigendo praecipuam operam dabunt; bini secundo.

8.° Etiam tabularium duplici parte constabit; altera, cui erunt reservatae positiones dispensationum ab impedimentis matrimonii, altera pro ceteris.

9.° Potestas huius Congregationis propria statuta est a Constitutione *Sapienti consilio.* -»x

10.° Peculiariter vero ad eam pertinet has concedere facultates, quae ad omnem tollendam ambiguitatem heic recensentur, hoc est:

a) adservandi SSmam Eucharistiam in templis aut in sacellis eo iure carentibus;

b) celebrandi Sacrum in sacellis privatis, et Cetera largiendi privilegia quae in hac re concedi solent, ipsius decori sacelli advigilans;

umazione della prole, questioni di validità o nullità di matrimonio o di dispensa del matrimonio rato, dubbi, ecc.

6.° Il terzo Sottosegretario, con un aiutante e alcuni scrittori, attenderà a quanto risguarda la sacra Ordinazione e gli altri Sacramenti, eccetto il matrimonio.

7.° 1 libri di protocollo saranno due; uno per le istanze di dispensa dagli impedimenti matrimoniali; un secondo per tutte le altre istanze relative, sia al matrimonio sia agli altri Sacramenti.

Due officiali attenderanno principalmente alla compilazione del primo registro; due altri a quella del secondo.

8.° Anche l'archivio sarà diviso in due sezioni, una per le posizioni di dispensa dagli impedimenti matrimoniali, l'altra per le altre.

9.° Le facoltà proprie di questa Congregazione sono definite dalla Costituzione *Sapienti consilio.*

10.° Specialmente poi alla medesima è riservato di concedere le seguenti facoltà, che si crede opportuno qui specificare per togliere ogni incertezza, cioè :

a) di conservare il SSmo Sacramento nelle chiese o negli oratori, che non ne hanno il diritto;

b) di celebrare la santa Messa in oratori privati, di concedere gli altri privilegi che sono in uso per tale materia, edi giudicare della decenza degli oratori medesimi;

0) erigendi altaris ad litandurn sub dìo;

d)- celebrandi ante auroram et post meridiem;

e) legendi Missam feria V in Coena Domini, itemque tres Missas Nativitatis Domini, noctu, in sacellis privatis, cum distributione SSmae Eucharistiae;

/) utendi pileolo vel capillamento in celebratione Missae aut in deferenda SSñ\a Eucharistia; >

g) coeco aut coecutienti ut litare possit cum facultate legendi Missam votivam B. M. Virginis aut pro defunctis;

h) celebrandi Sacrum in navibus;

1) Episcopum consecrandi die alio ab iis qui in Pontificali Romano statuti sunt ;

•***k)*** sacros Ordines extra tempora conferendi;

I) eximendi fideles, ipsosque sodales, religiosos, quoties opus sit, a lege ieiunii eucharistici.

11;°.Plenae Congregationis iudicio reservatur:

a) in re ad matrimonium pertinente, examen petitionum dispensationis ab impedimentis difficultatem non communem exhibentibus, sive ea exsurgat ex natura rei sive ex dubio de legitima dispensandi causa; separatio coniugum non pacifica; sanationes in radice; natalium restitutiones difficilioris negotii ; cognitio causarum irriti matrimonii ac dispen-

c) di poter erigere un altare per celebrare la santa Messa all'aperto;

d) di celebrare avanti l'aurora e dopo il mezzodì;

e) di celebrare la Messa letta nel Giovedì santo, e le tre Messe di Natale negli oratori privati, nella notte, con la distribuzione della SSma Eucaristia;

f) di far uso dello zucchetto o della parrucca durante la celebrazione della Messa o nel trasporto del SSmo Sacramento;

g) di celebrare e di recitare la Messa votiva di Maria SSma o dei defunti, ad un cieco o quasi cieco;

h) ài celebrare la Messa sulle navi;

i) di consacrare un Vescovo in un giorno diverso da quelli stabiliti nel Pontificale Romano;

' ***k)*** di poter tenere la sacra Ordinazione ***extra tempora;***

l) di dispensare i fedeli ed anche i religiosi, quando ne sia il caso, dal digiuno eucaristico.

- 11.° Al giudizio della piena Congregazione è riservato :

a) in materia matrimoniale, l'esame delle domande di dispense dagl'impedimenti che presentino straordinarie difficoltà, sia in sè sia per la legittimità delle cause; la separazione dei coniugi non pacifica; le sanazioni in radice; le legittimazioni dei figli che presentino gravi difficoltà ; Tesarne delle cause di nullità di

sationum super matrimonio rato, quae plenae Congregationis iudicium postulent; denique dubia omnia iuris circa disciplinam sacramenti matrimonii, quibus obvia et perspicua solutio nulla inveniatur in causis alias decisis, prout superius dictum est;

b) in ceteris Sacramentis, quaestiones omnes disciplinam spectantes, quarum flagitetur solutio, si haec in sententiis iam probatis et in rebus alias iudicatis nulla habeatur; item petitiones gratiarum ac dispensationum non communium, quae a Congressu disceptatione digna videantur. Quapropter plenae Congregationi competent dispensationes ab irregularitate ad sacram Ordinationem in casibus dubiis vel difficilioribus, aut ubi impetrata gratia in dedecus cessura sit ecclesiastici coetus; supplices libelli circa irritam sacram Ordinationem aut circa eiusdem obligationes, aut ab his exemptionem, ubi causa solo disciplinae tramite tractanda sit; quaestiones iuris de loco, tempore, conditionibus ad Sacrum faciendum, ad ipsum geminandum, ad recipiendam adservandamque Eucharistiam necessariis; item de loco, tempore,-conditionibus ab ecclesiastica disciplina requisitis ad cetera Sacramenta legitime ministranda et recipienda; simulque petitae hac de re dispensationes extraordinariae.

12.° Ad Congressum pertinet iudicium de rebus ad plenam Congregationem deferendis, eorumque omnium instructio quae habendo consilio

matrimonio e di dispensa dal matrimonio *rato,* nei casi che esigano il giudizio della piena Congregazione; ed in fine tutti i dubbi giuridici circa la disciplina del Sacramento del matrimonio, i quali non trovino una soluzione ovvia e chiara nelle massime stabilite, in conformità al sopra disposto;

b) negli altri Sacramenti, tutte le questioni disciplinari di cui si richiedesse la soluzione, e che non avessero un'ovvia e chiara soluzione nelle massime stabilite e nelle risoluzioni già date; e le domande di grazie e dispense straordinarie, che dal Congresso si giudicassero meritevoli di discussione. Laonde saranno di competenza della piena Congregazione le dispense d'irregolarità per la sacra Ordinazione nei casi dubbi, o difficili, o quando la grazia potesse riuscire indecorosa allo stato ecclesiastico; le istanze di nullità di sacra Ordinazione o degli obblighi della medesima, o di dispensa da questi obblighi, quando la causa si debba trattare in linea solamente disciplinare; le questioni di massima circa il luogo, il tempo e le condizioni necessarie per la celebrazione della santa Messa, per la *binazione,* per la Comunione eucaristica e per la conservazione della santissima Eucaristia; e circa il luogo, il tempo e le condizioni richieste dalla disciplina ecclesiastica per legittimamente amministrare e ricevere gli altri Sacramenti; non che le dispense straordinarie domandate in tale materia.

12.° Al Congresso appartiene giudicare quello che deve essere portato in piena Congregazione, e preparare quanto è necessario per un giusto giudizio in

afferant lucem, sive institutis de facto investigationibus, sive exquisitis unius alteriusve Consultoris, aut etiam omnium, sententiis.

Eidem Congressui iudicare licet, atque etiam concedere, pro facultatibus quas Pontifex Maximus Cardinali Praefecto et Praelato a secretis tribuendas censuerit, dispensationes ab impedimentis matrimonii, ad normas inferius exhibendas.

Pariter ad Congressum pertinet ab aetatis ac tituli defectu dispensationes clero saeculari concedere ; ab eucharistico ieiunio dispensare ; permittere ut Augustum Sacramentum adservetur in ecclesiis et oratoriis quae hoc iure carent, et ut sanctum sacrificium celebretur in privatis sacellis, in iis casibus quibus huiusmodi gratiae impertiri solent, ad vigentis disciplinae normas et secundum communem legem superius memoratam.

13.° Documento forma Brevis, redacto tamen in huius Congregationis Officio secreto, mittentur dispensationes ab impedimentis matrimonii cuiusvis gradus, modo honestae naturae, si dispensationes ipsae sint maioribus obnoxiae taxationibus.

Ceterae dispensationes documento mittentur forma rescripti.

14° Indulta privati sacelli cuiusvis generis, sui, familiae, aliorumve commodi causa petita, mittentur per Breve in proprio Secretariae Status officio redigendum.

proposito, sia richiedendo informazioni per le cose di fatto, sia domandando i voti di uno o più Consultori, o anche dell'intera Consulta, in merito alla causa..

Gii appartiene inoltre giudicare, ed anche concedere, secondo le facoltà che il Sommo Pontefice crederà attribuire al Cardinale Prefetto ed al Segretario, le dispense dagl'impedimenti matrimoniali, in conformità delle norme che si daranno in seguito.

Egualmente al Congresso appartiene concedere le dispense dal difetto di età e di titolo per gli ordinandi del clero secolare ; le dispense dal digiuno eucaristico; le facoltà di conservare il SS. Sacramento nelle chiese e negli oratori che non ne hanno diritto, e di celebrare la santa Messa negli oratori privati, nei casi in cui queste grazie soglionsi abitualmente concedere, secondo la vigente disciplina ed in conformità della regola generale sopra menzionata.

13.° Saranno spedite con documento in forma di Breve, redatto però nella Segreteria di questa stessa Congregazione, le dispense degl'impedimenti matrimoniali di qualsiasi grado, purché di natura onesta, quando siano gravate di tasse maggiori.

Le altre dispense saranno spedite con documento a forma di rescritto.

14.° Gl'indulti di oratori privati di qualsiasi genere, richiesti per comodità propria, della propria famiglia, o di altri, saranno spediti per Breve, redatto nella rispettiva sezione della Segreteria di Stato.

Ab hac tamen lege eximuntur sacerdotes vel senio vel morbo affecti, qui solvendo pares non sint. Ad hos gratia mittetur forma rescripti et ad normas huius legis *cap. XI. Norm. comm.*

15.° Indulta perpetua SSmae Eucharistiae adservandae in aliquo templo vel sacello, privilegii huius expertibus, pariter per Breve mittenda sunt. Temporalia mittentur per rescriptum, iisdem quae superiore numero normis.

16.° Ubi gratia per Breve mittenda sit, Praelatus a secretis aut Subsecretarius, ad quem negotium pertinet, certiorem de re faciet Cancellarium Brevium cum eoque opportunas normas communicabit. Ille vero, cuius interest, hoc Officium adibit, suum documentum recepturus.

17.° Si Summus Pontifex consuetas Congregationi facultates concedat, circa dispensationes ab impedimentis matrimonii serventur hae leges :

a) in impedimentis *minoris gradus,* de quibus inferius *num. 19.°,* ubi nihil obstet quominus dispensatio concedatur, gratiae concessio, loco maiorum Praepositorum, a Subsecretario *dispensationum,,* aut ab eius adiutore signatur;

b) in impedimentis *maioris gradus,* de quibus proximo *num. 20.°,* si nihil pariter obstet, dispensatio a Cardinali Praefecto conceditur, aut a Praelato a secretis.

Si fa solo eccezione per gl' indulti richiesti da sacerdoti vecchi od infermi, i quali non siano in condizione di soddisfare le spese del Breve. Per questi si spedirà la grazia a modo di rescritto e secondo le regole del *cap. XI. Norme gen.* del regolamento.

15.° Gl'indulti perpetui di conservare il SS. Sacramento in qualche chiesa od oratorio, che non ne abbiano il diritto, dovranno egualmente spedirsi per Breve. I temporanei si spediranno per rescritto, colle stesse norme date nel numero superiore.

16.° Dovendosi spedire la grazia per Breve, il Segretario od il Sottosegretario, cui la materia spetta, darà la partecipazione e le norme opportune al Cancelliere dei Brevi. E l'interessato dovrà recarsi a quest'Officio per il ritiro del documento che lo riguarda.

17.° Se il Sommo Pontefice concede alla sacra Congregazione le facoltà consuete, per la dispensa dagli impedimenti matrimoniali si osserveranno le norme seguenti:

a) per gli impedimenti di *grado minore,* di cui sotto al *num. 19°,* quando non vi sia difficoltà per la concessione della dispensa, la grazia viene segnata per la concessione, in luogo dei Superiori maggiori, dal Sottosegretario *per le dispense,* o dal suo aiutante;

b) per gl'impedimenti di *grado maggiore,* di cui al seguente *num. 20..°,* parimenti se non vi sia difficoltà, la dispensa vien concessa dal Cardinale Prefetto o dal Prelato Segretario.

18.° In dubiis, Subsecretarius de re conferet cum Praelato a secretis aut cum Cardinali Praefecto; hic ad Congressum plenam ve Congregationem referet; ad ultimum, prout res ferat, relatio fiet Summo Pontifici.

19.° Dispensationes *gradus minoris* sunt ab impedimentis:

a) consanguinitatis et affinitatis tertii et quarti gradus lineae collateralis, sive aequalis sive inaequalis, hoc est quarti gradus mixti cum tertio, et quarti vel tertii mixti cum secundo;

b) affinitatis in primo gradu, et in secundo simplici vel mixto cum primo, ubi hoc impedimentum ex illicito commercio procedat;

c) cognationis spiritualis cuiusvis generis;

d) publicae honestatis, sive per sponsalia sive per matrimonium ratum, super quod iam dispensatum sit, fueritque solutum.

20.° Dispensationes *maioris gradus* concedi solitae, interveniente legitima causa, sunt ab impedimentis:

a) consanguinitatis secundi gradus lineae collateralis aequalis, et secundi vel tertii gradus primum attingentis;

ö) affinitatis primi et secundi gradus lineae collateralis aequalis, et secundi vel tertii gradus primum attingentis;

c) criminis ex adulterio cum promissione futuri matrimonii.

21.° Dispensationes a minoribus impedimentis concedentur omnes *ex*

18.° Nei casi dubbi il Sottosegretario si riferirà al Segretario od al Cardinale Prefetto; questi al Congresso od alla piena Congregazione ; ed in ultimo, secondo i casi, se ne farà relazione al Santo Padre.

19.° Dispense di *grado minore* sono quelle dagli impedimenti:

a) di consanguinità e di affinità di terzo e quarto grado in linea collaterale, sia pari sia dispari, cioè di quarto grado misto con il terzo, e di quarto o terzo misto con il secondo;

b) di affinità in primo grado, ed in secondo semplice o misto con il primo, quando questo impedimento provenga da relazione illecita;

c) di cognazione spirituale di qualsiasi specie;

d) di pubblica onestà, sia per sponsali sia per matrimonio *rato* già dispensato e disciolto.

20.° Dispense di *grado maggiore* solite a concedersi, data una giusta causa, sono quelle dagli impedimenti :

a) di consanguinità di secondo grado in linea collaterale eguale, e di secondo o terzo grado misto con il primo;

b) di affinità di primo e secondo grado in linea collaterale eguale, e di secondo o terzo grado misto con il primo;

e) di delitto a causa di adulterio con patto di futuro matrimonio.

21.° Le dispense dagl'impedimenti minori saranno tutte concesse *ex ratio-*

•*rationabilibus causis a & Sede probatis.* Sic vero concessae perinde, valebunt ac si eas *motu proprio et ex certa scientia* impertitae sint; ideoque nulli erunt impugnationi obnoxiae sive obreptionis vitio sive subreptionis.

22.° Nisi Cardinalis Praefectus aut Praelatus a secretis aliquam sibi petitionem aut plures reservarint, supplices libelli omnes ad impetrandam dispensationem ab impedimentis, relati prius in tabulas, a protocollo ad Subsecretarium dispensationum eiusque adiutorem transmittentur.

Hi, opere inter sese aequa ratione distributo, quae ad ipsos pertinent, secernent a ceteris. Supplicibus libellis sibi reservatis consulent, signando gratiae concessionem initialibus sui nominis et cognominis litteris. Iidem constituent, debeatne dispensatio esse gratuita, an et quanti taxanda. Si vero gratia mittenda sit forma Brevis, id adnotare ne omittant. Post haec supplices libellos, quibus fuerit provisum, scriptoribus expediendos commutent.

De ceteris petitionibus, quamprimum ad .Cardinalem referent aut ad Praelatum a secretis, ut opportune ipsi provideant.

23.° Cardinalis et Praelatus a secretis, legitime impediti, possunt negotium Subsecretario committere largiendi dispensationes sibi reservatas, intra limites et cautelas quas duxerint necessarias.

24.° In dispensationibus minoris gradus et in negotiis minoris momenti

nubilibus causis a S. Sede probatis. E largite in tal modo varranno copie se fossero concesse *ex motu proprio ei ex certa scientia;* e non saranno quindi più impugnabili per vizio di orrezione o surrezione.

22.° Quante volte il Cardinale Prefetto od il Segretario non abbiano riservato a sè qualche istanza o gruppo di istanze, tutte..le domande per dispensa dagl'impedimenti, dal Protocollo, dopo la registrazione, passeranno al Sottosegretario *per le dispense* ed al suo aiutante.

Essi, dividendosi equamente il lavoro, scevereranno ciò che è di loro competenza, dal resto. Provvederanno alle domande di loro spettanza, segnando la grazia con le iniziali del loro nome e cognome, e stabiliranno se la dispensa debba esser gratuita, o tassata, ed in qual proporzione. Qualora la grazia debba essére spedita per documento in. forma di Breve, aggiungeranno anche questa indicazione. Passeranno quindi le istanze provviste agii scrittori.

Per le altre faranno al più presto la relazione al Cardinale od al Segretario per gli opportuni provvedimenti.

23.° In caso di legittimo impedimento, il Cardinale ed il Segretario possono commettere al Sottosegretario di provvedere alle domande delle dispense loro riservate, con quelle restrizioni e cautele che .stimeranno necessario stabilire.

24/° Il documento per le dispense di grado minore, i rescritti e le lettere di

poterit documento subscribere Subsecretarius ad quem pertinet res, aut, hoc impedito, alteruter e duobus reliquis Subsecretariis, contra posita subscriptione amanuensis qui documentum exaravit tamquam: *officialis.*

In maioris gradus dispensationibus et in negotiis maioris momenti documento subscribet Cardinalis Praefectus, aut alius eiusdem Congregationis Cardinalis, contra posita subscriptione Praelati a secretis, aut, hoc impedito, alicuius e Subsecretariis, ut in superiore numero.

ART. **IV. - Congregatio Concilii.**

1.° Administri maiores, post Cardinalem Praefectum, sunt Praelatus a secretis et Subsecretarius.

2.° Erit collegium Consultorum a Summo Pontifice renuntiandorum, quorum aliqui probati sint temporalium etiam gerendarum rerum peritia.

3.° Aliquot etiam minores administri erunt, iuxta normas superius datas.

4.° Potestas huius Congregationis propria statuta est in Constitutione *Sapienti consilio.*

Ad omnem tamen tollendam ambiguitatem, quae forte in aliquibus casibus oriri posset, nonnullae heic peculiares singillatim recensentur facul-

minore importanza, potranno firmarsi dal Sottosegretario cui la materia spetta, o da uno degli altri due, qualora quegli sia impedito, e controfirmarsi dallo scrittore che ha steso l'atto come *officiale.*

Il documento per le dispense di grado maggiore, i rescritti e le lettere di maggior gravità, saranno firmati dal Cardinale Prefetto o da altro Cardinale della stessa Congregazione, e controfirmati dal Segretario, e, questi impedito, da uno dei Sottosegretari, come nel numero precedente.

ART. **IV. - Congregazione del Concilio.**

1.° Officiali maggiori, dopo il Cardinale Prefetto, sono il Segretario ed il Sottosegretario.

%° V'avrà un collegio di Consultori da nominarsi dal Santo Padre, fra i quali alcuni dovranno essere particolarmente competenti per gli affari di ordine amministrativo e temporale.

3.° Vi sarà anche un numero sufficiente di officiali minori, secondo le norme date superiormente.

4.° Le facoltà proprie di questa Congregazione trovansi stabilite nella Costituzione *Sapienti consilio.*

Per togliere però ogni dubbio, che in alcuni casi potrebbe sorgere, si enumerano qui particolarmente talune facoltà, che sono esclusivamente riservate alla

tales, quae uni Concilii Congregationi reservantur. Eius itaque dumtaxat erit in posterum concedere:

a) collegiis canonicorum, seu Capitulis, dispensationes ab obligatione celebrandi Missam feriae ac vigiliae; Missae canendae et applicandae conventualis; canendi atque in choro recitandi horas canonicas;

b) tum Capitulis, tum singulis e clero saeculari, anticipationem recitationis officii matutini;

c) Capitulis anticipationem Vesperarum et Completori! ante meridiem ;

d) sacerdotibus e clero saeculari commutationem recitationis officii divini cum aliis precibus;

e) dispensationem a ieiunio praescripto ante consecrationem sacrarum aedium ;

f)'facultatem in interno templi vel publici sacelli pariete fenestram faciendi exstruendique parvi chori, aut aperiendi ostii, quo privatus aditus patefiat;

g) dispensationem a laurea doctoris sive ex tabulis institutionis sive ex lege praescripta ad beneficium vel officium aliquod assequendum, quorum largitio ad Ordinarium pertineat.

5.° Item ad Concilii Congregationem spectat iudicium de controversiis omnibus circa potiorem dignitatis locum, seu *praecedentiam,* exceptis iis

Congregazione dei Concilio. Ad essa quindi unicamente spetta per l'avvenire di concedere:

a) ai Capitoli la dispensa dall'obbligo della Messa di feria e di vigilia; dal canto ed anche dall'applicazione della conventuale: dal canto ed anche dalla recita in coro delle ore canoniche;

b) l'anticipazione della recita del Mattutino tanto ai Capitoli quanto ai singoli sacerdoti secolari;

c) l'anticipazione del Véspero e della Compieta nel mattino ai Capitoli;

d) la commutazione della recita dell'officio divino in altre preci ai-sacerdoti .secolari;

e) la dispensa dal digiuno prescritto avanti la consacrazione delle chiese;

f) la facoltà di poter aprire, nel muro interno di una chiesa o di un pubblico oratorio, una finestra, un coretto od una porta privata d'accesso;

g) la dispensa dalla laurea, richiesta dalle tavole di fondazione o da legge per ottenere un qualche beneficio od officio, se la collazione dei medesimi spetti all'Ordinario.

5.° Egualmente spetta alla Congregazione del Concilio l'esame di tutte le controversie di precedenza deferite alla S. Sede, eccetto quelle che riguardano i

quae sodales religiosos attinent, (quae controversiae Congregationi Religiosorum sodalium sunt reservatae), iisque pariter demptis quae *Cappellani,* Aulam pontificiam et Patres Cardinales spectant, ad Caeremonialem deferendae.

Item ad eam pertinet videre, administrationis et disciplinae tramite, de servitutibus, quas aedi sacrae se constituisse aliquis iactet, aut quas eidem velit imponere, qualia sunt habitatio in superiori contignatione, murorum impositio, atque horum similia.

6.° Ad plenae Congregationis iudicium pertinent:

a) examen dubiorum circa iuris interpretationem in huius Officii rebus, quae dubia nullam facilem solutionem atque perspicuam nanciscantur in constitutis legibus aut in alias decisis; examen petitarüm gratiarum, dispensationum, indultorum, quae concedi fere non soleant eo modo, aut ea latitudine; aliaque, quemadmodum superius dictum est;

b) cognitio Conciliorum provincialium. - Qua in re, ad vigentis disciplinae normam, unius Consultoris primum exquiretur sententia; deinde horum Collegii, aut partis eiusdem, non infra numerum Consultorum quinque, per vices eligendorum. Tum vero adiutor regionis, ad quam pertinet provinciale Concilium, acta et suffragia typis imprimenda curabit.

Pariter quidquid maioris ponderis in Episcoporum coetibus contigerit statutumve sit, ad plenam Congregationem referatur.

religiosi, le quali sono riservate alla Congregazione dei Religiosi; e quelle che risguardano la Cappella, la Corte pontificia ed i Cardinali, le quali sono riservate alla Cerimoniale.

Parimenti le appartiene in via amministrativa e disciplinare il giudizio di ogni servitù che si vanti sopra una chiesa o vi si voglia imporre, come abitarvi sopra, addossarvi mura, ecc.

6.° Al giudizio della piena Congregazione è riservato:

a) l'esame dei dubbi giuridici nelle materie proprie di questo dicastero, i quali nelle leggi e massime già stabilite non abbiano un'ovvia e chiara soluzione; l'esame delle domande di grazie, dispense ed indulti, che non soglionsi ordinariamente concedere, o non si sogliono concedere nel modo o nell'estensione richiesta ; ed altro, secondo quanto è sopra stabilito;

b) la revisione dei Concili provinciali; - Ed a questo effetto, attenendosi alla disciplina vigente, si richiederà prima il voto di un Consultore, quindi quello del collegio dei Consultori (o di una sezione dello stesso collegio non minore di cinque"Consultori da scegliersi per turno); e l'aiutante della regione cui appartiene il Concilio provinciale, curerà la stampa degli atti e dei voti.

Si riferirà inoltre in piena Congregazione quanto d'importante possa essere avvenuto o siasi stabilito nelle Conferenze vescovili.

7.° Congressus autem est, ad normam legis communis, necessaria pararé *ad* negotiortai examen, quae plenae Congregationi sint reservata, ordinarias res expedire, solitas gratias concedere usitatis formis et pro facultatibus a Summo Pontifice acceptis.

8.° In administrandae pecuniae negotiis, suae ac peculiares erunt servandae normae.

9.° In rebus sanctae Domus Lauretanae, normae pariter serventur superius constitutae.

ART. V. **- Congregatio de sodalibus Religiosis.**

l.° Huius Congregationis administri maiores sunt pariter, post Cardinalem Praefectum, Praelatus a secretis et Subsecretarius.

2.° Erit collegium Consultorum a Summo Pontifice eligendorum.

3.° Erunt etiam aliquot officiales minores, quot necessarii sunt iuxta regulas superius datas.

4.° Alterius ex adiutoribus proprium officium esto curare quae ad religiosos Ordines pertinent; alterius quae ad congregationes et omne genus instituta virorum; tertii quae ad congregationes et instituta mulierum.

Pro unoquoque horum munerum sui erunt scriptores distributi.

7.° Al Congresso spetta, in conformità della regola generale, preparare quanto è necessario per l'esame degli affari riservato alla piena Congregazione, il disbrigo degli affari ordinari e la concessione delle grazie consuete nei termini d'uso, e secondo le facoltà avute dal Sommo Pontefice.

8.° Per la trattazione degli affari di ordine economico si osserveranno i regolamenti speciali propri della materia.

9.° Per l'esame delle cose riguardanti il Santuario di Loreto, si seguiranno pure le regole sopra stabilite.

ART. V. - **Congregazione dei Religiosi.**

1.° Officiali maggiori di questa Congregazione sono parimenti, dopo il Cardinale Prefetto, il Segretario ed il Sotto-segretario.

2.° Vi sarà un Collegio di Consultori nominati dal Romano Pontefice.

3.° Vi saranno anche gli officiali minori necessari, secondo le norme date superiormente.

4.° Degli aiutanti uno avrà per sua speciale attribuzione le cose spettanti ogli Ordini religiosi; l'altro quelle spettanti alle congregazioni ed agli istituti maschili di qualsiasi genere; il terzo quelle spettanti alle congregazioni ed istituti femminili.

Gli scrittori saranno analogamente divisi.

5.'° In decernendo quaenam in pièna Congregatione tractanda sint, quaenam maioribus administris aut Congressui reservanda, prae oculis habeantur superius *cap. II.* constitutae normae, et quae in memoratis hactenus Congregationibus indicatae sunt.

6.° Decretum quo laudatur probaturque institutum aliquod, et decretum approbationis constitutionum, itemque substantialis mutatio quaevis in iam probatis institutis inducenda, ad plenam Congregationem semper pertinebunt.

ART. VI. - **Congregatio de Propaganda Fide.**

1.° Congregatio haec retinet constitutionem, disciplinam agendique rationem sibi propriam, in iis omnibus quae cum dispositionibus Constitutionis *Sapienti consilio* et praesentis legis componi possunt.

2.° Iuxta vero ea quae pro aliis Congregationibus statuta sunt, in officio a secretis alius administer adiicietur, nempe Subsecretarius.

3.° Indulta, quae hactenus haec sacra Congregatio concedere solebat iis etiam qui suae iurisdictioni non essent obnoxii, in posterum suis subditis tantum tribuet.

4.° Congregatio de Propaganda Fide pro Negotiis ritus orientalis sua munia ex integro servabit. In iis tamen, quae internam Officii disciplinam

5.° Nello stabilire quali cose siano da trattarsi in piena Congregazione, e quali riservate agli Officiali maggiori ed al Congresso, si avranno avanti gli occhi le norme più sopra date nel ***cap.*** *II*, e quelle indicate nelle precedenti Congregazioni.

6.° TI decreto di lode e d'approvazione di qualsiasi nuovo istituto, non che di approvazione delle costituzioni, come qualsiasi sostanziale modificazione [allo stato d'istituti già approvati, sono sempre di competenza della piena Congregazione.

ART. VI. - **Congregazione di Propaganda Fide.**

1.° Questa Congregazione conserva l'ordinamento, le regole ed il modo di agire che le sono propri, per quanto sieno . compossibili con il dispostofMella Costituzione *Sapienti consilio* e del presente regolamento.

2.° In conformità pero di quanto è disposto per le altre Congregazioni, nella Segreteria sarà aggiunto un Sottosegretario.

3.° Gl'indulti, che finora questa sacra Congregazione soleva concedere anche ad altri, in avvenire limiterà ai suoi sudditi.

4.° La Congregazione di Propaganda per i Riti orientali conserva tutte le sue attribuzioni. Però per tutto ciò, che riguarda l'interna disciplina del dicastero

et modum tractandi negotia spectant, huius legis normis sive communibus sive peculiaribus inhaerebit.

5.° Circa huius Congregationis et Camerae Spoliorum administrationem, peculiaris norma quamprimum dabitur, quae, a speciali Cardinalium coetu revisa, per Emum Praefectum Summi Pontificis approbationi subiicietur.

ART. VII. - **Congregatio Indicis.**

1.° In ratione gerendarum rerum et in disciplina ac muniis administrorum haec Congregatio suas retinebit normas, se tamen conformando statutis Const. *Sapienti consilio* et praesentis legis.

2.° Administri, Consultores, Cardinales huius Congregationis iusiurandum dabunt de secreto Sancti [Officii servando, ut ipsis cognita sint quae ab eo sacro Consilio de prohibitione librorum agantur, ad normas memoratae Constitutionis.

ART. VIII. - **Congregatio SS. Rituum.**

1.° Suam, quam hactenus, constitutionem retinet atque naturam, salvis praescriptionibus Const. *Sapienti consilio* atque huius legis, in iis quae ad Congregationem hanc referuntur.

ed il modo di trattare gli affari, si atterrà alle norme generali e speciali del presente regolamento.

5.° Quanto all'amministrazione dei beni di questa Congregazione e della Camera degli Spogli sarà fdato al più presto un particolare regolamento, che,, riveduto da una speciale Commissione Cardinalizia, per mezzo dell'Emo Prefetto sarà sottoposto al Sommo Pontefice per l'approvazione.

ARI-. VII. - **Congregazione dell'Indice.**

l.° Quanto al metodo proprio di trattare gli affari, e quanto alla disciplina ed agli offici, propri degli Officiali, questa Congregazione starà alle sue regole,, conformandosi però alle disposizion^della Costit. *Sapienti consilio* e del presente regolamento.

%° Dovranno gli Officiali, i Consultori ed i Cardinali di questa Congregazione prestare i giuramento del segreto di S. Offizio, onde poter aver comunicazione- di quanto, relativamente alla proibizione dei libri, si tratti in quella Congregazione secondo il prescritto della detta Costituzione.

ART. VIII. - **Congregazione dei sacri Riti.**

l.° Essa conserva la sua organizzazione attuale, salve sempre le prescrizioni della Costituzione *Sapienti consilio* e del presente regolamento, in quanto riguardano questa Congregazione.

%.° Itaque, quum huius proprium et cum aliis noii commune sit munus curandi ut in universa Ecclesia latina, sacri ritus ac caeremoniae diligenter serventur in Sacro celebrando, in Sacramentis administrandis, in divinis officiis persolvendis; idcirco debet:

a) advigilare liturgicis omne genus libris Ecclesiae latinae, eos inspicere, corrigere aut reprobare, salva Sancti Officii competentia in iis quae fidei capita, seu dogmata, respiciunt;

b) excutere atque approbare nova officia divina et calendaria;

c) dubia de ritibus iudicare ac dirimere;

d) quae hac in re necessaria videantur temperamenta, indulta, facultates concedere, veteri retento catalogo, novis tamen disciplinae normis circumscripto, iis praesertim quae superius allata sunt *num. 10.°* de Congregatione Sacramentorum, et *num. 4.°* et *5.°* de Congregatione Concilii.

3.° Negotiis ad plenam Congregationem deferendis aut in Congressu tractandis erunt aptandae regulae haud semel indicatae in superius memoratis Congregationibus, et superiore *cap. IL*

4.° In causis beatificationis et canonizationis standum normis eius rei propriis ac peculiaribus, servatis tamen semper huius legis praescriptionibus ad hoc genus materiae pertinentibus.

°**2.**° Laonde avendo essa per sua propria ed esclusiva attribuzione di curare in tutta la Chiesa latina l'osservanza dei sacri riti e delle sacre cerimonie per quanto riguarda il divin sacrificio, l'amministrazione dei Sacramenti e la recita dei divini offici, deve:

a) vigilare sui libri liturgici di qualsiasi genere delia Chiesa latina, rivederli, correggerli o riprovarli, salva la competenza del S. Offizio per ciò che concerne il dogma;

b) esaminare ed approvare i nuovi offici divini ed i calendari;

c) giudicare e dirimere i dubbi che sorgessero in materia di riti;

d) concedere in questa materia quei temperamenti, quegl'indulti e quelle facoltà che fossero necessarie, attenendosi all'antico catalogo, limitato però dalle nuove norme disciplinari e segnatamente da quanto è sopra stabilito al *num. 10.°* della Congregazione dei Sacramenti, ed ai *num. 4.°* e *5.°* della Congregazione del Concilio.

3.° Quanto agli affari da portarsi in piena Congregazione o da trattarsi in Congresso, anche in questo dicastero si dovranno applicare i criteri più volte sopra indicati nelle altre Congregazioni e al *cap. IL* precedente.

4.° Circa i processi per le cause di beatificazione e canonizzazione, si seguiranno le norme che sono proprie e speciali per questa materia, salva però sempre l'osservanza delle disposizioni di questo regolamento in ciò che possa riguardare questo ramo speciale di affari.

5.° Circa sacras Reliquias, Congregatio Rituum inhaerebit praescriptis Const. *In ipsis,* die vi mensis Iulii a. MDCLXIX, superius memoratae sub *art. I.* de Sancto Officio.

AKT. IX. - **Congregatio Caeremonialis.**

Congregatio haec, suapte natura, constitutionem suam ac disciplinae rationem stabilem retinet nullique mutationi obnoxiam.

ART. X. - **Congregatio pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis.**

Huius pariter Congregationis natura et constitutio, non minus quam ratio disciplinae, immutata manet, salvis praescriptionibus eam spectantibus, in Const. *Sapienti consilio* et in hac adiecta lege comprehensis.

ART. XI. - **Congregatio Stadiorum.**

1.° Quaenam sit huius Congregationis auctoritas statuitur in Const. *Sapienti consilio.* In iis vero quae ad internam disciplinam et negotiorum expediendorum rationem pertinent, regulas in hac lege statutas sive communes sive peculiares servabit.

%.° Plenae Congregationi huius Officii competunt condendae novae studiorum Universitates ac Facultates omnes, quibus ius est academicos

5.° Quanto alle sacre Reliquie la Congregazione dei Riti si atterrà alle prescrizioni della Costi t. ***In ipsis*** 6 Luglio 1669 mentovata superiormente all' ***art. I.*** del S. Offizio.

ART**. IX. - Congregazione Cerimoniale.**

Per la sua natura e costituzione, questa Congregazione rimane inalterata nella sua organizzazione e nel suo modo di procedere.

ART. X. - **Congregazione degli Affari ecclesiastici straordinari.**

Anche questa Congregazione Rimane inalterata nella sua organizzazione e nel suo modo di procedere, salve le disposizioni che la riguardano, contenute nella Costit. *Sapienti consilio* e nel presente regolamento.

ART. XI. - **Congregazione degli Studi.**

l.° Il potere e le facoltà di questa Congregazione sono determinate dalla Costit. *Sapienti consilio.* Quanto poi al modo di spedire gli affari ed all'interna disciplina, si osserveranno le norme sia generali sia speciali del presente regolamento.

•••2.° Di competenza della piena Congregazione in questo dicastero sono tutte le istituzioni nuove di Università e di Facoltà che concedono gradi accademici;

gradus conferendi; mutationes maioris momenti in iisdem iam institutis; cognitio quaestionum graviorum in ipsis occurrentium de patrimonii administratione, de magistri alicuius decurialis nominatione, de ratione studiorum, et de aliis huiusmodi; item quae necessario capienda consilia in commune videantur; postremo iudicium de excelienti aliquo viro academicis gradibus *ad honorem* decorando.

3.° Congressus officium est ad plenam Congregationem deferenda parare; leviores controversias in aliqua studiorum Universitate vel Facultate subortas dirimere, ad normam praescriptorum superius.

4° Si qua velit in posterum studiorum Universitas aut Facultas nova constitui, opus est id fieri per Breve. Nulla pariter in praesentem Facultatum et Universitatum statum gravior immutatio induci poterit nisi per Breve.

CAP. VIII. - DE SINGULIS TRIBUNALIBUS

ART. 1. - **Sacra Poenitentiaria.**

1.° Tribunalis huius ambitu ad solum forum internum coarctata, suis muniis addicti manebunt, praeter Cardinalem Poenitentiarium, Regens, Praelati quinque Signaturae, Procurator, seu a secretis, Substitutus et aliquot inferiores officiales.

le modificazioni di grande importanza allo stato delle Università e Facoltà attualmente istituite; l'esame delle controversie più gravi che sorgessero circa l'amministrazione temporale, circa la nomina di qualche professore, circa l'indirizzo scolastico, e simili; le disposizioni che si reputassero necessarie di prendere, sebbene di non grave entità, quando avessero un carattere generale; ed in fine il giudizio sulla concessione dei gradi *ad honorem* a qualche persona distinta per meriti.

3.° Spetta al Congresso preparare quello che deve essere portato in piena Congregazione, ed il dirimere le controversie di minor importanza che potessero sorgere in qualche Università ö Facoltà, in conformità del già sopra disposto.

4.° L'erezione delle nuove Facoltà od Università dovrà farsi per Breve. Egualmente per Breve dovranno essere fatte le modificazioni di maggiore importanza allo stato esìstente delle dette Facoltà ed Università.

CAPO VIII. — DEI SINGOLI TRIBUNALI

ART. I. - **Sacra Penitenzieria.**

1.° Ristrette le attribuzioni di questo tribunale al solo foro interno, per il disimpegno degli affari che gli sono propri, oltre il Cardinale Penitenziere, rimarranno il Reggente, i cinque Prelati della Segnatura, il Segretario, il Sostituto ed alcuni officiali minori.

•2.° In officii parte quam retinet, hoc sacrum tribunal se geret ad normas praesertim Const. *In Apostolicae,* editae die xm mensis Aprilis a. MDCcxLiv a Benedicto XIV, salvis immutationibus legitimo usu posterius inductis, quae erunt scripto redigendae et a Cardinali Poenitentiario subiiciendae approbationi Pontificis; firmisque praescriptis a Const. *Sapienti consilio* et ab hac lege, in omnibus quae hoc sacrum tribunal spectent.

3.° Iuxta memoratae Constitutionis Benedicti XIV praescripta, *omnia secreto et gratis* in hoc sacro tribunali expedientur.

ART. II. - **Sacra Romana Rota et Signatura Apostolica.**

1.° Utriusque Tribunalis quae debeat esse procedendi ratio, qui et quales administri, a *Lege propria* potissimum decernitur adiuncta Constitutioni *Sapienti consilio.*

2.° Nihilominus in his etiam Officiis servanda sunt praesentis Ordinationis praescripta in iis omnibus, quae ad expedienda negotia, ad iusiurandum, ad administrorum munia horumque similia referuntur, quantum scilicet huius Ordinationis normae cum *Lege propria* consentiant.

2.° Nel suo modo di procedere, per la parte che le è rimasta, la Penitenzieria si atterrà alle regole stabilite particolarmente dalla Cost. *In Apostolicae* del 13 aprile 1744 di Benedetto XIV, salvi quei temperamenti che la prassi legittima susseguente vi ha introdotto, i quali dovranno essere redatti in iscritto e dal Cardinal Penitenziere sottoposti al Pontefice per l'approvazione; e ferme sempre le disposizióni della Costituzione *Sapienti consilio* e del presente regolamento, per tutto ciò che possa riguardare questo sacro tribunale.

3.° In conformità del prescritto della detta Costituzione Benedettina, in questo sacro tribunale si dovrà spedire tutto gratuitamente e sotto segreto.

ART. **II. - Sacra Romana Rota e Segnatura Apostolica.**

1.° Il modo di procedere ed il personale che costituisce questi due Tribunali viene principalmente stabilito nella *Legge propria* aggiunta alla Cost. *Sapienti consilio.*

2.° Debbono però anche in questi dicasteri osservarsi le disposizioni del regolamento presente, per tutto ciò che riguarda la spedizione degli affari, il giuramento, il compito degli officiali, ecc., in quanto le norme quivi stabilite siano compossibili con la *Legge propria.*

CAP. IX. - DE. SINGULIS OFFICIIS

ART. I. **- Cancellaria Apostolica.**

Purpuratorum Patrum coetus, constans Cardinalibus tribus, Cancellario, Datario et a secretis Consistorialis, reformandas quamprimum Curabit formulas *Bullárum collationis* beneficiorum, sive consistorialium, sive aliorum; itemque *Bullarum* constitutionis dioecesum, Capitulorum ; denique Regularum, quas *Cancellariae* vocant.

ART. II. **- Dataria Apostolica.**

1.° Ob inductam a Const. *Sapienti consilio* novam ordinationem, Datariae Apostolicae hoc relinquitur munus, quod in beneficiorum non consistorialium collatione versatur. Atque in hoc etiam Officio sunt retinendae normae huius legis in iis quae ipsum attingant.

2.° In collatione beneficiorum ea ratio servabitur, quam praesens lex et vigens usus praestituunt, cauto tamen ut hic cum novis praescriptionibus memoratae Constitutionis cohaereat, donec, reformratis Cancellariae Regulis, aliter provideatur.

3.° Bullae collationis prima perscriptio *(minuta)* fieri debebit ab uno

CAPO IX. — DEI SINGOLI OFFICI

ART. I. - **Cancelleria Apostolica.**

Una Commissione, costituita dal Cardinale Cancelliere, dal Cardinal Datario, e dal Cardinale Segretario della Concistoriale, curerà che al più presto possibile siano riformati i formulari delle Bolle di collazione dei benefici sia concistoriali sia non concistoriali, e quelli delle Bolle di erezione delle diocesi e dei Capitoli, nonché il tenore delle Regole di Cancelleria.. . . . .

ART**. II. - Dataria Apostolica.**

1.° Pel nuovo ordinamento apportato dalla Cost. *Sapienti consilio,* il compito della Dataria Apostolica rimane circoscritto alla collazione dei benefici non concistoriali. E saranno osservate, anche in questo dicastero, le norme del presente rogolamento, per quanto esse lo riguardano.

2.° Quanto al modo di procedere per la collazione dei benefici, si osserverà il regolamento e la prassi oggi vigente, ponendola però ih armonia con le nuove disposizioni date dalla detta Costituzione^ fino a che per la riforma delle Regole di Cancelleria non siasi provveduto diversamente.

3.° La minuta della Bolla di collazione dovrà farsi da un aiutante, e terrà

adiutore, et loco erit veteris, uti vocant, *supplicationis;* eaque in actis servabitur ad cautionem et recognitionem, si qua forte inciderit impugnatio.

Nihil immutatur in invecto usu providendi nonnunquam beneficiis per decretum *simplicis signaturae,* hoc est nullis Bullis expeditis.

4° Subscribetur Bullis a Cardinali Datario, eoque impedito, a Cardinali a publicis Negotiis seu *a secretis Status,* contra posita subscriptione illius officialis, qui primus ordine temporis post Datarium sit, et in officio adsit.

5.° Curabit praeterea Dataria ut imponantur et exigantur pensiones et onera beneficiis Urbis adnexa, ad aream pensionum, quam vocant, pertinentia. Quare officialis distributor exiget solvendam ab iis pecuniam, qui oneribus aut pensionibus graventur; ac deinde ius habentibus ad pensiones aliave emolumenta debitis modis satisfaciet.

Trimestri quoque spatio Cardinalis Datarius, aut eius vice alius, arcae statum explorabit, supputatisque rationibus, suae auctoritatis testimonium adscribe!

ART. III. - **Camera Apostolica, Secretaria Status, Secretariae Brevium ad Principes et Epistolarum latinarum.**

1.° Haec'Officia receptum huc usque suis muniis fungendi morem ut ante retinebunt, salvis praescriptionibus Const. *Sapienti consilio* et huius Ordinationis, in iis omnibus quae eadem attingant.

luogo dell'antica così detta ***supplica,*** da conservarsi in atti per garanzia e controllo in. caso di contestazioni.

Nulla si muta quanto all'uso introdotto di provvedere talora i benefici per decreto di *semplice segnatura,* cioè senza spedizione di Bolle.

4° Le Bolle saranno firmate dal Cardinal Datario, e, questi impedito, dal Cardinale Segretario di Stato, e controfirmate dal primo degli officiali dopo il Cardinale Datario, che si trovi presente in. officio.

5.° La Dataria curerà inoltre l'imposizione e la riscossione delle pensioni ed oneri sui benefici di Roma, spettanti alla così detta *Cassa-pensioni.* Il distributore esigerà i pagamenti da coloro che sono gravati di oneri o pensioni ; e soddisferà quindi nei debiti modi gli aventi diritto a pensioni o ad altri assegni.

Ogni trimestre il Cardinale Datario, o chi per lui, esaminerà Io stato di amministrazione e di cassa, e apporrà il *tristo* ai conti.

ART. HI. - **Camera Apostolica, Segreteria di Stato, Segreterie dei Brevi ai Princìpi e delle Lettere latine.**

1.° Per questi Offici rimane inalterato il modo di procedere, salvo a conformarsi alle prescrizioni della Costit. *Sapienti consilio* ed alle normé di questo regolamento per tutto ciò che possa riguardare questi dicasteri.

2.° Peculiaris coetus trium Cardinalium^ quos inter Cardinalis *w secretis Status,* Brevium Apostolicorum formas instaurandae curabit, quae ab ea *Secretariae Status* parte mitti solent, cui est Apostolicorum Brevium cura commissa.

APPENDIX.

INSTITUTIO CIRCA MODUM IN TABULAS REFERENDI ET SCRIPTA EXPEDIENDI

1.° In omni Officio liber erit annui protocolli, in quod, ordine temporis, preces et expostulationes referentur singulae, quae per annum exhibeantur.

Haec in album adscriptio, post numerum ordinis, indicabit: 1.° dioecesim, ad quam preces aut expostulationes pertinent; 2.° petentem aut expostulantem; 3.° cur, aut contra quem expostulatio fiat; 4° exhibitionis diem ; 5.° procuratorem, seu agentem, si fuerit interpositus. Subinde vacuum chartae relinquetur spatium, in quo notetur, qui fuerit negotii processus, hoc est, scriptumne sit ad Ordinarium, impetratane gratia, an transmissa, negata, dilata, et ita porro.

Numerus protocolli debet in supplicem libellum referri, scriptum ad modum fractae partis, cuius *numeratur* exprimat ipsius numerum protocolli ; *denommator* vero annum, elisis litteris. Ita si negotium, pertinens ad

°*2.*° Una Commissione speciale, composta del Cardinale Segretario di Stato e di due altri Cardinali curerà al più presto l'emendazione dei formulari dei Brevi Apostolici, da spedirsi dalla sezione rispettiva della Segreteria di Stato.

APPENDICE.

ISTRUZIONI SUL MODO DI REGISTRAZIONE E SPEDIZIONE

1.° In ogni dicastero vi sarà un libro di protocollo per ciascun anno, dove con ordine progressivo saranno registrate tutte le istanze e ricorsi, che di mano in mano vengano presentati.

Questa registrazione, dopo il numero d' ordine, indicherà : 1.° la diocesi, a cui l'istanza od il ricorso appartiene; 2.° il petente o ricorrente; 3.° per qual motivo o contro chi si ricorre; 4.° la data di presentazione; 5.° l'agente, se vi sia. Vi sarà poi uno spazio libero per indicare il movimento dell'affare, cioè se siasi scritto all'Ordinario, se fatta la grazia, se spedita, se negata^ se differita, ecc.

Il numero del protocollo si dovrà riportare sull'istanza segnandolo a modo di frazione, il *mi numeratore* esprima la cifra d'ordine del libro del protocollo, il *denominatore Y* anno sincopato; cosicché p. es. un. affare che nel!' anno 1908

annum MDCCCCVIII, in protocolli libro numerum ferat 500, inscribendum positioni erit fracta sic parte: Tergo praeterea supplices libelli apponentur adnotationes earum fere similes, quae in libro protocolli, hoc est, nomina dioecesis, recurrentis, ac cetera.

2.° Habebitur etiam protocolli index, hoc est annua parva rubrica, in quam negotia ordine dioecesum digesta referantur, indicto, post nomen dioecesis, nomine postulantis cum numero protocolli, quo facilius investigationes in positionibus institui possint.

3.° Numerus protocolli, semel positioni adsignatus, manet, etsi negotium ultra annum trahatur. Quod si, aut instaurata post aliquot annos quaestione, aut alia quavis de causa contingat, ut alius ei sufficiatur numerus, huius mentio fiet in priore numero, tam in libro protocolli quam in parva rubrica.

4.° Relatis in protocollum chartis, resumptisque, si quae sint, prioribus, positiones ad maiores administros aut adiutores transmittendae sunt, eorum cognitioni subiciendae et ad rem, secundum suas cuiusque Officii normas, ad exitum deducendam.

5.° Re deliberata et provisa, positiones deferendae sunt: *a)* ad scriptores, quoties eadem de re aut epistola conficienda sit, aut aliquis vocandus, aut exarandum rescriptum; *b)* ad distributorem, si positio Consultori vel alio viro studii causa committenda sit; *c)* ad protocollum, si aut iussum

avesse nel libro di protocollo il num. 500, dovrebbe sulla ponenza segnarsi con la frazione Inoltre sul dorso dell'istanza si scriveranno la diocesi, il nome del ricorrente, e le altre annotazioni fatte nel protocollo.

%.° Vi sarà inoltre un indice del protocollo, cioè una rubricella annua, dove si richiamino gii affari per ordine alfabetico di diocesi, indicando, dopo il nome della diocesi, il nome del ricorrente col numero di protocollo, onde facilitare le ricerche delle ponenze.

3.° Il numero di protocollo assegnato da principio ad una ponenza rimane, sebbene l'affare si protragga oltre l'anno. Che se, o per la ripresa della vertenza dopo parecchi anni, o per qualsiasi altro motivo, avvenga che si dia alla medesima un altro numero, se ne farà il richiamo presso il vecchio numero tanto nel libro di protocollo quanto nella rubricella.

4.° Protocollate le carte, e fatte le riassunzioni dei precedenti, se vi sono, le ponenze devono trasmettersi agli Officiali maggiori, od agli aiutanti, per lo studio e il disbrigo secondo le norme di ciascun dicastero.

5.° Preso un provvedimento, esse si devono trasmettere: ***a)*** agli scrittori se siavi da fare una lettera, o chiamare alcuno, o stendere un rescritto; 6) al distributore, se la ponenza sia da mandare ad un Consultore o ad altra persona per

fuerit resumi priores, aut si coeptum consilium peculiarem exsecutionem non postulet, quemadmodum si rescriptum sit: *aa acta, reponatur, lectum,* aut horum aliquid simile.

6.° Nisi quid aliter in suis cuiusque Officii normis praescriptum sit, aut nisi Moderatores opportunum duxerint alia ratione consulere, communiter ad eum qui prior est inter addictos protocollo, haec munium partitio spectabit, ipsius igitur erit suas cuique scriptori positiones adsignare, prout singulis competunt sive ratione territorii, sive materiae. Idem in protocolli libro rescripta, de quibus *litt. b et c, num. 5.°* superioris, notabit. Priora vera illa, de quibus *litt. a,* in album referet absoluto negotio.

7.° Scriptores, expleto suo munere, positiones cum adiectis rescriptis ad ratiocinatorem transmittent.

Hic acta tradet ad subsignandum. Actorum vero fasciculo s, seu *positiones,* apud se retinebit, ut in suo administrationis folio et deinde super rescriptis, cum subsignata redierint, taxationes adnotet, si quae sint adiectae. Deinde positiones ad protocollum remittet, cum sigla ex convento constituta ad significandum omnia esse confecta; litteras vero et rescripta distributori tradet.

8.° Protocollo addictus rem in librum referet et positiones in suo

Io studio; c) al protocollo, se siasi ordinata una riassunzione di precedenti, oppure se il provvedimento non richieda speciale esecuzione, come per esémpio se siasi rescritto: ***ad acta, reponatur, lectum,*** o simile.

6.° Se nelle regole speciali di un dicastero non siavi altra disposizione, od i Superiori non stimino opportuno un provvedimento diverso, normalmente il protocollista anziano avrà cura di questa ripartizione di affari. Distribuirà agli scrittori le ponenze secondo le competenze proprie di ciascuno, o territoriali, o di materia. Prenderà nota nel libro di protocollo dei rescritti ***leti, b e c*** del ***num.*** *5.°* precedente. Quanto ai primi ***(leti, a) "'deve*** riservarsi a farne la registrazione dopo eseguito l'atto.

7.° Gli scrittori, soddisfatto il loro compito, passeranno le ponenze coi relativi rescritti al computista.

Questi invierà gli atti alla firma. Terrà poi le ponenze presso di sè, onde notare nel suo foglio mensile di amministrazione, e quindi sui rescritti che ritornano firmati, le tasse cui fossero soggetti. Quindi restituirà le posizioni al protocollo con una sigla per indicare che tutto è compito, e consegnerà le lettere ed i rescritti al distributore.

8.° Il protocollista da parte sua registrerà la risoluzione nel libro di proto-

quamque loco reponet. Distributor autem acta secundum proprias leges distribuenda curabit.

9.°'Si non subscripta'redierunt acta, vel si cum aliqua animadveiv sione coniuncta, administri, pro variis casibus, Praepositorum sese mandatis conformabunt.

10.° Memoratae normae sunt omnibus retinendae diligenter, nisi quid in iis quae sequuntur peculiaribus legibus exceptum sit pro aliquo Officio.

Quae superioribus capitibus continentur, SSmi D. N. Pii PP. X iussu accedunt Constitutioni Sapienti consilio, *editae die xxix mensis Iunii a. MDCCCCVIII, et Ordinationi communi tunc temporis vulgatae. Eadem proinde vi pollent, anteriores abrogant contrarias leges, et servari ab omnibus integre debent, quavis alia ordinatione,*, usu, privilegio contrariis non obstantibus.*

Batum Romae, die xxix mensis Septembris an. MDCCCCVIII.

De speciali mandato SSmi D. N. Pii Papae X

R. Card. MERRY DEL VAL.

collo, e metterà-al posto le ponenze. Ed il. distributore curerà la distribuzione degli atti secondo le sue regole.

9.° Che se gli atti tornino non firmati, o con qualche speciale osservazione, gli officiali si regoleranno secondo i casi in conformità delle istruzioni dei Superiori.

10.° Le , regole sopra menzionate devonsi osservare con esattezza da tutti, salvo se nei regolamenti speciali non siasi fatta eccezione per qualche dicastero.

Le disposizioni contenute nei [capi precedenti per ordine di Sua Santità Pio PP. X accedono alla Costituzione Sapienti consilio ***del 29 Giugno 1908, ed, al regolamento generale allora pubblicato. Hanno quindi, con V una e con l'altro, egual valore, derogano alle leggi contrarie anteriori, e debbono da tutti essere pienamente osservate, non ostante qunlsiasi disposizione, uso o privilegio contrari.***

Dato in Roma, il 29 Settembre 1908.

Per mandato speciale di Sua Santità Pio Papa X

R. Card. MERRY DEL VAL.

INDEX PRAEPOSITORUM ET OFFICIALIUM
IN SS. CONGREGATIONIBUS TRIBUNALIBUS OFFICIIS
ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL S. OFFIZIO

LA SANTITÀ DI NOSTRO SIGNORE, PREFETTO.

Emi e Rmi Signori Cardinali.

Rampolla del Tindaro Mariano, *Segretario.*
Vannutelli Serafino, Vescovo.di Porto e S. Rufina.
Di Pietro Angelo.
Gotti Girolamo Maria.
Ferrata Domenico.
Respighi Pietro.
Merry del Val Raffaele.
Segna Francesco.
Vives y Tuto Giuseppe Galasanzio.

Mons. Lugari Giovanni Battista, *Assessore.*
» Granello Tommaso Maria, Arciv. titolare di Seleucia di Siria, *Commissario.*

Consultori.

Mons. Ceppetelli Giuseppe, Patriarca di Costantinopoli, Vicegerente di Roma.
» Steyaert Dionisio Alfonso, Arcivescovo titolare di Damasco.
» De Montel Giovanni.
» Giustini Filippo.
» Veccia Luigi.
» Scapinelli di Lèguigno Raffaele.
» Canali Nicola.
Rmo P. M. Lepidi Alberto, dei Predicatori.
» P. M. Cormier Giacinto Maria, Maestro generale dei Predicatori.
» P. M. Pasqualigo Domenico, dei Predicatori, *Vice-Commissario.*

Rmo P. M. Avella Luigi, dei Minori Conventuali.
» P. Wernz Francesco Saverio, Prepósito generale della Compagnia di Gesù.
» P. Fleming David, dei Minori.
» P. Van Rossum Guglielmo, dei Redentoristi.
» P. Fernandez y Villa Vincenzo, dei Romitani di S. Agostino.
» P. Pio da Langogne, dei Minori Cappuccini.
» P. Bracco D. Leone, dei Benedettini.
» P. Palmieri Domenico, della Compagnia di Gesù.
» P. Dourche Gioachino Maria, dei Servi di Maria.
» P. Andrioli Alfonso, dei Ministri degl'Infermi.
» P. Brugnani Pasquale, dei Minori.
» P. Luca di Maria SSma, dei Carmelitani Scalzi.
» P. M. Lottini Giovanni, dei Predicatori, *primo Compagno.*
Mons. Latini Giuseppe, *Avvocalo fiscale.*

Rev. Marinelli D. Felice, *Avvocato de'rei.*
Rmo P. Bagolini Giuseppe, dei Predicatori, *secondo Compagno.*

Qualificatori.

Rmo P. Lechert D. Antonio, dei Missionari del divin Amore.
» P. Domenichelli Teófilo, dei Minori.
» P. Giuseppe da Monterotondo, dei Minori Cappuccini.
» P. Hudecek Giovanni de Mata, dei Redentoristi.

Officiali.

Mons. Polidori Federico, *sommista e maestro di casa.*
» Castellano Luigi, *capo-notaro.*
. . . ., *archivista.*
Rev. Rossi D. Cesare, *notaro-sostituto.*
» Morano D. Francesco, » »
» Baldi D. Giuseppe, » »
» Neri D. Giuseppe, » »
» Moroni D. Mariano, » »
» Subrizi D. Angelo, » »

SEZIONE DELLE INDULGENZE.

Mons. Giambene Luigi, *Sostituto.*
Rev. Greco D. Alfonso, *aiutante di studio.*

Mons. Martini Marco, *protocollista.*
Rev. Callocchia D. Emilio, *capo-scrittore.*
. . . ., *scrittore.*
» Sileoni D. Giovanni, »
Sig. Riccardi Cav. Tito, *computista.*

S. CONGREG-AZIONE CONCISTORIALE

LA SANTITÀ DT NOSTRO SIGNÓRE, PREFETTO.

Emi* e *Rmi Signori Cardinali.

De Lai Gaetano, *Segretario.*
Oreglia di Santo Stefano Luigi, Vescovo di Ostia e Velletri.
Vannutelli Serafino, Vescovo di Porto e S. Rufina.
Cassetta Francesco di Paola, Vescovo di Sabina.
Moran Patrizio Francesco.
Rampolla del Tindaro Mariano.
Di Pietro Angelo.
Gotti Girolamo Maria.
Martinelli Sebastiano.
Puzyna de Kozielsko Giovanni.
Cavicchioni Beniamino.
Katschthaler Giovanni.
Merry del Val Raffaele.
Samassa Giuseppe.
Arco verde de Albuquerque Cavalcanti Gioachino.

Mons. Tecchi Scipione, *Assessore.*
» Perosi Carlo, *Sostituto.*

Consultori.

Mons. Granello Tommaso Maria, Arcivescovo titolare di Seleucia di Siria.
» Gilbert Abele, Vescovo titolare di Arsinoe.
» Lugari Giovanni Battista.
» Scapinelli di Lèguigno Raffaele.
» Pompili Basilio.
» Veccia Luigi.
» Lega Michele.
» Faberi Francesco.
» Bonzano Giovanni.
Rmo P. Wernz Francesco Saverio, Prepósito generale della Compagnia di Gesù.
» P. Le Floch Enrico, della Congregazione dello Spirito Santo.

Officiali,

Mons. Cherubini Francesco, *aiutante di studio.*
Rev. Bruno D. Giuseppe, » »
» Spolverini D. Domenico, » »
» Corneo D. Achille, *protocollista.*
Mons. Menghini Giovanni Battista Maria, *archivista.*
» De Sanctis Cesare, *scrittore.*
» Verga Francesco, »
Rev. Roma D. Gaetano, »
Sig. Massaruti Ignazio, *computista.*
» Sterbini Nicola, *distriHdore.*

S. CONGREGAZIONE DEI SACRAMENTI

Emi e Rmi Signori Cardinali.

Ferrata Domenico, *Prefetto.* ,
Satolli Francesco, Vescovo di Frascati.
Cassetta Francesco di Paola, Vescovo di Sabina.
Rampolla del Tindaro Mariano.
Martinelli Sebastiano.
Gennari Casimiro.
Cavicchioni Beniamino.
Gasparri Pietro.
Segna Francesco.
Vives y Tuto Giuseppe Calasanzio.

Mons. Giustini Filippo, *Segretario.*
» Mori Giuseppe, *Sotto-Segretari^.*
» Jorio Domenico, »
» Pascucci Francesco, »

Consultori.

Mons. Taccone-Gallucci Domenico, Arcivescovo titolare di Costanza.
» Many Serafino.
» Cattani Federico.
» Solieri Francesco.
Rev. Bevilacqua D. Americo. •
» Antonelli D. Giuseppe.

Inclex Praepositorum et Officialium in Romana Curia.

Rmo P. Bucceroni Gennaro, della Compagnia di Gesù.
» P. Pio da Langognè, dei Minori Cappuccini.
» P. Fernandez y Villa Vincenzo, dei Romiiani di S. Agostino.
» P. Moraleda Giovanni, dei Minori.
» P. Vidal Pietro, della Compagnia di Gesù.
» P. Moretti D. Terenzio, del prezioso Sangue.
» P. Lépicier Alessio, dei Servi di Maria.
» P. Gioachino da S. Simone Stock, dei Carmelitani Scalzi.
» P. Sleutjes Michele, dei Minori.
» P. M. Coderch Girolamo M., dei Predicatori.
» P. Coperé Luigi, Procuratore generale dei Maristi.

Officiali.

Rev. Marenghi D. Ottavio, *aiutante di studio.*
» Gugliemi D. Francesco, » »
Mons. Papi Pio, » . »
Rev. Fraschetti D. Oreste, » »
» Guidi D. Americo, *protocollista.*
Sig. Alessandri Carlo, »
» Patriarca Guido, »
Rev. Nicolò D. Antonio, *archivista.*
Sig. Massaruti Nicola, »
Rev. Bruni D. Arcangelo, *scrittore.*
» Ercole D. Pietro »
Mons. Frattarelli Giuseppe, »
Rev. Mazzoni D. Arturo, »
Mons. Biagioli Pietro, »
Rev. Sirabella D. Vincenzo, »
» Tesa D. Filippo, »
» Scalpelli D. Pietro, »
Sig. Laurini Francesco, *computista.*
» Viviani Camillo, *cassiere.*
» Nicolai Nicola, *distributore.*
» Mottironi Alfredo, »

S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

Emi e Rmi Signori Cardinali,

Gennari Casimiro, *Prefetto.*
Vannutelli Serafino, Vescovo di Porto e S. Rufina.
A guardi Antonio, Vescovo di Albano.
Vannutelli Vincenzo, Vescovo di Palestrina.
Cassetta Francesco di Paola, Vescovo di Sabina.
Di Pietro Angelo.
Vaszary Claudio.
Kopp Giorgio.
Ferrata Domenico.
Cretoni Serafino.
Francica-Nava di Bontifé Giuseppe.
Respighi Pietro.
De Skrbensky Leone.
Bacilieri Bartolomeo.
Cavicchioni Beniamino.
Katschthaler Giovanni.
Merry del Val Raffaele.
Lualdi Alessandro.
Gasparri Pietro.
Segna Francesco.
Cagiano de Azevedo Ottavio.
De Lai Gaetano.

Mons. Pompili Basilio, *Segretario.*
» Grazioli Giulio, *Sotto-Segretario.*

Consultori.

Silj Augusto, Arcivescovo titolare di Cesarea del Ponto.
Sincero Luigi.
Talamo Salvatore.
Colombo Bernardo.
Bevilacqua D. Americo.
Rotta D. Angelo.
P. Eschbach Alfonso, Procuratore gen. della Congr. dello Spirito Santo.

Rmo P. Smolikowski Paolo, dei Resurrezionisti.
» P. Ojetti Benedetto, della Compagnia di Gesù.
» P. Klumper Bernardino, dei Minori.
» P. Muzzitelli Giovanni, 4ei Chierici regolari Somaschi.
» P. Fahre Alfonso, degli Oblati di Maria Vergine.
» P. Pio da S. Giuseppe, dei Carmelitani Scalzi.
» P. Marenco D. Giovanni, dei Salesiani di D. Bosco.
» P. Cianfrocca Raffaele, delle Scuole pie.

Officiali.

Mons. Marcelli Giuseppe.
Rev. Gentile D. Alfonso, *aiutante di studio.*
Mons. D'Amico Niccolò.
Rev. Del Duca D. Romolo, *aiutante di studio.*
Mons. Cammarota Giuseppe, » »
Rev. Peruzzi D. Achille, *protocollista.*
Mons. Ferro Giovanni, »
Rev. Bianchi-Cagliesi D. Vincenzo, *scrittore.*
» Tondini D. Giuseppe, »
Sig. Baldassarri Luigi, »
» Iosi Enrico, *computista.*

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

Emi e Rmi Signori Cardinali.

Vives y Tuto Giuseppe Calasanzio, *Prefetto.*
Agliardi Antonio, Vescovo di Albano.
Cassetta Francesco di Paola, Vescovo di Sabina.
Gotti Girolamo Maria.
Cretoni Serafino.
Martinelli Sebastiano.
Gennari Casimiro.
De Lai Gaetano.

Rmo P. Janssens D. Lorenzo, dei Benedettini, *Segretario.*
Mons. Giobbio Adolfo, *Sotto-Segretario.*

Consultori.

Mons. Melata Benedetto.
» Battandier Alberto.
Rmo P. Bucceroni Gennaro, della Compagnia di Gesù.

Rmo P. Benedetti Claudio, dei Redentoristi.
» P. De Hemptinne D. Ildebrando, Abate primate dei Benedettini.
» P. Panadero Patrizio, dei Minori.
» P. M. Esser Tommaso, dei Predicatori.
» P. Pio da Langogne, dei Minori Cappuccini.
» P. Serafini D. Mauro, Abate gen. dei Cassinesi della primitiva osservanza.
» P. Marszalkiewicz Ladislao, dei Resurrezionisti.
» P. Marenco D. Giovanni, dei Salesiani di D. Bosco.
» P. M. Rodríguez Tommaso M., dei Romitani di S. Agostino.
» P. Pio da S. Giuseppe, dei Carmelitani Scalzi.
» P. Bastien D. Pietro, dei Benedettini.
» P. Kauffmann Giuseppe, dei Minori.

Officiali.

Mons. La Puma Vincenzo, *aiutante di studio.*
» Caroli Rodolfo, » »
Rev. Carabini D. Luigi, » »
Mons. Cesarini Francesco.
» Temofonte Giuseppe, *protocollista.*
» Rocchi Filippo.
» Simoni Antonio, *archivista.*
Rev. Gaiazzo D. Enrico, *distributore.*
» Mancini D. Giuseppe, *protocollista.*
» Mannucci D. Ubaldo, *scrittore.*
Sig. Benaglia Giuseppe, *computista.*

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

Emi e *Rmi Signori Cardinali.*

Gotti Girolamo Maria, *Prefetto.*
Oreglia di Santo Stefano Luigi, Vescovo di Ostia e Velletri.
Vannutelli Serafino, Vescovo di Porto e S. Rufina.
Agliardi Antonio, Vescovo di Albano.
Vannutelli Vincenzo, Vescovo di Palestrina.
Satolli Francesco, Vescovo di Frascati.
Cassetta Francesco di Paola, Vescovo di Sabina.
Neto Giuseppe Sebastiano.
Moran Patrizio Francesco.
Gibbons Giacomo.

Rampolla del Tindaro Mariano.
Gruscha Antonio Giuseppe.
Logue Michele.
Kopp Giorgio.
Cretoni Serafino.
Martinelli Sebastiano.
Gennari Casimiro.
Cavicchioni Beniamino.
Lorenzelli Benedetto.
Mercier Desiderato.
Andrieu Paolino Pietro.
Segna Francesco.
Della Volpe Francesco Salesio.
Vives y Tuto Giuseppe Calasanzio.

Mons. Veccia Luigi, *Segretario.*
» Laurenti Camillo, *Sotto-Segretario.*

Consultori.

Mons. Grasselli Antonio Maria, Arcivescovo Vescovo di Viterbo e Toscanella.
» Sambucetti Cesare, Arcivescovo titolare di Corinto.
» Keane Giovanni Giuseppe, Arcivescovo di Dubuque.
» Van den Branden de Reeth Vittore, Arcivescovo titolare di Tiro.
» Serafini Domenico, Arcivescovo di Spoleto.
» Steyaert Dionisio Alfonso, Arcivescovo titolare di Damasco.
» Barone Paolo Maria, Arcivescovo di Siena.
» Melata Benedetto.
» Conrado Gustavo.
» Talamo Salvatore.
» Giustini Filippo.
» Pompili Basilio.
» Sebastianeiii Guglielmo.
» Starowieski Francesco.
» De Skirmunt Casimiro.
» Solieri Francesco.
» Lucidi Evaristo.
» Battandier Alberto.
Rev. Pennacchi D. Giuseppe.
Rmo P. Corrado Gioachino Maria, Proc. gen. dei Chierici reg. della Madre di Dio.
» P. DAurillac Raffaele, dei Minori.
» P. Smolikowski Paolo, dei Resurrezionisti.
» P. Fernandez y Villa Vincenzo, dei Romitani di S. Agostino.

Rmo P. M. B uonpensiere Enrico, dei Predicatori.
» P. Ferretti Augusto, della Compagnia ài Gesù.
» P. M. Lépicier Alessio, dei Servi di Maria. -
» P. M. Cormier Giacinto Maria, Maestro generale dei Predicatori.
» P. De Hemptinne D. Ildebrando, Abate primate dei Benedettini.
» P. M. Malfatti Luigi, dei Carmelitani Calzati.
» P. Serafini D. Mauro, Abate generale dei Cassinesi della primitiva osservanza.
» P. M. Valenzuela Pietro Armengaudio, Maestro generale dei Mercedari.
» P. Sergio Gaetano, dei Barnabiti.
» P. Schüler Dionisio, Ministro generale dei Minori.
» P. Ojetti Benedetto, della Compagnia di Gesù.
» P. Serafino da Collepardo, dei Minori Cappuccini.
» P. De Marchi Giannangelo, dei Servi di Maria.
» P. Kauffmann Giuseppe, dei Minori.
» P. Sleutjes Michele, dei Minori.
» P. Coperé Luigi, Procuratore generale dei Maristi.
» P. Munerati D. Dante, dei Salesiani di D. Bosco.

Officiali.

Mons. Zecchini Adriano.
» Bruni Giovanni.
Rev. Corti D. Giovanni.
» Fumasoni-Biondi D. Pietro.
» Pecorari D. Cesare.
Mons. Formuli Luigi, *scrittore.*
Rev. Quintini D. Carmelo, »
» Cola D. Alessandro, »
» Ciolli D. Camillo, »
» Häver D. Luigi, »

Archivio e protocollo.

Rev. Borgia D. Luigi Oreste. y
» Tordella D. Francesco.
» Roussel D. Ignazio.
» Gidoni D. Camillo.
» Caricati D. Giovanni.
» Braccetti D. Luigi.
» Semadini D. Pietro.
» Rutti D. Mario.
» Descuffi D. Ugo.
» Monconi D. Pietro.
» Coppa D. Ottorino,

COMMISSIONE

PER LA REVISIONE DEI SINODI PROVINCIALI.

Emo e Rmo Sig. Card. Martinelli Sebastiano, Presidente.

Mons., Lucidi Evaristo, *Segretario.*

Consultori.

Mons. Pompili Basilio.
Rmo P. M. Malfatti Luigi, dei Carmelitani Calzati.
» P. Fernandez y Villa Vincenzo, dei Romitani di S. Agostino.
» P. M. Valenzuela Pietro Armengaudio, Maestro generale dei Mercedari.
» P. Ojetti Benedetto, della Compagnia di Gesù.
» P. De Marchi Giannangelo, dei Servi di Maria.

AMMINISTRAZIONE.

Mons. Lucidi Evaristo, *Pro-Segretario dell'economia.*

PRIMA SEZIONE.

Sig. Petacci Rag. Cav. Luigi, *capo-contabile.*
» Cortis Luigi Pio, *sotto-contabile.*
» De Sanctis Rag. Giacomo, *primo scritturale contabile.*
» Marini Lorenzo, *secondo scritturale contabile.*
» Martinez Giuseppe, *scrittore contabile.*

SECONDA SEZIONE.

Sig. De Witten Conte Filippo, *primo minutante.*
» Marucchi Cav. Filippo Fausto, *secondo minutante.*
» Bottoni Ercole, *terzo minutante.*
» Fumasoni-Biondi Giulio, *scrittore.*

TERZA SEZIONE.

Sig. Dupré Gaetano, *archivista e protocollista.*
Rev. Facchini D. Domenico, *sotto-archivista e ¿wotocollista.*

Sig. Gatti Cav. Pietro, *cassiere.*
» Franceschetti Pacifico, *esattore.*
» Sirani Avv. Francesco, *esattore per l'azienda Spogli.*

Sig. Marchetti Avv. Comm. Edoardo, *considente legale.*
» Scifoni Avv. Comm. Raffaele, *consulente e procuratore legale.*
» Biasucci Dott. Avv. Vincenzo, *notaro.*

Sig. Busiri-Vici Comm. Andrea, *architetto direttore.*
» Bonoli Ing. Cav. Ettore, *architetto verificatore.*
» Montechiari Ing. Alessandro, *agrimensore.*

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE
PER GLI AFFARI DI RITO ORIENTALE

Emi e *Rmi Signori Cardinali.*

Gotti Girolamo Maria, *Prefetto.*
Oreglia di Santo Stefano Luigi, Vescovo di Ostia e Velletri.
Vannutelli Serafino, Vescovo di Porto e S. Rufina.
Agliardi Antonio, Vescovo di Albano.
Vannutelli Vincenzo, Vescovo di Palestrina.
Satolli Francesco, Vescovo di Frascati.
Cassetta Francesco di Paola, Vescovo di Sabina.
Rampolla Del Tindaro Mariano.
Cretoni Serafino.
Martinelli Sebastiano. *
Gennari Casimiro.
Cavicchioni Beniamino.
Cavallari Aristide.
Lualdi Alessandro.
Segna Francesco.
Della Volpe Francesco Salesio.
Vives y Tuto Giuseppe Calasanzio.

Mons. Roller! Girolamo, *Segretario.*

Index Praepositorum et Officialium in Romana Curia.

Consultori.

Mons. Lancia di Brolo Domenico Gaspare, Arcivescovo di Monreale.
» Zaleski Ladislao, Arcivescovo titolare di Tebe.
» Van den Branden de Reeth Vittore, Arcivescovo titolare di Tiro.
» Steyaert Dionisio Alfonso, Arcivescovo titolare di Damasco.
» Luigi Baccini, Vescovo di S. Angelo in Vado e Urbanía.
» Veccia Luigi.
» Laeiìimer Ugo.
» Spezza Cesare.
» Sebastianeiii Guglielmo.
» Batta nd i er Alberto.
Rmo P. Pellegrini D. Arsenio, Abate dei Monaci Basiliani di Grottaferrata.
» Sig. Bedjian D. Paolo, della Missione.
» P. Eschbach Alfonso, Proc. gen. della Congr. dello Spirito Santo.
» P. De Hemptinne D. Ildebrando, Abate primate dei Benedettini.
» P. M. Malfatti Luigi, dei Carmelitani Calzati.
» P. Serafini D. Mauro, Abate gen. dei Cassinesi della primitiva osservanza.
» P. M. Valenzuela Pietro Armengaudio, Maestro generale dei Mercedari.
» P. M. Buonpensiere Enrico, dei Predicatori.
» P. Kauffmann Giuseppe, dei Minori.
» P. Sleutjes Michele, dei Minori.
» P. Ojetti Benedetto, della Compagnia di Gesù.
» P. Benedetti Claudio, dei Redentoristi.
» P. Coperé Luigi, Procuratore Generale dei Maristi.
A P. Giuseppe Biederlak, della Compagnia di Gesù.
» P. Agostino Arndt, della Compagnia di Gesù.

Officiali.

Mons. Chiesa Luigi.
Rev. Lucchetti D. Giovanni.
» Benedetti D. Enrico.
» • Pazzini D. Pietro.
» Gionfra D. Domenico, *scrittore.*
» Rossignani *D.* Pio, »
» Ferrari D. Alfredo, »

Interpreti.

Mons. Bugarini Vincenzo.
» Ugolini Mariano.
» Sandalgian Giuseppe.

S. CONGREGAZIONE DELL' INDICE

Emi e Rmi Signori Cardinali.

Segna Francesco, *Prefetto.*
Vannutelli Serafino, Vescovo di Porto e S. Rufina.
Satolli Francesco, Vescovo di Frascati.
Cassetta Francesco di Paola, Vescovo di Sabina.
Capecelatro Alfonso.
Gruscha Antonio Giuseppe.
Vaszary Claudio.
Ferrari Andrea.
Gotti Girolamo Maria.
Martin de Herrera y de la Iglesia Giuseppe Maria.
Prisco Giuseppe.
Sanminiatelli-Zabarella Alessandro.
Francica-Nava di Bontifé Giuseppe.
Respighi Pietro.
Martinelli Sebastiano.
Gennari Casimiro.
De Skrbensky Leone.
Puzyna de Kozielsko Giovanni
Bacilieri Bartolomeo.
Cavicchioni Beniamino.
Samassa Giuseppe.
Lorenzelli Benedetto.
Mani Pietro.
Mercier Desiderato.
Andrieu Paolino Pietro.
Della Volpe Francesco Salesio.
Vives y Tuto Giuseppe Calasanzio.

Rmo P. M. Lepidi Alberto, dei Predicatori, *Assistente perpetuo.*
» P. M. Esser Tommaso, dei Predicatori, *Segretario.*

Consultori.

Mons. Fontana Ernesto, Vescovo di Crema.
» Cucchi Tito Maria; Vescovo di Senigallia.
» Doebbing Bernardo, Vescovo di Nepi e Sutri.
» Talamo Salvatore.
» Poletto Giacomo.
» Zanotto Francesco.
Rev. Pennacchi D. Giuseppe.
Rmo P. Eschbach Alfonso, Procuratore generale della Congr. dello Sphito Santo.
» P. Arcangeli D. Pio, Procuratore gen. dei Canonici reg. Lateranensi.
» P. Pawlicki Stefano, dei Resurrezionisti.
» P. De Maria Michele, della Compagnia di Gesù.
» P. Corrado Gioachino Maria, Proc. gen. dei Chierici reg. della Madre di Dio.
» P. Giulio di Gesù e Maria, dei Minori.
» P. Wernz Francesco Saverio, Prepósito gen. della Compagnia di Gesù.
» P. M. Buonpensiere Enrico, dei Predicatori.
» P. Domenichelli Teófilo, dei Minori.
» P. Pio da Langogne, dei Minori Cappuccini.
» P. Lolli D. Arcangelo, dei Canonici regolari Lateranensi.
» P. Dehon Leone, Superiore gen. dei sacerdoti del S. Cuore di Gesù.
» P. .Janssens D. Lorenzo, dei Benedettini.
» P. Donzella D. Isidoro, dei Benedettini Cassinesi.
» P. M. Alessandroni Francesco, dei Predicatori.
» P. Gismondi Enrico, della Compagnia di Gesù.

Relatore.

Rev. Anselmi D. Francesco.

Officiali.

Rev. Pucci D. Enrico, *aiutante di studio.*
» Quattrucci D. Arturo, *protocollista e scrittore.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Emi e Rmi Signori Cardinali.

Cretoni Serafino, *Prefetto.*
Oreglia di S. Stefano Luigi, Vescovo di Ostia e Velletri.
Agliardi Antonio, Vescovo di Albano.
Vannutelli Vincenzo, Vescovo di Palestrina.
Satolli Francesco, Vescovo di Frascati.
Cassetta Francesco di Paola, Vescovo di Sabina.
Neto Giuseppe Sebastiano.
Capecelatro Alfonso.
Rampolla del Tindaro Mariano.
Vaszary Claudio.
Gotti Girolamo Maria.
Ferrata Domenico.
Prisco Giuseppe.
Coullié Pietro Ettore.
Respighi Pietro.
Richelmy Agostino.
Gennari Casimiro.
Martinelli Sebastiano.
Boschi Giulio.
Cavicchioni Beniamino.
Merry del Val Raffaele.
Cavallari Aristide. *
Aguirre y Garcia Gregorio Maria.
Maffi Pietro.
Lucon Enrico.
Segna Francesco.
Vives y Tuto Giuseppe Calasanzio.
Cagiano de Azevedo Ottavio.

Mons. Panici Diomede, Arcivescovo titolare di Laodicea, *Segretario.*
» Di Fava Filippo, *Sostituto.*

Prelati Officiali.

Mons. Pifferi Guglielmo, Vescovo titolare di Porfireqne. ,
» Piacenza Pietro, *Protonotarii) Apostolico.*
» Lega Michele.
» Persiani Gustavo.
» Con I in i -*ii* ¡cea id i Costantino. . ;
» De Monte] Giovanni.
» Mourey Carlo.
» • Befani Giovanne '
Rmo P. M. Lepidi Alberto, dei Predicatori.
Mons. Verde Alessandro, *Promotore della fede.*
» Mariani Angelo, *Assessore e Sotto-Promotore della fede.*

I Monsignori Maestri delle Cerimonie Pontificie fanno parte di questa S. Congregazione come Consultori negli affari liturgici.

Consultori.

Mons. Lugari Giovanni Ballista.
» Teccbi Scipione.
Rmo P. Calenzio D. Generoso, dell'Oratorio.
» P. M. Avella Luigi, dei Minori Conventuali.
» P. Costa Luigi, della Compagnia di Gesù.
» Sig. Mancini D. Calcedonio, della Mission«.
» P. Luceri-Tafuri D. Gaetano, dei Teatini.
» P. Ugolino da Subiaco, dei Minori.
» . P. Strozzi D. Giovanni, Abate generale dei Canonici reg. Lateranensi.
» P. Biacco D. Leone, Benedettino Cassinese.
» P. Roberti Giuseppe Maria, dei Minimi.
» P. Desqueyrous Enrico, dei Predicatori.
» P. M. Pagliai G ian na n ge I o, dei Servi di Maria.
» P. M. Rodríguez Tommaso, Priore gen. dei Romitani di S. Agostino.
» P. M. Coccia Elia, dei Carmelitani Calzati.
» P. Haegy Giuseppe, della Congregazione dello Spirito Santo.
» P. Pacifico da Seggiano, Ministro generale dei Minori Qappuccini.
» P. Fioretti Felice, dei Barnabiti.

Officiali.

Rev. Verghetti D. Biagio, *innografo.*
Mons. Canori Stanislao, *primo aiutante di studio e Sotto-Sostituto.*
» Scifoni Cario, *secondo aiutante di studio.*

Mons. Virili Benedetto, *archivista.*
» Antonelli Giuseppe, *scrittore.*
Rev. Magnanenzi D. Riccardo, *protocollista.*
Sig. Savignoni Avv. Gustavo, *notaro e cancelliere.*
» Contucci Domenico, *cancelliere sostituto.*

COMMISSIONE LITURGICA.

Rmo Sig. Mancini D. Calcedonio, della Missione, *Presidente.*
» P. Haegy Giuseppe, della Congregazione dello Spirito Santo, *Segretario.*
Mons. Marcucci Roberto.
A Mengbin i Giovanni Battista.
Palio P. Brugnani Pasquale, dei Minori.
» P. Milita Girolamo, dei Minori Conventuali.

COMMISSIONE STO RICO-LITURGICA.

Mons. Duchesne Luigi, *Presidente.*
» Mercati Giovanni, *Segretario.*
» Wilpert Giuseppe.
» Benigni Umberto.
Rmo P. Ehrle Francesco, della Compagnia di Gesù.
» P. Roberti Giuseppe Maria, dei Minimi.

COMMISSIONE
PER LA MUSICA E IL CANTO SACRO.

Rmo P. Abb. Potliier D. Giuseppe, dei Benedettini, *Presidente.*
Mons. Respigbi Carlo, *Segretario.*
» Perosi Lorenzo.
» Haberi Francesco Saverio. *
Rev. Pasquali D. Innocenzo.
RiTio P. Janssens D. Lorenzo, dei Benedettini.
» P. De Santi Angelo, della Compagnia di Gesù.
Sig. Kanzler Barone Rodolfo.
» Capocci Comm. Filippo.
» Mustafa Comm. Domenico.

S. CONGREGAZIONE CERIMONIALE

Emi e Rmi Signoti Cardinali.

Oreglia di Santo Stefano Luigi, Vescovo di Ostia e Velletri, *Prefetto,*
Vannutelli Serafino, Vescovo di Porto e S. Rufina.
Agliardi Antonio, Vescovo di Albano.
Logue Michele.
Gretoni Serafino.
Goullié Pietro Ettore.
Francica-Nava di Bóntifé Giuseppe.
De Skrbensky Leone.
Fischer Antonio Uberto.
Samassa Giuseppe.
Cavallari Aristide.
Lucon Ludovico Enrico.
Andrieu Paolino Pietro.
Cagiano de Azevedo Ottavio.
De Lai Gaetano.

Mons. . . . ., ***Segretario,***
» Respigbi Carlo, ***Sotto-Segretario,***

In questa S. Congregazione sono Consultori Í Mons. Maestri delle Cerimonie Pontificie.

S. C. DEGLI AFFARI ECCLES. STRAORDINARI

Emi e *Rmi Signori Cardinali.*

Oreglia di Santo Stefano Luigi, Vescovo di Ostia e Velici ri.
Vannutelli Serafino, Vescovo di Porto e S. Rufina.
Agliardi Antonio, Vescovo di Albano.
Vannutelli Vincenzo, Vescovo di Palestrina.
Satolli Francesco, Vescovo di Frascati.
Rampolla del Tindaro Mariano.
Di Pietro Angelo.

Gotti Girolamo Maria.
Ferrata Domenico.
Martinelli Sebastiano.
Merry del Val Raffaele.
Rinaldini Aristide.
Gasparri Pietro.
Segna Francesco.
Vives y Tuto Giuseppe Calasanzio.
De Lai Gaetano.

Mons. Scapinelli di Lèguigno Raffaele, ***Segretario.***
» Benigni Umberto, ***Sotto-Segretario.***

Officiali.

(V. Segreteria di Stato, sesione I).

S. CONGREGAZIONE DEGLI STUDI

Emi e Rmi Signori Cardinali.

Satolli Francesco, Vescovo di Frascati, *Prefetto.*
Oreglia di Santo Stefano Luigi, Vescovo di Ostia e Vellet
Vannutelli Serafino, Vescovo di Porto e S. Rufina.
Vannutelli Vincenzo, Vescovo di Palestrina.
Capecelatro Alfonso.
Gibbons Giacomo.
Rampolla del Tindarò Mariano.
Vaszàry Claudio.
Kopp Giorgio. *
Sancha y Hervás Ciriaco Maria.
Ferrari Andrea.
Ferrata Domenico.
Prisco Giuseppe.
Coullié Pietro Ettore.
Sanminiatelli-Zabarella Alessandro.
Francica-Nava di Bontifé Giuseppe.
Respighi Pietro.
Richelmy Agostino.

Martinelli Sebastiano.
De Skrbensky Leone.
Boschi Giulio.
Puzyna de Kozielsko Giovanni.
Bacilieri Bartolomeo.
Fischer Antonio Uberto.
Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti Gioachino.
Lorenzelli Benedetto.
Mercier Desiderato.
Gasparri. Pietro.

Mons. Dandini Ascenso, ***Segretario.***
» Antonucci Giuseppe, ***Sostituto.***

Consultori.

Mons. Marinangeli Domenico, Patriarca titolare di Alessandria di rito latino.
» Keane Giuseppe Giovanni, Arcivescovo di Dubuque.
» Poletto Giacomo.
» De T Serclaes Carlo.
» fJiuzecher Ermete.
» Marini Niccolò.
Riìio P. M. Lepidi Alberto, dei Predicatori.
» P. De Maria Michele, della Compagnia di Gesù.
» P. M. Lépicier Alessio, dei Servi di Maria.
» P. Lemius Giuseppe, Procuratore generale degli Oblati di Maria Immacolata.
» P. Berthier Gioacchino Giuseppe, dei Predicatori.
» P. Cornei i sse Doroteo, dei Minori.

Officiali.

Sig. Costantini Dott. Luigi, ***aiutante di studio.***
» Oregon Cav. Augusto, ***archivista e protocollista.***
» Valentin! Enrico, ***scrittore e distributore.***

PENITENZIERIA APOSTOLICA

Emo e Rmo Sig. Card. Vannutelli Serafino, *Penitenzière Maggiore.*

Mons. Giorgi Oreste, *Reggente.*
Rmo P. Palmieri Domenico, della Compagnia di Gesù, ***Teologo.***
Mons. Lucbetti Vincenzo, ***Datario.***
» Latini Giuseppe, ***Correttore.***

Mons. Colombo Bernardo, *Sigillature.*
» . . . ., *Canonista.*
» Palica Giuseppe, *Segretario:*
» Cavazzi Litigi, *Sostituto.*
Rev. Albertazzi D. Annibale, *scrittore,*
» Licata D. Calogero, »
» Pensuti D. Scipione, *archivista,*
» Rossi D. Giovanni, *registratore,*
» Anelli D. Antonio, »

SACRA ROMANA ROTA

Prelati Uditori.

Mons. Lega Michele, ***Decano.***
» Persiani Gustavo.
» Contini-Riccardi Costanti no.
» Sebastianeiii Guglielmo.
» Many Serafino.
» Heiner Francesco.
» Prior Giovanni.
» Martini Achille.
» Sincero Luigi.

Officiali

Rev. Massimi I). Massimo, *Promotore di giustizia,*
» Parrillo D. Francesco, *Difensore del vincolo.*
» Tani *D.* Tancredi, *notaro-protocoiuña.* -
Sig. Fausti Guido, *notaro-archivista.*
» Ladelci Giovanni, *notaro-scrittore.*
» Onesti Felice, » »
» Cestelli Agostino, *computista.*
» Angelini Nicola, *distributore.*

Aiutanti di studio.

Rev. Cerchiali D. Emanuele, per Mons. Lega. '
» Rossetti D. Pietro, » Persiani.

Rev. Sole D. Giacomo, per Mons. Contini-Riccardi.
Sig. Agliardi Attilio, » Sebastianeiii.
» Liberali Ettore, » Many.
» Nardini Paolo, » Heiner.
» Galli Renato, » Prior,
» Bersani Francesco, » Martini.
» Capalti Luigi, » Sincero.
» Benedetti Arturo » . . . . .

SEGNATURA APOSTOLICA

Emi e Rmi Signori Cardinali.

Vannutelli Vincenzo, Vescovo di Palestrina, *Prefetto.*
Agliardi Antonio, Vescovo di Albano.
Satolli Francesco, Vescovo di Frascati.
Martinelli Sebastiano.
Gasparri Pietro.
Segna Francesco.

Mons. Marini Niccolò, *Segretario.*

Consultori.

Mons. Silj Augusto, Arcivescovo di Cesarea del Ponto.
» Latini Giuseppe.
» Palica Giuseppe.
Rmo P. M. Malfatti Luigi, dei Carmelitani Calzati.
» P. Benedetti Claudio, dei Redentoristi.
» P. Gioachino Maria da Llevaneras, dei Minori Cappuccini.

Officiali.

Mons. Scialdoni Luigi, *protocollista, scrittore e computista.*
Sig. Pomari Prof. Giuseppe, *archivista e distributore,*

CANCELLERIA APOSTOLICA

Emo e Rmo Sig. Card. Agliardi Antonio, Vescovo di *Aih&iio,Can,celliere.*

Mons. Spezza Cesare, *Reggente.*

Protonotari Apostolici aggiunti per la firma delle Bolle (*).

Mons. Virili Raffaele, Vescovo titolare di Troadc
» Gampori Giulio.
» Deggiovanni Rinaldo.
» Bartolini Agostino.
» Schüller Lodovico.

Officiali.

Sig. Pericoli Comm. Paolo, *aiutante di studio.*
» Riggi Mario, *notare segretario e archivista.*
» Silvestri Faà Conte Mariano, *protocollista.*
» Piccoli Cav. Gustavo, *scrittore*
» De Gregori Cav. Ignazio, »
» Tomassetti Cav. Pietro, »
» Malizia Pietro, »

DATARIA APOSTOLICA

Emo e Rmo Sig. Card. Di Pietri Angelo, *Data/rio.*

Mons. Spolverini Francesco, *Sotto-Datario.*
» Guerri Giuseppe, *Prefetto.*
Sig. Aloisi-Masella Conte Avv. Adriano, *Sostituto.*
Rev. Vitali D. Alfredo.

(*) Per particolare disposizione, in base al Regolamento speciale ***cap. VI, n. 5,*** restano in carica per la firma delle Bolle fino a che non assumeranno quest' officio i ***Protonòtari Apostolici partecipanti di numero.***

Sig. Girelli Giuseppe.
» Pece i Michele.
» Carini ini Livio.
» Sterbini Cav. Giuseppe, *cassiere e distributore.* "
» Severati Paolo, *scrittore e revisore delle Bolle.*
» Lombardi Carlo, *scrittore delle Bolle.*
» " Marini Alfredo. » -

Consultori.

Rmo P. Bucceroni Gennaro, della Compagnia di Gesù.
» P. Corrado Gioachino M., Procuratore gen. dei Chierici reg. della Madre di Bio.
»' P. Lolli D. Arcangelo, dei Canonici regolari Lateranensi.
» P. Kaiser Mauro Maria, dei Predicatori.

REV. CAMERA APOSTOLICA

Rmo e Riño Sig. Card. Oreglia di S. Stefano Luigi, Vescovo di Ostia e Velletri, *Camerlengo di S. H. Chiesa.*

S. E. Rma Mons. Passerini Lorenzo, Patriarca titolare di Antiochia, *Vice-Camerlengo di S. R, Chiesa.*
» » » Mons. Sanat ucci Antonio, Arcivescovo tit. di Antinoe, *Uditore generale della R. C.A.*
» » ». . . . ., *Tesoriere generale della R. C. A.*

Prelati Chierici di Camera.

Mons. Giustiniani Giuseppe, *Decano.*
» Talamo Salvatore.
» Poletto Giacomo.
» Pi eran tonel li Pacifico.
» Zonghi Giovanni Maria.
» Ungherini Vincenzo Maria.
» Marini Antonino.
» Coselli Giuseppe Maria.

Officiali.

Sig. Ciabatta Avv. Gioachino, *Segretario.*
» Canali Lorenzo, *custode.*
» Parelli Scipione, *notare e cancelliere di Camera,*

SEGRETERIA DI STATO

Emo e Rmo Sig. Card. Merry del Val Raffaele, *Segretario di Siato.*

Mons. Scapine!]i di Lèguigno Raffaele, *Segretario per gli affari straordinari.*
» Canali Nicola, *Sostituto per gli affari ordinari e Segretario della Cifra*
» Tedescliini Federico, *Cancelliere dei Brevi Apostolici.*
» Benigni 'Umberto, *Sotto-Segretario per gli affari straordinari.*

SEZIONE I. — AFFARI STRAORDINARI.

Officiali.

Mons. Pacelli Eugenio.
» Marmaggi Francesco.
» Tarn pi eri Sante.
Rev. Di Somma di Colle D. Gennaro.
» Cataccbio I). Pasquale.

SEZIONE II. -- AFFAMI ORDINARI.

Officiali.

Sig. Campa Comm. Raimondo.
Mons. Pierantozzi Giovanni.
» Bidwell. Emanuele.
Rev. Massella D. Pacifico.
» Spada D. Domenico.

Archivio della I. e //. Sezione.

Mons. Sarra Felice, *archivista.*
Sig. A spioni Cav. Giovanni, »
» Baiiuzzi Cav. Giuseppe, *sotto-archivista.*
» Pagliucehi Dott. Pio.

SEZIONE **ni.** — BREVI APOSTOLICI.

Officiali.

Sig. Della Porta-Carrara Conte Pietro.
» Persichetti Comm. Augusto.
Mons. De Romanis Pietro, *archivista.*
Sig. Profumo Prof Attilio, *sotto-archivista.*
» Ambrosini Comm. Attilio, *computista.*
» Bersani Cav. Luigi, *cassiere.*

SEGRETERIA DEI BREVI AI PRINCIPI

Mons. Angelini Pietro, *Segretario.*
Sig. Campa Comm. Raimondo, *andante di studio.*
Rev. Pellegrini D. Ferdinando, » »

SEGRETERIA DELLE LETTERE LATINE

Mons. Galli Aurelio, *Segretario.*
Rev. Filonardi D. Nicola, *aiutante di studio.*

BOLLETTINO UFFICIALE DELLA S. SEDE

Rev. Bruno D. Giuseppe, *Direttore.*
Rmo P. Benedetti Pietro, dei Missionari del S. Cuore, *Vice-direttore.*

»

Ex &ecp^mj& St&fats,

MONITUM.

Cum posthac Acta Sanctae Sedis per *Commentarium officiale de Apostolicae Sedis actis* **promulgentur ac in vulgus edantur, nullum in posterum peculiare eorundem actorum exemplar ad Rmos O^dMarios directe** ***m*ittetnr. <•;•:<**

Romae, ex aedibus Vaticanis, die 31 Decembris 1908.

Annus I. - Vol. I. Die 15 Ianuarii 1909. Num. 2.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLAE

I.

AD HYACINTHUM MARIAM CORMIER SUMMUM MAGISTRUM ORDINIS PRAEDICATORUM.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. — Domum delectis omnium gentium alumnis Ordinis tui educandis iampridem aedificari coeptam, brevi tandem absolutum iri intelligimus, et quidem perlibenter: ibi enim rite exposita et inde diffusa late sapientia Doctoris Angelici tum ad philosophiae, tum ad sacrarum disciplinarum cultum, non dubitamus, quin praeclaros ubique fructus 1 atura sit. Id autem Collegium, quod quidem Pontificii titulo ornatum volumus, quum totum aliud futurum sit a Pontificio, quod hodie Romae est, S. Thomae Aquinatis Collegio, siquidem aliam et ampliorem habebit formam, eidem gubernando proprias et peculiares leges, easque ipsius instituto et his temporibus accommodatas, praescribi oportebit. Harum legum caput erit *Ratio studiorum,* qua Ordo vester universus utitur; huc accederit vel e statutis veteris Collegii S. Thomae, vel ex aliis probatis fontibus derivata praescripta, quae ad rem pertineant. Nos tibi hoc mandamus negotii, dilecte fili: quod tu celeriter, quae tua est diligentia, conficere studebis, adhibitis in consilium, praeter ordinarios Consultores tuos, viris qui tibi videantur, doctrina rerumque usu commendabiles ; Nostri tamen arbitrii erit, quae vos constituentis, habere rata atque sancire. Praetereunda vero tibi non est illa Definitorum vestrorum sententia, qua cavetur, ut novum Collegium praeterquam studiorum, religiosae etiam observantiae laude emineat, atque ita quoquot ibi docuerint didicerint, reduces deinceps in suam quisque provinciam, non modo se penitus doctrinis excultos exhibeant, sed etiam religiosae perfectionis sint aliis exemplo. Sed tamen, quod ad externas

austeritates attinet, tibi pro tua prudentia committimus, ut illa adhibeas temperamenta, quae, spectatis rerum adiunctis, melius ad finem conducibilia iudicaveris. Atque ut haec omnia suscipias feliciter et perficias, divinae gratiae opportuna tibi precamur munera : quorum auspicem, eamdemque paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, et omnibus, qui te quoquo pacto adiuvabunt, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII Novembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X.

IL

AD AMBROSIUM MONTAGNE SACERDOTEM ORDINIS DOMINICANI.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. — Haud sane diu est, cum dilectus filius, Thomas Coconnier Commentarii *Revue Tkomiste* volumina quindecim, vertente sacerdotii Nostri anno quinquagesimo, Nobis obtulit: cui quidem religioso viro, optimo ac strenuo veritatis defensori, quum meritas pro eo munere gratias agere velle mus, tristem nec opinato nuntium de ipsius morte accepimus. Aegre id tulimus, praesertim quia videbatur is Commentarius posse cum auctore suo dilabi; at vero huic rei feliciter occurrerunt moderatores istius Ordinis, qui quod ille instituerat, non modo non passi sunt intercidere, sed etiam promovendum putarunt: cui te negotio, dilecte fili, praefecerunt. Opus habes in manibus profecto non difficultatibus vacuum, tum quia, ut doctrina Aquinatis apte adhibeatur ad multiplices gravesque dirimendas quaestiones, quae nunc agitantur, ipsius principia et horum inter se colligationem penitus perspexisse oportet; tum quia plures hodie, nimium studiosi novitatum, veterem Thomae sapientiam, quamvis sine intermissione ab Apostolica Sede commendatam, aut fasstidiunt, aut certe non tanti faciunt, quanti par est. Sed tamen confidimus fore, ut tu cum tuis adiutoribus, concordia solertiaque vestra, sensim impedimenta superetts omnia ; et doctrinam Aquinatis incorruptam atque integram propagando; ipsos quia christiana philosophia alieni sunt, paullatim adducatis, ut hunc adeant sapientiae fontem, in omni disciplinae genere uberrimum. Praeclarum enimvero munus: quo quidem fungemini vel commodius, si studium, quod in scriptis Doctoris Angelici ponitis, cumuletis imitatione virtutum quae in eo eluxerunt ; ac sequamini praesertim eius orandi assiduitatem, obsequium magisterio Ecclesiae, humilitatem, modestiamque'animi, atque

in adversarios vel asperrimos lenitatem ac mansuetudinem. — Quae ut e sententia succedant, auspicem caelestium munerum, tibi, dilecte fili, et omnibus qui tuos labores aliquo pacto • adiuverint, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxin Novembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X.

III.

AD HENRICUM ARCHIEPISCOPUM HISPALENSEM.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. — Quam tu et Venerabiles Fratres, qui tecum in unum convenerant, misistis ad Nos epistolam, ea Nos valde delectavit, non solum quia vestram et populorum vestrorum declarabat in Nos pietatem, solemnibus sacerdotii Nostri gratülantium, sed' etiam quia pastorale studium vestrum indicabat. Intelleximus enim ob eam causam una vos fuisse, ut primum de sacris concetìtibus ad praescriptum Nostrum temperandis ageretis, deinde ut catholicorum coetum de rè sociali, istic habitum, uti ässolet, per septenos dies, praesentia vestra honestaretis. Ülüd scilicet postulabat a vobis dignitas divini cultus, hoc utilitas christianae societatis: quod utrumque vobis esse cordi, gaudemus. Quare et de vestra muneris diligentia tribuimus vobis laudem, et pro vestro in Nos officio gratias agimus. Haec tu ceteris Venerabilibus Fratribus sighifices, mandamus; itemque cum iis Apostolicam benedictionem communices, quam divinorum munerum auspicem, tibi, Venerabilis Frater, collegis tuis, et uniuscuiusque vestrum gregi amantissime impertimus.

Datum Romae apud S'. Petrum die viii Decembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X.

IV,

AD VITALEM LEHODEY ABBATEM EX ORDINE CISTERCIENSIUM REFORMATORUM.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. — Is tuus liber de *Les vois de Voraison mentale,* cuius Nobis dedisti exemplar, quanquam in argumento sacris auctoribus usitato versatur, non tu tamen rem supervacaneam fecisti scribendo; imo valde utilem, nec solum religiosis hominibus, sed omnibus, quicumque perfectionem christianae vitae assequi

contendunt. Certe de opere isto tale intelligendum est iudicium; quibus tua et doctrina et peritia iure probatur. Nos igitur cum gratias tibi agimus, tum gratulamur; et quos ex labore tuo fructus communis pietatis expectas, ii ut uberes sequantur, exoptamus. Divinorum autem munerum auspicem, et benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xrn Decembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X.

V.

AD MODERATORES ET LECTORES UTRIUSQUE COMMENTARII" MESSAGER CANADIEN DU SACRE CGEUR " " CANADIAN MESSENGER OF THE SACRED HEART " ET UNIVERSOS SODALES AB APOSTOLATU PRECUM.

Dilecti filii, salutem et Apostolicam benedictionem. — Quum certiores facti sumus earum omnium rerum, quas pie sancteque vos, ut solemnia sacerdotii Nostri celebraretis, egistis Nostra causa, ineundam sane, uti existimare potestis, cepimus animo voluptatem. Neque hoc solum gratum Nobis fuit, quod vos tam multi communem vestrum erga Nos amorem testati estis, sed etiam quod eo testimonii genere voluistis uti, quo nullum opportunius. Placuit enim vobis, nempe ex instituto vestro, collectos summa copia summaque varietate spirituales flosculos Deo pro Nobis offerre: quorum quidem florum quum ea sit natura, ut non spem duntaxat contineant caelestium fructuum, sed cum his ipsis coniuncti sint;, licet coniicere quanta Nobis divinae bonitatis subsidia conciliaveritis. Eo magis quod Vos, inter sacra solemnia ob memoriam initi a Nobis sacerdotii et illa anni quinquagesimi, ex quo Virgo Immaculata ad oppidum Lourdes apparuit, necessitudinem quandam agnoscentes, eodem quasi pietatis impetu incubuistis ad honores Vicario Iesu Christi et magnae Christi Matri habendos; et quae in gratiani Nostri fecistis religionis opera, ea curastis, adhibito Mariae patrocinio, ut Deo suaviora acciderent. Grates vobis, dilecti filii, agimus ex animo; et quanquam non dubitamus, quin pro vestris in Nos officiis, atque etiam pro collata Nobis stipe Deum praeclare demeriti sitis, optima quaeque ab eo munera precamur. Quorum auspicem, et paternae Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam vobis benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xiv Decembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X.

VI.

AD BERNARDUM ARCHIEPISCOPUM BOGOTENSEM CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS REIPUBLICAE COLUMBIANAE.

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam benedictionem. — Vestra erga Christi Vicarium pietas et fides praeclare eminet ex eis litteris, quas occasione solemnis coetus a vobis habiti misistis ad Nos, ut, vestro et totius nationis Columbianae nomine, ob Iubilaeum sacerdotii Nostri gratularemini. Quamquam de omnium vestrum in Nos voluntate nihil unquam dubii Nobis fuit, delectamur valde his litteris, quae certe ad fovendam istius ecclesiae cum Apostolica Sede coniunctionem pertinent. Sed hoc praesertim placet, quod scribitis, vos, quemadmodum Nobis in optatis erat, in unum convenisse, ut, praesidente Delegato Apostolico, de accuranda Columbiani populi sempiterna salute consultaretis. Quae ceperitis consilia, pro certo habemus esse peropportuna : eadem ut frugifera et fructuosa sint, divinae vobis gratiae munera exposeimus. Quorum auspicem et benevolentiae gratique animi Nostri testem, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque, uniuscuiusque vestrum curae concredito, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xix Decembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X.

VII.

AD FRANCISCUM XAVERIUM EPISCOPUM TARBIENSEM.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. — Sacra solemnia, quae ad oppidum Lourdes peracta sunt in honorem Mariae immaculatae, quod ibi quinquaginta ante annis puellam Soubirous praesentia sua et alloquio beavit, prospere f eli citerque accepimus evenisse, quum frequentes piorum manus undique continuatione quadam eo conflu xerint, et caeremonias sanctissimas summa cum religione celebrarmi Ita existimare licet, praeclaros inde extitisse fructus pietatis publicae; nec solum crevisse in animis multorum amorem cultumque Deiparae, sed etiam observantiam fidemque erga Vicarium Christi ; siquidem placuit, festa illa Marialia et Iubilaeum sacerdotii Nostri coniunctis significationibus atque studiis colere. Non autem ignoramus, quantam tu operam et curam in tota hac re posueris, eaque si tam bene successit, diligentiae instantiaeque, non exigua ex parte, tribuendum tuae. Quum igitur gratulamur tibi,

tum libenter merita te laude ornamus: Deum vero, quem tu certe pro tuis in Mariam religionis officiis demeruisti, ut gratiae suae te muneribus cumulet, precamur. Quorum auspicem, et benevolentiae Nostrae testem, tibi, Venerabilis Frater, et clero populoque tuo Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

- Datum Romae, apud S.. Petrum die xxin Decembris MCMVIII, Pontificatus -Nostri anno sexto.

PIUS PP. X.

SERMO

A PIO PP. *X* DIB XIII DECEMBRIS A., MDCCCCVIII HABITUS LECTIS DECRETIS BEATIFICATIONIS VEN. IOANNAE DE ARG, IOANNIS EUDES, FRANCISCI DE CAPILLAS, THEOPHANIS VÉNARD ET SOCIORUM.

Sono- grato, venerabile fratello *, al vostro cuor generoso, che vorrebbe che io lavorassi nel campo del Signore, sempre al lume del sole senza nubi e senza burrasche. Però e voi ed io dobbiamo adorare le disposizioni della divina provvidènza, che, avendo stabilito quaggiù la Chiesa, permette che incontri nel suo cammino ostacoli d'o|ni genere e resistenze formidabili,

E la ragione è evidente, perchè la Chiesa e militante e quindi in una continua lotta: lotta che fa del mondo un vivo campo di battaglia e del cristiano un prode soldato, che combatte sotto il vessillo del Crocefisso; lotta che, inaugurata con la vita del nostro Redentore santissimo, non si compirà che alla fine dei tempi, per cui tutti i giorni, come i prodi della tribù di Giuda al ritorno dalla schiavitù, noi dobbiamo con una mano respingere il nemico e con l'altra innalzare le mura del tempio santo, vale a diré, lavorare per la nostra santificazione.

E in questa verità ci conferma la vita istessa degli eroi per i quali furono teste publicati i decreti: e^öi che arrivarono alla gloria non solo fra nere nubi e passeggere burrasche, ma fra continui contrasti e fra duri cimenti fino a dare per la fede il sangue e la vita.

Non posso negare però di essere ben lieto, che con la glorificazione di *tsuiti* Santi Iddio manifesti le sue misericordie in tempi di tanta incredulità e indifferenza religiosa - che in tanta fiacchezza di caratteri si presentino ad imitazione delle anime generose che in conferma della loro fede hanno dato la vita; e che questi esempi per la massima parte ven-

* Mons I •Thouchet, Vescovo d'Orléans;

gano, venerabile fratello, dal vostro paese, dove i reggitori della pubblica cosa hanno spiegato apertamente il vessillo della, ribellione ed hanno voluto rompere ad ogni costo ogni legame con la Chiesa.

Sono lieto, perchè in una età in cui molti hanno vergogna di dirsi cattolici, molti altri prendono a catafascio Dio, fede, rivelazione, culto e ministri; di tutto discorrono con beffarda empietà, tutto negano e volgono a derisione ed a scherno, non rispettando nemmeno il santuario della coscienza^ è impossibile che di fronte a queste manifestazioni del soprannaturale, per quanto cerchino di chiudere gli occhi in faccia al sole che li illumina^ un raggio divino non li penetri, e, non fosse altro, per la via del rimorso li riconduca alla fede.

Sono lieto, perchè la virtù di questi eroi deve rianimare i fiacchi ed i paurosi nella pratica della dottrina e credenza cristiana e renderli forti nella fede. Il coraggio infatti non ha la sua ragione di essere se non in quanto ha per fondamento una convinzione. La volontà è una potenza cieca, quando non è illuminata dalla intelligenza; nè si può camminare con pie sicuro fra le tenebre Ma se la generazione attuale ha tutte le incertezze, i dubbi dell'uomo che va a tentoni, è segno evidente che non si fa più tesoro della parola di Dio, che è lucerna che guida i nostri passi, e luce che illumina i nostri sentieri, *lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis.*

Verrà il coraggio quando sarà viva nel cuore la fede, quando si praticheranno tutti i precetti che dalla fede vengono imposti, perche è impossibile la fede senza le opere, come è impossibile immaginare un sole che non dia luce e calore. E di questa verità sono testimoni i martiri che abbiamo commemorati, perchè non è da credere che il martirio sia un atto di semplice entusiasmo, in cui si sottomette il capo alla scure per andare diritti in Paradiso, ma suppone il lungo e penoso esercizio di tutte le virtù, *omnimoda et immaculata munditia.* E per parlare di colei, che più di tutti è da voi conosciuta, la pulcella d'Orléans, dessa come nell'umile paese natio, così fra le licenze delle armi, si conserva pura come un angelo, fiera come un leone in tutti i cimenti della battaglia, e pietosa verso i miseri e gli infelici. Semplice come una bambina nella quiete dei eampi e nel tumulto della guerra, essa è sempre raccolta in Dio ed è tutta amore per la Vergine e per la santissima Eucaristia come un Cherubino - l'avete detto bene, venerabile fratello. Chiamata dal Signore a difendere la sua patria, risponde alla vocazione per una impresa, che tutti, ed ella stessa, credevano impossibile; ma ciò, che è impossibile per gli uomini, è sempre possibile con l'aiuto di Dio. Non si esagerino pertanto le difficoltà per praticare quanto la fede ci impone per compiere i nostri doveri, per eser-

citare ii fruttuoso apostolato dell' esempio, che il Signore aspetta da ciascuno di nói: *Unicuique mandavit de proximo suo.* Le difficoltà vengono da chi le crea e le esagera, da chi confida in se stesso sènza gli aiuti dèi cielo, da chi cede vilmente pauroso per le heffe e le derisioni del mondo; per cui bisogna conchiudere, che ai nostri dì più che mai la forza principale dei tristi è la viltà e la debolezza dei buoni, e tutto il nerbo del regno di Satana sta nella fiacchezza dei cristiani. - Oh! se mi fosse permesso, come lo faceva in ispirito il profeta Zaccaria, di dimandare al Redentore divino, che sono elleno queste piaghe nel mezzo delle tue mani: *quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum?* la risposta non sarebbe punto dubbiosa: queste mi sono state fatte nella casa di coloro che mi amavano: 7ns *plagatus sum in medio eorum qui diligebant me;* dai miei amici, che han fatto niente per difendermi e che in ogni incontro si sono fatti complici dei miei avversari.

E a questo rimprovero, dato ai cristiani infingardi e paurosi di tutti i paesi, non si possono esimere molti cristiani della Francia, la quale, se dal venerato mio predecessore, come voi, venerabile fratello, avete ricordato, fu chiamata la nobilissima nazione missionaria, generosa, cavalleresca, 10 aggiungerò a sua gloria quanto scriveva al re S. Luigi il Papa Gregorio IX: « Iddio al quale obbediscono le legioni celesti, avendo stabilito « quaggiù dei regni differenti secondo le diversità delle lingue e dei climi, « ha conferito a molti governi delle missioni speciali per il compimento dei « suoi disegni. E come altra volta preferì a quelle degli altri figli di Giacobbe « la tribù di Giuda e la donò di speciali benedizioni, così elesse la Francia « a preferenza di tutte le altre nazioni della terra per la protezione della « fede cattolica e per la difesa della libertà religiosa. Per questo la Francia « è il regno di Dio stesso, i nemici della Francia sono i nemici di Cristo. « Per questo, Dio ama la Francia, perchè ama la Chiesa, che traversa i secoli « e recluta le legioni per l'eternità. Dio ama la Francia che nessuno sforzo « ha potuto mai distaccare interamente dalla causa di Dio. Dio ama la Fran- « eia, dove in nessun tempo la fed# ha perduto del suo vigore; dove i re « è i soldati non hanno mai esitato ad affrontare i pericoli e a dare il loro « sangue per la conservazione della fede e della libertà religiosa ». Fin qua 11 IX Gregorio. Quindi, Voi, venerabile fratello, nel vostro ritorno direte ai vòstri connazionali che, se amano la Francia, devono amare Iddio, amare la fede, amare la Chiesa, che, come dei padri vostri, è madre di tutti loro tenerissima. Direte che facciano tesoro dei testamenti di S. Remigio, di Carlomagno e di S. Luigi, che si compendiano nelle parole tante volte ripetute dalla loro eroina di Orléans : *vive le Öhrist qui est roi des Francs.* A questo titolo soltanto la Francia è grande fra le nazioni, a questo patto

Iddio la proteggerà facendola libera e gloriosa, a questa condizione le si potrà applicare quanto nei libri santi è detto d'Israello, « che non si è « trovato alcuno che insultasse a questo popolo se non quando si è allon- « tanato da Dio » : *et non fuit qui insultaret populo ipsi nisi quando recessu a cultu Domini Dei sui.* Non è dunque un sogno il vostro, venerabile fratello, ma una realtà, ne in me vi è solo la speranza, ma la certezza del pieno trionfo. Moriva il Papa, martire, in Valenza, quando la Francia, misconosciuta e annientata l'autorità, proscritta la religione, abbattuti i templi e gli altari, esiliati, perseguitati e decimati i sacerdoti, era caduta uella più detestabile abbominazione. Non passarono due anni dalla morte di chi doveva essere l'ultimo Papa, e la Francia rea di tanti delitti, intrisa ancor del sangue di tanti innocenti, volge pietósa gli occhi verso di chi, eletto prodigiosamente Papa, lontano da Roma, a Roma s'introna, e la Francia.implora col perdono l'esercizio di quel divino potere, che nel Papa aveva tante volte contestato; e la Francia è salva. È possibile a Dio ciò che pare impossìbile agli uomini. E in questa certezza mi conferma la protezione dei martiri che diedero il sangue per la fede e l'intercessione di Giovanna d'Arco, che, come vive nel cuore dei Francesi, così del continuo ripete in cielo la preghiera: *gran Dio, salvate la Francia!*

S. CONGREGATIO S. OFFICII

i.

Feria V, die 1 Augusti 1907.

SSmus D. ii,. D. Pius divina providentia PP.. X in solita audientia R. P, D. Adsessori S. Officii impertita, ad fovendam fidelium pietatem eorumque grati animi sensus excitandos pro ineffabili divini Verbi incarnationis mysterio, motu proprio, benigne indulgere dignatus est ut in omnibus et singulis sacrarum virginum monasteriis clausurae legi subiectis aliisque religiosis institutis, piis domibus et clericorum seminariis, publicum aut privatum Oratorium habentibus cum facultate sacras Species habitualiter ibidem asservandi, sacra nocte Nativitatis D, N. I. G. tres rituales Missae vel etiam, pro rerum opportunitate, una tantum, servatis servandis, posthac in perpetuum quotannis celebrari sanctaque Communio omnibus pie petentibus ministrari queat. Devotam vero huius vel harum Missarum auditionem omnibus adstantibus ad praecepti satisfactionem valere eadem Sanctitas Sua expresse declarari mandavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

- Hoc decreto evulgato, quae sequuntur dubia fuerunt proposita:

I. An indultum importet facultatem tres Missas, vel unam tantum pro rerum opportunitate celebrandi *etiam apertis Oratoriorum ianuis?*

II. An indultum *Oratoriis* concessum extendi possit ad *ecclesias* Religiosorum, quae publico fidelis populi usui inserviunt.

SSmus D. N. Pius Papa X in audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii die 26 mensis Novembris anno 1908 concessa respondit:

Ad I. Negative.

Ad II. Negative, salvo tamen Religiosorum privilegio in media nocte Missam celebrandi.

k g ALOISIUS CASTELLANO, *Notarius.*

II.

Die 26 Novembris 1908.

SSmus D. N. D. Pius div. prov. Papa X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concessit indulgentiam trecentorum dierum , defunctis quoque applicabilem, ab universis christifidelibus toties

lucrandam, quoties corde saltem contriti, iaculatoriam precem; *Tutto per voi, Cuore sacratissimo di Gesù,* devote recitaverint.'Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

ALOISIUS CAN. GIAMBENE, *Substitutus pro Indulgentiis.*

L. -©. S. •

• III. •

Die 26 Novembris 1908.

SSmus D. N. D. Pius div. prov. Papa X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, universis christifidelibus qui duodecim sabbatis haud interruptis ante, festum Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, confessi ac S. Synaxi refecti, sive precibus sive piis meditationibus ad honorem eiusdem B. Virginis absque macula originalis culpae conceptae, vacaverint, et ad mentem Summi Pontificis pias ad Deum preces effuderint, plenariam indulgentiam, defunctis quoque applicabilem, singulis memoratis sabbatis lucrifaciendam, benigne concessit in perpetuum absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

ALOISIUS CAN. GIAMBENE, *Substitutus pro Indulgentiis.*

h. % S.

IV.

Die 10 Decembris 1908.

SSmus D. N. D. Pius div. prov. Papa X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque applicabilem, benigne concessit, semel in die lucrandam a christifidelibus corde saltem contrito ac devote recitantibus sequentem precem in honorem S. Pauli Apostoli :

« O gloriosissimo Apostolo, che con tanto zelo vi adoperaste per « distruggere in Efeso quegli scritti che ben conoscevate avrebbero perverse tito la mente dei fedeli; deh! vogliate anche al presente rivolgere su di « noi benigno lo sguardo. Voi vedete come una stampa miscredente e «senza freno si attenti rapirci dal cuore il tesoro prezioso della fede e «della illibatezza dei costumi. Illuminate, ve ne preghiamo, o S. Apostolo, « la mente di tanti perversi scrittori, acciocché desistano una volta di recar « danno alle anime con le loro ree dottrine e perfide insinuazioni; movete « i loro cuori a detestare il male che esse fanno all'eletto gregge di Gesù « Cristo. A noi poi impetrate la grazia che, docili sempre alla voce del

« Supremo Gerarca, non ci diamo mai alla lettura di libri perversi, ma « cerchiamo invece di leggere, e, per quanto ci sarà dato, di diffondere « quelli che con il loro pascolo salutare aiutino tutti a promuovere la «maggior gloria di Dio, l'esaltazione della sua Chiesa e la salute delle « anime. Così sia ».

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

ALOISIUS CAN.. GIAMBENE, *StibstiUitus pro Indulgentiis.*

L. © S.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

DUBIA DE COMPETENTIA

I.

Beatissimo Padre,

il Cardinale Prefetto della S. Congregazione di Propaganda Fide, per sua norma nelfeseguire, come deve, le disposizioni della Costituzione Apostolica *Sapienti consilio* e dei relativi Regolamenti da V. Santità approvati, e -pubblicati il 29 Giugno ed il 29 Settembre del corrente anno 1908, implora la soluzione dei seguenti quesiti:

I. Se i Vicariati Apostolici che fanno parte, come suffraganei, di Provincie ecclesiastiche staccate dalla giurisdizione di Propaganda in virtù della citata Costituzione, siano tuttora soggetti alla stessa Propaganda.

(Versio)

Beatissime Pater,

Cardinalis Praefectus S. Congregationis de Propaganda Fide ut rite, sicuti debet, exsequi valeat praescripta Constitutionis Apostolicae *Sapienti consilio* et adiectae Ordinationis a Sanctitate Vestra confirmatae, quae fuerunt edita diebus 29 Iunii et 29 Septembris labentis anni 1908, eorum quae sequuntur dubiorum solutionem postulat:

I. Utrum Vicariatus Apostolici, qui tanquam suffraganei pertinent ad provincias ecclesiasticas a iurisdictione Congregationis de Propaganda, vi memoratae Constitutionis exemptas, iugiter subsint eidem Congregationi de Propaganda.

II. Se la Congregazione di "Propaganda, attesa la speciale condizione dei Superiori di diocesi e missioni nelle lontane regioni delle Indie, del Tonkino, della Cina, del Giappone, dell'Australia, dell'Oceania e simili, possa continuare a dare ai Vescovi, ai Vicari Apostolici, ai Prefetti o Superiori di missioni le *formóle* di facoltà, fra le quali molte riguardano il matrimonio.

III. Se la stessa Congregazione possa continuare a concedere il titolo di Missionario Apostolico *ad honorem* con la solita *formóla* di facoltà.

IV. Dovendo la S. Congregazione di Propaganda deferire alla S. Congregazione dei Riti « *quaecumque attingunt sacrorum rituum disciplinam* », si chiede se questa ordinazione si riferisca alla disciplina dei Riti quale è determinata e circoscritta dalla Costituzione *Sapienti consilio,* ovvero si estenda anche a quelle facoltà relative alla Messa, al divino Officio ecc., che prima si solevano concedere dalla Congregazione dei Riti, come anche da quella di Propaganda.

V. Se la Congregazione di Propaganda debba rimettere alla Congregazione dei Religiosi anche quanto concerne le congregazioni missionarie di religiosi e di religiose, le cui costituzioni furono approvate dalla Congregazione di Propaganda.

VI. Se la Congregazione per gli Affari di rito orientale possa conti-

li. Utrum Congregatio de Propaganda, ob peculiaria adiuncta Moderatorum dioecesum et missionum in longinquis regionibus Indiarum, Tonkini, Sinarum, Japoniae, Australiae, Oceaniae aliisque huiusmodi, etiam in posterum concedere possit Episcopis, Vicariis Apostolicis, Praefectis vel Moderatoribus missionum *formulas* facultatum, quarum plures matrimonium respiciunt.

III. Utrum eadem Congregatio adhuc tribuere valeat titulum *Missionarii Apostolici ad honorem,* addita solita facultatum *formula.*

IV. Cum S. Congregatio de Propaganda teneatur deferre ad S. Congregationem Rituum « quaecumque attingunt sacrorum rituum disciplinam », quaeritur, utrum hoc praescriptum respiciat rituum disciplinam prout ipsa determinatur ac circumscribitur a Constitutione *Sapienti consilio,* an extendatur quoque ad facultates Missam, divinum Officium aliaque spectantes, quas ante largiri consueverant sive Congregatio Rituum sive etiam Congregatio de Propaganda.

V. Utrum Congregatio de Propaganda deferre debeat ad Congregationem de Religiosis etiam quidquid attingat congregationes missionarias tum virorum quum mulierum, quarum constitutiones a Congregatione de Propaganda approbatae fuerunt.

VI. Utrum Congregatio pro Negotiis rituum orientalium valeat etiam in

miaren a concedere dispense matrimoniali, "di mista religione e di disparità di culto.

VII. Se gli atti dei Concilii, che venissero celebrati nel territorio rimasto a Propaganda, si debbano rimettere alla Congregazione del Concilio.

VIII. Se anche gli Officiali, che erano in officio prima del 4 Novembre 1908, siano obbligati a prestare il giuramento prescritto dal Regolamento generale del 29 Giugno 1908.

IX. Se continueranno a dipendere dalla Congregazione di Propaganda il Collegio Americano del Nord, l'Irlandese e lo Scozzese, e se gli alunni dei medesimi dovranno fare il giuramento prescritto da Urbano VIII, 24 Novembre 1625.

X. Se anche gli alunni americani del Nord, canadesi, irlandesi ecc., i quali si trovano per diritto di fondazione nel Collegio Urbano di Propaganda, siano tenuti ad emettere in avvenire il suddetto giuramento prescritto da Urbano VIII e nella forma e nei termini stabiliti poi da Alessandro VII con Bolla del 20 Luglio 1660 per tutti gli alunni del Collegio Urbano. •

XI. Se il Card. Prefetto della Congregazione di Propaganda potrà continuare a concedere le dimissorie per l'ordinazione agli alunni dei Collegi Americano del Nord, Irlandese e Scozzese; e se e come dovrà essere mutato il titolo *missionis.*

posterum concedere dispensationes matrimoniales mixtae religionis ac disparitatis cultus.

VII. Utrum acta Conciliorum, quae celebrari contigerint in territorio Congregatimi de Propaganda relicto, remittenda sint ad Congregationem Concilii.

VIII. Utrum etiam Officiales, qui in officio aderant ante diem 4 Novembris 1908, teneantur iusiurandum emittere per Legem generalem diei 29 Iunii 1908 praescriptum.

IX. Utrum Collegia Americae Septentrionalis, Hyberniae et Scotiae dependere pergant a Congregatione de Propaganda, et utrum eorumdem alumni praestare teneantur iusiurandum praescriptum ab Urbano VIII, die 24 Novembris 1625.

X. Utrum etiam alumni Americae Septentrionalis, Canadenses, Hyberni etc., qui ex iure fundationis instituuntur in Collegio Urbano de Propaganda, emittere obstringantur posthac memoratum iuramentum ab Urbano VIII praescriptum atque in forma et terminis deinceps statutis ab Alexandro VJI per Bullam diei 20 Iulii 1660 pro cunctis Collegii Urbani alumnis.

XI. Utrum Cardinalis Praefectus Congregationis de Propaganda poterit adhuc concedere litteras dimissoriales ad sacros Ordines alumnis Collegiorum Americae Septentrionalis, Hyberniae et Scotiae ; et an ac quomodo mutare oporteat titulum *missionis..*

XII. Se e come si dovrà mutare il titolo *missionis* per quegli alunni dei Collegio Urbano di Propaganda, i quali appartengono a provincie ecclesiastiche ea diocesi non più dipendenti dalla Congregazione di Propaganda Fide.

La sacra Congregazione Concistoriale ai sopra esposti quesiti intorno alle disposizioni della Costituzione Apostolica *Sapienti consilio* e relativi Regolamenti, secondo la mente ricevuta dal S. Padre, il 12 Novembre 1908 ha date le seguenti risposte :

Al I. Affirmativam ente, fino a che rimangano tali. Essere però espediente che la S. C. di Propaganda, appena è possibile, eriga questi Vicariati in diocesi e li rimetta quindi al diritto comune.

Al IL Affermativamente, dopo trattata e composta la cosa colla sacra Congregazione dei Sacramenti.

Al III. Affermativamente pei suoi sudditi.

Ál IV. Affermativamente alla prima parte, negativamente alla seconda.

Al V. Anche per le congregazioni religiose, le cui regole o costituzioni furono approvate da Propaganda, si stia al disposto della Costituzione *Sapienti consilio.*

Al VI. Affermativamente, fatta eccezione del solo privilegio Paolino, il quale è di competenza del S. Officio.

XII. Utrum, et qua ratione immutandus sit titulus *missionis* quoad alumnos Collegii Urbani de Propaganda, qui pertinent ad provincias ecclesiasticas et dioeceses a Congregatione de Propaganda avulsas.

Sacra Congregatio Consistorialis superius relatis dubiis circa praescripta Constitutionis Apostolicae *Sapienti consilio* et adiectae Ordinationis, iuxta mentem a SSmo Domino declaratam, die 12 Novembris 1908 respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, dum ita permanent. Expedit tamen ut S. Congregatio de Propaganda, quamprimum fieri possit, memoratos Vicariatus erigat in dioeceses, eosque proinde deducat ad ius commune.

Ad II. Affirmative, re tamen agitata et composita cum S. Congregatione de Sacramentis.

Ad III. Affirmative quoad sibi subditos.

Ad IV. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad V. Etiam quoad congregationes religiosas, quarum regulae seu constitutiones approbatae sunt a Congregatione de Propaganda, standum praescriptis Constitutionis *Sapienti consilio.*

Ad VI. Affirmative, excepto tantummodo privilegio Paulino, quod pertinet ad Congregationem S. Officii.

Al VII. Negativamente.

All'VIII. Negativamente, ma sarà bene che tutti lo prestino..

Al IX. I Collegi Americano del Nord, dell'Irlanda e della Scozia d'ora in avanti dipenderanno dalla S. Congregazione Concistoriale. Il giuramento da emettersi dagli alunni viene conservato; ma sarà fatto secondo una nuova formóla che si stabilirà.

Al X. Affermativamente, con formóla da modificarsi d'accordo coU'Emo Cardinal Prefetto di Propaganda Fide.

All'XI. Il concedere le lettere dimissoriali *ad S. Ordines* spetterà a questa S. Congregazione, la quale, quando sarà necessario, muterà il titolo *missionis* nel titolo *servitii ecclesiae.*

Al XII. L'Emo Cardinal Prefetto di Propaganda muterà per i detti alunni il titolo *missionis* nel titolo *servitii ecclesiae.*

G. CARD. DB LAI, *Segretario.*

L. £ß S. Scipione Tecchi, *Assessore.*

IL

Proposito dubio, ad quam S. Congregationem spectet dispensare a iureiurando, emisso ab antiquis Collegii Urbani de Propaganda Fide aliorumve Collegiorum alumnis, qui subsunt dioecesibus ad ius commune nuper deductis, quique facultatem petunt de dioecesi cui iuramento obstringuntur in aliam transeundi; S. Congregatio Consistorialis, re mature perpensa, iuxta Constitutionem *Sapienti consilio* respondit: *spectare ad S. Congregationem Concilii.*

Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die 7 Ianuarii 1909.

L. *fß* S. Scipio Tecchi, *Adsessor.*

Ad VII. Negative.

Ad VIII. Negative, verum congruit ut omnes illud emittant.

Ad IX. Collegia Americae Septentrionalis, Hyberniae et Scotiae posthac pendebunt a S. Congregationi Consistoriali. Iuramentum autem ab alumnis praestandum servetur, reformandum tamen erit iuxta novam statuendam formulam.

Ad X. Affirmative, formula vero reformanda consiliis initis cum Emo Cardinali Praefecto Congregationis de Propaganda.

Ad XI. Concessio litterarum dimissorialium ad sacros Ordines pertinebit ad hanc S. Congregationem, quae, cum necessarium fuerit, immulabit titulum *missionis* in titulum *servitii ecclesiae.*

Ad XII. Emus Cardinalis Praefectus Congregationis de Propaganda mutabit pro memoratis alumnis titulum *missionis* in titulum *servitii ecclesiae.*

S. CONGREGATIO Dli BELIGtOStS

DECRETUM

De eleemosynis colligendis gravis quaestio, quae iam anteactis saeculis non semel agitata fuit, hodie praesertim, ob peculiaria rerum ac temporum adiuncta, in praxi maiores ac frequentiores praesefert difficultates. Quibus ut occurreret, S. Congregatio Episcoporum et Regularium, omnibus mature perpensis, die 27 Martii 1896 promulgavit decretum *Singulari quidem*, quo colligendarum eleemosynarum ministerium opportunis pro hodierna humanae societatis conditione communiebatur cautelis. Attamen mulierum dumtaxat respiciebat Sodalitates. Quo autem et virorum Institutis religiosis melius provideretur, eidem sacrae Congregationi, in plenario consessu die 8 Maii anni 1908 habito, visum, est pro his quoque nonnullas apponere quaestuationum normas ; quas, ex Secretaria supradictae Congregationis Episcoporum et Regularium acceptas, sacra Congregatio Negotiis Religiosorum sodalium praeposita, de mandato SSmi Dñi Nostri Pii divina providentia PP. X, publici iuris facit.

I, — QUOAD ORDINES MENDICANTES

i.° Regulares, qui Mendicantes vocantur et sunt, ex institutione Sedis Apostolicae cum sola licentia Superiorum suorum eleemosynas quaerere valeant in dioecesi, ubi erectus est conventus. Ordinariorum licentia necessario censenda est data in ipso actu quo conventus fundationi consensum praebuerunt.

2.° Si vero iidem Regulares extra dioecesim, ubi conventus habent, stipem quaeritare velint, Ordinarii illius dioeceseos licentia, per suos Superiores in scriptis obtenta, indigent.

3.° Ordinarii praecipue hmitrophes, hanc licentiam absque gravioribus urgentioribusque causis ne denegent, si aliquis conventus ex quaestuatione in sola dioecesi, ubi erectus est, vivere nullimode possit, ut in parvis dioecesibus contingere solet.

4.° Quae licentia intelligitur habitualis, usque nempe ad expressam revocationem ; quae quidem revocatio, ut par est, nonnisi legitimis de causis, iisque tantum perdurantibus, facienda est.

5.° Ut Mendicantes praefato iure gaudeant, per seipsos, non autem per personas Ordini extraneas, eleemosynas colligere debent.

6.° Regulares quaestuantes semper secum habere debent litteras authenticas, quibus constet de. debita facultate deque officio quáestuationis sibi commisso. Quas litteras parochis ultro exhibere tenentur; necnon Ordinariis, quoties ab ipsis requirantur.

7.° Non licet Superioribus regularibus ad hoc opus mittere nisi Religiosos aetate et animo maturos ; numquam eos qui studiis adhuc incumbunt

8.° Religiosi eleemosynas collecturi ne pergant soli sed bini, praesertim extra urbem seu locum ubi habent conventum, seclusa gravis necessitatis causa ; quo in casu quaestuarius publice notus sit oportet atque aetate, virtute ac fidelium existimatione omnino commendatus.

9.° Porro extra locum conventuum quaestuantes, apud parochos vel apud alios clericos saeculares vel regulares, aut, iis deficientibus, apud aliquem pium benefactorem, christiana honestate et virtute conspicuum, divertant.

10.° Extra propriam domum ne maneant ultra mensem, si in propria dioecesi; non ultra duos, si in alia eleemosynas quaerant ; neque iidem denuo mittantur, nisi postquam per unum, vel respective per duos menses, vitam communem iuxta regulam et constitutiones in conventu exegerint, prout uno vel duobus mensibus extra claustra degere debuerunt.

I1,° Qui in ipso loco, ubi situs est conventus, stipem corrogant, noctu extra propriam domum nequaquam manebunt.

12.° Religiosi quaestuantes semper illa, qua decet, humilitate, modestia, munditie eniteant; saecularium, praesertim mulierum cuiuscumque sint conditionis, familiaritatem caveant ; loca suae professioni minime congrua omnino devitent; pietatem sincere foveant atque spiritualia exercitia in religione ipsorum solita pro viribus fideliter adimpleant.

13.° Superiores regulares, graviter onerata eorum conscientia, ne omittant quaestuariis suis normas agendi, quas prudentia suadet, opportunas praescribere.

14.° Si vero, quod absit, Regulares quaestuantes notorie deliquerint, fidelibus scandalum praebuerint, vel etiam contra legitimam prohibitionem eleemosynas colligere ausi fuerint, Ordinarius loci iubeat eos in propriam domum redire atque etiam tamquam Sedis Apostolicae Delegatus Superiores moneat, ut illos corrigant et pro gravitate scandali puniant ; quod si secus fecerint, quam primum ad Sanctam Sedem recurrat.

IL — QUOAD ORDINES VEL INSTITUTA RELIGIOSA NON MENDICANTIUM

1.° Religiosi sive Ordinum sive congregationum *iuris pontificii,* qui privilegium quaeritandi eleemosynas neque vi propriarum constitutionum a S. Sede approbatarum, neque vi Apostolicae concessionis gaudent, veniam Apostolicae Sedis impetrare debent, ut quaestuationes instituere valeant; praeterea licentiam per suos Superiores ab Ordinario loci obtinere tenentur, nisi forte S. Sedes in hoc expresse et specialiter iuri Episcopi derogaverit, quod numquam praesumi potest, sed indubitatis documentis probari debet.

%° Religiosi* vero qui sunt *iuris dioecesani;* opus colligendi eleemosynas nequaquam aggredi poterunt, nisi licentiam obtinuerint tum ab Ordinario loci in quo resident, tum etiam, si extra dioecesim propriae residentiae abituri sint, ab Ordinario loci in quo stipem quaerere desiderant.

3.° Ordinarii autem locorum, si opportunum visum fuerit, pro unaquaque domo cuiusque religiosi suae dioeceseos Instituti, sive iuris pontificii sive iuris dioecesani, emendicato viventis, limites quaestuationis constituere possunt et respective servandos curare, praesertim ubi sunt conventus Regularium nomine et re mendicantium; nec huiusmodi Religiosis non mendicantibus quaeritandi licentiam concedant, nisi sibi constet de vera domus vel pii operis necessitate, cui alio modo occurri nequeat; et si necessitatibus provideri potest per quaestuationem in loco vel districtu, in quo Religiosi resident, aut intra dioecesim, instituendam, ampliorem licentiam nequaquam concedant.

4° Ordinarius porro illius dioeceseos, ad quam isti Religiosi aliarum dioeceseon eleemosynas quaesituri accedant, collectas eis minime permittat, nisi prius per se vel per suos ad hoc delegatos, praeter litteras obedientiales proprii Superioris, facultatem, vel Apostolicae Sedis si sunt iuris pontificii, vel proprii Ordinarii si sunt iuris dioecesani, recognoverit et huius decreti praescriptis conformem invenerit.

5.° Insuper Ordinarius sedulo advertat, utrum qui pro missionibus exteris subsidia quaerunt, praeter litteras commendatitias Vicarii vel Praefecti Apostolici respectivae missionis et litteras obedientiales Moderatoris generalis proprii Instituti, habeant quoque facultatem a S. Congregatione de Propaganda Fide in forma authentica recenter datam.

6.° Licentiam colligendi eleemosynas Ordinarii concedant gratis et in scriptis, notatis semper (sive ad calcem litterarum obedientialium sive in documento separato) tum nominibus Religiosorum, qui ad colligendas

eleemosynas designati sunt, tum nomine Ordinis vel Instituti ad quod pertinent, tum loco et tempore pro quibus licentia valitura sit.

7.° Licentias loco et tempore generales Religiosis huiusmodi nequaquam concedent Ordinarii, sed potius invigilabunt, ne sive quaestuantes, sive praetextu quáestuationis extra propriam domum maneant ultra mensem, si in propria dioecesi; aut ultra duos menses, si in aliena eleemosynas quaerant; neve iidem denuo mittantur, nisi postquam per unum, respective duos menses, in suo conventu degerint, prout uno vel duobus mensibus foris manserant.

8.° Ut Religiosi Ordinariorum facultate colligendi eleemosynas uti valeant, id per se, non per alios, facere debent.

9.° Ad haec et ipsi fideliter observent, quae supra pro Religiosis Ordinum mendicantium sancita sunt, parte I, art 6, 7, 8, 9, 11, 12, 13.

10.° In casu tandem, quo hi Religiosi quaestuantes contra legitimam prohibitionem eleemosynas collegerint, vel, quod Deus avertat, male se gesserint scándalove fidelibus fuerint, Ordinarius loci, etiam tamquam Sedis Apostolicae Delegatus, eos pro gravitate delicti et scandali opportunis remediis coerceat et in propriam domum a suis Superioribus puniendos remittat.

Datum Romae, ex Secretaria supradictae sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum sodalium praepositae, in festo Praesentationis B. M. V., die 21 Novembris 1908.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

D. Laurentius Janssens, O. S. B., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO j p M S

DECRETUM

Feria II, die 4 Ianuarii 1909.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium a SSmo Domino Nostro Pio PP. X Sanctaque Sede Apostolica'Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et .delegatorum, habita in palatio Apostolico, Vaticano die, 4 Ianuarii. 1909„ damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit ej; mandat quae sequuntur opera; ,

JEHAN DE BONNEFOY, *Les legpns de la défaite, oti. la fin d'un, catholicisme,. Paris, Librairie critique, E. Nourry, 1907....* , . ..

..— *Vers V unite de croyance. Ibid., 1907.* .. „:

— *Le catholicisme de demain. Ibid., 1908.*

HENRI LORIAUX, *L'autorità des Evangilès. Question fondamentale. Paris, Enìile Nourry, 1907.*

JEAN VRAI, *Ephemerides de la Papauté. Paris, Fischbacher, 1904.*

T. SMYTH-VAUDRY, C. PR., *The Christ-founded Order of the secular Priesthood. Montreal, Lorell and Son, 1906.*

ROMOLO MURRI, *I problemi dell'Italia contemporanea. Vol. I. La politica clericale e la democrazia. Ascoli Piceno, Gius. Cesari; Boma, Società naz. di Cultura, 1908.*

MELCHIOR CANAL, *Elements de Psychologie concrète et de métaphysique. Toulouse, Edouard Privat. Paris, Henri Didier, 1907.*

Itaque nemo cuiuscumque 'gradus' et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

EMMANUEL BARBIER, decreto S. Congregationis, edito die **25** Maii 1908, quo quidam libri ab eo conscripti notati et in Indicem librorum prohibitorum inserti sunt, laudabiliter se subiecit.

Quibus SSmo Domino Nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae, die **5** Ianuarii 1909.

F. CARD. SEGNA, *Praefectus..*

L.)$\{ S. Thomas Esser, **O.** P., *a secretis.*

S/ CONGREGATIO RITUUM

i.

VICARIATUS APOSTOLICI HONG-KONG

Rmus Dnus Dominicus Pozzoni, Episcopus titularis Tavian. et Vicarius Apostolicus missionis Hong-Kong, a sacrorum Rituum Congregatione sequentis dubii, ob maiorem perspicuitatem aliquantulum reformati, authenticam solutionem reverenter expostulavit, nimirum; utrum in functione quae coram sanctissimo Eucharistiae sacramento publice exposito peragitur, dum, ante hymnum *Tantum ergo,* cantantur alii hymni, vel antiphona *Regina coeli* tempore paschali, vel canticum *Magnificat* per anni decursum, sacerdos celebrans et ministri stare debeant aut manere genuflexi.

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita Commissionis liturgicae sententia, re sedulo perpensa rescribendum censuit: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 6 Novembris 1908.

S. CARD. CHETONI,- *Praefectus.*

L. ® S .

f D. Panici, Archiep. Laodiceh., *Secretarius.*

IL

ANDRIEN.

R. D. Sebastianus Giorgio, caeremoniarius Rmi Dñi Episcopi dioeceseos Andriensis, de eiusdem consensu, sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia, pro opportuna solutione, humiliter exposuit, nimirum : in ecclesia matrice S. Sabini, civitatis Canosae, dioeceseos Andrien., nuper erectum est altare quod undequaque per se stat, ad formam altaris papalis, et cuius mensa marmorea sustentatur a quatuor columellis item marmoreis; subtus vero est omnino vacuum, nec destinatur, prout in casu decreti n. 3741 *Tridentina* 20 Decembris 1890, ad recipiendam aream ligneam paramentis asservandis. Hinc quaeritur:

I. An supradescriptum altare consecrari possit.

IL Et quatenus affirmative ad I, ubi facienda sit unctio chrismatis praescripta in fronte altaris.

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, àndito Commissionis liturgicae suffragio omnibusque sedulo perpensis, ita respondendum; censuit: '

Ad I. Affirmative iuxta plura decreta.

Ad II. Unctio chrismatis, in modum crucis, fiat in fronte, seu in medio spissitudinis anterioris mensae.

Atque ita rescripsit, die 6. Novembris 1908.

S. CARD. CHETONI, *Praefectus.*

L. S S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

III.

ROMANA

Nuper expostularunt! est a sacra Rituum Congregatione: an lampades, quae ardere debent ante altare et tabernaculum in quo asservatur sanctissimum Eucharistiae sacramentum, nutriri possint ex cera apum, saltem in maxima parte, quae adhibetur in candelis praescriptis ad Missae celebrationem, iuxta mentem decreti S. R. C. *Plurium dioecesium* diei 14 Decembris 1904.

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita Commissionis liturgicae sententia, omnibus accurate perpensis proposito dubio ita respondendum censuit: In defectu olei tolerari posse, et remittendum esse prudentiae Episcopi, iuxta decretum n. 3121 *Plurium dioecesium* 14 Iulii 1864.

Atque ita rescripsit, die 27 Novembris 1908.

S. CARD. CHETONI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IV.

INSTRUCTIO

PRO EDITORIBUS LIBRORUM LITURGICORUM CUM CANTU GREGORIANO.

Quo tutius pleniusque possit obtineri in sacra liturgia etiam quoad cantum optanda uniformitas, merito statutum est, ut, in iis etiam quae ad singula ecclesiarum Propria pertinent, eidem Officio vel Missae eadem regulariter adoptetur melodia, ac proinde ut ante approbationem a sacra

Rituum Congregatione rite petendam, iisdem reyisoribus cuncta subiiciantur, quatenus illi testari possint non tantum de servatis artis gregorianae regulis, sed etiam de constante melodiarum ea, quaje requiritur unitate. Die 27 Novembris 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. £ß S.

-j- D. Panici," Archiep. Laödicen., *Secretarius.*

DECRETUM

Instaurato, ad pristina gerenda munera, tribunali sacrae Rotae Romanae per Constitutionem Apostolicam *'Sapienti consilio* die 29 Iunii huius labentis anni 1908, ac proinde revocatis, iuxta 'decretum seu declarationem sacrae Congregationis Consistorialis diei 27 Novembris nuper elapsi, peculiaribus dispositionibus dd, 23 Octobris 1^78 et 19 Decembris 19Q5, quibus demandatum fuerat Rmis Praelatis Auditoribus officium discutiendi ac iudicandi, in comitiis sacrorum Rituum Congregationis ordinariis Rotalibus , causas minoris momenti Servorum Dei, nempe de fama* sanctitatis in genere, de non cultu, de validitate ac relevantia processuum aliasque similes, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, ad easdem Causas pertractandas Congregationem particulare-hi constituere dignatus est, quam constare voluit ex aliquot Emis ac Rmis Patribus sacris tuendis Ritibus praepositis, nempe Praefecto, Ponente aliisque quinque a sacra Rituum Congregatione designandis, nec non ex Rmis Praelatis officialibus ipsius sacrae Congregationis, nempe Protonotarii) Apostolico, Secretario, Promotore fidei ac Subpromotore. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Die 9 Decembris 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodieen., *Secretarius.*

LUGDUNEN. ; ' '

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOANNIS CLAUDII COLIN PRESBYTERI ET SOCIETATIS MARIAE FUNDATORIS.

Ioannes, Claudius Colin, sacerdos et societatis-Mariae institutor, praeclarum agmen auget et gloriosum album Servorum Dei, utriusque sexus, ex nobili gente-gallica, qui totis viribus, -doctrina, virtute, atque etiam sanguinis effusione, ad avitam fidem catholicam tuendam et propagandam postremis hisce temporibus collaborarunt. In oppido *Saint Bonnet-le-Troney*, dioecesis Lugdunensis, ortus est hic Dei Famulus, die 7 Augusti 1790, ex piis ac vere religiosis parentibus Iacobo et Maria Gönnet, qui infra spatium viginti dierum fortes in fide et calamitatibus oppressi ambo immature obierunt. Orphanus, adhuc infans quatuor annorum, Ioannes sub avunculi disciplina piaeque famulae curis succrescebat, atque animum ad virtutem et ad vitam solitariam inclinatum ostendebat. Paternae et christianae traditionis haeres impenso studio presbyteros tunc impie vexatos colebat atque iuvabatj eorumque ductu in templo frequens, sacris adstabat ac inserviebat et, sacramentali confessione rite peracta, eucharistico, pabulo devotissime reficiebatur. Peculiari vero;. pietate Beatam Virginem Mariam prosequebatur, sciens omnia bona per Mariam caelestium thesaurorum dispensatricem in nos derivare. Illius patrocinio fretus et monita atque exempla Petri germani fratris secutus^ in parvis Seminariis Lugdunensis dioeceseos, condiscipulis atque magistris apprime charas^ ingenio ac pietate fiorente praeluxit. Quum instaret tempus quo militiae adscriberetur, beneficium exemptionis sibi propositum i prius declinavi!, ea potissimum ratione permotus, ne huiusmodi beneficium vocationem ecclesiasticam adhuc nutantem ipsi imponere videretur. Verum a superioribus cohortatus<, timore dimisso, suum nomen dedit in libello pro exemptione obtinenda. Voti eompos effectus, theologicis disciplinis addiscendis in magno Seminario Lugdunensi operam navavit, ubi condiscipulum et amicum habuit Beatum Ioannem Vianney. Illud mentione, dignum est ardens studium quo a doctrinis galiicanis tunc temporis in ea regione passim traditis abhorruit, quoque Ecclesiae Romanae scientiae ac traditioni firmiter inhaerendo incubuit; Anno 1816 die 22 Iulii in sacello eiusdem Seminarii ad presbyteratus Ordinem evectus est, sacrique ministerii munia ea, qua par est, sedulitate obire coepit; Interea ipse et alter ex condiscipulis de Societate Mariae condenda sibi invicem mentem et propositum communicarunt. Novensilis sacerdos ad paroeciam vulgo *Gerdon* missus, germano fratri et parocho per novem

annos adiutor et vicarius adstitit, et cum illo totam paroeciam in Christo instauravit. Ne vero tanti operis labor ac fructus in posterum evanescerent, Sodalitates erexit a S. Corde Iesu, a SSmo Sacramento et a sacratissimo Rosario veluti coadiutrices parochiali officio, quas auxit etiam Instituto Sororum a SSmo Nomine *B.* M. V., ad religionem, pietatem et charitatem inter fideles parochianis magis fovendam et promovendam. Hinc aditus patuit Societati Mariae erigendae. Nam circumspiciens pagos oppido *Cerdon* finítimos eorumque statum calamitosum misertus, adscitis aliquot sibi sociis, eosdem sacris missionibus perlustravit cum .maximo animarum^profectu. De hoc certior factus dioeceseos Bellicensis Antistes Ioannem valde idoneum existimavit ad suum Seminarium pietate, disciplina -.studiisque renovandum. Quem finem sibi praestitutum egregie obtinuit, auctoritate, prudentia et suavi quadam severitate ac directione Servi Dei qui negotium sibi commissum ac libenter susceptum animabus in expiatorio carcere detentis com mandaverat, earumque auxilio prosperum exitum retulerat acceptum. Interim una cum fratre ad pristinum consilium reversus de Societatis Mariae erectione, obsequentissimis litteris illud aperuit Pio Papae VII fel. rec. qui finem Societatis probavit eiusque auctorem ad Nuntium Apostolicum Parisiensem remisit, ut praeparatoria studia fierent circa statuta Societatis Apostolicae Sedi subiicienda. Hisce peractis exortisqüe nonnullis difficultatibus feliciter superatis, tandem per Litteras Apostolicas in forma Brevis *Omnium gentium* die 29 Aprilis an. 1836 Summus Pontifex Gregorius XVI Societatem Mariae confirmavit, facta potestate sodalibus Antistitem generalem sibi eligendi. Insuper tria munera adimplendam eisdem assignavit nempe gloriae Dei incrementum, cultus in eius Matrem diffusionem, et religionis catholicae conservationem ac propagationem praesertim per educationem puerorum in collegiis et clericorum in Seminariis, per evangelicam praedicationem et missiones apud exteras regiones. Eodem anno, mense Septembri, Servus Dei, qui ex Apostolico Brevi Superior Societatis ad tempus erat constitutus, in civitate Bellicensi, post spiritualia exercitia, unanimi sodalium suffragio Antistes generalis renunciatus est. Mox ipse una cum undeviginti confratribus se, Deo consecravit cum votis simplicibus et perpetuis castitatis, paupertatis et obedientiae. Ex illis primitiis et veluti cardinibus Societatis, una cum institutore Ioanne Colin et Petro eius fratre germano, memorandi sunt Beatus Petrus Aloisius Chanel Oceaniae missionarius et protomartyr et Ven. Marcellinus Iosephus Champagnat, parvulorum Fratrum Mariae auctor et moderator. Exeunte vero an. 1836, Ioannes pro munere suo, iuxta normam a Romano Pontifice traditam, ad missiones in Oceania stabiliendas primum quatuor, deinceps alios confratres misit : et in Gallia plures domos ac plura collegia

huc et illuc aperuit tum ad tyrones efformandos tum ad recessus habendos, sede principe Societatis Lugduni constituta. Novis etiam incrementis ipsam Societatem ditavit per institutionem tertii Ordinis Mariae, ad formam aliorum Ordinum et congregationum, cuius etiam canonicam et Apostolicam approbationem postea obtinuit. Infirma laborans valetudine an. 1854 officium Superioris generalis sponte dimisit', eique suffectus est P. Favre vir prudentia ac doctrina praeditus. Constitutionibus temporariis ab Apostolica Sede ad sexennium probatis, hoc elapso, constitutiones definitivae quas Dei Famulus, de mandato Superiorum, cum quatuor auxiliariis concinnaverat et capitulum generale Lugdunense probaverat, revisae paulumque emendatae a Summo Pontifice Pio IX per decretum S. C. Ep. et Reg. die 28 Februarii 1873 sancitae sunt. Ita pace et concordia animorum quae in sinu Societatis paulisper turbata erat, eum omnium gaudio restituta ac firmata, Ioannes fundator, legislator pacisque sequester consalutatur. Quanto animi affectu ipse Societatem ac sodales diligebat, verbis, scriptis, concionibus aliisque vitae actibus iugiter demonstravit ; potissimum vero in supremo vitae exitu quando votis religionis rursus nuncupatis, quarto adiecto stabilitatis voto, iuxta regulas paulo ante promulgatas, nobiles cordis sui sensus pandidit. Inde Societatis propagatio in Gallia ceterisque regionibus signanter in Anglia et Hibernia, in Statibus foederatis Americae septentrionalis, in Australia, Nova Zelanda et apud Oceaniae occidentalis gentes. Vir simplex et rectus-, non humana sed christiana prudentia praeditus, in rebus agendis sollicitus erat de Dei lumine ac auxilio implorando, confidens in eo qui, ex S. Bernardi sententia, omnipotentes facit qui in se sperant. Cum Deo arcte coniunctus praesertim in sacro litando et coram augustissimo Eucharistiae sacramento frequenter cum precibus lacrymas effundebat. Filiali animi devotione in Beatam Virginem Mariam ferebatur cum qua se vivere, sentire ac cogitare dicebat. Sanctos praeterea Angelos ceterosque caelites patronos praecipue S. Ioseph magno colebat honore. Verae fidei sanaeque doctrinae semper habuit magistram Ecclesiam eiusque caput visibile Romanum Pontificem quorum iura strenue propugnaba! Tandem Dei Servus, apud religiosam domum *La Neylière* degens, anno 1875 vertente, laboribus fractus ac viribus destitutus, aegrotare coepit ; morboque paulatim ingravescente, mense Novembri, ad extrema deductus est. Omnibus Ecclesiae sacramentis roboratus et filiorum corona circumdatus, quibus salutaria monita, virtutum exempla et paternam benedictionem relinquebat, effigiem Christi crucifixi, Roma delatam, deosculatus, piissimam animam Deo reddidit, eodem mense, die decimaquinta. Corpore rite ¡ composito et ad ecclesiam delato, complures e clero ac populo ad funus, die decimanona, solemniter peractum conflux e-

runt. Iuxta expressam defuncti voluntatem idem corpus in loco designato humatum, anno 1879 die 3 Augusti translatum est in sepulchrum quod in sacello eiusdem oppidi *La Neylière* fuerat extructam ; super quo-legitur inscriptio: *Ioannes Colin - Pater, ora pro filiis.* Interim fama sanctitatis quam Dei Servus in vita sibi acquisierat, post obitum magis magisque, in dies increbuit. Eapropter tabulae processuales super ea in ecclesiastica Curia Lugdunensi confectae sunt. Quibus expletis, Romamque ad sacrorum Rituum Congregationem delatis, iuris ordine servato, de causa beatificar tionis et canonizationis introducenda actum est. Instante enim Rmo. P. Ludovico Coperé, Societatis Mariae Postulatore generali, quum, scriptorum Servi Dei revisione peracta,,nihil obstaret quominus, ad ulteriora procedi, posset, obtenta prius dispensatione Apostolica a lapsu decennii et abànterventu et voto Consultorum, Emus et Rmus Dnus Card. Dominicus Ferrata eiusdem causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, .sequens dui bium discutiendum proposuit : *an sit signanda Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur., Ei* Emi ac Rmi. Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem, ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde • sanctae fidei Promotore, omnibusque accurate perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam, esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 1 Dec. 1908.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam sacrae eiusdem Congregationis ratam habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis causae Venerabilis Servi Dei Ioannis Claudii Colin, sacerdotis fundatoris Societatis Mariae, die 9,,.eisdem mense et anno:

S. CARD. CRETONÍ, *Praefectus.*

L. £j§ S. ✠ D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

MECHLINIEN.

DECRETUM CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI VENERABILI ,SERVO DEI IOANNI RUSBROCHIO CANONICO REGULARI BEATO NUNCUPATO.

Venerabilis Ioannes Rusbrochius, ita a vico natali *Van^Reusbroeck prope Halle* in Brabantia nuncupatus, anno 1293 in lucem editus' est. Adhuc puer, relicta domo paterna ac patria, Braxellas adiit ubi penes

sacerdotem consanguineum litteris addiscendis operam dedit. Pietate singulari ac vitae integritate ita eluxit, ut totum Deo divinisque rebus se mancipatus'ostenderet. Annis studiisque progredientibus, dignus est habitus qui ad sacerdotium eveheretur. Illud mirabile narratur quod'ipsa die qua primum Sacrum litaverat; mater iampridem defuhcta Ioanni se videndam exhiberet, filiique precibus suam a piacularibus flammis liberationem acceptam referret. Pius' ac dóctus sacerdos' tam voce quam scriptis Ecclesiae Christi doctrinam' cum evangelicis consiliis docuit ac praedicavit, eamque adversus errores tunc grassantes praesertim haeresim *Liberiorum spirituum* iam a Viennensi Concilio damnatam, strenue vindicavit. Interim sacras exercitationes in populis fovet ac provehit, ut*ipsi satagerent per bona opera certam vocationem et electionem facere; atque haec facientes non peccarent. Solitudinis amantissimus in eremum cui Vallis Viridis nomen erat, infra fines Mechliniensis archidioecesis, se recepit. Illic socios habuit Ioannem Hincart et D; Franconem de Frigido Monte, canonicos. Cum iis degens iri paupertate et Simplicitate coenobium exstruxit/ simulque instituit congregationem Windesimensem Canonicorum regularium S. 'Augustini'cuius ipse primus extitit Prior generalis. In solitudine assiduae orationi et contemplationi vacabat, praesertim penes arborem quae aliquoties ob eius fervorem ignita ac irradians visa est. Unde merito vocatus est a' Ven. Cardinali Bellarmino *vir divinae contemplationi addictissimus,* et a Dionisio Cartusiàno *mirabilis vir et divinitus unctus.* Eius' scripta mirifice testantur qua religione! quo pietatis affectu se aliosque excitabat ad Dei beneficia recogitanda, ad SS. Eucharistiae sacramentum adorandum et ad Deiparam Virginem colendam atque imitandam. Unde de Rusbròchio Grotiüs scribere non dubitavit, *nec sanctiorem in vita nec religiosiorem in scriptis meminisse.* Et Beatus Petrus Canisius in suo martyrologio inter Sanctos et Beatos recensuit etiam B. Ioannem Rusbrochium. Ob eximiam sanctitatem Ioannes et Dei et Deiparae Virginis visionibus pluries recreatus fuisse narratur, denique lethali atque insanabili morbo correptus, annis et meritis plenus ea, quam ipse praedixerat, die secunda Decembris anno 1381 ad caelestem patriam evolavit. Fama sanctitatis quam Servus Dei vivens sibi adepta fuerat, post obitum ac in decursu temporis adeo invaluit, ut de ea in ecclesiastica Curia Mechliniensi anno 1624 processus informativus adornatus fuerit, quem, signata prius Commissione, mox Apostolica subsecuta est inquisitio anno 1626 instituta, qui quidem processus in archivo Vaticano sacrae Rituum Congregationis asservantur. Anno autem 1786 die 27 Maii in sacrorum Rituum Congregatione ordinaria, instantibus cappellanis ecclesiae collegiatae Bruxellensis SS. Michaeli et Gudulae dicatae, de festo cum Officio et Missa celebrando in honorem Ven. Servi Dei

'Rüsbíóehii, Beati nuncupati; actum est, ponente Emo -Cardinali Boschi Maiori Poenitentiario. Quum vero processus supradicti haud satis essent ad probandum cultum publicum, ecclesiasticam et constantem cum fama sanctitatis Ven. Servo Dei exhibitum Seu casum exceptum a decretis sa. me. Urbani Papae VIII, sacra eadem* Congregatio rescripsit : *dilata, et audiatur sanctae fidei Promotor,* facta potestate quaestionem iterum proponendi cum animadversionibus ipsius Promotoris et responsionibus Advocati. Neque enim de festo cum Officio et Missa agi poterat, quin prius memoratus cultus rite recognitus fuisset. Verum quidem est quod ob causas praesertim extrínsecas, inter quas recensendae tum iniqua ac violenta suppressio monasterii Vallis Viridis per Imperatorem Iosephum II, tum sacrilega dispersio reliquiarum Ven. Servi Dei per impias cohortes militares Reipublicae gallicanae, et cultus aliquid detrimenti passus est, et quaestio inchoata per diuturni temporis spatium interrupta siluit; Sed quum de felici ipsius quaestionis exitu summopere sperare! causae Postulator fel. rec. Torquatos Armellini Societatis Iesu, eiusdem causae reassumptionem ab Apostolica Sede petiit atque obtinuit an. 1890, in statu tamen et terminis in quibus ipsa causa erat annis 1625-1634, quando decreta Urbani Papae VIII evulgata fuere. Hinc litterae remissoriales et compulsoriales expeditae sunt ad processum Apostolicum cum subsequenti sententia in ecclesiastica Curia Mechliniensi conficiendum super memorato cultu seu casu excepto comprobando sive per testium depositiones sive per idonea documenta authentica. Hisce actis processualibus expletis et Romam ad sacram Rituum Congregationem delatis^ validisque habitis, instante hodierno causae Postulatore Rmo P. Camillo Beccari Societatis Iesu, supplicia vota etiam depromente Emi et Rmi Dñi Cardinalis Desiderati Mercier Archiepiscopi Meehliniensis,'necnon R. D; parochi S; Clementis ubi peculiaris cultus erga Ven.' Rusbrochium viget,-et cleri populique Bruxellensis; imo totius archidioecesis, Emus et Rmus Dnus Card. Sebastianus Martinelli ipsius causae Ponens seu Relator, in ordinario sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanum coacta, sequens dubium discutiendum proposuit : *an sententia lata a Rmo iudice subdelegato ab Emo ac Rmo Dno Cardinali Archiepiscopo Mechliniensi super cultu publico ecclesiastico ab immemorabili tempore praestito Ven. Servo Dei,'seu de casu excepto a decretis sa. me; Urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur.* Atque Emi et Rmi Patres,sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae fidei Promotore, re sedulo perpensa, rescribendum censuerunt : *attentis omnibus, constare de casu excepto.* Die 1 Decembris 1908.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infra-

scriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum ipsius sacri Consilii ratum habuit et confirmavit, die 9, eisdem mense et anno.

S. Card. CHETONI, *Praefectus.*

L. ^ S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

VIII.

•• AURELIANEN. ••

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI IOANNAE DE ARC VIRGINIS AURELIANENSIS PUELLAE NUNCUPATAE.

Super dubio: *an et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* ,

Immortalitati traditum nomen Aurelianensis puellae, mox inscribendum albo Beatorum caelitum; quemadmodum testis est divinae potentiae, quae *infirma mundi eligit ut confundat fortia* (I. Cor. i, 22),. ita etiam eorum damnat socordiam, qui-, patriae amorem ementiti, non alia negotia nisi sua gerunt super civitatis et religionis minis. Hi meminerint *agere ac pati fortia christianorum esse ;* nec virorum tantum: haud semel excitatam a Deo fuisse mulierem, *ut liberarci populum suum et acquireret sibi nomen aeternum* (I. Mach, vi, 44). Huiusmodi prodigia quasi armatae sanctitatis Deus instauravit in hac altera Sulamite, in' qua *quid videbis nisi choros castrorum?* (Cant. C. VII, *i).* Stupent in his *vani homines, quibus non subest,scientia Pei,* clamantibus ceteris, quibus est intellectus: *venite et videte opera Dei* (Ps. LXV, 4) - *Arcus fortium super alus est et infirmi accincti sunt robore* (I. Reg. **iii,** 4). -•-

Aureliarum oppugnatio iam trahebat praecipiti casu et ipsam urbem et Caroli VII Galliae regis fortunam. Extremis iis in angustiis, Domremensi in oppido, quod aberat a sede tumultus millia passuum[1] prope tercenta, ignotae puellae gregi pascendo et religionis ac pietatis officiis intentae, audita est caelestis militiae principis Michaelis vox, qualis olim insonuit Iudae Machabeo: *accipe sanctum gladium, munus a DeOj in quo deiicies adversarios populi mei Israel* (IL-Mach, xv, 16). Restitit primo Ioanna, nec nisi post repetitas voces-rem-tandemaperuit -parentibus. Cum vero nec alii nec ipsa sibi suaderet invitari se posse ad arma capienda ducendumque regem consecrandum Rhemis, Deus, qui *dat lasso virtutem, et Me quae non sunt fortitudinem et robur mUltiplicát* (Is-, XL, 29), rudem virginem ea sapientia, doctrina, rei militaris peritia et occultärum rerum scientia dona-

vii, ut iam ambigeret nemo','quin populi salus esset ipsi divinitus eredita. Quare arcano quodàni acta spiritu, cum fidei scuto mortalia arma coniungens, bellici ducis induta vestes gladioque districto, equum conscendit, hostes fundit, ad victoriam adyolat, Carolum regem ad Rhemensem urbem deducit regia consecratione inungendum. Quibus absolutis, dignam coelo lauream est consequuta, data igni cremanda ab hominibus Apostolicae Sedi maxime infensis, nimis aegre ferentibus se a puella devictos.

Etsi Ven. Ioannae vita perpetuum fuerit visa prodigium, eiusque fama sanctitatis ac rerum gestarum vulgata sic esset, ut impertita Iudith laus ipsi conveniret: *in omni gente) quae audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel (Ina. xm,* 31); nihilominus divinae Providentiae placuit Ecclesiae iudicium de virtutibus in gradu summo eiusdem Ven. Puellae novis miraculis confirmare. Super horum tria, accurata inquisitio peracta est tabulaeque iudiciales a SS. Rituum Congregatione recognitae ac probatae sunt.

Primum accidit miraculum, ordine propositionis, in Aurelianensi domo sororum Ordinis S. Benedicti; anno MCM. Soror Teresia a S. Augustino ulcere in stomacho per triennium divexata, praecipiti in dies morbo, atque omni spe sanationis abiecta, extrema morientium sacramenta erat receptura. Ecce autem ultimo die institutae novendiahs supplicationis ad implorandam opem Ven, Ioannae, mane lectulo surgit, Sacro adest, libere vescitur, ad pristina munia redit, illico perfecteque sanata.

Alterum contigit miraculum anno MDCCCXCIII in oppido *Faverolles.* Iulia Gauthier a S. Norberto e congregatione Ebroicensi divinae Providentiae, annum supra decimum insanabili ulcere fungoso eretistico in sinu sinistro laborabat. Ineflabilibus doloribus cruciata quindecim annis praecisa omni spe salutis, sibi adscitis octo puellis, gradum difficilem moli tur usque ad templum ut Ven. Ioannae opem implorarét. Imploravit, ipsoque die e vestigio integreque sanatam se sensit, obstupescentibuS medicis,' ceterisque qui aderant.

Tertium experta miraculum est anno MDCCCXCI, in oppido *Fruges,* soror Ioanna Maria Sagnier'e'congregatione S. •Familiae. Trimense iam spatium atrocissimis doloribus in utroque crure vexabatur, subörtis in diésque crescentibus ulceribus et abscessibus, nihilque proficientibus medicis; qui de osteo-periostite chronica tuberculari agi iudicarunt. Sed insperatam attulit salutem invocata Ioanna de Arc, die ab institutis precationibus quinto, quo die aegrota mane surrexit ex improviso perfecteque sanata.

De his tribus miraculis instaurata triplex actio est; prima in antepraeparatorio coetu in aedibus Revmi Cardinalis Dominici Ferrata causae Relatoris, habito pridie idus novembres superioris anni: altera in praepà-

ratono conventu ad Vaticanum coacto, quinto idus iunias volventis anni; tertia denique in generali consessu coram SSmo D. N. Pio PP. X octavo calendas decembres eiusdem anni congregato, in quo a memorato Rmo Cardinali Dominico Ferrata propositum est dubium: *an et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Cui dubio quum Revmi Cardinales et Patres Consultores constare respondissent, SSmus Pater, libenter exceptis omnium suffragiis, supremum iudicium suum distulit in alium diem, spatium sibi ceterisque sumens exposcendi superni luminis in tam gravi negotio.

Hodierno vero die, Dominica III Adventus D. N. Iesu, idem SSmus Pater, Sacro devotissime perlitato in domestico sacello, ad nobiliorem aulam Vaticanam digressus ac pontificio solio assidens , ad se accivit Revmos Cardinales Seraphinum Cretoni S. R. C. Praefectum et Dominicum Ferrata, una cum R. P. Alexandro Verde, sanctae fidei Promotore, meque infrascripto a secretis, iisque adstantibus solemni decreto sanxit, *constare de tribus miraculis;* de primo: *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Teresiae a S. Augustino a chronica ulceralione stomachi;* de altero : *instantaneae perfectaeque sanationis sororis luliae Gauthier a S. Norberto ab ulcere fungoso eretistico in sinu sinistro;* de tertio: *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Ioannae Mariae Sagnier ab osteo-periostite chronica tuberculari.*

Hoc autem decretum in vulgus edi et in acta SS. RR. Congregationis referri iussit, idibus decembribus anno MDCCCCVIII.

CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. }$i S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IX.

BAIOGEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOANNIS EUDES MISSIONARII APOSTOLICI INSTITUTORIS CONGREGATIONIS IESU ET MARIAE ATQUE ORDINIS B. M. V. A CARITATE.

Super dubio : *an, stante approbatione virtutum et trium miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem eiusdem Ven. Servi Dei beatificationem.*

Ubi constat *universam hominum infatuatam esse naturam et peccatorum vi corruptum,* uti habet Chrysostomus Horn, xv in Matth., apostolici viri quibus dictum est, *vos estis sal terrae - ab illa putredine liberatam aspergebant sale et in ea novitate conservabant, quam a Domino susceperunt* (ib.).

Conservatores huiusmodi non paucos sortita est saeculo xvii Gallia, in qua immania vitia saepe magnis sunt repensata" virtutibus, et effossae ab impiis ruinae aédiñcationibus impletae sofidissimis, quoties viri extiterunt quales Franciscus Regis, Vincentius a Paulo. Horum nempe immortali memoriae consociatum est nomen Ioannis Eudes, cui hodie, bonorum communi laetitia, Beatorum caelitum honores decernuntur.

Ac merito quidem, agitur enim de Ven. Dei Servo, cuius nulla'vitae pars ab eminenti sanctitate déflexit; **non** puerilis aetas innocentissime ducta; non iuvenilis qua, spretis illecebris, totusque Deo adhaerens, fidei loricam doctrinaeque armaturam accingere didicit; non denique virilis, in qua, nota caritatis e mi cante, fuit ipse vere *sal* ierrae, quatenus *non intra se recte facta concludit, verum in aliorum quoque utilitatem praeclaros hos fecit efßuere fontes* (Chrys., Horn, xv in Matth.). Ingentes quippe labores exantlavit, multa constantissime toleravit ut corruptos Gallorum mores emendaret et cleri educationi prospicere! Nec hominum conditio fuit ulla, quae miserrimis iis temporibus non eo fuerit sale servata. Qui enim *in commune commodum vitam instituit* (Chrys., ib.), qui grassante Asiatica lue medium se in periculum iniecit, qui Vincentio a Paulo usus est familiariter, huic nulla profecto caritatis industria inexplorata fuit, nulla ratio procurandae salutis impervia.

Ortus in pago *Ry* Sagiensis dioecesis xvni cal. decembr, anno MDCJ, strenuum vitae cursum sanctissime explevit xiv cal. septémbr. anno MDCLXXX, suarum virtutum relinquens haeredes varias ab se conditas congregationes, praesertim Iesu et Mariae, de quorum cultu tam apte tam suaviter fundebat orationem ut fidelium mentem praeclara eorumdem existimatione imbueret, et animum amore inflammaret; adniiratores autem suae sanctitatis, non modo Gallos, sed pene quotquot habentur in terris veri nominis Christi fideles. Cui hominum testimonio, quasi suffragante Deo, quum prodigia accessissent, eaque fuissent rite probata, causa denuo agitata est, et super tribus miraculis actio instituta, quibus de singulis SSmus D. N. Pius Papa X constare edixit decreto edito quinto non. maias huius anni.

Post haec unum inquirendum iuxta sacri huius Fori statuta supererai, utrum Beatorum caelitum honores Ven. Dei Servo Ioanni Eudes tuto decerni possent. Itaque in generali conventu sacrae huius Congregationis, habito coram SSmo D. N. Pio Papa X, octavo cal. Decembris labentis anni, Rmus Cardinalis Dominicus Ferrata causae Relator discutiendum dubium proposuit: *an, stante approbatione virtutum et trium miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem Ven. Servi Bei Ioannis'Eudes beatificationem.* Quamvis vero Rmi Cardinales et PP: Consultores unanimi suffragio tuto procedi posse respondissent, nihilominus Beatissimus Pater supremum iudicium

suum distulit in alium diem, ut sibi aliisque copia suppeteret divinae opis implorandae.

Tandem hodierno die, Dominica III Adventus D. N., Salutari Hostia ferventer oblata, ad vaticanas aedes accivit Rmos Cardinales Seraphinum Cretoni S. R. C. Praefectum et Dominicum Ferrata causae Relatorem, item R. P. Alexandrum Verde sanctae fidei Promotorem et me infrascriptum a secretis, iisque adstantibus rite pronunciavit, *tuto procedi posse ad solemnem Ven. Servi Dei Ioannis Eudes beatificationem.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, in acta SS. Rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas sub plumbo de beatificationis solemnibus in patriarchali Basilica Vaticana, ubi primum licuerit celebrandis, expediri mandavit, idibus Decembris anno MDCCCCVIII.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

✝ D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

X.

SINARUM SEU MANILEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VEN. SERVI DEI FRANCISCI DE CAPILLAS SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS PRAEDICATORUM.

Super dubio : *an, stante approbatione martyrii et causae martyrii signis ac miraculis a Deo illustrati et confirmati, tuto procedi possit ad solemnem Ven. Servi Dei beatificationem.*

Splendida saepe nostris auribus inculcantur nomina profanorum hominum, quibus, non vera virtus, sed infensus religioni animus peperit caducos triumphos. Nec defuerunt, quoniam vitia quoque suos deos et martyres habent, qui *adoraverunt bestiam,... cui datum est os loquens magna et blasphemias* (Apoc. XIII, 4, 5) illatique eidem ab Ecclesia vulneris inexpiabiles poenas repetendas esse clamitarunt. His profecto memoria excidit, pro uno vel altero quem ipsi martyrem iactant, stare interfectorum pro Christo centies centena millia; his non auditae sunt voces clamantium sub throno Dei: *vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est.* Ceterum, relicta humanarum iniquitatum ultione ei qui dixit, *mihi vindicta et ego retribuam* (Hebr. x, 30), magno solatio bonis omnibus esse debet, in praesenti universae Ecclesiae martyrio, novo exemplo praesidioque muniri per decretos Beatorum caelitum honores invicto Christi athletae, hispanico civi, Francisco De Capillas.

Is inter apostolicos viros, quos inclytus Ordo Dominicianus ad religionis et humanitatis incrementum plurimos dedit, peculiari titulo nitet protomartyris in imperio Sinensi. Hanc vero illi gloriam, non fors obiecit, sed domesticae prius ac deinde religiosae vitae disciplina praeparavit, cuius tanta fuit asperitas, ut de se affirmare posset : *castigatio mea in matutinis* (Ps. Lxxn, 14). Etiam tum paene adolescentulus, desiderio flagrans oppetendae pro Christo mortis, longinquas et barbaras regiones, ardua itinera, apostolicos labores animo volvebat. Voti compos effectus ac Manilam appulsus, primum in Cagaian provinciam, mox in varias Sinensis Imperii regiones, totum se caritati devovens, sanctissimae nostrae religionis beneficia effudit, donec a Tartaris, christiano nominis infensissimis, occupata Fokiensi provincia, in qua tum versabatur, experiri coepit ethnicum odium. In ius raptus, instantis tyranni vultum adspexit impavidus, conflatas criminationes libera voce disiecit ; teterrima deinde supplicia, per dies multos repetita, ea constantia pertulit, ut stupore perculsi magistratus atque carnifices, magicis artibus rem attribuerint. Quae vero responsa dedit in mediis cruciatibus, digna plane priscis martyrum actis, divina illa promissa confirmant : *dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini* (Matth, x, 19). — Cruore perfusum ex horribili fustigatione aliisque cruciatibus, ac paene confectum, tandem decimo octavo calendas Februarii anno MDCXLVIII ensis ictus eripuit iniquissimis manibus ; dumque caput abscissum cum reliquo corpore inhumatum proiicitur, ut est in sacris Litteris, *posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae,* animus, contrito laqueo, ad sempiternae beatitatis locum advolavit.

Collectis post bimense spatium beati Viri reliquiis huiusque fama martyrii, non solum late diffusa, sed variis illustrata signis, Pius X P. M. ex SS. Rituum Congregationis consulto, quarto nonas Augusti labentis anni de ipso martyrio eiusque causa et signis constare edixit. Unum inquirendum supererat, utrum caelitum Beatorum honores tuto eidem martyri decerni possent. Itaque in generali conventu, habito coram SSmo D. N. octavo calendas Decembris, quum Revmus Cardinalis Iosephus Calasanctius Vives y Tuto causae Relator dubium proposuisset, *an, stante approbatione martyrii et causae martyrii signis et miraculis a Deo illustrati et confirmati, tuto procedi possit ad solemnem huius Venerabilis Servi Dei beatificationem,* Revmi Cardinales et PP. Consultores suam singuli protulere sententiam. At Sanctissimus Pater, etsi eorum suffragia laetus exceperit, supremum suum iudicium distulit in alium diem.

Hodierno vero die, Dominica III Adventus, idem SSmus Dominus, Sacro peracto in domestico sacello, nobiliorem aulam Vaticanae aedis ingressus et pontificio solio assidens iussit coram se consistere Revmos

Cardinales Seraphinum Cretoni SS. Rituum Congregationi Praefectum, et Iosephum Calasanctium Vives y Tuto causae Relatorem, una cum R. P. Alexandro Verde sanctae fidei Promotore meque infrascripto a secretis, iisque adstantibus, solemni decreto sanxit, *tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Dei Servi Francisci De Capillas beatificationem.*

Hoc autem decretum evulgari, in acta SS. Rituum Congregationis referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de beatificatione quandocumque celebranda expediri iussit, idibus Decembris anno MDCCCCVIII.

S. Card. CRETONI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

XI.

GOGHINQUINEN. TUNQUINEN. ET SINARUM.

DECRETUM BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VEN. SERVORUM DEI STEPHANI THEODORI CUÉNOT EPISCOPI METELLOPOLITANI, IOANNIS PETRI NÉEL, PETRI FRANCISCI NERÓN, THEOPHANIS VÉNARD, MISSIONARIORUM APOSTOLICORUM ET SOCIORUM IN ODIUM FIDEI AB IDOLOLATRIS INTERFECTORUM.

Super dubio: *an, stante approbatione martyrii eiusque causae signis ac miraculis a Deo illustrati et confirmati, tuto procedi possit ad solemnem Ven. Servorum Dei beatificationem.*

Diuturno licet incruento, huius aetatis tentati bello veri Christi fideles habent profecto unde animum sumant, quoties memoria repetant, qua fortitudine Deus martyres roboraverit, et cuius gloriae participes ipsos effecerit. Resonat adhuc caedis rumor, quae superiore saeculo Sinarum partem ac finitimarum regionum cruentavit; cum eoque rumore vox est coniuncta laetitiae, recinens Paulinam sententiam : *non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis.* Opportuno igitur tempore providentissimus Deus per catholicae Ecclesiae sententiam gloriosam athletarum phalangem ad Beatorum caelitum honores evehit, sive ut ineptiores intelligant, deiecto Christo, dominari pessimam servitutem cum vitae et necis arbitrio : ipso incolumi, in tuto esse humanam libertatem, iuxta illud, *ubi spiritus Dei ibi libertas ;* sive ut catholici homines de Ecclesiae fortuna trepidantes in optimam spem erigantur, secum reputantes, quemadmodum *oportuit Christum pati et ita intrare in gloriam suam-,* sic Ecclesiae eiusque filiis per Calvariae semitam sterni iter ad triumphos.

In ea lucta innocentiae, cum fraude,- mansuetudinis cum odio, inermi s impotentiae, cum vi,, anceps iudicium haeret, utrum siuporem afferat magis ferocia carnificum, an martyrum invicta patientia.-Hinc enim supplicai omne genus apparabatur, ,a durissimo exilio, quod Ven..Paulus Loc prae.ipsa morte timere affirmabat, ad famem, sitim, contumelias,, eonvkia, ludibria, ex parte multitudinis,;.quae infiala.tuba ad ferale spectaculum, tamquam ad nundinas, vocabatur;; praeterea catenae, cavea e, verbera, .laquei, palus, crux, obtruncatio cervicis. Contra haec-autem singularis patientium fortitudo eminet, usque adeo ut, prae horrore repudiandi christiani nominis crucemque proculcandi, vel teterrimos cruciatus loco deliciarum haberent, quemadmodum de passione Ven. Laurentii Huong acta referunt, qui gravissima compede oneratus, complorantibus multis: « Canga ista, inquit, « vere ños est, quem Deus dignatus est mihi donare ». Eodem animo ceteri, omnis conditionis ac sexus, ad numerum triginta tres, quos inter eminet Venerabilis Servus Dei Stephanus Theodorus Cuénot, Episcopus Metellopolitanus, sCum .tribus sacerdotibus Societatis Parisiensis a missionibus exteris nuncupatae, tortorum furias saevamque necem exceperunt; quorum omnium incredibile robur infideles ipsi obstupescentes fateri debuerunt, qui semel christianae religioni adhaesissent, eos omnem poenarum mortisque metum excutere.

De horum pugilum martyrio in odium christianae fidei suscepto, signisque pluribus illustrato, expensis de more probationibus, constare edixit SSmus D. N. Pius PP. X decreto edito quarto nonas sextiles volventis anni. Unum inquirendum, iuxta sacri huius Fori instituta, supererat, utrum Beatorum caelitum honores strenuis iisdem fidei adsertoribus tuto decerni possent. Itaque in generali conventu habito octavo calendas Decembris huius anni coram SSmo, D. N., Rmus i Cardinalis Dominicus Ferrata causae Relator dubium proposuit: *an, stante approbatione martyrii eiusque causae signis ac miraculis a Deo illustrati et con firmati, hito procedi possit ad solemnem horum Venerabilium Servorum, Dei. beatificationem. Quo* super dubio quum Rmi Cardinales et PP. Consultores unanimi suffragio tuto procedi posse affirmassent, Beatissimus Pater supremum iudicium distulit in alium diem. , , . .

Hodierna igitur die, Dominica III Adventus Domini Iesu, post litatum Sacrum in domestico sacello, inde digressus, nobiliorem aulam vaticanam subiit, ibique pontificio solio assidens advocari iussit Rmos Cardinales Seraphinum Cretoni SS. Rituum Congregationi Praefectum, eumdemque causae Relatorem Dominicum Ferrata-una cum R. P. Alexandro Verde sanctae fidei Promotore, meque infrascripto a secretis, iisque adstantibus edixit, *tuto procedi posse ad solemnem beatificationem Venerabilium Servo-*

rum Dei Stephani Iheodori Cuénot Episcopi Metellopolitani, Ioannis Petri Néel, Petri Francisci Néron, Theophanis Vénard, missionariorum apostolicorum et sociorum in odium fidei ab idololatris interfectorum.

Hoc autem decretum publici iuris fieri, in acta SS.- RR. Congregationis referri, Litterasq-ue Apostolipas;.in forma previa. #e- «solemnibus-, .beatificationis in Basilica Vaticana ubi primum licuerit celebrandis, expediri iussit idibus decembribus anno MDCCCCVIII.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

b. S. ; f D. Panici, Archiep. Laodicen,, *Secretarius.*

XII.

NEO-EBORACEN.

Nuperrime sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur, pro opportuna declaratione, rite ac reverenter exposita sunt, nimirum:

Per omnes fere regiones Statuum foederatorum Americae septentrionalis, nomine chori designatur solummodo quidam coetus paucorum cantorum tum foeminarum quum virorum, qui seliguntur ad officium textus liturgicos intra Missas solemnes cantandi. Hic chorus, seu coetus virorum ac mulierum, seu puellarum, in loco eius soli usui destinato extra cancellos, immo plerumque longissime ab altari positus est, nec alius habetur chorus qui textus liturgicos cantet vel recitet. Hinc quaeritur, utram ratione habita decreti de cantu mulierum in ecclesiis *(Angelopolitana'* 17 Ianuarii 1908), quo concessum fuit ut intra christifideles-viri et pueri, quantum fieri potest, suam partem divinis laudibus concelebrandis conferant, haud exclusis tamen, maxime ipsorum defectu, mulieribus et puellis, talem chorum seu coetum virorum ac mulierum supradescriptum, in loco ab altari remotissimo positum, et chori liturgici fungentem officio, posthac adhibere liceat.

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisitis utriusque Commissionis tam liturgi.cae^quam dejnusica et cantu sacro suffragiis, omnibus maturo examine perpensis, propositae quaestioni ita respondendum censuit: Prout exponitur, negative, et ad mentem *. Die 18 Decembris 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. £g S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

* *Mens* est, ut viri a mulieribus et puellis omnino sint separati, vitato quolibet inconvenienti, et onerata super his Ordinariorum conscientia.

L..fß S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO

PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

Declaratio authentica de conditione filiorum qui parentes habent mixtos *seu* mestitios, *quoad privilegia Americae Latinae concessa per Litteras Apostolicas* Trans Oceanum *diei 18 Aprilis 1897.*

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI.

Die 15 Septembris 1908.

Proposito dubio, an filii *mixtorum* seu *mestitiorum* gaudeant privilegiis Americae Latinae a f. r. Leone PP. XIII per Litteras Apostolicas *Trans Oceanum* diei 18 Aprilis 1897 concessis; SSmus Dnus N. Pius Papa X, referente me infrascripto sacrae Congregationis Negotiis ecclesiasticis extraordinariis praepositae Secretario, haec quae sequuntur declaranda censuit:

Filii *mixtorum* seu *mestitiorum* praefatis privilegiis uti valent, dummodo ambo parentes vere *mixti* seu *mestila* sint, idest uterque eorum seiunctim absolutam medietatem sanguinis indici vel nigritici habeat.

Et ita Sanctitas Sua publicari et servari mandavit, contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die, mense et anno praedictis.

L. © S.

R. Scapinelli, *Secretarius.*

VICARIATUS URBIS

DECRETUM

Cum libellum periodicum nuperrime editum, qui inscribitur *Rivista di Cultura — Direzione e Amministrazione: Roma Piazza S. Eustachio, 83 — Gualdo di Macerata,* christifidelibus detrimento esse putemus et scandalo; eumdem, auctoritate nostra ordinaria, prohibemus et proscribimus, atque prohibitum et proscriptum declaramus.

Nemo ideo eum legat vel eidem se consociet, sub poena peccati gravis. Praeterea si quis e clero saecularis vel regularis id fecerit, noverit se suspensionem a divinis ipso facto incurrisse.

Obiter admonemus facultatem generalem legendi libros prohibitos contra decretum hoc nostrum minime valere.

Datum Romae, die 28 Decembris 1908.

PETRUS RESPIGHI, *Card. Vicarius.*

L. |$i S.

F. Can. Faberi, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL S. OFFIZIO

*

DICHIARAZIONE

L'Illrno e Rmo Mons. G. B. Lugari, Assessore del S. Offizio, comunica : Il sacerdote Giuseppe Cichy, della diocesi di Montevideo ed attualmente in Roma, aveva in questi ultimi tempi con alcune sue pubblicazioni data occasione di scandalo ai fedeli e di grave dolore ali Autorità ecclesiastica. Ora siamo lieti di annunziare che il detto sacerdòte, opportunamente ammonito, ha. riconosciuto ih suo torto, e, desideroso di riparare il mài fatto, ha eméssa la seguente dichiarazione che vuole pubblicata ad edificazione del popolo cattòlico: « Io sottoscritto, autóre della ***let-« tera in risposta alla recente esortazione del Papa al clèro cattolico,*** dichiaro « d'aver scritto questa lettera, come gli altri scritti da me pubblicati, in momenti di « esasperazione; ma smentisco tutte le pubblicazioni da me ***inconsultamente*** fatte, « ritratto anche quanto in detti scritti dal magistero della Chiesa Apostolica Romana « è riconosciuto contrario alla fede e alla disciplina della Chiesa cattolica; chiedo « pure scusa per la forma ingiuriosa negli scritti usata contro il Papa e la Gerar-« chia ecclesiastica, e sono pronto di eseguire quanto mi sarà ordinato dal Papa « a cui professo sincera obbedienza.

«Roma, 30 Novembre 1908. « Sac. Giuseppe Cichy».

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

10 Novembre 1908. — Mons. Giuseppe Cecchini, dei Predicatori, Vescovo titolare di Alicarnasso e Prelato Ordinario di Altamura e Acqua viva d elle Fonti, con decreto concistoriale è stato nominato Amministratore Apostolico di Taranto.

11 Novembre. — Mons. Agostino Klinke, diocesano di S. Carlo di Ancud nel Chili, è stato promosso con bolla pontificia alla chiesa titolare vescovile di Proconneso.

15 Novembre. — Mons. Pietro Alfonso Iorio, già Arcivescovo di Taranto e ora Vicario della patriarcale basilica Vaticana, con bolla pontificia è stato nominato alla chiesa titolare arcivescovile di Nicomedia.

27 Novembre. — Mons. Paolo Maria Barone, Arcivescovo titolare di Melitene, è stato con bolla pontificia trasferito alla sede metropolitana di Siena.

1 Dicembre 1908. — Mons. Lodovico Francesco Sueur, già Arcivescovo di Avignone, con bolla pontificia è stato nominato alla chiesa titolare arcivescovile di Gerapoli.

2 ***Dicembre.*** — Mons. Giuseppe Mora, Vescovo di León nel Messico, con bolla, pontificia è stato promosso alla sede metropolitana di Messico.

5 Dicembre. — Mons. Alberto Giuseppe Goncalves, diocesano di Curityba, con bolla pontificia è stato promosso alla sede cattedrale di Ribeicaò Preto nel Brasile.

24 Dicembre. — Mons. Dionisio 0' Gonnel, Vescovo titolare di Sebaste e rettore della Università cattolica di Washington, con decreto concistoriale è stato nominato' Ausiliare di Mons. Patrizio Guglielmo Riordan, Arcivescovo di S. Francisco in California.

30 Dicembre. — Mons. Luigi Ermini, Protonòtario apostolico soprannumerario, è stato promosso con bolla pontificia alla chiesa titolare vescovile di Amata colla deputazione in Ausiliare dell' Emo e Rmo Sig. Card. Serafino Vannutelli, Vescovo di Porto e S. Rufina.

2 Gennaio 1909. — L'Emo e Riño Sig. Card. Paolino'' Pietro Andrieu, Vescovo di Marsiglia, con bolla pontificia è stato traslato' alla sede metropolitana di Bordeaux.

'9 Gennaio. — Móns. Giuseppe Pädula, Vescovo di Avellino, con decreto concistoriale è stato nominato Amministratore Apostolico di Bovino.

S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

DECRETO

In data 14 Dicembre 1908 la S. Congregazione emanava il decreto seguente: « Cum plures Episcopi a SSflio D. N. Pio div. prov. Papa X humillime efflagita- « verint ut in proxima solemnitate Circumcisionis D. N. I. C, quae anno 1909 « ncidit in feriam sextam, dispensationem a lege abstinentiae benigne indulgere «vellet, Sanctissimus in audientia pridie huius diei, audita relatione infrascripti «Secretarii et perpensis rationibus in precibus allatis, eorumdem sacrorum Anti- « stitum vota obsecundare cupiens, petitam dispensationem a lege abstinentiae, « prima die proxime insequentis anni 1909 tantum, pro universa Ecclesia conce- « dere dignatus est, ac super hoc a sacra Congregatione Concilii praesens decretum « edi mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

« Datum in Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die 14 Decembris « anni 1908,

« C. CARD. GENNARI, ***Praefectus.***

L. ✠ S.

« B. Pompili, ***Secretarius*** ».

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI DA TENERSI NELL'ANNO 1909.

12 Gennaio — Congregazione generale sopra i miracoli del B. Clemente Hofbauer.
26 » — Congregazione preparatoria sopra le virtù del Ven. Benigno Joly.
9 Febbraio — Congregazione particolare.
2 Marzo — Congregazione preparatoria sopra le virtù della Ven. Maddalena di Canossa.
9 » - Congregazione ordinaria.
30 » - Congregazione antipreparatoria sopra i miracoli della Ven. Anna Maria Taigi.
20 Aprile — Congregazione generale.
4 Maggio — Congregazione ordinaria.
18 » — Congregazione nuova preparatoria sulle virtù del Ven. Giovanni Nepomuceno Tschiderer.
8 Giugno - Congregazione antipreparatoria sulle virtù del Ven. Antonio Maria Gianelli.
22 » — Congregazione ordinaria.
6 Luglio — Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Giuseppe Maria Pignattelli.
20 » — Congregazione particolare.
27 » — Congregazione preparatoria sulle virtù della Ven. Florida Cevoli.
10 Agosto — Congregazione ordinaria.
17 » — Congregazione antipreparatoria sopra i miracoli della Ven. Maria Crocifissa.
16 Novembre — Congregazione antipreparatoria sulle virtù del Ven. Batt. Jossa.
23 » — Congregazione generale.
7 Dicembre — Congregazione ordinaria.
14 » — Congregazione particolare.
21 » — Congregazione antipreparatoria sulle virtù della Ven. Teresa Eustochio Verzeri.

13 Dicembre 1908. — È stata data lettura dei decreti ***coram Sanctissimo*** sopra i miracoli della Venerabile Giovanna d'Are ; e sopra il ***tuto*** di beatificazione del Ven. Giovanni Eudes, fondatore della congregazione di Gesù e Maria; del Venerabile Francesco De Capillas protomartire della Cina, dell'Ordine dei Predicatori; e dei Venerabili Teofane Vénard e compagni martiri della Cocincina e del Tonchino.

22 Dicembre. — Presso l'Erno e Rmo Signor Cardinale Domenico Ferrata, Ponente della causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Gaetano Errico,

fondatore della congregazione dei sacri Cuori, si è tenuta la Congregazione dei sacri Riti antipreparatoria, nella quale dai Rmi Prelati e Consultori teologi si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal medesimo Venerabile Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con biglietto della Segreteria di Stato, Sua Santità si è degnata di nominare

2 Novembre 1908. — Mons. Giuseppe De Bisogno dei marchesi di Casaluce, Economo e Segretario della Rev. Fabbrica di S. Pietro.

19 Dicembre 1908. — S. E. Rina il Sig. Card. Giuseppe Calasanzio Vives y Tuto, Protettore dell'Opera di S. Francesco di Sales, di Parigi.

— S. E. Rina il Sig. Card. Aristide Rinaldini, Protettore della confraternita di S. Wivina del Sablou, di Bruxelles.

29 Dicembre. — Il Rmo P. Leopoldo Fonck d. C. d. G., professore di sacra Scrittura nella pontificia Università Gregoriana, e il Rmo M. Eugenio Pannier, professore di sacra Scrittura nella Università cattolica di Lilla, Consultori della Commissione per gli Studi Biblici.

2 Gennaio 1909. — Il Santo Padre col cuore profondamente amareggiato dall' immane sventura che ha colpito così duramente e nella vita e nelle sostanze tanti suoi figli diletti in Calabria e in Sicilia, per mostrare ai desolati superstiti tutto il suo vivo interessamento, e per essere direttamente informato delle tristissime condizioni locali, ha deciso di inviare nel suo augusto nome in Calabria ed in Sicilia una speciale Commissione, composta di Mons. Giovanni Bonzano, suo Prelato Domestico e Rettore del Collegio Urbano di Propaganda Fide, del signor cav. Camillo Serafini, custode del pontificio Gabinetto numismatico e Cameriere d'onore di S. S., e del Sig. dott. Enrico Arrigo. La sopranominata Commissione è incaricata, oltre che di mostrare la parte intensa e vivissima che il Santo Padre prende a così luttuosa sciagura, di accordarsi altresì colle locali autorità ecclesiastiche sulle modalità per provvedere, in quanto è possibile, ai più stringenti bisogni.

ONORIFICENZE

La Santità di N. S. Pio Papa X si è benignamente degnata di conferire le seguenti onorificenze ai Capi ed addetti delle varie Missioni diplomatiche straordinarie, inviate per il Giubileo sacerdotale della medesima Santità Sua:

18 Novembre 1908. — A S. A. S. il signor Principe Carlo Schwarzenberg, la gran Croce dell'Ordine Piano; al signor Conte Adalberto Schönborn, già insignito della gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, una medaglia d' oro di grande dimensione; al signor Conte Alessandro Khuen-Hodervary, la Croce di Cavaliere dell'Ordine Piano;

18 Novembre 1908: — A S. E. il signor Barone Clemente de Sch orlemer la gran Croce dell'Ordine Pianò; al signor Oscar von Oheims, già insignito della Commenda dell'Ordine Piano, la Placca del medésimo Ordine; al signor Conte Adelmann von Adelmannsfelden, la Croce di Cavaliere dell'Ordine Piano;'

— A S. E. il signor D. Francesco d'Assisi Duca della Conquista, la gran Croce dell'Ordine Piano; al signor D. Emilio Palacios, la Commenda dell'Ordine Piano; al signor D. Leopoldo Boado Montes, la gran Croce dell'Ordine di San Silvestro;

— A S. E. Rma Mons. Antonio Ayrès de Gouvéa Osorio, Arcivescovo titolare di Calcedonia, Ambasciatore straordinario di S. M. Fedelissima il Re Manuel II di Portogallo, Sua Santità ha fatto dono di una artistica e ricca Croce pettorale gemmata;

— A S. E. il signor Guglielmo Federico Jonkeer von de Poli, la gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno (classe militare); al signor Conte Giuseppe Enrico Felice du Monceau, la Commenda dell' Ordine di San Gregorio Magno (classe militare);

— A S. A. S. il signor Principe Giovanni de Hohenlohe-Bartenstein-et-Jagstberg, la gran Croce dell' Ordine Piano ; al signor Conte Giuseppe de Arco Zinneberg, la Commenda dell'Ordine Piano; al signor Francesco de Stokhamer, la Croce di Cavaliere dell' Ordine Piano ;

— A S. E. il signor Conte Gioachino de Schönburg-Glauchan, la gran Croce dell' Ordine di S. Gregorio Magno ; al signor Barone Giuseppe Schönberg-Roth-Schönberg, la Croce di Cavaliere dell'Ordine Piano;

— A S. É. il signor Conte Paolo de Smeet de Naeyer, già Presidente del Consiglio dei Ministri nel Belgio, la gran Croce dell'Ordine Piano; al signor Barone Maurizio de Snoy, la Commenda dell' Ordine Piano ; al signor Barone Alber o d' Hiiart, la Commenda dell' Ordine di S. Silvestro ; ai signor Enrico Davignon, la Croce di Cavaliere dell' Ordine Piano.

5 Gennaio 1909. — A S. E. il signor Ulpiano *A.* de Venezuela, Inviato straordinario e Ministro plenipotenziario della Colombia, la gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno.

23 Dicembre 1908. — La Santità di N. S. Pio PP. X volendo dare, nella fausta ricorrenza del suo Giubileo sacerdotale, un attestato di particolare benevolenza e di sovrana considerazione ai superstiti del disciolto esercito pontificio per le prove di fedeltà e di attaccamento da essi date alla Santa Sede, si è benignamente degnata di conferire ad alcuni fra gli Ufficiali superiori del medesimo esercito le seguenti onorificenze: '

L'Ordine della Milizia durata o dello Speroh d'oro ài signori: Conte Bernardo Bfumenstihl, già Colonnello d'artiglieria, rappresentante i superstiti del disciolto esercito pontificio, Presidente dell'associazione *La Fedeltà;* Barone Atanasio de Charette, già Tenente Colonnello degli Zuavi pontifici e Generale di Brigata in Francia; Conte Odoardo Ubaldini, già Capitano nei Cacciatori.

L' Ordine della *Milizia aurata* o dello *Speron d'oro fu,*per autorità del regnante Sommo Pontefice Pio X, con Breve in data 7 Febbraio 1905, distaccato dall'Ordine di S. Silvestro e ridonato al grado primiero, anzi abbellito di novello splendore, essendo stato posto sotto'il celeste patrocinio della Vergine Immacolata. A quest' Ordine vengono annoverati soltanto quei personaggi specchiatissimi che o con le armi, o con gli scritti, o con opere segnalate abbiano giovato alla cattolicità, e o col valore abbiano difesa la Chiesa, o col sapere l'abbiano illustrata. L'Ordine della *Milizia aurata* ha una sola classe di Cavalieri e viene conferito per *motu proprio* del Sommo Pontefice. Detti Cavalieri non debbono, in tutto il mondo, oltrepassare il numero di cento, affinchè quanto minore sia il numero degli eletti, tanto maggiore ne sia la dignità. I süllodati signori hanno con ciò anche l'onore di essere i primi che, per pontificia disposizione, vengono insigniti della suddetta altissima onorificenza, dopoché col riferito Breve di Sua Santità è stata ripristinata;

— *La Commenda dell'Ordine Piano* ai signori : Conte Cav. Giulio Daudier, già Capitano d'artiglieria, Vice-Presidente dell'associazione *La Fedeltà;* Cav. Costantino Fiorelli, già Capitano d'artiglieria, Segretario della suddetta associazione; Cav. Augusto Fabiani, già Capitano nei Dragoni, Consigliere della medesima;

— *Il Cavalierato dell'Ordine Piano* ai "signori: Achille Ballardini, già Capitano nei Dragoni; Conte Gustavo di Carpegna, già Tenente nei Dragoni; Salvatore Salvaggi, già Tenente nei Gendarmi; membri tutti e tre del Consiglio di amministrazione dell'associazione *La Fedeltà.*

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Camerieri segreti soprannumerari.

3 Novembre 1908. — Mons. Francesco Cesar, rettore della cattedrale di Cordova;

— Mons. Bernardino Maciel, rettore del Seminario di Cordova.

5 *Novembre.* — Mons. Luigi Rosendo Leal, diocesi di Cordova;

— Mons. Antonio Brychta, professore di teologia, e canonico della cattedrale in Königgrätz;

— Mons. Albino Seidl, parroco di Praüsnitz (Königgrätz);

— Mons. Giuseppe Simek, parroco in Polnà (Königgrätz);

— Mons. Giovanni Barták, canonico della cattedrale di Königgrätz.

7 Novembre. — Mons. Giacobbe Brumai, prof, di teologia, diocesi- di Gorizia.

9 Novembre. — Mons. B. Giuseppe Klayatt, Vicario generale dell' archidiocesi Sira di Mossul.

U Novembre. — Mons. Antonio Wilczkiewicz, parroco in Olesno, diocesi di Tarnovia;

— Mons. Mattia Maryniarczyk, parroco in Jazowsko, diocesi di Tarnovia;

— Mons. Stanislao Dutkiewicz, professore nel Seminario diocesano, diocesi di Tarnovia.

15 Novembre. — Mons. Francesco Vanecek, canonico della cattedrale di Vysekraden (Praga);

— Mons. Edmondo Scholz, parroco di Grafenort (Praga);

— Mons. Celestino Hnizdell, parroco in Kapodorf (Vratislavia).

24 Novembre. — Mons. Carlo Goetz, segretario del Vescovo di Passavia;

— Mons. Bartolomeo Piceda, canonico in Buenos-Ayres;

— Mons. Lorenzo Macdonelli, parroco in Buenos-Ayres;

— Mons. Giacomo Usshex, cappellano, Prefetto delle Notarie ecclesiastiche dell' Arcivescovo di Buenos-Ayres;

— Mons. Alberto Costa, Vicario generale della diocesi di Borgo S. Donnino;

— Mons. Gaetano Gbizzoni, arciprete e vicario foraneo di Pieve Otto ville (diocesi di Borgo S. Donnino);

— Mons. Giovanni Preti, prevosto e vicario foraneo di Monticelli d'Ongina (Borgo S. Donnino);

— Mons. Alessio Usenicnik, prof, di teologia dogmatica (diocesi di Lubiana).

3 Dicembre 1908. — Mons. Ettore Migliaccio, canonico della cattedrale di Gerace ;

— Mons. Giuseppe Walzer, parroco in Stein, diocesi di S. Ippolito;

— Mons. Federico Schmidt, rettore del Seminario in S. Ippolito;

— Mons. Jacobo Skala, diocesi di Lusazia (Sassonia);

— Mons. Ferdinando Fischer, parroco della cattedrale di Dresda.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari.

4 Novembre 1908. — Sig. Giovanni Giorgio Kenyon.

7 Novembre. — Sig. Guglielmo Humprey Page, diocesi di Bruges.

12 Novembre. — Sig. Enrico Wakefield, Capitano dell' esercito Britannico.

24 Novembre. — Sig. Emiliano Conte Avogadro di Collobiano e della Motta, diocesi di Vercelli;

— Sig. Federico dei Conti Arborio Mella, diocesi di Vercelli.

3 Dicembre 1908. — Sig. Giulio Ostrowski, diocesi di Vladislavia

— Sig. Maurizio Conte de Louvencourt, diocesi di Nizza;

— Sig. Francesco d'Aquino dei Principi di Caramanico, diocesi di Napoli;

— Sig. Sbigneo Horodfinski de Korzak, diocesi di Premislia;

4 Dicembre. — Sig. Eugenio O'Keeffe, archidiocesi di Toronto (Canada).

Camerieri d' onore in abito paonazzo.

4 Novembre 1908. — Mons. Paolo Cabrera, diocesi di Cordova;
— Mons. Innocenzo Davila, diocesi di Cordova.

5 Novembre. — Mons. Emiliano Pohorechi, diocesi di Premislia.

lo Novembre. — Mons. Vincenzo dott. Marchini, segretario del Vescovo d'Imola.

3 Dicembre 1908. — Mons. Giuseppe dott. De Donno, diocesi di Otranto;
— Mons. Michele Casablanca, diocesi di Assunzione nel Paraguay d'America.

14 Dicembre. — Mons. Ottavio Donnini, diocesi di Livorno;
—^ Mons. Carlo Maria Kaufmann, diocesi di Gerace.

Camerieri d'onore di spada e cappa soprannumerari.

4 Novembre 1908. — Sig. Giorgio Bertrand, domiciliato in Neuilly;
— Sig. Edoardo Rousselle, avvocato, Parigi.

Cappellani d' onore extra Urbem.

24 Novembre 1908. — Mons. Giovanni Villar, canonico della cattedrale di Almeria;
— Mons. Francesco Alonso, parroco, diocesi di Almeria.

3 Dicembre 1908. — Mons. Andrea Matas, vicario corale, cooperatore parrocchiale e cerimoniere del Capitolo, diocesi di Spalato.

Camerieri d' onore extra Urbem.

3 Dicembre 1908. — Mons. Francesco Maselevic, diocesi di Banjaluka;
— Mons. Paolo Pajic, diocesi di Banjaluka.

Cappellani segreti d'onore.

24 Dicembre 1908. — Mons. Emidio Michetti.

Sotto-guardaroba e decano dei cappellani comuni.

17 Novembre 1908. — Mons. Francesco Campoli.

Bussolante di numero.

17 Novembre 1908. — Sig. Franchi Guglielmo.

ANTICAMERA PONTIFICIA

ORARIO DELLE UDIENZE REGOLARI

ANNO 1909.

GENNAIO.

Sabato 1 — Ore 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 17.30 — Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 3 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 4 — » 17.30 — Mons. Presidente dell'Accademia dei NN. EE.
» — » » — Mons. Promotore della Fede.
Martedì 5 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
» — » 17.30 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
» — » » — Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 7 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
» — » 17.30 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 8 — » 17.30 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 9 — » 10.15 — Emo Cancelliere di S. R. Chiesa.
» — » » • — Emo Prefetto degli Archivi Vaticani.
» — » 17.30 — Emo Vicario di Sua Santità.
Lunedì 11 — » 10.15 — Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
» — » 17.30 — Mons. Elemosiniere segreto.
» — » » — Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes*.
» — » » — Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 12 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
» — » 17.30 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 13 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
» — » 17.30 — Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 14 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
» — » 17.3.0 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 15 — » 10.15 — Emo Penitenziere Maggiore.
». — » 17.30 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 16 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 17.30 — Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 17 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Martedì 19 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
» — » 17.30 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
» '— » » — Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 21 -.- » 10.15 — EiTio Prefetto della S. C. di Propaganda.
» — » 17.30 — Mons. Assessore del S. Offizio.

Venerdì 22	Ore 17.30	Emo Segretario della S. G. Concistoriale.
Sabato 23	» 17.30	Emo Vicario di Sua Santità.
Lunedì 25	» 10.15	Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
	» 17.30	Mons. Elemosiniere segreto.
		Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
		Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 26	10.15	Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
»	17.30	Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 27	10.15	Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
»	17.30	Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 28 .	10.15	Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
»	17.30	Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 29	17.30	Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 30	17.30	Eolo Vicario di Sua Santità.
Domenica 31	10.15	Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.

FEBBRAIO.

Lunedì 1	Ore 17.30 —	Mons. Presidente dell'Accademia dei NN. EE.
»	» » —	Mons. Promotore della Fede.
Giovedì 4	» 10.15 —	Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
»	» 17.30 —	Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 5	» 10.15 —	Errio Penitenziere Maggiore.
»	» 17.30 —	Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 6	» 10.1.5 —	Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
»	» 17.30 —	Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 7	» 10.15 —	Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 8	» 10.15 —	Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
»	» 17.30 —	Mons. Elemosiniere segreto.
»	» » —	Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
»	» » —	Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 9	» 10.15 —	Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
»	» 18 —	Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 10	» 10.15 —	Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
»	» 18 —	Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 11	» 10.15 —	Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
»	» 18 —	Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 12	» 18 —	Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 13	» 10.15 —	Emo Cancelliere di S. R. Chiesa.
»	» » —	Em.0 Prefetto degli Archivi Vaticani.
»	» 18 —	Emo Vicario di Sua Santità.
Martedì 16	» 10.15 —	Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.

Martedì 16 —Ore 18 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
» — » » — Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 18 — » 10.15 — Emo Prefetto delia S. C. di Propaganda.
» — » 18 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 19 — » 10.15 — Emo Penitenziere Maggiore.
» — » 18 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 20 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 18 — Emo Vicario di Sua Santità.
Giovedì 25 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
» — » 18 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 26 — » 11 — Predica.
» — » 18 — Effio Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 27 — » 18 — Emo Vicario di Sua Santità.

MARZO.

Lunedì 1 — Ore 18.15 — Mons. Presidente dell'Accademia dei NN. EE.
» — » » — Mons. Promotore della Fede.
Martedì 2 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
» — » 18.15 — Mons. Segretario della S. C: di Propaganda.
» — » » — Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 4 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
» — » 18.15 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 5 — ». 10.15 — Emo Penitenziere Maggiore.
» — » 11 — Predica.
» — » 18.15 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 6 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 18.15 — Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 7 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 8 — » 10.15 — Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
» — ». -18.30--- Mons. Elemosiniere segreto.
» — » » — Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
» — » » — Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 9 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
» — » 18.30 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 10— » 10.15 — Effio Prefetto della S. C. dei Riti.
» — » 18.30 — Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 11 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
» — » 18.30 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 12 \— »' 10.30. — Predica.
» — » 18.3Q — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 13 — » 10.15 — Emo Cancelliere di S. R. Chiesa.
» — » » — Emo Prefetto degli Archivi Vaticani.

Sabato 13	Ore 18.30	Emo Vicario, di Sua Santità.
Martedì 16	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
»	» 18.30	Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
Giovedì 18	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
»	» 18.30	Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 19	» 10.15	Emo Penitenziere Maggiore.
»	» 11	Predica.
»	» 18.30	Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 20	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
»	» 18.30	Enlo Vicario di Sua Santità. . . .
Domenica 21	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 22	» 10.15	Enlo Datario con Mons. Sotto-Datario.
	» 18.45	Mons. Elemosiniere segreto.
		Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
		Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 23 -	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
»	» 18.45	Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 24	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
»	» 18.45	Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 25 •	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
»	» 18.45	Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 26	» 11	Predica.
»	» 18.45	Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 27	» 18.45	Emo Vicario di Sua Santità.

APRILE.

Giovedì 1	— Ore 10.15	— Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
»	— » 18.45	— Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 2	— » 10.15	— Emo Penitenziere Maggiore.
»	— » 11	— Predica.
»	— » 19	— Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 3	— » 10.15	- Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
»	— » 19	— Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 4	— » 10.15	— Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 5	— » 19	— Mons. Presidente dell'Accademia dei NN. EE.
»	— » »	— Mons., Promotore della Fede.
Martedì 6	— » 10.15	— Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
»	— » 11	-- Predica.
»	— » 19	— Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
»	— » »	— Rmo P. Maestro del S. P. A.
Mercoledì 14	— » 10.15	— Emo Prefetto della S. C. dei Riti. ^
»	— » 19	— Rmi Segretari della Commissione Biblica.

Giovedì 15 — Ore 10.15 — Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 16 — » 10.15 — Emo Penitenziere Maggiore.
» — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 17 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 18 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Martedì 20 — » 10.15 — Effio Prefètto della S. C. dei Religiosi.
» — » 19 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
» — » » — Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 22 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 23 — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 24 — » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Lunedì 26 — » 10.15 — Effio Datario con Mons. Sotto-Datario.
» — » 19 — Mons. Elemosiniere segreto.
» — » » — Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
» — » » — Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 27 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
» — » 19 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 28 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
» — » 19 — Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 29 — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 30 — » 19 — Effio Segretario della S. C. Concistoriale.

MAGGIO.

Sabato 1 — Ore 10.15 — Effio Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 19 — Effio Vicario di Sua Santità.
Domenica 2 — » 10.15 — Effio Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 3 — » 19 — Mons. Presidente dell'Accademia dei NN. EE.
» — » » — Mons. Promotore della Fede.
Martedì 4 — » 10.15 — Effio Prefetto della S. C. dei Religiosi.
» — » 19 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
» — » » — Rffio P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 6 — » 10.15 — Effio Prefetto della S. C. di Propaganda.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 7 — » 10.15 — Emo Penitenziere Maggiore.
» — » 19 — Effio Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 8 — » 10.15 — Effio Cancelliere di S. R. Chiesa.
» — » » — Effio Prefetto degli Archivi Vaticani.
» — » 19 — Effio Vicario di Sua Santità.
Lunedì 10 — » 10.15 — Effio Datario con Mons. Sotto-Datario.

Lunedì 10 — Ore 19 — Mons. Elemosiniere segreto.
» — » » — Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
» — » » — Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 11 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
» — » 19 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 12 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
» — » 19 — Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 13 — » 10.15 — EHIO Prefetto della S. C dell'Indice.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 14 — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 15 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 16 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Martedì 18 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
» — » 19 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
» — » ' » — Rmo P. Maestro del S. P. A.
Venerdì 21 — » 10.15 — Emu Penitenziere Maggiore.
» — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 22 — » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Lunedì 24 — » 10.15 — Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
» — » 19 — Mons. Elemosiniere segreto.
» — » » — Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
» — » » — Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 25 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
» — » 19 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gii Affari di rito orientale.
Giovedì 27 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 28 — » 19 — Enlo Segretario della S. C. Concistoriale.

GIUGNO.

Giovedì 3 — Ore 10.15 — Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 4 — » 10.15 — Emo Penitenziere Maggiore.
» — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 5 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 6 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 7 — » 19 — Mons. Presidente dell'Accademia dei NN. EE.
» — » » — Mons. Promotore della Fede.
Martedì 8 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. del Concilio.

Martedì 8 Ore 19 — Mons. Segretario della S. G. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 9 - » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
» » 19 — Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Venerdì 11 - » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 12 » 10.15 — Emo Cancelliere di S. R. Chiesa.
» » » — Emo Prefetto degli Archivi Vaticani.
» » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Lunedì 14 - » 10.15 — Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
» » 19 —Mons. Elemosiniere segreto.
» Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
» ' - Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 15 - » 10.15 Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
» » 19 Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
» » » Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 17 • » 10.15 Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
» » 19 Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 18 - » 10.15 Emo Penitenziere Maggiore.
» » 19 Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 19 » 10.15 Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» » 19 Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 20 » 10.15 Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Martedì 22 • » 10.15 Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
» 19 Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 23 — » 10.15 Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
» — » 19 Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Venerdì 25 — » 19 Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 26 — » 19 Emo Vicario di Sua Santità.
Lunedì 28 — » 10.15 Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
— » 19 Mons. Elemosiniere segreto.
Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
Mons. Segretario delle Lettere latine.

LUGLIO.

Giovedì 1 —Ore 10.15 — Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 2 — » 10.15 — Emo Penitenziere Maggiore.
» — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 3 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» "— » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 4 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 5 — » 19 — Mons. Presidente dell' Accademia dei NN. EE.

Lunedì 5 —Ore 19 — Mons. Promotore della Fede.
Martedì 6 — » 10.15 — Enlo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
» — » 19 — Mons. Segretario della S. G. di Propaganda.
» — » » — Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 8 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
» — » 19 — Mons. Assessóre del S. Offizio.
Venerdì 9 — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 10 — » 10.15 — Eilio Cancelliere di S. R. Chiesa.
» — » » — Emo Prefetto degli Archivi Vaticani.
» — » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Lunedì 12 — » 10.15 — Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
» — » 19 — Mons. Elemosiniere segreto.
» — » » — Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
» — *r* » » — Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 13 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
» — » 19 — Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 14 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
» — » 19 — Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 15 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 16 — » 10.15 — Emo Penitenziere Maggiore.
» — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 17 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
» — » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.
Domenica 18 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Giovedì 22 — » 10.15 — Enlo Prefetto della S. C. dell'Indice.
» — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 23 — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 24 — » 19 — Erìio Vicario di,Sua Santità.
Lunedì 26 — » 10.15 — Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
» — » 19 — Mons. Elemosiniere segreto.
» — » » — Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
» — » » — Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 27 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
» — » 19 Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 28 — » 10.15 — Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
» — » 19 — Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 29 — » 19 — Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 30 — » 19 — Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 31 — » 19 — Emo Vicario di Sua Santità.

AGOSTO.

Domenica 1	Ore 10.15	— Emo Prefetto delia S. C. dei Sacramenti.
Lunedì .2	» 19	— Mons. Presidente dell'Accademia dei NN. EE.
»	» »	— Mons. Promotore della Fede.
Martedì 3	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
	» 19	— Mons. Segretario della S. G. di Propaganda.
	» »	— Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 5	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
»	» 19	— Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 6	» 10.15	— Emo Penitenziere Maggiore.
»	» 19	— Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 7	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
»	» 19	— Emo Vicario di Sua Santità.
Martedì 10	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
»	» 19	-Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 11	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
»	» 19	•— Rmi Segretàri della Commissione Biblica.
Giovedì 12	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. dell'Indice.
»	» 19	— Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 13	» 19	— Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Martedì 17	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
»	» 19	— Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
»	» 19	-— Rmo P. Maestro del S. P. A.
Giovedì 19	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
»	» 19	— Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 20	» 10.15	— Emo Penitenziere Maggiore.
»	» 19	-— Emo Segretario della S. C. Concistoriale.
Sabato 21	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
»	» 19	— Emo Vicario di Sua Santità.
Lunedì 23	» 10.15	— Emo Datario con Mons. Sotto-Datario.
	» 19	-— Mons. Elemosiniere segreto.
		— Mons. Segretario dei Brevi *ad Principes.*
		— Mons. Segretario delle Lettere latine.
Martedì 24	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. del Concilio.
»	» 19	— Mons. Segretario della S. C. di Propaganda per gli Affari di rito orientale.
Mercoledì 25	» 10.15	— Emo Prefetto della S. C. dei Riti.
»	» 19	— Rmi Segretari della Commissione Biblica.
Giovedì 26	» 10.15	— Emo Prefetto della S, C. dell' Indice.
»	» 19	— Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 27	» 19	— Emo Segretario della S. C. Concistoriale.

Sabato 28	— Ore 19	Efíio Vicario di Sua Santità.
Domenica 29—	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.

SETTEMBRE.

•*Giovedì 2*	Ore 10.15	Emo Prefetto della S. C. di Propaganda.
»	» 19	Mons. Assessore del S. Offizio.
Venerdì 3	» 10.15	Eoio Penitenziere Maggiore.
»	» 19	Emo Segretario della S. G. Concistoriale.
Sabato 4	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. degli Studi.
»	» 19	Eoio Vicario di Sua Santità.
Domenica 5	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. dei Sacramenti.
Lunedì 6	» 19	Mons. Presidente, dell'Accademia dei NN. EE.
»	» »	Mons. Promotore della Fede.
Martedì 7	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. dei Religiosi.
»	» 19	Mons. Segretario della S. C. di Propaganda.
»	» »	Rmo P. Maestro del S. P. A.
•*Giovedì 9*	» 10.15	Emo Prefetto della S. C. dell' Indice.
	» 19	Mons. Assessore del S. Offizio.

AVVERTENZA. — *Per disposizione di Sua Santità, i Prelati qui sotto nominati non ' hanno Udienza regolare; debbono domandarla quando loro sia necessaria.*

Mons. Assessore della S. C. Concistoriale.
Mons. Segretario della S. C. dei Sacramenti.
Mons. Segretario della S. C. del Concilio.
Mons. Segretario della S. C. dei Religiosi.
Riño P. Segretario della S. C. dell' Indice.
Mons. Segretario della S. C. dei Riti.
Mons. Segretario della S. C. degli Studi.
Mons. Decano della S. Rota.
Mons. Segretario della Segnatura Apostolica.
Mons. Presidente della Commissione Pontificia delle Scuole Primarie di Roma.
Mons. Economo della Rev. Fabbrica di S. Pietro.

N. B. — *È vacanza altresì nei giorni di Cappella Papale, di Concistoro segreto e pubblico, e, nelle ore antimeridiane, nei giorni di Congregazione* coram Sanctissimo.

Vaticano 30 Ottobre 1908.

Il Maggiordomo di Sua Santità
GAETANO BISLETI.

UDIENZE

Il S. Padre si è degnato ricevere in particolare udienza :

2 Gennaio 1909. — Mons. Luigi Ermini, Vescovo titolare eletto di Amata Ausiliare di Porto e S. Rufina;

— Mons. Francesco Do Rego Maja, Arcivescovo titolare di Nieopoli ;

2 Gennaio 1909. — S. E. il Sig. Ulpiano A. de Valenzuela, Inviato straordinario di Colombia, per presentare al Santo Padre, a nome del Presidente della Repubblica di Colombia, gli omaggi e le felicitazioni per il Giubileo sacerdotale-

3 *Gennaio.* — S. E. Rma il Sig. Card. Domenico Ferrata, Prefetto della S. Congregazione dei Sacramenti ;

— Il Rmo Padre Rettore del Seminario di Catanzaro.

4 Gennaio. — Il Rmo P. Serafino da Udine, Definitore generale dei Cappuccini, col P. Verdone Vicario dei Cappuccini di Reggio Calabria.

5 *Gennaio* — S. E. Rma il Sig. Card. Giuseppe Calasanzio Vives y Tuto^ Prefetto della S. Congregazione dei Religiosi ;

— Mons. Enea Chisholm, Vescovo di Aberdeen.

6 Gennaio — Mons. Rocco Migliardi ;

— Mons. Giacomo Poletto.

7 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Girolamo Maria Gotti, Prefetto della S. Congregazione di Propaganda;

— Mons. Giovanni De Montel, Decano emerito della S. Rota, con i Mons. Mourey e Befani, Uditori emeriti del medesimo tribunale ;

— Mons. Alessandro Mac Donald, Vescovo di Vittoria (Colombia Britannica).

8 *Gennaio.* — S. E. Rma il Sig. Card. Gaetano De Lai, Segretario della S. Congregazione Concistoriale ;

— Il Rmo P. Abate Generale dei Camaldolesi con la Curia generalizia;

— Mons. Giovanni Carli, Vescovo di Luni, Sarzana e Brugnato;

— Il Rmo P. Luigi Rossi, Generale dei Minimi;

— Rmo P. Walter, Rettore del Collegio S. Maria in Roma;

— Il Comm. Maggiore Tankervelle Cliamberlayne;

— S. A. S. il signor Principe Aldobrandini con la famiglia.

9 Gennaio. — S. E. Rtìia il Sig. Card. Antonio Agliardi, Cancelliere di S. R. C;

— Mons. Giovanni Farrelly ;

— Mons. Giovanni Ireland, Arcivescovo di S. Paolo di Minnesota (Stati Uniti d'America) ;

— Il Rmo 5- Cazenave con il P. Kaiser;

— S. E. il Sig. Ulpiano de Valenzuela, Inviato straordinario di Colombia.

10 Gennaio. — Il Rmo P. Leopoldo Fonck, della Compagnia di Gesù;

— Mons. Pasquale Perniisi, Prelato Domestico di S. S.;

— La Rev. Superiora, le religiose e le alunne del convitto delle Dorotee in Roma (S. Onofrio).

Annus I. - Vol. I. Die 1 Februarii 1909. Num. 3

ACTAAPOSTÄMeIeDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

REGIA PRIMITIVA ARCHISODALITAS MATRITENSIS B. MARIAE VIRGINIS A PRODIGIIS PONTIFICIAE TITULO CONDECORATÜR.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Pias fidelium consociationes, quae sive eximiis religionis pietatisque operibus, sive sodalium numero et gravitate optime de Ecclesia mereantur, ex more institutoque Romanorum Pontificum honoribus ac privilegiis summa voluntate locupletamus. Cum vero dilectus filius Saturninus Calderón, hodiernus praeses regiae primitivae archisodalitatis Deiparae Virginis a prodigiis, quae in sacra aede monialium B. M. V. a monte Carmelo Matriti canonice erecta existit, supplices ad nos una cum ipsius societatis primoribus, ac tum Apostolici Nostri Nuntii, tum Venerabilis Fratris Matritensis Complutensis Episcopi voto ac suffragio subnixas, preces admovent, ut eandem _ consociationem pontificiae titulo cohonestare dignaremus ; Nos huiusmodi optatis benigne censuimus obsecundandum. Idque eo libentius facimus, quod haec sodalitas usque ab anno MDCLI condita, atque huc potissimum spectans, ut Deiparae Virginis cultus et religio magis magisque in dies augescat, praecipuos Hispaniarum viros, sive regio ortu, sive ecclesiastica dignitate, sive etiam genere, doctrina atque auctoritate praestantes complexa sit et complectatur, ac pro hisce meritis a rec. mem. Leone XIII Decessore Nostro archisodalitatis nomine iuribusque fuerit condecorata. Quare omnes et singulos, quibus hae litterae Nostrae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes,

Apostolica auctoritate Nostra, praesentium tenore, concedimus ac largimur, lit, quam Supra memoravimus, consociatio perpetuo in posterum pontificia ac regia primitiva archiconfraternitas Beatae Mariae Virginis a prodigiis vulgo *de las Maravillas* appellari queat, utque facultate polleat Nostrum et Romani Pontificis pro tempore existentis stemma erigendi, ac ceteris omnibus utatur ac fruatur privilegiis, praerogativis, honoribus, indultis, quibus aliae sodalitates, hoc titulo insignes, utuntur, fruuntur, vel uti, frui possunt ac poterunt. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque, speciali licet et individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xi Septembris MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £p S. R. CARD. MERRY DEL VAL

II.

DIOECESIS NEO-WEST MONASTERIENSIS IN ARCHIDIOECESIM ERIGITUR VANCOUVERIENSEM * DENOMINANDA M.

PIUS PP. X

Ad futuram rei memoriam. — In sublimi Principis Apostolorum cathedra, nullis quidem meritis Nostris divinitus collocati, in omnes catholici orbis partes vigili studio oculos mentis nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti, bene, prospere feliciterque eveniant, ea quidem, Apostolica auctoritate interposita, propensa voluntate praestare maturamus. Iamvero cum dioecesis Neo-Westmonasteriensis in Columbia britannica dominii Canadensis, provinciae ecclesiasticae Victoriae in insula *Vancouver,* novis aucta fuerit feliciter incrementis, ac tum catholicorum numero, cum viarum facilitate, ita ceteris eiusdem provinciae ecclesiasticae territoriis praemineat, ut opportunum consilium visum sit, vacante in praesens metropolitana sede Victoriensi, novo ordine eandem ecclesiasticam provinciam disponere; Nos omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, de Fratrum eorundem consilio quae infrascripta sunt

decernenda existimavimus. Nimirum omnes et singulos, quibus Nostrae hae litterae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium vi, dioecesim Neo-Westmonasteriensem praefatam ad dignitatem metropolitanam evehimus, eiusque sedem transferendam edicimus e civitate Neo-Westmonasteriensi ad civitatem *Vancouver,* a qua posthac denominetur archidioecesis Vancouveriensis. Praeterea eadem Nostra auctoritate pariterque per praesentes volumus ac mandamus, ut actualis archidioecesis Victoriae in insula *Vancouver,* quae nunc vacat, exinde habeatur tamquam dioecesis suffraganea praedictae metropolitanae sedis Vancouveriensis sic per nos erectae, una cum praefectura Apostolica de *Yukon,* singulis cuiusque territoriis actuali extensione servata. Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque, speciali licet atque individua mentione et derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xix Septembris MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. ✠ S. R. CARD. MERRY DEL VAL

III.

NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS ERIGITUR " DE TEMISKAMINGUE „ NUNCUPANDUS.

PIUS PP. X

Ad futuram rei memoriam. — Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, dioeceses nimis amplas, cum gravis momenti rationes id suadere videantur, Apostolica Nostra auctoritate dividimus, ut aucto Pastorum numero, dominici gregis incolumitati et bono, potiori diligentia ac studio consulamus. Iamvero cum dioecesis Pembrokiensis, provinciae ecclesiasticae Octaviensis in Canada, amplissimo territorio extendatur, ita ut in septentrionali praesertim tractu nova paranda

sint catholicae fidei subsidia, quibus im migrantium colonorum recentibus necessitatibus provideatur; Nos collatis consiliis cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, in Boreali plaga memoratae dioecesis Pembrokiensis ex ea distracta novum Apostolicum vicariatum erigendum esse censuimus. Quare omnes et singulos, quibus Nostrae hae litterae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium vi, ab ipsa dioecesi Pembrokiensi sequentibus limitibus definitum territorium dismembramus. Ad septentrionem mari cui nomen sinus de *Hudson,* inde a limite orientali districtus de *Keewatin* usque ad Promontorium *Henriette,* exinde vero linea quae, a dicto promontorio ducta et per maris sinum *James* transiens, ad oram fluminis porrigitur quod dicitur *Magni ceti;* dein vero hoc ipso flumine usque ad extremam oram orientalem lacus de *Apiokumish,* Ad orientem arcu meridiano 72°, qui e dicto puncto descendit usque ad *Altitudihem terrarum,* unde limitatur pars septentrionalis provinciae Quebecensis. Ad meridiem territorium dictum, e dioecesi Pembrokiensi seiungendum, definiatur hac ipsa *Altitudine terrarum,* quae occidentem versus gradi tur usque ad limitem occidentalem comitatus de *Ghicoutimi,* ad austrum exinde declinans; postea hoc occidentali limite ipsius comitatus de *GMcóutimi,* exinde occidentali limite comitatus de *Quebec,* usquedum perveniatur ad circulum latitudinis, qui ad occidentem vergens transit per extremitatem septentrionalem comitatus de *Ottawa;* postea tali circulo latitudinis usque ad dictam extremitatem, exinde linea quae separat comitatum de *Ottawa* a comitatu de *Pontive,* usque ad circulum latitudinis 47°, deinceps eodem latitudinis circulo occidentem versus, usque ad limites seiungentes dioecesim Pembrokiensem a dioecesi S.Mariae Ormensi; inde vero, septentrionem versus, eadem divisionis linea inter duas praedictas dioeceses usque ad *Altitudinem terrarum,* quae separat cursus aquarum adfluentium ad sinum de *James* ab aquis adfiuentibus ad magnos lacus sitos inter provinciam de *Ontario* et Status foederatos; postea occidentem versus,.eadem *A Uitudine terrarum* usque ad boream lacus *Nipigon,* et exinde circulo parallelo huius latitudinis usque ad limitem orientalem districtus, de *Keewatin.* Ad occidentem autem territorium ipsum definiatur arcu meridiano, qui districtum de *Keewatin* ad orientem limitat, usque ad sinum *die Hudson.* Hoc autem territorium, quod hisce finibus circumscriptum e dioecesi Pembrokiensi sic tenore praesentium separamus, eadem Nostra auctoritate in novum distinctum vicariatum Apostolicum erigimus

de Temiskamingue denöminandum, ipsumque adsignandus provinciae ecclesiasticae Octaviensi. Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane^ si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis caeterisque, speciali licet atque individua mentione et derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxn Septembris MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. ^ S. R. CARD. MERRY DEL VAL

iv.

DIOECESIS ROCKFORDIENSIS IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTRIONALIS CONDITUR.

PIUS PP. X

Ad futuram rei memoriam. — Quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, atque catholico nomini provehendo aeternaeque fidelium saluti curandae, bene, prospere, feliciterque eveniant, ea ut sedulo studio praestemus, Nos admonet supremi Apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, divinitus fungimur. Iamvero cum Venerabilis Frater Iacobus E. Quigley Archiepiscopus Chicagiensis in Statibus foederatis Americae septentrionalis Nos enixe flagitaverit ut ad incrementum religionis et ad maius christiani populi spirituale bonum nova dioecesis in provincia ecclesiastica Chicagiensi erigeretur, per divisionem suae nimis extensae archidioecesis, cumque Venerabiles Fratres Episcopi comprovinciales eiusdem petitioni unanimi consensu adhaeserint; Nos de hac proposita divisione ac de novae huius dioeceseos erectione agentes cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, perpensis omnibus rerum adiunctis, nec non attento voto Venerabilis Fratris Diomedis Falconio Delegati Apostolici in praefata regione, oblatis hisce precibus annuendum libenti quidem animo existimavimus. Quae cum ita sint, omnes et singulos, quibus Nostrae hae litterae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quas forte incurrerunt, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, motu proprio atque ex certa scientia et matura

deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore, distractis ex archidioecesi Chicagiensi duodecim sequentibus civitatibus, nempe *Mac Henry, Kane, Kendall, Boone, de Kalb, Lee, Whiteside, Ogle, Carrol, Winnebago, Joe Daviess* et *Stephenson,* ex his novam dioecesim erigimus cum episcopali residentia in civitate *Bockford* appellata, a qua ipsa nomen Rockfordiensis habebit, et cum cathedratico pro sua episcopali mensa, discreto arbitrio Episcopi imponendo. Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque, speciali licet atque individua mentione et derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxvn Septembris MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. j$(S. R. CARD. MERRY DEL VAL

V.

PIA CONGREGATIO MATRITENSIS NOSTRAE DOMINAE " DE LA PALOMA „ INDULGENTIA PLENARIA TOTIES QUOTIES LUCRANDA DITATUR.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Satis constat piam congregationem Nostrae Dominae *de la Paloma* nuncupatam, canonice Matriti erectam, amplitudine ac nobilitate non minus quam susceptorum operum laude et sociorum dignitate ac religione caeteris antecellere. Patroni enim huic congregationi sunt carissimus in Christo filius Noster Alphonsus XIII Hispaniarum Rex Catholicus et carissima in Christo filia Nostra Regina Maria Victoria, ac Regina mater, nec non dilectissimi in Christo filii Nostri Asturicensis Princeps atque Hispaniarum Infans, eique praeest Infans Maria Theresia. Itaque benigne excipientes exhibitas Nobis preces a dilecta in Christo filia comitissa a Sancto Raphaele altera a praeside congregationis ipsius, attenteque .amplissimo Nuntii Apostolici Matritensis suffragio, ut haec clarissima congregatio singulari Pontificiae voluntatis significatione cohonestetur, caelestes thesauros quorum .Nobis Altissimus, licet immeritis,

dispensationem commisit, reserare benigne censuimus. Quae cum ita sint, de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri «et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, Principibus regiae domus Hispaniensis, qui utpote patroni ad memoratam congregationem pertinent, quo per annum die, admissorum confessione expiati ac coelestibus epulis refecti, ecclesiam Nostrae Dominae a Paloma visitent, plenariam indulgentiam concedimus a primis vesperis usque ad solis occasum diei ipsius, toties lucrandam quoties preces effundentes ad idem templum se sistant. Insuper concedimus ut omnes et singuli nunc et in posterum existentes consociationis eiusdem confratres et consorores, servatis ut supra servandis, in propria dicti sodalitii ecclesia, die prima eorum ingressus in dictam congregationem et quotannis festivitate Deiparae Virginis sideribus receptae, nempe die Augusti mensis quinto decimo, et quo Dolorosae Virginis memoria in Ecclesia recolitur, nempe Dominica Septembris tertia, simili plenaria indulgentia potiantur. Tandem largimur tum patronis cum sociis praedictae congregationis labes poenasque functorum vita plenariis hisce indulgentiis in forma Ecclesiae solita, si malint, expiare liceat. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xvi Octobris MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. *f$* S. R. CARD. MERRY DEL VAL

VI.

INDULGENTIA PLENARIA CONCEDITUR RECITANTIBUS ORATIONEM AD REPELLENDAS HAERETICORUM INSECTATIONES.

PIUS PP. **x**

Ad perpetuam rei memoriam. -- Retulit ad Nos Cardinalis Archiepiscopus Pragensis fideles adlectos in piam associationem, cui titulus Cruciata precum ad repellendas haereticorum insectationes *(Gebets Kreuzzug),* recitare solitos esse piam orationem, ut gratiarum omnium auctor, Salvator Noster ac Redemptor Dei vivi filius, Iesus Christus, catholicos in fide confirmet, a periculis perversionis defendat, in viam perditionis ambulantes a discrimine praestet incolumes, denique impiorum maehinationes irritas reddat et arceat. Nos autem quibus nihil antiquius est^ quam ut christianus populus immutatum tueatur religionis et avitae fidei patrimonium, quum idem Cardinalis Antistes Nos enixe flagitaverit, ut recitantibus piam dictam precem, plenariam indulgentiam, servatis de iure servandis, largiri de Apostolica benignitate dignaremur, votis hisce annuendum coelestesque the-

sauros Ecclesiae, quorum Nobis Altissimus dispensationem commisit, reserandos ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus nunc et in posterum rite adlectis in piam memoratam precum in universo terrarum orbe Cruciatam, qui vere poenitentes et confessi ac sacra Communione refecti, ipsam orationem ad impellendas haereticorum insectationes vel latine vel teutonice vel quovis alio idiomate, dummodo versio fidelis sit, iuxta exemplar exaratum latine ac teutonice, quod latine incipit verbis *O Iesu, Salvator ac Redemptor meus,* teutonice autem verbis *O Iesus, mein Heiland und Erlöser ;* desinit vero latine in haec verba *in unitate Spiritus Sancti per omnia saecula saeculorum - Amen,* ac teutonice *des heiligen Geistes von Ewigkeit zu Ewigkeit - Amen;* quod exemplar in tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservari iussimus, quovis anni die vel publice vel privatim pie recitent, ac devote et in quovis publico templo etiam pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo die id agant, servatis de iure servandis, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus christifidelium, quae Deo in caritate coniunctae ab hac vita migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus ac largimur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Verum praecipimus ut praesentium litterarum authenticum exemplar ad Secretariam Indulgentiarum transmittatur, secus praesentes nullae sint, utque praesentium similiter litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxxi Octobris MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

L.)JjS. R. CARD. MERRY DEL VAL

« O Iesus, mein Heiland und Erlöser, Sohn des lebendigen Gottes,
« sieh, wir liegen vor Dir auf unseren Knieen und bitten Dir ab und wollen
« genugtun für alle Lästerungen Deines heiligen Namens, alle Unbilden,
« welche Dir im heiligsten Sakramente zugefügt werden; für alle Veruneh-
« rungen Deiner unbefleckten jungfräulichen Mutter; für alle Verleumdungen
« und Schmähungen Deiner Braut, der heiligen, römisch-katholischen Kirche.

« O Iesus, der Du gesagt: *Um was ihr immer den Vater in meinem « Namen bitten werdet, das will ich tun* (Ioan. XIV, 13), wir bitten und « flehen für unsere Brüder, die in Gefahr der Sünde sind; bewahre sie vor « den Lockungen zum Abfall vom wahren Glauben; rette, die schon stehen « am Rande des Abgrundes; gib allen Licht und Erkenntuis der Wahrheit, « Mut und Kraft zum Kampfe gegen das Böse, Beharrlichkeit im Glauben « und werktätige Liebe! Darum bitten wir, o gütigster Iesus, in Deinem « Namen Gott den Vater mit dem Du lebest und regierst in Einigkeit des « heiligen Geistes von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen » *.

EPISTOLAE

I.

AD AMBROSIUM ARCHIEPISCOPUM TITULAREM PALMIREN. LEGATUM APOSTOLICUM APUD EPISCOPOS INSULARUM PHILIPPINARUM.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. — Manilani primi concilii, optimis auspiciis initi die sacra Virgini ab origine labis nesciae, anno superiore, teque praeside una cum sedis istius Archiepiscopo, Suffraganeis et clero feliciter absoluti, acta, decreta excepimus perquam libenter. Quae dum legitimis commissa iudicibus rite perpenduntur, haud remorari voluimus gratulantis animi Nostri significationem tibi et Venerabilibus Fratribus Philippinarum insularum Episcopis, ob singulare studium, quo causam religionis tutandam suscepistis et ob vigilem curam, qua tum

(Versio)

* « O Iesu, Salvator et Redemptor meus, Fili Dei vivi, ecce prostrati coram te « veniam exoramus satisfactura pro omnibus infestationibus sancti Nominis tui, pro « omnibus iniuriis tibi in Sanctissimo Sacramento illatis, nec non pro omnibus ignominus adversus Immaculatam Virginem Matrem tuam et pro omnibus calumniis et « offensionibus contra Sponsam tuam, sanctam Romanam Ecclesiam catholicam.

« O Iesu qui dixisti: *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc « faciam* (Ioan. XIV, 13), supplices rogamus pro fratribus nostris, qui in periculo peccandi versantur; tuere eos contra pérfidas allegationes apostatarum; « salva eos qui iam in via perditionis ambulant. Illumina, omnes ut cognoscant «veritatem, da animum et robur ad resistendum malo, perseverantiam in fide, « caritatem efficacem. Haec omnia efflagitamus, benignissime Iesu, in nomine tuo « a Deo Patre, quocum vivis et regnas in unitate Spiritus Sancti per omnia saecula « saeculorum. Amen ».

communibus tum propriis istius ecclesiae necessitatibus prospexistis. Ecquid enim non portendunt utilitatis quae, te auspice ac duce, proposita in synodo ac versata sunt de huius aevi praecipuis erroribus, de pravis lectionibus, de sectis impiis, de praeservanda iuventute tot periculis circumventa, de instituendo clero, de populo per sacerdotale ministerium in christiana disciplina retinendo ? Haec atque alia in vestris consiliis agitata, eiusmodi sane sunt, quae magnam iniiciant fiduciam, ex tot collatis industriis atque laboribus, catholicam istic vitam novo quodam robore auctum iri, et Manilanam synodum fore initium insignis triumphi Philippinis in insulis. Quod ominantes ex animo benignissimum Deum adprecamur, ut praesens usque tueatur laetamque fructibus det vineam istam, cui excolendae tam aptae admotae sunt manus. Vestrae autem alacritati confirmandae augendaeque incitamento sit Apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, ceterisque in frugifero labore sociis, Archiepiscopo, Episcopis, clero Manilanae istius ecclesiae peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die iv mensis Novembris anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X

IL

AD RELIGIOSUM VIRUM DOCTOREM ALBERTUM KUHN ORDINIS S. BENEDICTI.

Dilecte fili, religiose vir, salutem et Apostolicam benedictionem. — Divinam Christi religionem optimarum artium velut animam esse, Ecclesiamque ipsarum altricem vel a suis cunabulis, hoc est martyrum cryptis, exstitisse, quamvis ex tot sacris vestigiis, statuis, picturis, anaglyptis, ceterisque christianae antiquitatis thesauris compertum sit; nihilominus ea monumenta fusius enarrari ac sub oculos poni haud otiosum videtur hoc tempore, quo inconsulta quaedam sapientia catholicam Ecclesiam ab omni genere humanitatis et cultus quasi alienam traducit. Itaque salutiferum, dilecte fili., consilium tuum fuit, magnae molis adornare opus, in quo universa christianae artis exhiberetur historia, nitidis auctum figuris eaque mente compositum, ut qui doctas illas evolverent paginas, novis eommentis posthabitis, reiectis praeiudicatis opinionibus, alte recteque de religione sentirent. Accidit autem iucundum inscribi Nobis ea volumina, quorum prima specimina subtili iudici sapientium virorum, Decessori Nostro Leoni XIII, iam probata fuerunt, auctoremque operis ex ea familia esse profectum, in quam, velut in arcem nobilissimam, optimae sese artes receperunt. Grata igitur te voluntate prosequuti eam operi ominamur fortunam, quae quum rei ipsius amplitudini et utilitati, tum ingenio studioque tuo

plane respondeat. Interea divini favoris auspicem ac paternae Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, ac solertibus editoribus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xx mensis Decembris anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X

III.

AD RELIGIOSUM VIRUM CAELESTINUM MUFF ORDINIS S. BENEDICTI.

Dilecte fili, religiose vir, salutem et Apostolicam benedictionem. — Uberes e sacerdotali ministerio colligunt fructus ii qui ingenium doctrinamque suam conferunt ad excitandam fovendamque scriptis egregiis in christiana plebe pietatem. Nam, si, ut habet Apostolus, *pietas ad omnia utilis est,* nulla profecto alia humani cultus ostensio maiorem sibi vindicat laudem. Itaque collectos a te libros, diuturni tui laboris ac studii fructus, perquam libenter excepimus, quorum praestantiae testis est vel ipsa plurimorum exemplarium copia, spatio duodecim annorum longe lateque diffusa. Perge, dilecte fili, in hoc genere laudis, atque exundanti pravarum lectionum coeno divinis fontibus haustam oppone sapientiam. Sumes etiam alacriores ad hoc vires ex persuasione, dum te in huiusmodi palestra exercueris, magnam semper a Nobis gratiam initurum. Tuis coeptis adsit divini largiter luminis, erigat que animum superni favoris auspex ac paternae Nostrae benevolentiae pignus Apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxi mensis Decembris an. MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X

IV.

AD CONRADUM EPISCOPUM SPÍRENSEM.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. — A te datae litterae die xvn proxime lapsi mensis Decembris iucunde animum affecerunt, quod sacro pastore dignos perhiberent sensus, studiumque constans erga Nos atque hanc Apostolicam Sedem testarentur. Quae vero memorabas de profligato modernismi errore, optandum sane ut eiusmodi labis vestigia prorsus deleantur. Explorata dudum vestra obedientia, et sollicita cura qua Nostras adhortationes hactenus excepistis, praesertim novissimam ad catholicum clerum universum, spem Nobis iniiciunt, per-

njciosis illis doctrinis aditum apud vos nullum iam fore, vestraeque fidei et constantiae exemplo excitatos. devios fratres ad bonam frugem se recepturos. Quod ut contingat, ne cesses, Venerabilis Frater, férvidas Patri luminum fundere preces, interposito patrocinio Augustae caeli Reginae, quae *cunctas haereses sola interemit in universo mundo.* Quod si novus annus, quem auspicatum tibi esse volumus, vel unum hunc afferat fructum, iam erit profecto inter faustos ac felices recensendus. Huius interim gratiae ac munerum ceterorum auspicem, eandemque paternae Nostrae benevolentiae pignus, Apostolicam benedictionem tibi, venerabilis Frater, clero ac fideli populo tuae vigilantiae commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die II mensis Ianuarii anno MDCCCCIX, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X

V.

ID IOSEPHUM S. R. E. PRESB. CARD. FRANOIGA-NAVA ARCHIEPISCOPUM GATANEN.

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem. — Quum tu sub Natalem Domini Iesu per amantissimas litteras fausta Nobis exoptares omnia, certe non suspicabaris, tantam istis regionibus imminere cladem, quanta fortasse nunquam fuit. Sed ita sanctissimo rerum arbitro Deo placuit; cuius iudicii mysteria silentio adoranda sunt: quanquam nullum ipsius est tam severam iudicium, quod mirabili quodam misericordiae consilio vacet. Nos, moerore confecti, ut facile intelligis, rescribimus tamen ad eas tuas litteras, non tam ut gratias tibi pro illo agamus officio, quod quidem habuimus pergratum, quam ut tribuamus laudes, tuae debitas virtuti. Scias enim, vehementer Nobis probari operam tuam in multitudine superstitum; quorum squallorem extremamque egestatem omni caritatis industria solari studes. Hanc autem ipsam operam Nobis, tot miserorum filiorum causa sollicitis, ut navare pergas, hortamur; et auspicem divinorum munerum, quae et precamur et pollicemur uberrima, tibi, dilecte Fili Noster, et clero pupuloque tuo Apostolicam benedictionem paterno cum animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xn Ianuarii MCMIX., Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

VI.

AD HENRICUM OSTER PIAE SOCIETATIS AQUISGRANENSIS A SACRA IESUS INFANTIA MODERATOREM.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. — Annales piae societatis a sacra Iesus Infantia a te Nobis oblatos perlibenter excepimus, ex tuisque litteris cum gaudio intelleximus, tam excellens christianae caritatis opus vestram inter gentem in dies incrementa suscipere. Quantopere autem hoc pietatis genus Decessoribus Nostris ac Nobis ipsis hactenus cordi fuerit, vix attinet dicere. Opus enim agitur, non modo naturae hominum maxime congruum, sed ei acceptissimum qui dixit: *sinite parvulos venire ad me.* Causa igitur innocentium puerorum causa Christi est, et propulsata ab ipsorum cervicibus calamitas cohibet Ecclesiae lacrimas, persaepe plorantis filios suos a novis Herodibus ad praesentem aut ad sempiternum interitum quaesitos. Faxit benignissimus Deus ut strenua ista phalanx, quae a Christi Servatoris infantia mutuatur nomen et vim caritatis attingit, numero ac virtute augeatur, idemque plurimorum voluntates impellat ut salutiferae consociationi dent nomen; dum Nos huius auspicem gratiae ac paternae Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, et singulis operae consortibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xvin mensis ianuarii anno MDCCCCIX, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X

VII.

AD F. 0ALON **PRAESIDEM CONSOCIATIONIS PARISIENSIS S. VINCENTII A PAULO.**

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. — Caritatis, quae in Christo radices habet seque prodit *non verbo neque lingua sed opere et veritate,* splendidum sane exemplum Vincentiana consociatio semper admirationem in se Nostram et studia convertit. Ex quo facile intelliges, quanto animum solatio perfuderint litterae, quibus eiusdem societatis novissima incrementa narrabas, tam multa illa quidem ac tanta, ut dubitari non possit quin clémentissimus Deus singulari quadam ope coeptis vestris adstiterit. Magnum sane divinae miserationis argumentum est, amplificari institutum istud, non modo inter alias gentes, sed etiam in ea regione,

unde tam foeda in christianum nomen tempestas erupit. Pergite in numerorum levamen vires omnes exserere, sitque vobis, una cum praesentis vitae tuitione, animorum proposita salus. In uberrimis, quos ex pio labore percipitis fructibus, iam satis praemii est constitutum, vestraque industria vix adhortationis Nostrae incitamenta desiderat. Nihilominus, si quod addere calcar potest commendatio Nostra, hanc habetis amplissimam. Interim amoris et observantiae significationes, quibus natalem Sacerdotii Nostri quinquagesimum estis prosequuti, grato animo excipientes, adventum in hanc Urbem vestrum praestolamur, eo vos libentius excepturi, quo maiorem caritatis Christi similitudinem geritis. Divinorum denique munerum ubertatem vobis adprecantes, horum esse auspicem volumus Apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte fili, viris egregiis qui tibi a consilio sunt in Vincentiana consociatione moderanda, universisque sociis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xix mensis Ianuarii anno MDCCCCIX, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO S. OFFICII

Die 14 Ianuarii 1909.

SSmus Dominus Noster Pius divina providentia PP. X, in audientia R. P. D Adsessori S. Officii impertita, benigne indulsit, ut fideles utriusque sexus, qui perfectionis studio vel institutionis seu educationis, aut etiam valetudinis causa in domibus ecclesia vel publico sacello carentibus, de consensu vero Ordinariorum constitutis, vitam communem agunt, nec non personae omnes ad illis ministrandum ibidem commorantes, quoties ad lucrandas indulgentias praescribatur visitatio alicuius ecclesiae in genere, id est non determinatae, vel indeterminati alicuius publici oratorii, visitare valeant propriae domus sacellum, in quo obligationi audiendi Sacrum iure satisfacere possunt, dummodo cetera opera iniuncta rite praestiterint. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. © S.

Aloisius Can. Giarnbene, *Substitutus pro Indulgentiis,*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

LITTERAE

AD ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS.

Illme ac Rme Domine,

Haud raro accidit ut Ordinarii aliquid habeant ad Sanctam Sedem deferendum vel cum ipsa tractandum, quod aut ratione officii, aut vi ecclesiasticae alicuius legis, aut prudentiae causa secreto silentii legendum sit.

Ubi haec occurrant, Ordinariis curae sit scripta committere occlusa diligenter, etiamsi per suos rerum agentes vel procuratores ea transmittere velint. Quamvis enim dubitare non liceat de fide ac prudentia illius, in quo Episcopus fiduciam collo caverit et qui fuerit Sanctae Sedi probatus; tuenda nihilominus lex illa est quae prohibet secreti participes fieri plures quam necessitas postulet.

Illud praeterea commendatur Ordinariis vehementer, ut in delectu procuratorum vel agentium rationem habeant eorum, qui hoc in genere officii honeste hactenus et cum utilitate clientum versati sunt. Idcirco, nisi quid graviter obstet, eosdem praeferant aliis. Iustum enim est et in Apostolicae Sedis votis, ut concessa ob altiores fines libertas in detrimentum non cedat bene meritorum hominum , qui huc usque operam suam in Ecclesiae servitium contulerunt.

Hisce tibi significatis, omnia fausta tibi a Domino deprecor.

Romae, die 25 Novembris 1908.

C. Card. DE LAI, *Secretarius,*

h. ^ S. Scipio Tecchi, *Adsessor.*

II.

ROMANA

DE REMISSIONE CAUSARUM A SACRIS CONGREGATIONIBUS AD S. ROMANAM ROTAM.

Die 28 Ianuarii 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Cum ab una ex sacris Congregationibus ad S. Rotam remissae fuissent nonnullae quaestiones seu causae quae a partibus iudiciario more definiri petebantur, quaeque tamen carebant for-

mali sententia primi gradus ipsoque processu canonico, saltem expleto pro nonnullis ex iisdem, Decanus S. Rotae ab hac S. Congregatione petiit, utrum sibi liceret has causas recipere ét de iis sententiam ferre etiam in primo gradu, deficiente *commissione SSmi.*

Ratio dubitandi erat quia, cum S. Rota sit tribunal appellationis, iudicare valide non potest in prima instantia nisi ipse Summus Pontifex id ei committat. Unde in *Lege propria* S. Rotae, ubi agitur de eius competentia, *can. 14, § 1* dicitur: « *S. Rota iudicat in prima instantia causas,* « *quas sive motu proprio sive ad instantiam partium Romanus Pontifex* « *ad suum tribunal avocaverit et S. Rotae commiserit; easque, si opus sit,* « *ac nisi aliter cautum, sit in commissionis rescripto, iudicat quoque in* « *secunda et in tertia instantia ope turnorum subsequentium ».*

Quapropter S. Rotae Decanus postulabat ut non simplici remissione hae causae ad S. Rotam traderentur, sed cum rescripto commissionis a SSmo proveniente : « Per il che *(aiebat)* sembra che il rescritto di commissione « debba, anche se venga per tramite delle Congregazioni competenti, « essere munito del beneplacito e dell' espressa approvazione del Sommo « Pontefice ».

Super hoc dubio, auditis interesse habentibus, antequam Emis Patribus res dirimenda proponeretur, requisitum est votum P. Oietti S.**I.,** viri in re canonica periti. Qui pluribus praemissis, et, considerato quod sacrae Congregationes nedum possunt, sed imo debent ad S. Rotam remittere causas quae iudiciario more agendae sunt, quasque Constitutio *Sapienti consilio* adnexaeque Normae huic tribunali tribuendas decernunt, animadvertebat hoc intelligendum esse de causis iam instructis et aliqua formali sententia conclusis. Et hoc sensu observabat: « Sunt causae, quae a SS. Congregationibus ad S. Rotam ita remitti possunt et debent, ut nullum sit necessarium « Romani Pontificis beneplacitum, nullum commissionis rescriptum. Sunt « et causae, ad quas remittendas necessarium est rescriptum commissionis « ab ipso Romano Pontifice factum vel eius nomine, nec sufficit unicum « remissionis rescriptum,quod a congressu alicuius Congregationis edatur ». Ac tandem concludebat: « Porro in Normis peculiaribus *cap. 1, n. 3* haec « habentur, quae, ni fallor, tradunt regulam generalissimam circa remis- « sionem causarum de SS. Congregationibus ad S. Rotam. Dicitur autem : « *In expostulationibus ad Sanctam Sedem, si libellus ad S. Rotam delatus est,* « *Becanus cum duobus Auditoribus primis, si ad aliquam Congregationem,* « *ordinarius eiusdem congressus, de quaestionis natura videbunt, utrum res* « *administrationis ac disciplinae tramite tractanda sit, an summo iure agenti dum. Horum primum si accidat, iudicium quaestionis reservatur S. Con-* « *gregationi, cui competit ad normam Constit.* Sapienti consilio. *Alterum si*

« fiat, quaestio ad proprios iudices ac sua tribunalia deferatur ad normam « iuris communis definienda, salvo, semper proprio Signaturae Apostolicae «procedendi modo». :

« Ex hac legis praescriptione evidenter habemus, quid sacrae Cohgregationes peragere debeant, si quando in casu particulari congressus « iudicaverit causam aliquam iudiciario ordine pertractandam esse. Scilicet « debet eam definiendam deferre ad proprios iudices ac sua tribunalia. « Quinam autem huiusmodi iudices sint, quaenam haec tribunalia deducendum sive ex novissimis his legibus sive etiam ex antiquiore iure « adhuc vigente. Porro ex vigente iure iudex primae instantiae est Ordinarius loci, secundae Metropolita, tertiae Rota Romana. Ad hos iudices, « ad haec tribunalia deferenda est causa a S. Congregatione. Quum autem « secundae instantiae tribunal pro causis, quae in tribunali Emi Card. Urbis « Vicarii iudicatae sunt, sit S. Rota, ad eam eas causas deferre debebit. « Imo quum S. Rota diiudicare debeat causas, in quibus interposita fuit « appellatio ad S. Sedem, in quocumque gradu eae inveniuntur, has omnes « pariter ad S. Rotam deferet Congregatio.

« Quum vero S. Rota in prima instantia non sit tribunal competens « nisi pro iis causis, quae sive motu proprio sive ad instantiam partium « Romanus Pontifex ad suum tribunal avocaverit et S. Rotae commiserit, « causas, quas partes volunt iudicandas ab ipsa S. Sede in prima quoque « instantia, S. Congregatio ad S. Rotam remittere non debebit nisi facto « verbo cum SSmo, de cuius speciali auctoritate fiet commissionis rescriptum. Quod si causa aliqua, quae integra adhuc est, et in nullo adhuc « tribunali acta deferretur ad S. Congregationem, quin adderetur explicita « petitio, ut, omissis tribunalibus inferioribus, statim agitetur apud Romanam Curiam; prudenti arbitrio ipsius S. Congregationis remissum mihi « videtur iudicare, an ex circumstantiis et ex ipsa delatione causae ad « S. Congregationem existimari debeat implicitam huiusmodi petitionem « adesse, etsi desit explicita ; quo in casu, facultate a SSmo Dno sibi facta, « deferet eam S. Congregatio ad S. Rotam ».

Hisce aliisque consideratis Emi Patres in Congregatione generali diei 28 Ianuarii 1909 proposito dubio, *utrum causae, quae formali sententia saltem primi gradus carent et ad sacras Congregationes delatae sunt, remitti possint iure proprio ab ipsis sacris Congregationibus ad S. Motam, an potius id ipsis liceat per rescriptum commissionis de mandato SSmi ;* respondendum censuerunt : *Exceptis causis dispensationis super matrimonio rato, quas S. Congregatio de Sacramentis potest iure proprio remittere ad S. Rotam, ut de facto inconsummationis videat, negative ad primam partem; affirma-*

Uve ad secundam, cauto ut in commissionis rescripto normae praefiniantur, quibus processus, si deficiat, instrú&tur.

Facta vero hac de re relatione SSmo die 29 eiusdem mensis per Cardinalem S. Congregationis Consistorialis Secretarium, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum ratam habuit et approbavit.

L. J$f S. Carolus Perosi, *Substitutus.*

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

VENETIARUM **ET** ALIARUM

Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum sequens dubium propositum fuit: an, iuxta tenorem formularum sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, in concessione dispensationum ab impedimentis matrimonialibus ex causis inhonestis intelligi debeat tacite concessa Ordinario etiam facultas declarandi legitimam prolem susceptam ante executionem dispensationis et celebrationeih matrimonii.

Eadem S. Congregatio, re mature perpensa, respondere censuit: Negative, sed requiri ut prolis legitimatio ab oratoribus petatur eaque in rescripto concedatur.

Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Congr., die 29 Ianuarii 1909.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. © S.

Ph. Giustini, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO CONCILII

I.

CLAVAREN.

PENSIONIS

Die 12 Decembris 1908.

SPECIES FACTI. - Rescripto pontificio diei 25 Septembris 1906 Episcopo Clavarensi facta fuit facultas acceptandi renuntiationem sacerdotis Friderici Sanguineti a paroecia S. Bartholomaei loci *Gassego* cum reservatione pensionis libell. 300. Cohaerenter ad haec memoratus Sanguineti paroeciam dimisit, quam obtinuit sacerdos Stephanus Parma, qui, antequam in beneficii possessionem immitteretur, onus impositae pensionis acceptam habuit. Verum idem Parma, vix reditus beneficíales accepit, de imposita et acceptata pensione conqueri coepit, asserens beneficium impar esse ad eiusmodi onus sustinendum, et postulans ut ab eadem pensione liberaretur. Qua patefacta petitione, controversia acriter exarsit, ac plura utrinque deducta fuerunt praesertim ad maiorem vel minorem redituum beneficialium vim demonstrandam. Rogatus quoque fuit Episcopus ut ad conciliationem partes adducere satageret; sed, illa in irritum cessa, idem Praesul in voto stetit ut ex noviter deductis et ob vitium obreptionis et subreptionis declararetur extinctio canonis, vel saltem hic servata proportione reduceretur.

Hisce habitis, ad propositum dubium, *an et in qua summa sustineatur pensio super paroeciali beneficio loci* Cassego *favore sacerdotis Friderici Sanguineti in casu;* Emi Patres S. Congregationis Concilii in generalibus comitiis diei 12 Decembris 1908 respondendum censuerunt: *Placere de concordia, ita ut om,nis pensio reducatur ad libell. 150.*

L. S.- Iulius Grazioli, *Sub-Secretarius.*

II.

PAPIEN. VIGLEVANEN.

REDUCTIONIS ONERIS

Die 12 Decembris 1908.

SPECIES FACTI. - Episcopus Papiensis, ut dotationi consuleret collegii musicorum in sua cathedrali ecclesia instituti, anno 1580 eidem adnexuit simplex beneficium *chiericato di S. Martino* vulgo nuncupatum, et in paroe-

cia loci *Ottobiano Lomellina* erectum, ea tamen lege ut ex reditibus dicti beneficii quaedam pars. subtraheretur capellano tribuenda in stipem pro Missa singulis diebus festis in paroeciali ecclesia ipsius oppidi celebranda. Initio haec praestatio seu stipes in libell. 120 monetae mediolanensis constituta fuit, at aetatum decursu modo aucta est, modo etiam penitus sublata, sicuti exeunte saec. xvni et ineunte saec. xix evenisse asseritur, quando ob tributa gravissima, quae tunc imposita sunt, reditus omnes clericatus S. Martini in bonum cesserunt musicorum papiensium.

Recentiori aevo, ab anno nempe 1858 capellanus oppidi *Ottobiano* pro Missarum stipendio recepit libell. 250, quae usque ad conversionem bonorum ecclesiasticorum anno. 1866 a legibus eversivis statutam, a condiictpre ipso praediorum, clericatus S. Martini patrimonium constituentium, retributae sunt, postea vero a collegii musicorum procuratore, ex reditibus a Gubernio solutis super bona mobilia, quae eidem capellaniae a Demanio, adscripta sunt. Sciendum siquidem, est in conversione bonorum ad clericatum S. Martini pertinentium, bona ipsa fuisse quodammodo separata, atque ex ipsis quaedam in capellaniae dotem fuisse attributa, reliqua vero musicorum collegio adnotata.

Usque igitur ad postremam legem, qua duobus abhinc annis reditus, a civitate seu Statu solutus, imminutus ulterius est, atque ad $^{3}/_{75}$ pro quolibet centeno reductus, capellanus oppidi *Ottobiano* nil detrimenti passus est, cum musici ipsi papienses tributa reficerent, quibus praestatio eadem, uti ceteri omnes fructus bonorum mobilium, onerata erat. Verum lata supradicta lege, syndicus seu procurator collegii papiensium musicorum noluit amplius suppeditari capellano eamdem summam quam antea, sed tantum libellas 187.50 usque ad annum 1912, atque deinde 175, quot nempe reapse ex bonis, in capellaniae dotem occasione conversionis bonorum constitutis, in praesens percipiuntur. At cum parochus oppidi *Ottobiano* et Viglevanensis Praesul, intra cuius dioecesis fines memoratum oppidum modo reperitur, obstitissent; Papiensis Antistes rem huius S. G. iudicio definiendam submisit.

Auditis itaque interesse habentibus, in generali conventu diei 12 Decembris 1908 propositum fuit solvendum sequens dubium : *an recens diminutio reditus publici debeat tolerari a capellano capellaniae oppidi* Ottobiano *in casu;* et Emi Patres S. Congregationis Concilii responderunt : *Placere de concordia, ita ut damnum ex reditus publici imminutione utrinque pro dimidia parte sustineatur.*

Iulius Grazioli, *Sub-Secretarius.*

L. ^ S.

S. CONGREGATIO RITUUM

· !.. · · ·

EREMITARUM CAMALDULENSIUM

CONGREGATIONIS MONTIS CORONAE.

Superiores generales ••Eremitarum Gamaldulensium congregationis montis Coronae, Sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur, 'pro-opportuna declaratione, humillime exposuerunt, videlicet:

In decreto *Eremitarum Gamaldulensium congregationis montis Coronae* diei 1 Februarii 1907 propositum fuit sequens dubium xix: « Num ser-« vari antiquissima possit usus, ut clericus thuriferarius exhibeat genu-«; nexus thuribulum celebranti, saltem quando celebrans est Praelatus ac << praesertim generalis Superior». Et sacra Rituum Congregatio respondit: « Affirmative si agatur de Praelatis tantum provincialibus et generalibus, qui celebrant in ecclesiis sibi respective subiectis, et ab Ordinarii «locorum iurisdictione exemptis; nisi tamen Missa vel Officium vel functio « coram Sanctissimo exposito celebretur ». Quum vero penes Eremitas Camaldulenses congregationis montis Coronae non habeantur Provinciales proprie dicti sed tantum Priores, similibus fere iuribus ac privilegiis ornati, quaeritur, an huiusmodi Priores sub nomine Praelatorum provincialium in enunciato decreto comprehendantur.

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis liturgicae suffragio, omnibus accurate perpensis, propositae quaestioni respondendum censuit: Affirmative.

Atque ita rescripsit, die '22 Ianuarii 1909.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

II.

SANCTIMONIALIS ORDINIS S. BENEDICTI

Moniales Ordinis S. Benedicti apud *Princethorpe,* dioecesis Birmingamiensis in Anglia, vigore privilegii olim sibi concessi, Officium B. M. V. ut in Communi Sanctorum[1], omnibus sabbatis non aliter impeditis, sub ritu semiduplici recitare solent. Quibusdam autem temporibus, scilicet

ab Adventu usque ad Nativitatem Domini, a Nativitate Domini usque ad Purificationem, et a Pascha usque ad Pentecosten, Evangelium eiusdem Officii minime cum Evangelio Missae B. M. V. eisdem temporibus assignatae concordat. De facto Officium tale, ab Adventu usque ad. Nativitatem Domini, et a Nativitate Domini usque ad Purificationem nondum usque huc recitandum occurrit, saepius vero tempore paschali. Ut ergo hoc tempore paschali Officium Missae concordet, dictae moniales Evangelium *Stabant* cum Homilia S. Augustini, ut in festo VII Dolorum B. M. V. (feria VI post Dom. Passionis) et Responsoria de Communi B. M. V. legunt. Orto iam dubio de hac ratione agendi, eaedem moniales a sacrorum Rituum Congregatione humiliter petunt ut dubia sequentia solvere dignetur, nimirum :

I. An in sabbatina recitatione Officii B. M. V. Evangelium *Loquente* cum Homilia de Communi semper recitandum sit.

II. Si vero negative, quaenam sint Evangelia, Homilia et Responsoria iis variis temporibus recitanda, nempe : a) ab Adventu usque ad Nativitatem Domini ; *b)* a Nativitate Domini usque ad Purificationem ; o) a Pascha usque ad Pentecosten,

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, re sedulo perpensa ita respondendum censuit: „

Ad I. Providebitur in II.

Ad IL Responsoria sint semper ut in festis B. Mariae Virginis per annum, cum Evangeliis et Homiliis : *a)* e feria IV Quatuor Temporum Adventus ; 6) e die infra Octavam Nativitatis Domini *Vides festinare pastores* (30 Decembris); et c) e priori festo Septem Dolorum B. M. V.

Atque ita rescripsit, die 22 Ianuarii 1909.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

-j- D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD IOSEPHUM TONIOLO PRAESIDEM " UNIONIS POPULARIS „ IN ITALIA.

Illmo signor Presidente,

Mi sono data piacevole cura di trasmettere al. Santo Padre lo *statuto dell'Unione delle donne cattoliche d'Italia,* compilato da V. S. e dalla medesima a me inviato perchè lo sottoponessi alla sovrana Sua approvazione. Sono lieto di parteciparle che l'Augusto Pontefice ne ha presa ben volentieri conoscenza, e ne ha rilevato con paterna soddisfazione gli alti principi di religione e di cristiana civiltà, che ne costituiscono l'anima e la vita : anima e vita da V. S. saggiamente tradotta nei singoli articoli del ben elaborato *statuto,* che pieno di armoniosa energia, come parte al tutto, unisce al vasto programma dell'*'Unionepopolare ;* la quale mentre con questo nuovo organismo si apre nuovi orizzonti a cui estendere la propria azione, si associa altresì un potentissimo coefficiente di sociale cristiana rigenerazione.

Sua Santità confida che mercè un'operosa cospirazione dei singoli gruppi locali coi relativi comitati, e di questi col comitato centrale, accompagnata da una docile, costante dipendenza di tutti dall' autorità ecclesiàstica ed aiutata dal soccorso della divina grazia, potrà provvedersi al mantenimento dei principi religiosi in mezzo alle donne cattoliche, ed in esse e per esse suscitarsi in seno delle famiglie e della società un apostolato perenne, quanto conforme alla provvidenziale "missione della donna, altrettanto vivo e fecondo.

Da ultimo il Santo Padre mentre raccomanda la novella istituzione allo zelo operoso dei Vescovi, ai quali ne affida la vigile protezione, ed i quali facilmente ne comprenderanno la importanza e la necessità, grato a V. S._ che tanto lodevolmente ha voluto cooperare a darle vita con tracciarne un complesso d'illuminate e pratiche norme, la benedice di cuore, ed insieme a lei di cuore benedice ancora quanti colla loro adesione e col loro efficace concorso vorranno promuovere la rapida diffusione e ***V*** incremento sempre maggiore di quest' opera, da cui l'Augusto Pontefice si aspetta copiosi frutti, per la gloria di Dio e per la cristiana educazione femminile, alla quale si sente oggi più che mai imperioso il bisogno di provvedere.

Mi valgo dell' incontro per raffermarmi con sensi di distinta stima

Roma, 27 Dicembre 1908. Affino per servirla

Di V. S. Tilma R. CARD. MERRY DEL VAL

y ; II. :

AD REV. D. IOANNEM B. MARTIN ET P. LUDOVTCUM PETIT, GONTINUATORES COLLECTIONIS CONCILIORUM OMNIUM CATHOLICAE ECCLESIAE.

Rmi Domini,

Laeto ac libenti animo munus, honoris illud quidem plenum, expleturus sum quod Beatissimus Pater Pius PP. X mihi detulit, gratias scilicet quam plurimas vobis persolvendi pro comptis nitidisque tribus voluminibus ad eamdem Sanctitatem Suam missis, quibus novam collectionem adgressi estis, quae *Conciliorum omnium catholicae Ecclesiae collectio amplissima* inscribitur, quamque praeclarissimi viri Huberti Welter editoris parisiensis sumptu eo consilio vulgastis, ut excellentissimum illud opus quod Dominicus Mansi instituerat, morte autem eius interruptum fuerat, ad exitum adduceretis. Id etiam libenter vobis significo Augustum Pontificem volumina illa esse valde admiratum, eumdemque laudibus ornavisse tum maximam, qua edita sunt, elegantiam, tum copiam uberrimam et paene dixi sylvam rerum, omni cum diligentia a vobis collectam, non sine multo labore atque sudore, quippe cum innumerabiles prope pervestigationes in bibliothecis ac tabulariis ad huiusmodi opera conficienda necessariae omnino videantur. Quibus rebus omnibus Beatissimus Pater in eam spem periucundam adduStus est, ut tantum opus tantoque iudicio peractum, non solum eruditissimo cuique, sed etiam, immo vero praecipue, universo clero maximopere profuturum sit : idque eo magis quod latinorum textuum ubertati multa Orientis documenta addidistis quorum summa utilitas facile percipi potest, non solum quod ad scientias, verum etiam quod ad Ecclesiae veterem atque usitatam disciplinam attinet.

Sanctitas igitur sua hisce bene meritis laudibus ut animi sui grati benevolentisque pignus et testimonium adiungere posset, singularem vobis atque editori benedictionem, coelestium munerum auspicem eamdemque conficiendi tanti operis auxilium, impertita est.

Quod dum vobis libéralissime renuntio, meas ipsius grates quam maximas vobis persolvo pro tribus aliis exemplaribus eiusdem operis, quae ad me perhumaniter misistis, quorum et editionis elegantiam et rerum copiam atque gravitatem, summopere admiratus, omnes vobis laudes tribuo; ac praeterea sensus grati erga vos animi mei libenter exprimo et maximam, qua vos prosequor, existimationem dum confirmo, sum et permaneo vobis

Romae, die 11 Ianuarii 1909. Addictissimus

R. CARD. MERRY DEL VAL

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

13** Gennaio **1909. — Mons. Adamo Borghini, Canonico arciprete e Vicario generale di Ferrara, con bolla pontificia è stato nominato Vescovo titolare di Carpasia e Ausiliare dell'Emo Card. Boschi, Arcivescovo di Ferrara e Amministratore Apostolico di Comacchio.

***16** Gennaio.* — Mons. Carlo Mola, Vescovo rinunziatario di Foggia, con decreto concistoriale è stato nominato Amministratore Apostolico provvisorio della stessa diocesi.

— Mons. Pietro Lafontaine, Vescovo di Cassano, con decreto concistoriale è stato nominato Amministratore Apostolico provvisorio di S. Marco e Bisignano.

22 Gennaio. — Mons. Bartolomeo Clemente Combes, Arcivescovo di Cartagine, con bolla Pontificia è stato nominato anche Arcivescovo di Algeri.

29 Gennaio. — Mons. Agostino Dontenwill, Vescovo di Nuova Westminster ed ora Superiore generale degli Oblati di Maria Immacolata, con bolla pontificia è stato nominato Arcivescovo titolare di Tolemaide di Siria.

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

DICHIARAZIONE

La S. Congregazione dei Religiosi comunica:

« Varie domande sono state indirizzate alla Santa Sede a riguardo di un'opera « esistente a Parigi sotto il nome di *Maison sociale*, che dicesi fondata e diretta « da certa Suor Mercedes.

« Si dichiara formalmente che la Santa Sede non ha mai avuto parte alcuna «in. quest'opera, e molto meno l'ha approvata.

«Dalla Segreteria della stessa sacra Congregazione dei Religiosi, 30 Gen- « naio 1909.

« FR. G. C. CARD. VIVES, *Prefetto.*

L. S.

« D. L. Janssens, O. S. B., *Segretario* ».

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

12 Gennaio 1909. — Nel palazzo Apostolico Vaticano dinanzi all' augusta presenza del Santo Padre si è tenuta la Congregazione generale dei sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi che la compongono, hanno discusso sul dubbio detto del *tuto* per la solenne beatificazione della Ven. Giovanna d'Arco, detta la Pulcella d'Orléans. Indi hanno discusso sul dubbio di due miracoli, che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Beato Clemente Maria Hofbauer, sacerdote professo della Congregazione del SSmo Redentore, i quali miracoli vengono proposti per la canonizzazione del medesimo Beato Confessore.

24 Gennaio. — Nella sala |del Concistoro ha avuto luogo, alla presenza di Sua Santità, la lettura del decreto sopra i miracoli nella causa di canonizzazione del Beato Clemente Maria Hofbauer, della congregazione del SSmo Redentore, e del decreto sul *tuto* nella causa di beatificazione della Ven. Giovanna d'Arco.

Quindi Sua Santità ha pronunciato il seguente discorso:

« Nessuna compiacenza può paragonarsi a quella, che io provo ogni volta che coli'aiuto del Signore posso decretare l'onore degli altari a quei nostri fratelli i quali, avendo lasciato il profumo delle proprie virtù sulla terra, manifestano la loro potenza nel cielo coi prodigi, che con la loro intercessione si piace di operare il Signore. E questa compiacenza io provo in questo dì colla pubblicazione dei decreti che annoverano tra i Santi il Beato Clemente Hofbauer, sacerdote della Congregazione del SSmo Redentore, e tra i Beati la Pulcella d'Orleans, la Venerabile Giovanna d'Are, perchè ho la dolce confidenza, che coinè l'uno e l'[altra, peregrini nel mondo, lavorarono e combatterono pel trionfo della fede, così le loro preghiere otterranno il ravvedimento della società, che riconoscendo le gravi sue colpe, ripari alle manifeste miscredenze e alle pubbliche ingiurie fatte a Dio stesso.

« Il Vangelo di questa Domenica propone alla nostra meditazione il doppio miracolo operato dal divin Redentore, che mentre discendeva dal monte, s'incontrò in un povero lebbroso, che prostrato in terra gli fece questa preghiera: *Domine, si vis, potes me mundare.* E Gesù stese la mano, lo toccò e gli disse: *Lo voglio, sii mondato,* e subitamente sparì da lui la lebbra.

« Ed entrato che fu Gesù in Cafarnao, andò a trovarlo un centurione, raccomandandosi a Lui e dicendo: *Signore, il mio servo giace in letto ammalato di paralisi nella mia casa, ed è malamente tormentato;* e Gesù gli disse : *Io verrò e lo guarirò.* Ma il centurione, pieno di confusione, rispose: *Signore, non sono degno che voi entriate sotto il mio tetto, ma dite solamente una parola ed il mio servo sarà guarito.* Allora Gesù disse al centurione: *Va, e ti sia fatto conforme hai creduto. E* nello stesso momento il servo fu guarito.

« Abbiamo proprio bisogno della valida intercessione dei Santi, perchè la leb-

brosa e paralitica società presente riconosca il male che fa e ricorra a Dio, onde la salvi dalla rovina.

« Ingrata ai benefici su di essa largamente profusi, sorda agl'inviti amorosi di chi la vorrebbe sulla via del bene, è arrivata a tal punto da misconoscere Iddio non solo nelle grazie, colle quali la benefica, ma anche nei castighi con cui la flagella: castighi riguardati come fenomeni inesorabili della natura. E quindi non più Dio nelle assemblee e nei parlamenti, perchè si ha vergogna di nominarlo; non più Dio nelle scuole, se non che per deriderlo o bestemmiarlo ; non più Dio nelle famiglie laicizzate; non più Dio insomma nella società, che uscita di pupillo non ha bisogno di pedagogo. E quindi la gioventù nella così detta libertà di pensiero e di coscienza educata all'ateismo, la stampa invereconda che mena stragi e rovine, le stesse arti belle, fatte strumento di corruzione. Quindi derisi i buoni osservanti delle leggi divine, riguardate ormai come rimasugli di superstizione e d'ignoranza; scherniti i ministri di Dio e impediti perfino nelle opere di umanità e di beneficenza; perseguitata finalmente dalla settaria prepotenza dominante la religione anche negli asili, che ancora le restavano, le chiese.

« Oh beato Clemente, oh venerabile Giovanna, pregate Dio perchè questa misera lebbrosa che è la società presente, coperta da capo a piedi di piaghe fetide e cancrenose, questa paralitica, che in continui tremiti e sussulti non può fare un passo nella via del bene, riconosca i suoi torti, e faccia ricorso a Dio, che solo può guarirla!

«Entri Dio nelle menti, e le illumini; entri nei cuori, e li purifichi; entri nelle famiglie, nelle scuole, nelle officine, e le santifichi. Entri nella società, che è sua di diritto, e vi entri trionfante, chiamato dalla fede e dall' amore, riconosciuto e benedetto dai vinti. I vinti da Dio non sono come gli schiavi, trascinati dietro il carro trionfale dei terreni conquistatori, ma sono i rigenerati alla libertà, alla^vera libertà del pensiero nella fede divina; alla libertà della coscienza nell'amor santo di Dio; alla vera libertà, che là soltanto si trova, ov'è Io spirito del Signore: *uhi Spiritus Domini, ibi libertas.*

« Clemente, Giovanna, pregate per noi ».

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con biglietto della Segreteria di Stato, Sua Santità si è degnata di nominare :

12 Gennaio 1909. — Consultori della S. Congregazione dell'Indice: Mons. Giuseppe Weber, Arcivescovo titolare di Darai ; il Rmo P. Giacomo Bund, Procuratore generale della Società dei SS. Cuori (Picpus); il Rmo P. Giuseppe da Monterotondo, dell'Ordine dei Cappuccini; il Rmo P. Serafino Cimini, dei Frati Minori.

— S. E. Rma il Sig. Cardinale Domenico Ferrata, Protettore delle Religiose Carmelitane di Marienthal (Alsazia).

16 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Cardinale Vincenzo Vannutelli, Vescovo di Palestrina, Protettore dei Circoli cattolici degli operai di Francia.

21 Gennaio. — Il Rev. D. Luigi Maglione, Officiale della prima Sezione della Segreteria di Stato.

28 Gennaio. — S. E. Riìia il Sig. Card. Francesco Satolli, Vescovo di Frascati, Protettore delle Suore di S. Giuseppe di Carondolet negli Stati Uniti d'America del Nord.

Con Breve Apostolico, il S. Padre si è degnato di nominare Prelati Domestici:

2 Gennaio 1909. — Mons. Michele Huber, Vicario generale di Ratisbona;

— Mons. Francesco Saverio Haberi, di Ratisbona;

— Mons. Agostino Kuczka, Rettore del Seminario di Bucarest.

9 Gennaio. — Mons. Cesare Cerretti, Vicario generale di Frascati.

11 Gennaio. — Mons. Enrico Odelin, Vicario generale di Parigi;

— Il Rev. D. Enrico Debout, parroco del S. Cuore a Calais.

14 Gennaio. — Il Rev. D. Bernardo Sandmeier, parroco di New-Ulm, diocesi di S. Paolo.

15 Gennaio. — 11 Rev. D. Francesco Castellis, Canonico onorario della chiesa metropolitana di Gorizia ;

— 11 Rev. D. Giovanni Fi!ipic, Canonico onorario della chiesa metropolitana di Gorizia ;

— II Rev. D. Giuseppe Pauletic, Canonico della chiesa metropolitana di Gorizia :

— Il Rev. I). Giovanni Lukezic, Canonico della chiesa metropolitana di Gorizia.

16 Gennaio. — Il Rev. D. Fortunato Dario Morosi, Canonico della chiesa metropolitana di Firenze.

20 Gennaio. — Mons. Ladislao Zatuskowski, della diocesi di Varsavia.

25 Gennaio. — Mons. Antonio Villardi, Arciprete e Vicario generale di Vicenza;

— Il Rev. D. Germano Breton, Rettore dell'Università di Tolosa.

ONORIFICENZE

La Santità di N. S. Pio Papa X si è benignamente degnato di conferire le seguenti onorificenze:

17 Gennaio 1909. — Il titolo e le insegne di Cavaliere dell'Ordine di S. Silvestro al signor Gioachino Farina.

21 Gennaio. — La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno al signor cav. Giovanni Battista Di Pietro, Maggiore della Guardia Palatina d'onore.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Camerieri segreti soprannumerari.

19 Gennaio 1909. — Rev. D. Cornelio Carlo Prinsen, parroco della città di Bois-le-Duc ;

— Rev. D. Andrea Swisterski, Canonico della chiesa metropolitana di LeopolL

25 Gennaio. — Rev. D. Ferdinando Bazzani, Rettore del seminario di Fermo.

Camerieri à" onore in abito paonazzo.

19 Gennaio 1909. — Rev. D. Alberto Giovanni Aukes, parroco Decano di Le u\\ arden.

25 Gennaio. — Rev. D. Riccardo Lacarra, Arciprete vicario foraneo di S. Prancrazio (arcb. di Brindisi).

Cameriere a" onore extra urbem.

11 Gennaio 1909. — Rev. D. Giuseppe Palomo, sacerdote indigeno delle isole Marianne.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario.

19 Gennaio 1909. — Sig. Giovanni Craigen, della diocesi di Aberdeen.

ANTICAMERA PONTIFICIA

UDIENZE

Il Santo Padre ha ricevuto in udienza privata:

11 Gennaio 1909. — S. E. Rma il Sig. Card. Angelo Di Pietro, Datario di S. S.. con Mons. Spolverini Sotto-Datario;

— Mons. Prospero Scaccia, Vescovo di Tivoli;

— Fra Giacomo Mayaud, Procuratore generale dei Certosini.

13 Gennaio. — 'S. E. Rma il Sig. Card. Serafino Cretoni, Prefetto della S. Congregazione dei Riti;

— Mons. Giuseppe Maria Ignazio Montes de Oca y. Obregon, Vescovo di S. Luis Potosí;

— Il Rino P. Antonino Luddi, O. P., con due Religiosi del medesimo Ordine ed alcune Religiose Visitan dine.

14 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Francesco Segna, Prefetto della S. Congregazione dell'Indice;

14 Gennaio. — Mon. Raffaele Maria Arboleda, Arcivescovo di Popayan;

— Mons. Michele Lega, Decano della S. R. Rota;

— Mons. Giovanni Costa, Protonotario Apostolico di numero;

— Il Rmo P. Gaetano Zocchi, della Compagnia di Gesù;

— S. E. il signor Principe Giustiniani-Bandini, con la famiglia;

— Il sig. Conte Gritti Morlacchi, comandante del treno-ospedale del S. M. 0. di Malta di Milano, reduce da Bagnara (Calabria), con tutto il personale sanitario, le dame milanesi, le suore e le infermiere.

15 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Gaetano de Lai, Segretario della S. Congregazione Concistoriale;

— Mons. Giuseppe Weber, Arcivescovo titolare di Dami;

— Mons. Domenico Mannajoli, Vescovo di Montefiascone;

— Il Riíio P. Leonardo Nenkirchen, 0. F. M., Commissario generale di Terra

— Il Rmo P. Augusto Ausini, S. I., Rettore del Collegio Pio latino Americano.

— S. E. il conte Maurizio Wetter, ex-Presidente della Camera austriaca dei Deputati con S. E. il Conte Ham. Wilczek e col dottor Charas;

16\ Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Francesco Satolli, Prefetto della S. Congregazione degli Studi;

— Mons. Antonio Maria Grasselli, Arcivescovo Vescovo di Viterbo e Toscanella;

— S. E. il Sig. conte de Leiningen.

17 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Domenico Ferrata, Prefetto della S. Congregazione dei Sacramenti;

— Mons. Lorenzo Chieppa, Vescovo di Cariati e Amministratore Apostolico di Cotrone;

— Mons. Alessandro Verde, Promotore della Fede, con Mons. Di Fava.

18 Gennaio. — Mons. Rinaldo Camillo Rousset, Vescovo di Bagnorea;

— Mons. Domenico Jaquet, Arcivescovo titolare di Salamina;

— Mons. Giacomo Sinibaldi, Rettore del Collegio Portoghese.

19 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Giuseppe Calasanzio Vives y Tuto, Prefetto della S. Congregazione dei Religiosi;

— Mons. Mauro Nardi, Vescovo titolare di Tebe;

— Mons. Luigi Veccia, Segretario della S. Congregazione di Propaganda;

— Il Rmo P. Pacifico da Seggiano, Ministro generale dei Minori Cappuccini;

— Il Comitato direttivo della pontificia Accademia dei nuovi Lincei che ha umiliato a Sua Santità le memorie scientifiche e gli atti pubblicati dall'Accademia nell'anno testé decorso. Il volume è dedicato alla stessa Santità Sua quale omaggio in occasione del Giubileo sacerdotale. I membri del Comitato suddetto sono: Rev. P. Giuseppe Lais, *presidente;* Comm. Giuseppe Olivieri, *tesoriere;* Rev. D. Filippo Bonetti, *consigliere;* Rev. D. Ignazio Galli, *consigliere;* Cav. Domenico Colapietro, *bibliotecario;* Prof. Pietro De Sanctis, *segretario;* Ing. Pietro Alibrandi, *vice-segretario.*

Diarium -Romanae Curiae.

20 Gennaio. — Mons. Giovanni Ronzano, Rettore del Collegio di Propaganda, con il Cav. Camillo Serafini e il Sig. Errico Arrigo, componenti la Commissione pontificia inviata nelle regioni colpite dal terremoto;

— Il Rmo P. Ermelindo Costa, S. I., Rettore del Pontificio Collegio Leoniano dAnagni;

— Il Rmo P. Domenico Reuter, Ministro generale dei Minori Conventuali

— Il Rmo P. Luca di Maria SSma, Procuratore generale dei Carmelitani Scalzi.

21 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Girolamo Maria Gotti, Prefetto della S. Congregazione di Propaganda Fide;

— Mons. Giuseppe Michele Federico Bonnet, Vescovo di Viviers;

— Il Collegio Inglese e il Collegio Beda.

22 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Vincenzo Vannutelli, Prefetto della Segnatura Papale di giustizia;

— S. E. Rma il Sig. Card. Gaetano De Lai, Segretario della S. Congregazione Concistoriale;

— Mons. Roberto Menini, Arcivescovo titolare di Gangra e Vicario Apostolico di Sofia e Filippopoli;

— Il Rmo P. Ciro Pontecorvi, dei Missionarii del preziosissimo Sangue;

— **U** Sig. Colonnello conte Blumenstihl con altri Ufficiali del disciolto esercito pontificio per ringraziare delle distinzioni cavalleresche ricevute.

23 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Card. Pietro Respighi, Vicario di S. S.;

— Mons. Edoardo Patrizio Alien, Vescovo di Mobile" (America del Nord);

— Mons. Giuseppe Wilpert, Protonotario Apostolico di numero.

25 Gennaio. — S. E. Rma il Card. Angelo di Pietro, Datario di S. S.;

— Il Rmo P. Aurelio Palmieri, degli Agostiniani;

— Il Rmo P. Fruttuoso, dei Predicatori;

— Un gruppo di giovanette che hanno fatto la prima Comunione nella parrocchia di S. Carlo ai Catinari;

— Il Comm. Pio Folchi, Presidente della Direzione interdiocesana Laziale,con il Sig. Topini segretario propagandista, l'Avv. Luigi Capalti consulente legale, il Rev. Ettore Moresi assistente ecclesiastico. Intervennero anche all'udienza i Vicepresidenti Sig. Cav. Croci, Prof. Bandiera, Reale e Milani con i rappresentanti delle diocesi di Frascati, Albano, Velletri e Palestrina. Il Comm. Folchi nel presentare ai S. Padre lo statuto della Direzione interdiocesana ha pronunziato parole di circostanza, alle quali Sua Santità si è degnato rispondere encomiando l'opera e i propositi della Direzione stessa.

VICARIATO DI ROMA

ESERCIZI SPIRITUALI DEL CLERO DI ROMA E SUO DISTRETTO

" .. " " DISPOSIZIONI.

1. Tutto il clero secolare di Roma dovrà, almeno ogni tre anni, fare i santi spirituali Esercizi in una delle tré casé delle quali è cenno nella lettera del S. Padre in data 15 Gennaio 1905, o in altre che in seguito fossero a Ciò destinate.

2. Chi per ragioni speciali desiderasse farli altrove, dovrà ottenere licenza da questo Vicariato e presentare poi il certificato di averli compiuti.

3. Non si rinnoveranno nè la facoltà di celebrare, né quelle di ascoltare le sacramentali confessioni, a quei sacerdoti che non avessero nel triennio adempito all'obbligo loro imposto dal S. Padre.

4. Ciascun sacerdote, per essere ammesso a far parte di una muta di S. Esercizi, dovrà dare in tempo il suo nome alla Segreteria del Vicariato, indicando il luogo e i giorni che preferisce, secondo la tabella che si pubblicherà ogni anno.

5. La retta è fissata in L. 16. Si procurerà di venire in aiuto, con qualche provvedimento, a coloro che si trovassero nella riconosciuta impossibilità di pagare la retta medesima.

TABELLA DELLE MUTE NELLE PIR CASE DI VILLA CECCHINI, DELLA MISSIONE, E DEI SS. GIOVANNI E PAOLO, DURANTE L'ANNO 1909.

Gennaio. — 1. Dalla sera di Domenica 17, alla mattina di Sabato 23.
Febbraio. — 2. Dalla sera di Domenica 14, alla mattina di Sabato 20.
Aprile. — 3. Dalla sera di Domenica 18, alla mattina di Sabato 24.
Maggio. — 4. Dalla sera di Domenica 9, alla mattina di Sabato 15.
Giugno. — 5. Dalla sera di Domenica 13, alla mattina di Sabato 19.
Luglio. — 6. Dalla sera di Domenica 11, alla mattina di Sabato 17.
Agosto. — 7. Dalla sera di Domenica 15, alla mattina di Sabato 21.
Settembre. — 8. Dalla sera di Domenica 19, alla mattina di Sabato 25.
Ottobre. — 9. Dalla sera di Domenica 3, alla mattina di Sabato 9.
Novembre. — 10. Dalla sera di Domenica 7, alla mattina di Sabato 13.
Dicembre. — 11. Dalla sera di Domenica 28 Novembre, alla mattina di Sabato 4 Dicembre.

I RR. Rettori delle chiese dovranno tenere esposta la presente nelle sagrestie per tutto l'anno.

Dalla Segreteria del Vicariato, 2 Gennaio 1909.

L. S. - Francesco Can. Faberi, *Segretario.*

Annus I. - Vol. I. Die 15 Februarii .19ÖÖ. Num. 4.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS ECCLESIA S. LAURENTII IN LUCINA DE URBE EVEHITUR AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Satis constat ecclesiam S. Laurentii in Lucina, vetustate, structura et artis operibus insignem inter praecipuas almae huius Urbis iure meritoque esse accensendam. Hoc enim templum primus est presbyteralis titulus post basilicas patriarcales, atque in praenobili Urbis regione situm, et populi frequentia et divini cultus splendore summopere floret. Iamvero cum in ipsum templum iuxta tenorem apostolicarum litterarum, quarum initium *Susceptum,* quasque edidimus ix Kalendas Novembris anno MDCCCCVI, propediem sit transferendum Capitulum S. Angeli in foro piscium, quod titulum assumet Capituli S. Michaelis archangeli ad S. Laurentii in Lucina, ipsiusque Capituli Canonici Nos enixis precibus flagitaverint, ut ecclesiam, tot tantisque nominibus conspicuam, peculiari honoris .titulo cohonestare dignaremur, votis hisce annuendum, libenti quidem animo, existimavimus. Quare, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, ecclesiam S. Laurentii in Lucina de Urbe ad basilicae minoris dignitatem evehimus, illique honores omnes et privilegia conferimus quae minoribus almae huius Urbis Nostrae basilicis de iure competunt. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstan-

tibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque, speciali licet atque individua mentione et derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xxvn Novembris MDCCCCVII^ Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

EPISTOLA

AD AEMILIUM KELLER COMITEM, PARISIOS.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Ea quidem placuit significatio grati animi, quam nomine utriusque *Comitatus,* quibus praesides, ipse Nobis dabas, quod instituta rite quaestio de habendis Ioannae Arcensi honoribus beatorum caelitum, mature, auctoritatis Nostrae suffragio, processisset. Ideo praesertim placuit, quia intelleximus, vobis in hac etiam causa Nostrum Galliae amorem esse perspectum. Si enim et patrocinium et exemplum magnanimae virginis a Nobis hodie genti vestrae obiicitur, nostis quo spectemus; nempe ut illa, tamquam auctore ac duce, boni omnes ad defendendam religionem utantur: proptereaque studeant aliquando eam inter se confirmare concordiam, quae una spem salutis communis continet. Hoc nobis maxime in votis esse scitis: et quoniam ut id ipsum eveniat optime elaboratis, Nos Deum rogamus, laetos laborum fructus vobis tribuat. Nec vero arbitramur melius Nos posse referre vobis gratiam pro iis, quae pie Nobis precabamini. Auspicem autem divinorum munerum, ac testem paternae benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte fili, tuisque-sociis apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xx Ianuarii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

DECRETUM

QUO EPISCOPI CONVOCANTUR UT CONSISTORIIS INTERSINT, ANTE FESTUM ASCENSIONIS D. N.T. C HABENDIS.

Antequam ad solemnem canonizationem beatorum Confessorum Iosephi Oriol, e clero Barcinonensi, et Clementis Mariae Hofbauer, e congregatione SSmi Redemptoris, deveniat, SSmus Dominus noster Pius PP. X, ceteris quae iuxta canonicas sanctiones requiruntur expletis, constituit insuper in re tanti momenti Episcoporum sententiam exquirere. Quapropter praesenti S. Congregationis Consistorialis decreto mandat, ut omnes et singuli Praesules, qui sunt intra centesimum ab Urbe lapidem, nisi grave aliquid obstet, Romam decem dies ante festum Ascensionis D. N. Iesu Christi petant, ut Consistoriis haberi solitis interesse possint. Ceteros Italiae et proximarum regionum Archiepiscopos et Episcopos, ut romanum iter ad eumdem finem aggrediantur, peramanter invitat. Remotiores vero de hac tam iucunda et extraordinaria solemnitate certiores reddit. Ne autem frequentibus ad Urbem itineribus nimium graventur Episcopi, Sanctitas Sua benigne indulget, ut, qui hac occasione Romam adiverint et memoratis solemniis interfuerint, exempti evadant ab obligatione visitandi sacra Limina prima proxima vice.

Datum Romae ex aedibus Secretariae eiusdem sacrae Congregationis, die 27 Ianuarii 1909.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. £B S. Scipio Tecchi, *Adsessor.*

MONITUM

Rmi Archiepiscopi et Episcopi qui, iuxta relatum S. Congregationis Consistorialis convocationis decretum, Romae sacris canonizationis solemniis intererunt, oportet ut quamprimum subscripto Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto *(Via del Quirinale 45, scala 3ª, palazzo Rospigliosi)* per epistolam significent quo circiter die venturi sint, ut Praesulum numerus opportune cognoscatur, et ipsi schedulas, intimationes, nec non a S. Rituum Congregatione canonizandorum acia pro Consistoriis, tempestive accipere possint.

Ne vero apostolici cursores in schedularum distributione ancipites haereant de Episcoporum domiciliis, oportet ut ipsi Archiepiscopi et Episcopi in scriptis eumdem Caeremoniarum Praefectum de suo quisque domicilio certiorem faciant.

Iidem Antistites secum deferent vestes praelatitias laneas violaceas, cum mantelletto pariter laneo violacei coloris, biretum, rocchetum, pluviale simplex ex lama argentea, sin minus ex serico damasceno albo, amictum, mitram lineam ex tela alba, et cappam laneam violaceam pro Consistoriis, pellibus ermellineis ornatam.

Antistites autem cardinalitia dignitate praefulgentes, praeter vestes et cappas cardinalitias tam rubei quam violacei coloris, cum pellibus ermellineis, pro die solemnis canonizationis habebunt calceos rúbeos, amictum, planetam albam opere phrygio aureo distinctam, mitram serico damascenam cum vimpa, et superpelliceo pro capellano caudatario, qui induet vestem sericam violaceam, cum crocea lanea violacei pariter coloris.

De mandato SSmi D. N. Papae.

Romae, die 14 Februarii 1909, Dominica in Sexagesima.

Franciscus Riggi,

L. ✠ S. *Proton. Ap., Caerem. Praefectus.*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

L

ORDINIS FRATRUM MINORUM

DE ITERANDA EXPLORATIONE VOLUNTATIS SINGULARUM MONIALIUM ANTE VOTORUM SOLEMNIUM NUNCUPATIONEM.

Beatissime Pater,

Fr. Bonaventura Marrani, Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum, se ad Sanctitatis Tuae pedes provolvit et, ut plurium tum ministrorum provincialium quum monialium sui Ordinis dubiis occurrat, sequentia exponit:

Sacra Tridentina synodus *(sess.* xxv, *cap. 17, de Regni.),* haec quoad vestitionem monialium earumque professionem constituit: « Libertati pro« fessionis virginum Deo dicandarum prospiciens, sancta synodus statuit « atque decernit ut puella, quae habitum regularem suscipere voluerit..., « non ante eum suscipiat, nec postea ipsa vel alia professionem emittat, « quam expiraverit Episcopus, vel, eo absente vel impedito, eius Vica« rius, aut aliquis...., ab. eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an « coacta, an seducta sit, an sciat quid agat ». Quum vero Summus Pontifex Leo fel. rec. XIII* per decretum S. Congregationis Episcoporum et

Regularium die 3 Maii 1902 latum edixerit ut, non secus quam in religionibus virorum etiam in sanctimonialium monasteriis, in quibus solemnia nuncupantur vota, praemittantur solemnibus votis simplicia triennium saltem duratura; hinc sequens dubium exortum est, cuius congruam in editis iam ipsius decreti solutionem minime reperit: *num ante professionem votorum solemnium sanctimonialis voluntas, quae ante vestitionem professionemque votorum simplicium, iuxta S. Concilii Tridentini praescripta, fuerit legitime explorata, denuo sit exploranda P*

Super quibus humillimus orator opportunam declarationem reverenter postulat.

Et Deus, etc.

Ex audientia SSmi habita ab infrascripto Cardinali S. Congregationi de Religiosis Praefecto, die 19 Ianuarii 1909; Sanctitas Sua, re mature perpensa, supra relato dubio responderi mandavit prout sequitur: *Attenta ratione solemnitatis votorum, iteranda est exploratio voluntatis singularum monialium ante votorum solemnium nuncupationem.*

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis Negotiis religiosorum sodalium praepositae, die, mense et anno ut supra.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. £g S. D. Laurentius Janssens, O. S. B., *Secretarius.*

IL

DECRETUM

QUO APPROBANTUR AD DECENNIUM CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM " DE LA SALETTE „.

Rmus P. Iosephus Perrin, Superior generalis congregationis Missionariorum vulgo *de la Salette,* una cum suis generalibus Adsistentibus, vota quoque depromens omnium suae congregationis alumnorum, post iam indulta decreta quum laudis tum approbationis Instituti, Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam X enixis precibus rogavit, ut, attenta ipsiusmet Instituti per plures orbis partes postremis hisce temporibus diffusione, approbationem constitutionum eiusdem congregationis benigne tribuere dignaretur, eo quoque fine, ut omnes sodales strictioribus inter se et ipsi Instituto vinculis devinciantur.

Quum autem Emi et Rmi Patres Congregationi religiosorum sodalium praepositi, in generali coetu subsignata die ad Vaticanum coadunato, ad relationem Emi Dñi Cardinalis Francisci Cassetta, rem maturo

examine perpenderint, respondendum censuerunt, ut praedictae constitutiones, prouti in exemplari authentico sacrae Religiosorum Congregationi exhibitae sunt, ad experimentum decennii iugiter approbarentur, modificationibus rite servatis, quae in eodem exemplari ex officio peractae sunt. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 29 Ianuarii 1909.

Quibus' omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Secretarium sacrae Congregationis religiosorum sodalium relatis, Sanctitas Sua sententiam sacri ipsius Consilii benigne approbare et confirmare dignata est, die 1 Februarii, eodem anno.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. ¡$(S. D. Laurentius Janssens, O. S. B., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

AURELIANEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI IOANNAE DE ARC VIRGINIS, AURELIANENSIS PUELLAE NUNCUPATAE.

Super dubio : *an, stante approbatione virtutum et trium miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem eiusdem ven. Servae Dei beatificationem.*

Virorum, qui militari laude antecellunt, etsi summa sit apud homines opinio ac dignitas, nihilominus vix accidit ut eorum non sint obscurata trophaea, sive propter causam inique susceptam, sive propter abusum victoriae, sive denique ob hanc ipsam nimis magno emptam planeque luctuosam. Pulcherrimus omnium triumphus illorum est, qui sibi primum imperare suisque cupiditatibus inferre bellum didicerunt; deinde, si oportuerit arma etiam terrena conferre, vires omnes nervosque a religione sumunt, cum regio vate canentes: *si consistant adversum me castra, non timebit cor meum* (Ps. xxvi, 3). Purissima igitur luce renidet admirandae virginis Arcensis vexillum, in quo non tam inscribi possit *gesta Dei per Francos,* quam potius *cadet Assur in gladio non viri* (Is. xxxi, 8). Pro fideli enim gente, *nova bella elegit Dominus* (Iudic, v, 8), immissaque in aciem filia plebis contra hostes gallici nominis *de caelo dimicatum est* (ib., v, 20).

Qui res gestas magnanimae pientissimaeque puellae Aurelianensis omni exuunt divinae virtutis instinctu, ad humanae tantum opis faculta-

tem eas dimetientes, hi profecto ignorare videntur, hinc quae fuerit feminae sanctitas, hinc quae patrata per ipsam inaudita facinora; utraque res enim altera alterius ope confirmatur. Venerabilis autem Dei serva Ioanna, tum intra domesticos parietes atque in custodia gregis^ tum in castrorum tumultu, *timebat Deum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum* (Iudith, VIII, 8); In sua vero innocentia et modestia, cum reliquarum comitatu virtutum, *prodigia facientem Dominum invocavit, qui, non secundum armorum potentiam, sed, prout ipsi placet, dat dignis victoriam* (II, Mae, xv, 21). Nec in media militari licentia quidquam detrimenti passa est eius virtus, caelesti custode ipsam protegente, ut in Iudith, xm, 20: *custodivit me angelus eius, et hinc euntem et ibi commorantem et inde huc revertentem.* Quod si adiuncta spectentur singula, quibus ipsa non muliebre opus absolvit, sive militaris prudentia, sagacia, consilium, sive multiplex rerum cognitio, praesertim divinarum, sive arcanorum prospicientia, sive cetera denique superna dona iuxta illud Isaiae, XLV, 3: *dabo tibi thesauros absconditos et arcana secretorum;* ea omnia profecto divinitus acta esse patebit, de humilique puella, ad humanae confusionem superbiae, fuisse dictum a Domino: *admirationem faciam populo huic miraculo grandi et stupendo* (Is., XXIX, 14).

Insignis haec virgo vixit adhuc in ore hominum usque ad saecularis celebritatis honores ei recens exhibitos. Nunc vero beatis addenda caelicolis, multo nobis vivet utilior, impetratum patriae suae, de qua optime meruit, robur antiquae fidei; catholicae autem Ecclesiae, cuius fuit studiosissima, solam en ex reditu tot errantium filiorum. Interim, Deo confirmante novis prodigiis famam tantae sanctitatis, post editum decretum de approbatione virtutum in gradu summo, agitata iterum causa est et peculiaris instituta quaestio super tribus miraculis, a Deo per ven. Dei servam Ioannam patratis, de quibus SSmus D. N. Pius PP. X, decreto edito idibus decembribus superioris anni, constare edixit.

Unum supererà^ iuxta sacri huius fori statuta, inquirendum: utrum beatorum caelitum honores ven. servae Dei Ioannae de Arc tuto decerni possent. Itaque, in generali conventu SS. RR. Congregationis habito coram SSmo D. N. Pio Papa X, pridie idus ianuarias volventis anni, Rmus Cardinalis Dominicus Ferrata, causae relator, discutiendum dubium proposuit: *an, stante approbatione virtutum et trium miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem ven. servae Dei Ioannae de Arc beatificationem.* Rmi Cardinales et PP. Consultores, suffragium singuli ediderunt. SSmus vero Pater, ab aperienda mente sua abstinuit distulitque supremum iudicium in alium diem, monitis qui aderant, ut in re tam gravi caeleste lumen implorarent.

Tandem hodierno laetissimo die, per solemnia divinae familiae Iesu,

Mariae, Ioseph, idem SSmus Pater, sacra hostia pientissime litata in domestico sacello, nobiliorem aulam vaticanam ingressus ac pontificio solio assidens, ad se accersivit Rmos Cardinales Seraphinum Cretoni, SS. RR. Congregationi Praefectum, et Dominicum Ferrata, causae relatorem, una cum R. P. Alexandro Verde, sanctae fidei Promotore, meque infrascripto a secretis, iisque adstantibus solemniter pronunciavit, *tuto procedi posse ad solemnem ven. servae Dei Ioannae de Arc beatificationem.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, in acta SS. Rituum Congregationis referri, litterasque apostolicas sub plumbo de beatificationis solemnibus in patriarchali basilica vaticana, ubi primum licuerit, habendis, expediri iussit, nono calendas februarias anno millesimo noningentésimo nono.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. ^ S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius-.*

IL

VINDOBONEN.

DECRETUM CANONIZATIONIS BEATI CLEMENTIS MARIAE HOFBAUER, SACERDOTIS PROFESSI CONGREGATIONIS SS. REDEMPTORIS.

Super dubio : *an et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Nondum vivis excesserat Ecclesiae Doctor illustris Alphonsus Maria Ligorius, quum ad institutam ab eo Familiam aditum petit adolescens, qui tanti Patris opus longe lateque esset propagaturus. Fuit is beatus Clemens Maria Hofbauer, qui sancti conditoris vestigia sic est persequutus, ut redivivus Ligorius videretur, plane dignus illo praeconio : *mortuus est pater eius, et quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se* (Eccl. xxx, 4); vel eo quod olim a filiis prophetarum dictum est: *requievit spiritus Eliae super Eliseum* (IV Reg., n, 15).

Ortus anno MDCCLI in Moravia oppido *Teswicz,* carus omnibus ac probatus, pueritiam adolescentiamque transegit. A pistoris arte, quam plures annos exercuit, ad longe nobiliorem panem populis comparandum destinatus, perfectioris vitae genus a tiburtino secessu, quasi a nova Thebaide, est auspicatus. Sex ibi menses quum delituisset, Vindobonam studiorum causa se contulit; mox Romae se Ligorianae familiae adscripsit. Sacerdotio auctus, missus est in Poloniam, qua in regione asperrimas difficultates invicto animo superavit, ut eius gentis aeternae saluti prospicere!. Inde iniuria temporum amotus, Vindobonam rediit, quae urbs uberrimam

sancto viro obtulit messem. Quamplurimos enim vitiorum daemonisve laqueis irretito s ad christianae vitae morem convertit ; intermortuam fidem excitavit, sacramentorum usum frequentem invexit. Nec eo fructu contentus, Helvetiam, Daciam, Germaniam peragravit, Instituti sui domicilia multa constituit, quasi totidem fidei propugnacula contra ingruentes errores et solitos impetus inimicorum catholici nominis; nec a laboribus requievit, nisi quum Deus fidelem servum ac prudentem ad sempiterna gaudia vocavit, quod contigit Vindobonae anno MDCCCXX.

Haec est summa rerum, quas eximius Germaniae apostolus Clemens Maria Hofbauer in vita gessit, quibus post obitum meruit, in dies crescente fama sanctitatis eius et accedentibus prodigiis, in beatorum caelitum album referri a sa. me. Leone XIII, anno MDCCCLXXXVIII. MOX, instantibus plurimis ut fastigium honoribus imponeretur, id est ut in Sanctorum album eiusdem beati viri nomen accenseretur, praesertim quod duo vulgarentur eo deprecante patrata miracula, Sedis Apostolicae venia, accurata inquisitio in illa facta est, tabulaeque a SS. Rituum Congregatione recognitae ac probatae sunt.

Primum ordine propositionis accidit Neapoli mense martio an. MDCCCCV. Amalia Conte septimum iam.mensem aegra trahebat, arthritide sicca laborans ; qui morbus in dies ingravescens in insanabilem anchylosim cesserai Admotà fervidis cum precibus laevo genu icone beati Clementis, aegrota quae ante movendi artum erat omnino impos, proiecto sustentáculo, repente vita, motu, vigore praeditum habuit.

Alterum obtigit miraculum mense februario anno MDCCCXCVII , in Mallerdorfiensi coenobio sororum Franciscanum. Vigora Verzinger ex ea Familia, tubercolosi pulmonari affecta, ob superadditam pleuritidem acutam naturae pariter tubercularis, ad fatalem exitum properabat, eratque iam supremis munita sacramentis. Ecce autem sub finem novendialium precum, quae ad exorandum beatum Clementem fuerant institutae, quieto somno correpta et recreata Vigora, mane surrexit integre perfecteque sanata.

• De binis hisce miraculis instituta est actio : nempe primum in duplici antepraeparatorio conventu apud Cardinalem Dominicum Ferrata, causae relatorem, v idus iunias anno MDCCCCIII, et denuo vi idus martias an. MDCCCCVIII ; deinde in praeparatorio ad Vaticanum coacto pridie idus iulias eodem anno ; denique in generali coetu coram SSmo Domino nostro Pio Papa X in iisdem aedibus vaticanis habito pridie idus ianuarias ineuntis anni, in quo memoratus Rmus Cardinalis Dominicus Ferrata dubium proposuit: *an, et de quibus miraculis constet in casu, et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales sacris tuendis Ritibus praepositi et Patres Consultores suffragium

singuli protulere. At SSmus Pater, omnium audita sententia, supremum iudicium distulit in alium diem et eos qui aderant hortatus est ut in re tanti momenti férvidas Deo funderent preces.

Hodierna vero auspicatissima die> Dominica III post Epiphaniam qua festum sacrae Familiae percolitur, Sacro devotissime peracto, idem Beatissi^ mus Pater, nobiliorem aulam vaticanam ingressus et pontificio solio assidens, coram se sistere iussit Rmos Cardinales Seraphinum Cretoni, SS. RR. Congregationi Praefectum, et Dominicum Ferrata, causae relatorem, una cum R. P. Alexandro Verde, sanctae fidei Promotore, meque infrascripto a secretis, hisque adstantibus solemniter edixit, *constare de duobus propositis miraculis* ; scilicet de primo : *instantaneae perfectaeque sanationis Amaliae Conte ab arthritide sicca in sinistro genu ;* atque de altero : *instantaneae perfectaeque sanationis Vigorne Verdinger a tuberculosi pulmonari et pleuritide.*

Hoc insuper decretum evulgari et in SS. Rituum Congregationis acta referri iussit nono calendas februarias anno MDCCCCIX.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. i$ S. -j- D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

III.

MONITUM

CIRCA EDENDA ET PUBLICANDA ACTA SERVORUM DEI VEL BEATORUM.

Acta quae respiciunt vitam, virtutes et prodigia Servorum Dei vel Beatorum, quorum causis beatificationis et canonizationis manus apposuit sacra Rituum Congregatio, typis edi ac publici iuris fieri nequeunt, inconsulta eadem sacra Congregatione, et absque licentia *nihil obtsat* R. P. D. Promotoris sanctae fidei, vel Adsessoris ipsius sacri Consilii.

Datum Romae ex Secretaria SS. Rituum Congregationis, 12 Februarii 1909.

L. % S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA POENITENTIARIA

LITTERAE

AD ORDINARIOS GALLIARUM, DE COMPOSITIONIBUS QUOAD BONA ECCLESIASTICA.

Venerabilibus in Christo Patribus Galliae Ordinariis, salutem et sinceram in Domino caritatem. — Neminem sane latet quanta animi fortitudine et constantia SSmus Dnus noster Pius divina providentia PP. X sacrosancta Ecclesiae iura adseruerit et iniquas leges postremis hisce annis in Gallia latas reprobaverit ac damnaverit. Idem vero Summus Pontifex apprime sollicitus pro salute animarum, quae suprema lex est et ultimus finis, cui terrena omnia subordinari oportet, memor caritatis Christi Domini, de quo scriptum fuit: « calamum quassatum non conteret, et linum fumi« gans non extinguet » (1), luculenter ostendit infirmitati debilium, quoad fieri potest, indulgendum esse, ut errantes in viam aeternae salutis revocari queant.

Hunc porro in finem tributae fuerunt, per litteras ab Emo Cardinali a secretis Status datas die 24 Septembris 1907, omnibus et singulis venerabilibus in Christo Patribus Galliarum Ordinariis amplae facultates pro iis, qui propriae conscientiae consulere cupiant postquam bona Ecclesiae erepta qualicumque titulo acceperint, vel bona ipsa, honestis de causis, acquirere postulent.

Quo autem melius innotescat mens Summi Pontificis in supradictis facultatibus tribuendis, simulque habeatur norma certa eas interpretandi et practice applicandi, Sanctitas Sua huic S. Poenitentiariae speciali mandato commisit, ut cum praelaudatis Galliarum Ordinariis communicaret ea quae sequuntur, quaeque in audientia diei 15 huius mensis ipsa Sanctitas Sua expresse probavit.

Nihil videlicet timendum est, ne ex aequa compositione iniustis bonorum Ecclesiae detentoribus concessa ipsius Ecclesiae iura in se pessumdentur seu minuantur. Primum enim per huiusmodi compositionem nullatenus relevantur praecipui spoliatores seu auctores iniquarum legum, quarum vi bonorum Ecclesiae direptio et alienatio consummata fuit. Deinde, tantum abest ut ea compositio obligationem integre restituendi pro ipsis iniustis detentoribus vel diffiteatur vel solum dissimulet, ut eam potius praesupponat, atque ostendat in Ecclesia ius plene vigens eam exi-

(1) IS., XLII, 3.

gendi. Siquidem qui per benignam compositionem alicuius rei partem condonai, eo ipso ostendit omnimodam sibi esse facultatem de ea re libere disponendi; qui autem compositionem petit vel solummodo acceptat, debitum suum manifeste recognoscit et profitetur.

Quae cum ita sint, sedulo cavendum est ne forte per rigidiorem quamdam agendi rationem, hac in re, suprema Romani Pontificis auctoritas circa bona Ecclesiae temporalia coarctari videatur, atque insuper adiuvetur ipsum consilium impiorum, qui eo demum spectant, ut animas pretioso D. N. I.* G. sanguine redemptas in aeternum perdant. Multi enim sunt in Gallia, quorum in mente fidei lumen non penitus extinctum est, qui tamen, impellente temporalis lucri cupidine, bona Ecclesiae direpta accipere non dubitarunt. Hi autem si toto poenarum et obligationum rigore urgeri se senserint, harum difficultate territi, potius in peccato insordescere, quam iustis sanctae matris Ecclesiae querimoniis satisfacere eligent. Contingere etiam potest ut, imminente mortis periculo, propinqui seu haeredes moriturorum negent morem gerere postulantibus sacerdotem confessarium, veriti ne eius hortatu morituri ipsi de integra bonorum Ecclesiae restitutione rite disponant; atque ita fiet ut miseri, non obtenta admissorum absolutione, ac non sine gravi scandalo, e vivis decedant. Contra, per benigniorem compositionem dum spirituali debilium bono consulitur, aliqua saltem ex parte resarciuntur Ecclesiae damna, maiorque affulget spes fore ut etiam renitentiores, facili reconciliationis conditione allecti, ad salutarem poenitentiam bonamque frugem serius ocius deveniant.

Recolendum quoque est censurarum finem non esse solam criminis vindictam, sed praecipue resipiscentiam delinquentium.

Hinc factum est ut, in similibus adiunctis, Summi Pontifices, licet immutabilia Ecclesiae iura alte proclamaverint, aequam tamen compositionem semper et benignissime permiserint ; quemadmodum peregisse constat, inter alios, lulium III, anno 1554, cum Anglis; Clementem XI, anno 1714, cum Saxonibus; Pium VII, superiore saeculo, cum ipsis Gallis; et nuperrime Pium IX ac Leonem XIII cum Italis.

Ceterum normae peculiares in concedenda compositione servandae adeo perspicue definitae sunt in praefatis litteris Emi Cardinalis a secretis Status, ut nulla videantur indigere declaratione. Si qua tamen in praxi oborta fuerit dubitatio, pronum erit recurrere ad hanc ipsam S. Poenitens tiariam, quae singulis, uti par est, absque mora faciet satis.

Datum Romae ex S. Poenitentiaria, die 16 Ianuarii 1909.

S. CARD. VANNUTELLI, *Poenitentiarius Maior.*

L.)$(S. I. Palica, *Secretarius.*

COMMISSIO DE RE BIBLICA

DE ORGANO OFFICIALI COMMISSIONIS BIBLICAE.

Quum de expressa voluntate SS. D. N. Pii PP. X *Acta Apostolicae Sedis,* typis Vaticanis edita, sint unicum *Commentarium Officiale* ad « Con- « stitutiones pontificias, leges, decreta, aliaque tum Romanorum Pontificum « tum sacrarum Congregationum et Officiorum scita legitime promulganda «et evulganda »; Emi DD. Cardinales Commissioni pontificiae de re biblica addicti, in coetu 14 Februarii huius anni in aedibus vaticanis habito, statuerunt ut praedicta Commissio ad actus suos publici iuris faciendos nullo alio deinceps promulgationis organo uteretur.

Romae, die 15 Februarii anno 1909.

Fulcranus Vigouroux, Pr. S. S.,
L. £g S. Laurentius Ianssens, O. S; B.,
Consultores ab actis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

7 Gennaio 1909. — Con decreto concistoriale la sede vescovile di Comacchio è stata dichiarata immediatamente soggetta alla S. Sede;

— Con Bolla pontificia l'Emo Sig. Card. Giulio Boschi, Arcivescovo di Ferrara, è stato anche nominato Vescovo di Comacchio;

— Con Bolla pontificia Mons. Pasquale Morganti, Arcivescovo di Ravenna, è stato anche nominato Vescovo di Cervia.

1 Febbraio 1909. — Con decreto concistoriale, da spedirsi per Bolla, Mons. Giovanni Battista Pita vai, Vescovo titolare di Sora, è stato promosso alla sede metropolitana di Santafè negli Stati Uniti d'America';

— Con decreto concistoriale, da spedirsi per Bolla, Mons. Giovanni Grimes, del clero di Syracuse, è stato promosso alla chiesa titolare Vescovile di Imeria e deputato Coadiutore con successione di Mons. Patrizio Ludden, Vescovo di Syracuse.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

9 Febbraio 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano si è tenuta la sacra Congregazione particolare dei Riti, con decreto 9 Dicembre 1908 sostituita alla Congregazione ordinaria rotale, nella quale dagli Emi e Rmi Sig. Cardinali e dai Rmi Prelati Officiali si è giudicato: I° intorno alla validità ed al rilievo del processo apostolico costruito nell'arehidiocesi di Napoli sopra la fama di santità della vita, delle virtù e dei miracoli in genere del Ven. Giustino de Jacobis, Vescovo di Nilopoli e Vicario Apostolico dell'Abissinia, della congregazione della Missione; %° intorno alla validità dei processi apostolici ed ordinari costruiti per la causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Maria Margherita Dufrost de Lajemmerais, vedova D'Yonville, istitutrice delle Suore di carità in Montreal; 3° intorno allo stesso dubbio per la causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Maria Adeodata Pisani, monaca professa Benedettina nel monastero di S. Pietro in Malta; 4° intorno alla validità del processo apostolico costruito nella Curia di Malines sopra i miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Ven. suor Anna di S. Bartolomeo, monaca professa Carmelitana scalza; 5° intorno al culto, in ossequio ai decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Ven. Paolo Cafaro, sacerdote professo della congregazione del SSmo Redentore; 6® finalmente intorno allo stesso dubbio per la causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Anna Maria Javouhey, fondatrice delle Suore di S. Giuseppe di Cluny.

SACRA PENITENZIERIA

NOMINA

5 Febbraio 1909. — Il S. Padre, con lettera dell'Emù Signor Card. Serafino Vannutelli, Penitenziere Maggiore, si è degnato di nominare Canonista della S. Penitenzieria il Rev. D. Enrico Spadorcia, parroco di S. Maria Maggiore in Roma.

SEGRETERIA DI STATO

AVVISO DI CONCORSO

È aperto il concorso ad un- posto di scrittore-calligrafo nella Segreteria di Stato di Sua Santità, Sezione dei Brevi Apostolici. Coloro che intendono prendervi parte, debbono inviare a Mons. Cancelliere dei Brevi Apostolici (Vaticano), non più tardi della fine del corrente mese, la relativa domanda, corredata dai documenti riguardanti le loro qualità morali e religiose. A richiesta ed a voce si daranno gli opportuni schiarimenti.

.• . • NOMINE

Il S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

26 Gennaio 1909. — Il Rev. D. Enrico Ponti, Officiale minore della S. Congregazione del Concilio.

7 Febbraio 1909. — S. E. Rma il Sig. Card. Gaetano de Lai, Segretario della S. Congregazione Concistoriale, Protettore delle Suore della Provvidenza.

***8** Febbraio.* — S. E. Rma il Sig. Card. Sebastiano Martinelli, Prefetto della S. Congregazione dei Riti.

9 Febbraio. — Mons. Federico Cattani e Mons. Giuseppe Mori, Prelati Uditori della S. Rota Romana;

— Mons. Michelangelo Bovieri, Sotto-Segretario della S. Congregazione dei Sacramenti ;

— Il Rev. D. Roberto Vicentini ed il Rev. D. Augusto Fidecicchi, Officiali minori della S. Congregazione dei Religiosi.

ONORIFICENZE

Il Santo Padre si è degnato di conferini:

Il cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno (classe civile) al Sig. Alberto Havenscth di Aversa;

La medaglia *Benemerenti* in argento al Sig. Michele Kuszka di Leopoli ;

La croce *pro Ecclesia et Pontifice* alla signora Baronessa Lidia de Hoffmann, della diocesi di Trento; ed. alla signora Elisabetta de Schönberg-Roth-Schönberg, della diocesi di Bressanone.

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma il Sig. Card. Merry del Val, si è degnato di nominare il Sig. Avv. Giuseppe Patriarca, Procuratore legale dei sacri Palazzi Apostolici.

MAGGIORDOMI ATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Camerieri segreti soprannumerari:

Il Rev. D. Giuseppe Zuk, dell'archidiocesi di Leopoli ;

Il Rev. D. Basilio Zotdak, » »

Il Rev. D. Stefano Horodecki, » »

Il Rev. D. Gustavo Klug, dell'archidiocesi di Olmutz.

Cameriere segreto di Spada e Cappa soprannumerario:

Il Sig. Conte Ottone Figarolo di Groppello di Torino.

Cameriere d'onore in abito paonazzo:

Il Rev. D. Aureliano Schiavone, arciprete di Ripabottoni (dioc. di Larino).

ONORIFICENZE.

Il S. Padre, su proposta di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnato di conferire le seguenti distinzioni ai sottoindicati Camerieri segreti e Camerieri di onore di Spada e Cappa soprannumerari:

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno al Sig. Comm. Giacomo Bernard, già insignito della Commenda del medesimo Ordine;

La Commenda dell'Ordine di Pio IX al Sig. Marchese Patrizio Mac Swiney;

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno al Sig. Cav. Pietro Floridi;

La medaglia *Benemerenti in* oro:

Al Sig. Conte Vincenzo Macchi;
» Barone Ernesto Schönberg-Roth-Schönberg;
» Barone Felice Roeder de Dieroburg;
» Barone Antonio de Leherer;
» Conte Vincenzo Senni;
» Conte Enrico Pocci;
» Conte Pietro Chiassi;
» Comm. Guglielmo Christmas;
» Comm. Luigi Rossi de Gasperis;
» Comm. Guglielmo Albata;
» Ing. Aristide Leonori;
» Cav. Giuseppe Frascari;
» Prof. Edoardo Persiani;
» Prof. Giorgio Stara-Tedde;
» Antonio De Falloux Schuster;
» March. Luigi Zacchia Rondinini;
» Avv. Giuseppe Sterbini;
» Avv. Giuseppe Grazioli;
» Prof. Giuseppe Fornari;
» Giovanni Ladelci;
» Conte Adriano Aloisi-Masella;
» Cav. Luigi Bersani;
» Avv. Giuseppe Casini;
» Prof. Pietro De Sanctis;
» Cav. Camillo Serafini;
» Cav. Paolo Croci;
» Comm. Pio Folchi;
» Comm. Paolo Pericoli.

Annus I. - Vol. I. Die 15 Martii 1909. Num. 5.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLIGAE

" L -

EPISCOPO NOLANO DATUR FACULTAS TRANSFERENDI NOLAM CORPUS S. PAULINI EPISCOPI, EIUSQUE FESTUM EVEHITUR AD RITUM DUPLICEM MINOREM IN UNIVERSA ECCLESIA.

PIUS PP. X

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Sanctos inter Antistites et Confessores, quorum gloriosis fastis Nolana dioecesis et felix Campania nobilitatur, conspicuum procul dubio locum obtinet S. Paulinus Episcopus, cuius laus est in universa Ecclesia. Quis enim ignorat acta sanctissimi viri, cuius labia custodiebant scientiam, et sapientiam laudabant gentes, quique, ut S. Augustinus ait, ex opulentissimo divite, voluntate pauperrimus factus, sed copiosissime sanctus christiano populo apparuit? De eius vita "iuvat summatim attingere. Pontius Meropius Anicius Paulinus anno reparatae salutis trecentesimo quinquagesimo tertio, a clarissima civium romanorum familia, Burdigalae in Aquitania natus, acri fuit ingènio ac moribus suavibus. -Ausonio magistro, eloquentiae ac poeséos laude excelluit. Praenobilis ac ditissimus honorum cursum ingressus, fiorenti aetate, senatoria dignitate potitus est. Dein Italiam petiit consul, et Campaniam provinciam nactus, sedem Nolae statuit. Hic divino lumine tactus, ob coelestia signa, quae Felicis presbyteri martyris sepulcrum illustrabant, verae Christi fidei, quam iam animo cogitabat, impensius adhaerere coepit. Fasces igitur ac securim nulla caede maculatam deposuit, et reversus in Galliam, variis aerumnis ac magnis terra marique laboribus iactatus, oculo capitur, sed a B. Martino Tùronensi Episcopo sanitati restitutus, lustralibus baptismatis aquis a B. Delphino Burdigalensi Antistite abluitur. Continuo, divitiis quibus abundabat spretis, bona vendidit

pretiumque pauperibus distribuit, et uxorem linquens Therasiam, opibus non minus quam virtutibus praestantissimam foeminam, mutata patria, et raptis vinculis carnis, in Hispaniam secessit, venerandam sequutus, ac toto sibi pretiosiorem orbe, Christi pauperiem. Barcinone dum Sacris devote adstaret, solemni die dominicae Nativitatis, repentino admiratae plebis tumultu correptus, ac frustra reluctans, a Lampidio Episcopo presbyter ordinatur. Inde cum Therasia in sororem conversa redit in italiam, et Nolae, quo S. Felicis religione ductus venerat, penes illius sepulcrum monasterium condidit, et ipse inter viros, sicuti Therasia inter mulieres, adscitis sociis, coenobiticam vitam aggreditur. Hic vir iam senatoria et consulari dignitate praeclarus, stultitiam crucis amplexus, toto fere orbe admirante, vili indutus tunica, vigilias inter ac ieiunia, in assidua coelestium rerum contemplatione dies noctesque defixus manebat. Sed percrescente sanctimoniae fama, plenis christiani populi suffragiis, ad Nolanum episcopatum evehitur, atque eodem in pastorali munere obeundo, miranda pietatis, sapientiae ac potissimum caritatis exempla reliquit. Nam veterem S. Felicis cryptam, ubi sacrum illius corpus quiescebat, instauravit, maioremque basilicam Nolanae quondam sedis cathedralem in eiusdem honorem dicavit, quam mirifice ornatam pretiosis Sanctorum reliquiis locupletavit, additis atrio, bibliotheca, porticibus, aquaeductu, xenodochio ac celeberrimo coemeterio. Haec inter, sapientia referta, de religione ac fide pertractantia, ediderat scripta, saepe etiam, numeris indulgens, concinnis carminibus Sanctorum acta, ac praesertim S. Felicis, concelebraverat, summam christiani poetae famam adeptus. Ille etiam primus erexisse campanariam turrim, et nolanum sive campanum aes ad congregandam in templo plebem adhibuisse dicitur. Quotquot sanctitate ac doctrina praestantissimi viri eo tempore erant, tot sibi amicitia atque admiratione devinxit. Sanctis Patribus Ecclesiae doctoribus ac luminaribus, Ambrosio in primis, Martino, Augustino, Hieronymo ac Sulpitio Severo familiarissime usus est; quamplurimi ad eum, ceu ad christianae perfectionis magistrum, undequaquam confluebant, sicut ipse Augustinus ad Licentium scripsit : « Vade in Campaniam, disce a Paulino ». Vastata a Góthis in romani imperii exitium ingruentibus Campania, facultatem omnem, ne relictis quidem sibi rebus ad vitam necessariis, in alendos pauperes et captivos redimendos contulit. Postea vero Vandalis easdem regiones infestantibus, cum ab eo posceret vidua ut filium sibi redimeret ab hostibus captum, consumptis bonis omnibus in officio pietatis, se ipsum pro illo tradit in servitutem, atque in vincula coniectus in Africam rapitur. Mirandum sane et praeclarissimum christianae caritatis facinus ! Tandem, non sine praesenti Dei ope, libertate donatus, et Nolam reversus, dilectum ovile, pastor optimus revisit ; ibique verbo et exemplo excitatis clero popu-

loque ad pietatis in Deum mutuique inter se amoris studia, annum agens septuagesimum octavum aetatis suae, placidissimo exitu obdormivit in Domino. Corpus, niveo candore suffusum, magno omnium fletu elatum, iudaeis ipsis atque paganis Ingentibus, prope S. Felicis sepulcrum conditum est. Postea Longobardorum tempore Beneventum translatum fuit, unde, Othone tertio imperatore, Romam delatum est, et in basilica S. Bartholomaei ad insulam Tiberinam compositum. Quoniam vero in Paulinum perbelle cadit nobilissimum illud divinae sapientiae praeconium: « Non « recedet memoria eius, et nomen eius requiretur a generatione in genera- « tionem », ita evenit, ut Antistites et clerus populusque tum Nolanae dioecesis, cum universae Campaniae, non intermissum per saecula desiderium servaverint recuperandi mortales exuvias tanti Pastoris ac Patroni. Imo, non multis abhinc annis, et tu, venerabilis Frater, atque alii Archiepiscopi et Episcopi Campaniae solemnem Decessori Nostro Leoni PP. XIII, felicis memoriae, ad hunc finem petitionem exhibuistis. Huic petitioni accesserunt suffragia Cardinalium Archiepiscoporum Neapolitani et Capuani ; Archiepiscoporum Beneventani, Caietani, Sürrentini, Amalphitani et Compsani ; Episcoporum Suessani, S. Agathae Gothorum, Stabiani, Aversani, Acerrani, Puteolani, Cavensis-Sarnensis, Nucerini Paganorum, Isolani, Abellinensis, Laquedoniensis , Thelesini, Iserniensis- Venafrani, Caputaquensis, Aliphani, S. Angeli, Calvensis-Theanensis, Casertani, Caiacensis, Aquinatensis ac Pontiscurvi, necnon Abbatum nullius Dioecesis SS. Trinitatis Cavensis ac Montis Virginis. Conlegia quoque canonicorum, parochi et clerus, atque universorum omnium Nolanae dioecesis municipiorum rectores, adsessores et cives, datis syngraphis, unanimi consensu, petitionem ipsam confirmarunt; sed illos morte praereptus Decessor Noster diuturni voti compotes reddere nequivit. Nunc autem cum tu, pariter ipsorum venerabilium Fratrum nomine, Nos iterata prece adieris, eadem expromens vota, auspicatissimam nactus occasionem, et sacerdotalis Nostri iubilaei, et renovationis cathedralis tui templi, quod iam igne haustum, modo splendide restitutum, et mirandis artis operibus, te curante, decoratum atque auctum, divino cultui denuo aperietur; Nos ut utriusque eventus perennis exstet memoria, optatis hisce piis annuendum ultro libenterque existimavimus. Etenim spem prope certam fovemus , quin imo minime dubitamus, futurum ut auspicatus hic sacrarum exuviarum in Campaniam reditus, hac in pulcherrima regione, quae iure meritoque dicta fuit felix, incrementum excitet fidei atque exercitationis actuosae christianarum virtutum, quae dumtaxat valent tum ad veram ac duraturam in terris cum ad aeternam in coelo felicitatem acquirendam. Quae cum ita sint, aream plumbeam in qua iamdiu a vetustissimis temporibus sacrum divi Paulini corpus asser-

vatur, a Praelato fidei promotore, coram duobus testibus rite recognitam, et quaquaversus integram repertam, a basilica tiberina S. Bartholomaei in vaticanas Nostras privatas aedes transferendam curavimus, hoc quidem consilio, scilicet ut venerandum illud depositum Nos ipsi manibus Nostris tibi committamus, Notam adducendum, in urbem residentiae tuae episcopalis, atque ipso in cathedrali templo rite condendum, ad altare, quod ob magnificentiam et splendorem dignum apprime volumus, cui tam pretiosi thesauri custodia concredatur. Praeterea peculiari devotionis sensu ducti, quo tantum Sanctum prosequimur et recolimus, liturgici quoque cultus decorem extendere atque amplificare volentes, apostolica Nostra auctoritate, tenore praesentium, edicimus ut festum ipsius sancti Episcopi, quod huc usque ritus simplicis fuit, evehatur in Ecclesia universa ad festum ritus duplicis, celebrandum singulis in posterum annis die vigesima secunda mensis iunii. Quoad Nolanam vero dioecesim, in qua iure iam festum idem agitur duplici primae classis ritu, mandamus ut in posterum, die a te designando, prouti tibi in Domino expedire videbitur, solemnis etiam huius Sancti corporis translationis memoria, quotannis, similiter duplici maiori ritu recolatur. Insuper ut dispositionum omnium, quae praesentibus litteris continentur, etiam in sacra liturgia recordatio permaneat, praecipimus ut earundem expressa mentio fiat in tertia lectione secundi Nocturni Officii dicti Sancti. Quem ad finem, atque ut ea omnia quae superius ediximus plenum sortiantur effectum, tibi, venerabilis Frater, potestatem facimus exhibendi praesentes litteras Nostras iis personis et congregationibus illis, ad quas pertinet, voluntatem hanc Nostram exsecutioni mandare. Tandem ut solemnia translationis sacri corporis divi Paulini etiam cum spirituali christiani populi emolumento agantur, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui quotannis, die sacro memoriae reditus sanctarum ipsius exuviarum, vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, cathedralem ecclesiam Nolanam a primis Vesperis ad occasum solis diei huiusmodi visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Iis vero qui, eodem die, contrito saltem corde, cathedralem dictam ecclesiam y ut superius diximus, preces fundentes visitent, de numero poenalium, in forma Ecclesiae solita, septem annos totidemque quadragenas expungimus. Postremo largimur fidelibus iisdem, si malint, liceat indulgentia eadem plenaria ac partiali, vita functorum labes poenasque expiare. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus

apostolicis, etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xyin Septembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £ß S. R. CARD. MERRY DEL VAL

II.

ECCLESIA METROPOLITANA LANCIANENSIS TITULO BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. **x**

Ad perpetuam rei memoriam. — Conspicua tempia Dei, quae non minus vetustate ac molis amplitudine quam artis operibus et eximia imprimis fidelium religione prae ceteris excellant, de more institutoque Romanorum Pontificum, praecipuis honoribus privilegiisque augere, libenti quidem animo, solemus. Cum vero compertum habeamus, metropolitanam aedem Lancianensem Deo sacram in honorem Deiparae Virginis, cui vulgo *de Ponte* nomen, iam inde a decimo quarto saeculo erectam, ac singulari artifìcio renidentem hoc potissimum praestare, quod pervetus B. M. V. figulinum simulacrum, usque ab anno MDCCCXXXIII ex Capituli vaticani decreto aurea corona redimitum, summa incolae veneratione ibidem colant, atque ad illud saepe pii peregrinantes conveniant, tantae Matris opem imploraturi ; Nos haec omnia aequam duximus causam, cur, precibus venerabilis Fratris Angeli della Cioppa, Archiepiscopi Lancianensis, benigne exceptis, memoratum templum basilicae minoris titulo cohonestaremus; atque ad id etiam permoti sumus, quod in sacra huiusmodi aede, a Decessoribus Nostris indulgentiis compluribus locupletata, et copiosa diviteque supellectile instructa, permultae Sanctorum reliquiae, peculiari cura asservatae exsistant, inter quas principem obtinet locum, sub ara maxima conditum, corpus S. Cordulae V. et M. ex inclyto S. Ursulae comitatu. Quae cum ita sint, quo, iuxta praedicti Antistitis vota, iubilaei Nostri sacerdotalis nuper peracti, lancianensibus civibus perennis memoria maneat, eorumque pietas erga sanctam Dei Matrem et Virginem magis magisque in diem foveatur, praesentium tenore, metropolitanam ecclesiam Lancianensem B. *ii. N. de Ponte* dicatam, basilicae minoris titulo perpetuum in modum apostolica auctoritate Nostra augemus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae minoribus huius almae Urbis Nostrae basilicis de iure competunt. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit, in omnibus

et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque, speciali licet atque individua mentione et derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die v Februarii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. j$ S. R. CARD. MERRY DEL VAL '

EPISTOLA

AD STANISLAUM EPISCOPUM AURELIANENSEM, QUOAD SACRA SOLEMNIA IOANNAE DE ARC AUSPICATO PARANDA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Valde iucundae tuae nuper litterae ; non tam quia vestras gratiarum actione^ Nobis, quam quia laetabiles sane nuntios afferebant. Gaudemus nimirum grata vobis esse, quae Nos in honorem Ioannae de Arc apostolica auctoritate gessimus, proximeque gesturi sumus. Nam ex hoc ipso praecipuam de vestra salute Nostram curam perspicere videmini. Sed illud Nos multo magis iuvat, quod addebas, ea verba, quae paulo ante in hac causa fecissemus, optatissimum animorum motum istic esse consecutum ; et, quae parantur solemnia sacra magnanimae Virgini, ea, curantibus Episcopis, et apud Nos magno Gallorum concursu, et in omni Gallia summo civium studio, celebratum iri. Licet enim praeclaros inde exspectare fructus pietatis communis : qui quidem ut exsistant vel uberiores, recte censes fore opportunum, si per idem tempus universus Galliae populus in fidei vitaeque christianae cultu sacris concionibus confirmetur. Nempe huiusmodi consilium mirifice Nobis probatur, nec quicquam optatius est, quam ut adducatur ad effectum. Interea divinorum auspicem munerum, tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem ex animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII Februarii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

DUBIUM

DE FACULTATE DISPENSANDI PRESBYTEROS AB IRREGULARITATE VEL A TITULO SACRAE ORDINATIONIS.

Proposito dubio, utrum facultas concedendi clericis, iam in sacro presbyteratus ordine constitutis, dispensationem ab irregularitate, vel a titulo sacrae ordinationis, spectet ad Congregationem de Sacramentis, an potius ad Congregationem Concilii ; sacra Congregatio Consistorialis, omnibus rite perpensis, respondendum censuit: Spectare ad S. Congregationem Concilii.

Datum Romae, ex aedibus Secretariae eiusdem sacrae Congregationis Consistorialis, die 27 Februarii 1909.

L. © S .

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

COMPOSTELLANA

CIRCA USUM QUORUNDAM INSTRUMENTORUM IN MUSICA SACRA.

Hodiernus Rmus Praeses Commissionis dioecesanae de musica sacra, ab Emo et Rmo D. Cardinali Iosepho M. de Herrera y de la Iglesia, Archiepiscopo Compostellano, constitutae, a sacrorum Rituum Congregatione reverenter expostulavit:

I. An in musica sacra organica admitti possint instrumenta, *oboes, clarinettes, trombones* nuncupata?

II. An instrumenta, vulgo *timbales* seu *tympanos,* sint habenda uti fragorosa et strepitantia ?

III. An eadem permitti possint in musica et orchestra religiosa?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita specialis Commissionis de musica et cantu sacro sententia, ita respondendum censuit:

Ad I. Possunt tolerari instrumenta musica, *oboes* et *clarinettes;* dummodo moderate, et obtenta pro quovis opere ab Ordinario licentia, adhibeantur.

Ad II. Provisum est in art. 19 Instructionis pontificiae *de musica sacra,* 22 Novembris 1908; et omnino servetur art. 16 eiusdem Instructionis.

Ad III. Negative.

Atque ita rescripsit, die 13 Novembris 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IL

CONCORDIEN.

DE ALTARIBUS FIXIS CUM MENSA EX PLURIBUS LAPIDIBUS COMPOSITA, VEL CUM MEDIO LAPIDE RELIQUIARUM, VEL CUM BASI EX MURO.

Rmus Dnus Franciscus Isola, Episcopus Concordien., in visitatione pastorali reperiit quaedam altaria consecrata uti fixa, quorum mensa ex pluribus lapidibus simul iunctis constat; aliqua vero similia cum mensa item ex pluribus partibus composita, sed in cuius medio exstat lapis quadratus in quo reconditae sunt sacrae reliquiae, vulgo *pietra sacra;* alia demum consecrata uti fixa, quorum mensa in medio nititur super basi ex muro vel ex coctis lateribus, quae in centro continet sacras reliquias. Quare idem Rmus Episcopus a sacra Rituum Congregatione reverenter expostulavit, an continuari possit usus celebrandi super dictis altaribus ?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis liturgicae suffràgio, re sedulo perpensa, ita rescribendum censuit:

L Quoad altaria priora, pro gratia sanationis, dummodo sepulcrum sit integrum ex lapide.

IL Quoad altaria secundo loco descripta, orator acquiescat.

III. Quoad postrema, infra tempus iudicio ipsius Episcopi determinandum, eadem ad normam iuris reducantur, vel per parvum lapidem consecratum, vel (si nullum in ecclesia consecrata sit altare fixum) per totius mensae cum stipitibus consecrationem.

Atque ita rescripsit, declaravit atque indulsit, die 13 Novembris 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. £8 S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

III.

COMPOSTELLANA

CADAVERA SACERDOTUM INDUI POSSUNT CASULA VIOLACEI VEL NIGRI COLORIS.

Emus et Rmus Dominus Cardinalis Iosephus M. de Herrera y de la Iglesia a sacrorum Rituum Congregatione sequentis dubii resolutionem reverenter expetivit, nimirum:

Quum in Rituali Romano, tit. vi *de exsequiis* sub num. 11, haec legantur: « Sacerdos quidem super talarem vestem, amictu, alba, cingulo, « manipulo, stola et casula seu planeta violacea sit indutus »; quumque ex consuetudine generali vigente in archidioecesi Compostellana, cadavera sacerdotum induantur planeta seu casula nigri coloris, quaeritur: an vi consuetudinis liceat cadavera sacerdotum induere casula vel planeta nigri coloris ?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis liturgicae suffragio, re sedulo perpensa, proposito dubio ita respondendum censuit : Affirmative, attenta praesertim consuetudine et Rubrica Ritualis Romani, quae praescribens paramenta violacea in casu non excludit nigra.

Atque ita rescripsit, die 20 Novembris 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. % S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IV.

MONIALIUM CONCEPTIONISTARUM

CIRCA IX LECTIONEM FESTI CURRENTIS, VERSÍCULOS AD VESPERAS ET LAUDES, AC ANTIPHONAM PRO II VESPERIS IN OFFICIO B. M. V. IMMACULATAE MONIALIBUS CONCEPTIONISTIS CONCESSO.

Quum per rescriptum sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium, d. d. 13 Martii 1905, moniales Conceptionistae in Hispaniae Belgiique regnis degentes quotidie per annum legant Officium Immaculatae Conceptionis B. M. V. a sa, me. Pio PP. IX anno 1863 approbatum^ exceptis quibusdam diebus, et in praedicto Officio Conceptionis agatur commemoratio festi currentis aliaque de iure facienda iuxta Rubricas; in re-

dactione kalendarii sequentia dubia oborta fuere, quae ipse kalendarii redactor humiliter postulavit ut a S. Rituum Congregatione enodentur:

I. An ex memorato rescripto et sacris Rubricis fieri possit tantum commemoratio festi currentis absque nona lectione historica?

II. An versiculi Vesperarum et Laudum debeant assumi a festo Immaculatae, vel potius ab Officio votivo eiusdem Immaculatae Virginis a sa. me. Leone PP. XIII concesso d. 5 Iulii 1883, et etiam antiphona pro secundis Vesperis, quando occurrunt?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis liturgicae voto, dubiis ut supra propositis respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, seu posse.

Ad II. Negative ad primam partem ; affirmative ad secundam, exceptis festo et Octava Immaculatae Conceptionis B. M. V,

Atque ita rescripsit, die 4 Decembris 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

V.

SANCTIMONIALIUM ORDINIS S. BENEDICTI

CONGREGATIONIS HELVETICAE

DE KALENDARIO CHORI MONIALIUM ADHIBENDO IN CELEBRATIONE MISSAE IN ECCLESIA PAROCHIALI.

Hodierna Abbatissa exempti monasterii *Habsthal,* sub iurisdictione Rmi D. Abbatis de Muri-Gries, congregationis Helveticae O. S. B., in dioecesi Friburgensi siti, sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur humiliter exposuit:

A Gubernio Helvético patria expulsae moniales abbatiae *Hermetschwil,* anno 1892, cum licentia Illmi et Rmi D. Archiepiscopi Friburgensis, ad antiquum S. Stephani monasterium in supradicto pago Habsthal sese recepére. Quod quidem monasterium, anno 1295 fundatum et monialibus Ordinis S. Dominici traditum, ineunte saeculo xix suppressum fuit, eiusque ecclesia uti 'parochialis pagi Habsthal renunciata. Adsunt nunc duo sacerdotes Ordinis S. Benedicti^ quorum unus munere confessarii monialium, alter parochi fungitur. Quum autem ecclesia sit parochialis, dubium exortum est de kalendario in celebratione Missae adhibendo, nempe an eadem ecclesia stare debeat kalendario proprio monialium, quae in choro eccle-

siae Officium divinum secundum kalendarium monasticum O. S. B. peragunt, vel kalendario dioecesano ?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis liturgicae suffragio, omnibus perpensis, ita respondendum censuit: Standum kalendario chori, ob Officium publice recitatum.

Atque ita rescripsit, die 12 februarii 1909.

S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

✝ D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

VI.

BELEMEN. DE PARA

DE NON IMPERTIENDA BENEDICTIONE NUPTIALI EXTRA MISSAM.

Rmus Dnus Santinus Maria de Silva Coutinho, Archiepiscopus Belemensis de Para, sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur reverenter exposuit:

Iam multis abhinc annis, in archidioecesi Belemeñsi de Para in Brasilia, consuetudo viget celebrandi matrimonia post meridiem vel sub nocte, quae magis invaluit post introductam legem civilis matrimonii, quo fit ut coniuges saepissime negligant et omittant, benedictionem nuptialem in Missa alio tempore recipere. Hinc quaeritur: an, attentis expositis, et pro dicta dioecesi, in matrimoniis celebrandis, benedictio nuptialis, prout in Missa pro sponso et sponsa, etiam extra Missam in posterum impertiri possit?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis liturgicae suffragio, re sedulo perpensa, proposito postulato respondendum censuit: Negative.

Atque ita rescripsit, die 12 Februarii 1909.

S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

✝ D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

APPENDIX

DECRETA INEDITA S. CONGREGATIONIS RITUUM AB ANNO 1900.

, ' • . T '

ORDINIS S. IOANNIS DE DEO

DE GESTANDO BIRETÖ A SACERDOTIBUS ORDINIS S. IOANNIS DE DEO IN SACRIS FUNCTIONIBUS.

Rmus P. Cassianus Maria Gasser, Prior generalis et sacerdos Ordinis sancti Ioannis de Deo, sacrorum Rituum Congregationi humiliter exposuit, quod sacerdotes sui Ordinis in accessu ad altare et recessu, nec non in aliis exercitiis ecclesiasticis, ad instar sacerdotum saecularium, alii deferre solent biretum, alii vero caputium amictu coopertum capiti imponunt ; atque utraque pars recte agere censet. Attamen ad omne dubium e medio tollendum, et ad obtinendam ac servandam etiam quoad hoc punctum uniformitatem in Ordine; idem Rmus orator sequentis dubii solutionem ab ipsa sacra Congregatione efflagitavit, nimirum:

An sacerdotes Ordinis sancti Ioannis de Deo sive sint parochi sive non, sive in propriis sive in alienis ecclesiis, in accessu ad altare et recessu, nec non in aliis exercitiis ecclesiasticis ubi a sacerdotibus saecularibus deferendum est biretum, et ipsi illud deferre possint aut debeant, vel potius caputium amictu coopertum capiti imponere teneantur?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, reque accurate perpensa, rescribendum censuit :

Ad dubium, quoad primam partem *posse,* et ad uniformitatem servandam *debere;* quoad alteram partem provisum in praecedenti.

.... Atque ita rescripsit, die 15 Septembris 1900.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. « S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

II.
ANGELOPOLITANA

DE CANTU AD ELEVATIONEM IN MISSIS CONVENTUALIBUS, DE CANONICIS PLUVIALISTIS IN VESPERIS, DE SEDE EPISCOPALI QUOAD LOCUM ET GRADUS, ET DE ALTARI SS. SACRAMENTI.

Rmus Decanus cathedralis ecclesiae Angelopolitanae in Republica Mexicana, nunc et Vicarius capitularis, sede vacante, a S. Rituum Congregatione insequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit, nimirum:

I. Invaluit mos in cathedrali ecclesia Angelopolitana ut quibusdam diebus, in Missa conventuali, ad elevationem SSmi Sacramenti sub utraque specie, chorus puerorum canat stropham *O salutaris Hostia* etc. Quaeritur: haec consuetudo a pluribus annis invecta potestne continuari?

II. An Caeremoniale Episcoporum observandum sit in Vesperis solemnibus, etiam quum pluvialistae sint ex canonicis vel dignitatibus, ideoque teneantur iidem cum Celebrante incedere ad incènsationem altaris et diaconorum officium adimplere ?

III. Sedes episcopalis collocata prope altare maius deinceps remota fuit, et posita in loco ubi tegit suggestum in quo diaconus canit evangelium. Praeterea eadem sedes supra tres gradus elevata aequat altitudinem altaris ; quaeritur : quid agendum in casu ?

IV. In quibusdam ecclesiis dioeceseos Angelopolitanae SSmum Eucharistiae Sacramentum asservatur in altari maiori, dum in aliis solet custodiri in aliquo ex altaribus et sacellis minoribus; quaeritur: an utrumque admitti possit?

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto Commissionis liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. Servetur decretum generale n. 3827, diei 22 Maii 1894, ad III.

Ad II. Affirmative quoad utramque partem, iuxta decretum n. 3839 *Angelopolitana,* diei 17 Augusti 1894, ad II et III.

Ad III. Quoad utramque partem standum Caeremoniali Episcoporum, lib. I, cap. XIII, n. 1, 2 et 3.

Ad IV. Affirmative, dummodo altare ubi continuo asservatur SSmum Sacramentum non sit altare chori.

Atque ita rescripsit, die 26 Aprilis 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

III.

MEXICANA

DE KALENDARIO ADHIBENDO A SACERDOTIBUS CELEBRANTIBUS IN ORATORIIS MONIALIUM, ET DE FESTO APPARITIONIS S. IACOBI IMPEDITO.

Rmus Dnus Prosper Ioseph Maria Alarcon, Archiepiscopus Mexicanus, sequentium dubiorum a S. Rituum Congregatione solutionem humillime expostulavit, nimirum:

I. Ex decreto sacrorum Rituum Congregationis n. 8862 *Urbis et Orbis,* diei 9 Decembris an. 1895, sacerdotes confluentes ad ecclesiam vel ad oratorium publicum debent Missas celebrare conformes Officio eiusdem ecclesiae vel oratorii. Quum autem ex peculiaribus Mexicanae regionis circumstantiis sanctimoniales loco ecclesiarum vel oratoriorum pubhcorum habeant in suarum domorum interioribus oratoria in quibus Sacra celebrantur; hinc exortum dubium, num monialium cappellani et alii sacerdotes in praedictis oratoriis Missam celebrare teneantur iuxta tenorem decreti supracitati ?

II. Quum festum Apparitionis S. Iacobi Apostoli sub duplici minore ritu in Mexicana archidioecesi recolatur die 29 Maii, quaeritur: quid agendum quum haec dies fuerit impedita ; seu, an debeat reduci ad modum simplicis aut prorsus dimitti?

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto Commissionis liturgicae, reque accurate perpensa, respondendum censuit:

Ad I. Si sanctimoniales in casu kalendario proprio rite utantur, huic conformare se debent sacerdotes in illarum oratoriis celebrantes ; si secus, sequi debent kalendarium dioecesis, et detur decretum n. 3910 *Buthenen.,* diei 22 Maii 1896.

Ad II. Iuxta Rubricas, Officium de quo agitur non posse transferri, et in casu iam provisum ab eisdem Rubricis.

Atque ita rescripsit, die 16 Maii 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. S.

f. D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IV.

PAMPILONEN.

DE CONSECRATIONE CUIUSDAM ALTARIS, DEQUE CONSECRATIONE ECCLESIAE CUM CONSECRATIONE ALTARIS MINORIS.

Hodiernus magister caeremoniarum cathedralis ecclesiae Pampilonensis, de sui Rmi Domini Episcopi mandato, sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humiliter subiecit, nimirum:

In oppido vulgo *Pavier,* dioecesis Pampilonensis in Hispania, constructa est ecclesia in honorem S. Francisci Xaverii, cuius altare principale, minus quam ad medietatem, plenum est, et reliqua pars tabulae columnellis marmoreis nititur, quarum bases et partes superiores, seu capitella, sunt aeneae, licet aes non tangat immediate mensam altaris, prouti videtur in schemate eiusdem altaris quod exhibetur. Quum vero ecclesia praedicta propediem consecranda sit, quaeritur:

I. An praedictum altare consecrari possit? Et quatenus negative ad I:

II. An sufficiat ad consecrationem ecclesiae peragendam aliud altare minus in quadam cappella eiusdem ecclesiae erectum consecrare, omissa consecratione altaris principalis?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, atque attentis expositis ac praesertim schemate altaris maioris exhibito, ex quo apparet, mensam stipiti lapideo immediate adhaerere, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, si partes superiores aeneae eolumnellarum immediate mensam non tangant, et ad ornatum dumtaxat altaris exstent, ita ut unctiones a Pontificali Romano praescriptae fiant immediate super mensa et stipite lapideo eam sustentante, tunc enim consecratio valida erit, iuxta decretum n. 3364 *Cuneen.,* 7 Augusti 1875, ad II; Negative, si mensa non sit immediate coniuncta cum stipite lapideo, ad normam Pontificalis Romani et decreti suprarelati.

Ad II. Provisum in primo, quatenus altare maius consecrari possit; secus affirmative.

Atque ita rescripsit, die 24 Maii 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. S.

-{-D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

V.

MONTIS ALBANI

CIRCA SERVORUM DEI NON CANONIZATORUM REPRAESENTATIONEM IN VITRIS FENESTRARUM ECCLESIAE.

Hodiernus parochus loci vulgo *Sancti Romani*, intra fines dioeceseos Montis Albani, sacrorum Rituum Congregationi humiliter exposuit, quod a piis fidelibus pecunia collata est ad hoc, ut intra ecclesiam parochialem in vitris fenestrarum coloratis apponantur imagines tum beati G-erardi Majella, congregationis SS. Redemptoris, tum venerabilis servae Dei Ioannae de Arc, Puellae Aurelianensis. Hinc expetivit: utrum hoc licite fieri possit, et sub quibus conditionibus?

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis liturgicae, rescribendum censuit: Servetur decretum n. 3835, diei 27 Augusti 1894.

Atque ita rescripsit, die 27 Iunii 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

VI.

LINGIEN.

INDULG-ETUR UT QUIBUSDAM ALTARIBUS ABSQUE STIPITIBUS MARMOREIS CONSECRATIS ADDANTUR STIPITES, SUPER QUIBUS PRIVATIM UNCTIONES ITERENTUR.

Rmus Dominus Franciscus Maria Doppelbauer, Episcopus Linciensis, sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur humiliter exposuit, nimirum :

Parochus quidam regularis, Linciensis dioecesis, nuper declaravit, se in duabus ecclesiis, quarum rector ipse antea fuerat, nova altaria fixa er exisse, ita tamen ut tabula lapidea stipiti solummodo ex lateribus coctilibus erecto imponeretur, non suppositis, uti praescriptum est, cölumnis lapidéis. Abbas monasterii, cui dictae ecclesiae incorporatae sunt, facultate consecrandi altaria instructus, eadem ritu solemni consecravit. Quaeritur: an huiusmodi consecratio fuerit valida? Et quatenus negative, quid in casu agendum ?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, reque accurate perpensa, respondendum censuit: Serventur decreta n. 3364 *Cuneen., 7* Augusti 1875, ad II, et

n. 3829 *Gnesnen.*, 8 Iunii 1894, ad I; et sacra Congregatio indulget Rmo Domino Episcopo Linciensi, de speciali gratia, ut altaribus suprascriptis iam consecratis addantur stipites lapidei, atque unctiones praescriptae in angulis privatim iterentur, ut mensae cum iisdem stipitibus coniungantur; facta etiam potestate eidem Episcopo delegandi ad hoc aliquem sacerdotem, si fieri potest, in aliqua dignitate constitutum.

Atque ita rescripsit, die 5 Iulii 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. ✠ S. † D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

VII.

MELITEN.

DE CANONICIS, PROTONOTARIIS APOSTOLICIS " AD INSTAR „ RENUNCIATI, QUOAD INSIGNIA ET PRIVILEGIA SINGULARITER ADHIBENDA.

Proposito dubio, an dignitates et canonici cathedralis ecclesiae Melitensis, qui a sanctissimo Domino nostro Leone Papa XIII renunciati fuerunt Protonotarii Apostolici *ad instar,* possint induere insignia praelatitia aliaque privilegia adhibere extra functiones capitulares, ita ut ipsi *singulariter,* et non *collegialiter* tantum, eadem insignia ac privilegia sibi vindicare valeant?

Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis liturgicae, respondendum esse censuit:

Serventur decretum n. 3988 *Meliten.*, diei 18 Martii 1898, et Constitutio n, 3262, ad xxiii, diei iv Kalendas Septembris 1872.

Atque ita rescripsit, die 15 Novembris 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. ✠ S. † D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

VIII.

DUBIUM

DE NON RESTITUENDIS FESTIS PATRONORUM SECUNDARIORUM E KALENDARIO REGULARIUM EXPUNCTIS.

A sacrorum Rituum Congregatione sequentis dubii resolutio expostulata fuit, nimirum :

An Regulares, qui festa quaedam Patronorum secundariorum loci, quadraginta abhinc annis, in proprio kalendario absque indulto apostolico

inseruerunt, et detecto antiquo errore duobus abhinc annis, eadem festa e kalendario expunxerint, possint vel debeant ipsa festa in proprio kalendario seu directorio restituere ?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, reque mature perpensa, ad propositum dubium respondendum censuit : Negative ad utramque partem.

Atque ita rescripsit, die 10 Ianuarii 1902.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L, % S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IX.

MINORIGEN.

DE VICARII GENERALIS PRAECEDENTIA SUPER DIGNITATES ET CANONICOS SACRIS VESTIBUS NON INDUTOS.

Hodiernus Rmus Episcopus Minoricensis in Hispania a sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem reverenter expostulavit, nimirum :

L An Vicarius generalis procedere debeat ante omnes dignitates et canonicos, dummodo non sint parati sacris paramentis ?

IL An Vicario generali habitu vicariali induto danda sit praecedentia semper et ubique supra omnes dignitates et canonicos sacris vestibus non indutos?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis liturgicae, respondendum censuit :

Ad I et IL Affirmative, iuxta decreta.

Atque ita rescripsit, die 10 Iunii 1904.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. j$| S.

f . D . Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

X.
BENEDICTIO VEHICULI
AEGROTIS IN LOCUM CURATIONIS TRADUCENDI.

jf. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
R). Qui fecit coelum et terram.
f. Dominus vobiscum.
R). Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui, dum peregrinabaris in terris, pertransibas benefaciendo et sanando omnem languorem et omnem infirmitatem in populis, quique hominem paralyticum, iacentem in lecto, ad salutem mentis et corporis restituisti; respice, quaesumus, ad fidem et ad sensus commiserationis servorum tuorum, qui, animati spiritu verae caritatis, qua tu eis exemplo praeivisti, et quam in praeceptum traduxisti, vehiculum hoc ad instar lectuli artificiose exstrui voluerunt, eo fine, ut ad locum curationis vel aptissime deferri possint quicumque aut vulneribus sint affecti aut quavis infirmitate detineantur. Aegrotis igitur, qui hoc componuntur vehículo, quod nunc in tui nominis virtute benedicimus, esto, mitissime Iesu, in itinere solatium, in periculis tutamen, in doloribus refrigerium. Praesta, ut iidem, tuis Angelis comitantibus, ad curationis sedem tranquillo cursu perveniant, ibique pristinam sanitatem récuperent, eaque, te miserante, per intercessionem sanctissimae tuae Matris Mariae, percepta, abeuntes in domos suas, honorificent et magnificent te Deum verum : Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum.

R). Amen.

LUCEN.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa decimus, supplicia vota Emi et Rmi Dñi Cardinalis Benedicti Lorenzelli, Archiepiscopi Lucen., ab infrascripto Cardinali sacrorum Rituum Congregationi Praefecto relata peramanter excipiens, suprascriptam formulam benedictionis vehiculi aegrotis in locum curationis traducendis, ab eodem sacro Consilio revisam, benigne approbare dignatus est; itemque potestatem fecit ipsi Emo et Rmo Antistiti permittendi sacerdotibus, intra fines ipsiusmet archidioeceseos, usum eiusmodi formulae pro enuntiata benedictione. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 8 Iulii 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. £g. S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

XI.

V AMANDA ET ADDENDA

IN MARTYROLOGIO ROMANO

i _ *Tertio Idus Februarii* (11 Feb.).

Lapurdi, in Gallia, Apparitio beatae Mariae Virginis Immaculatae.

In Africa, natalis sanctorum....

Pridie Idus Februarii (12 Feb.).

In Hetruria, apud Montem Senarium, sanctorum septem Fundatorum Ordinis Servorum beatae Mariae Virginis, qui post asperrimum vitae genus, meritis et prodigiis dari, pretiosam in Domino mortem obierunt. Quos autem in vita unus verae fraternitatis spiritus sociavit, et indivisa post obitum populi veneratio prosecuta est, Leo decimustertius una pariter sanctorum fastis accensuit.

Barcinone, in Hispania....

Quinto Idus Octobris (11 Oct.).

Post elogium: Ucetiae, in Gallia Narbonensi, S. Firmini, Ep. et Conf., *ponatur:*

Calotii, in 'dioecesi Astensi, olim Papiensi, sancti Alexandri Sauli, Episcopi Confessoris, e congregatione Clericorum Regularium sancti Pauli, quem genere, virtutibus, doctrina et miraculis clarum Pius decimus sanctorum fastis adscripsit.

In Scotia, sancti Canici....

Decimoséptimo Kalendas Novembris (16 Oct.).

Ad calcem, post verba: ... ratum habuit et confirmavit:

Muri, in Lucania, sancti Gerardi Majella Confessoris, laici professi congregationis sanctissimi Redemptoris, quem miraculis clarum Pius decimus Pontifex Maximus sanctorum albo accensuit.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto sacrorum Rituum Congregationis Secretario, suprascripta elogia ita adprobata Martyrologio Romano suis locis respective inseri iussit, die 9 Septembris 1908.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. $ S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

26 Febbraio 1909. — Mons. Alessandro Piquemal, con Bolla pontificia, è stato nominato Vescovo titolare di Tagora ed Ausiliare di Algeri;

— Mons. Matteo de Oliveira Xavier, Vescovo di Goccino, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, è stato promosso alla sede metropolitana di.Goa, cui è unito il Patriarcato ***ad honorem*** delle Indie Orientali;

— Il Rev. D. Giuseppe Benedetto Martins Ribeiro, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, è stato promosso alla sede cattedrale di Coccino.

28 Febbraio. — Il Rev. D. Everardo Eligens, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, è stato nominato Vescovo titolare di Germaniciana ed Ausiliare di Münster.

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

NOMINE

II Santo Padre, con Breve apostolico, si è degnato di nominare :

13 Febbraio 1909. — Il Riño P. Giacinto Jalabert, della congregazione dello Spirito Santo, Vicario Apostolico della Senegambia e Prefetto Apostolico del Senegal, con il titolo vescovile di Telepte;

— Il Rmo P. Pio Doloring, dell'Ordine dei Predicatori, Arcivescovo di Porto di Spagna nelle Antille;

— Il Rmo P. Francesco Federico Linneborn, della congregazione della S. Croce, Vescovo di Dacca.

15 Febbraio — Mons. Pietro Giuseppe Hürth, rinunziatario della sede vescovile di Dacca, Vescovo titolare di Milopotamo.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE PREPARATORIA

2 Marzo 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Sig. Cardinali, dei Rmi Prelati officiali, Consultori e Teologi, si è tenuta la Congregazione preparatoria per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù della Ven. Maddalena, marchesa di Canossa, fondatrice dell' Istituto delle Figlie della carità in Verona.

SEGRETERIA DI STATO

• • NOMINE

19 Febbraio 1909. — La Santità di nostro Signore Pio PP. X, in vista della prossima canonizzazione dei beati Giuseppe Oriol e Clemente Hofbauer, con biglietti della Segreteria di Stato, si è degnata di costituire una Congregazione particolare ***ad praecavendas et dirimendas controversias,*** composta dei seguenti Emi Signori Cardinali e Rmi Prelati:

Sig. Card. Sebastiano Martinelli, Prefetto della S. Congregazione dei Riti;
Sig. Card. Vincenzo Vannutelli, Vescovo di Palestrina;
Sig. Card. Francesco Satolli, Vescovo di Frascati;
Sig. Card. Mariano Rampolla del Tindaro ;
Sig. Card. Girolamo Maria Gotti ;
Sig. Card. Domenico Ferrata ;
Sig. Card. Beniamino Cavicchioni.
Mons. Diomede Panici, Segretario della S. Congregazione dei Riti;
Mons. Pietro Piacenza;
Mons. Alessandro Verde;
Mons. Francesco Riggi ;
Mons. Angelo Mariani.

— La stessa Santità Sua, attesa la suddetta canonizzazione, con altri biglietti della Segreteria di Stato, si è parimenti degnata di nominare l'Emo Sig. Card. Sebastiano Martinelli, Procurafqre della medesima canonizzazione, e Mons. Giuseppe De Bisogno, Presidente dei Postulatori delle cause di beatificazione.

Il S. Padre, con Breve apostolico, si è degnato di nominare:

Vescovi Assistenti al Soglio pontificio :

22 Gennaio 1909. — Mons. Carlo Csàky, Vescovo di Vacia.
31 Gennaio. — Mons. Paolo Emilio Giuseppe Henry, Vescovo di Grenoble.

Protonotari Apostolici ad instar:

28 Febbraio 1909. — Il Rev. D. Antonio Niermann, della diocesi di Davenport; — Il Rev. D. Pietro Ryan, della medesima diocesi.

Prelati Domestici :

I Febbraio 1909. — Mons. Giuseppe Butt, dell' archidiocesi di Westminster-
10 Febbraio. — Il Rev. D. Abele Bazan, della diocesi di Cordova.
II Febbraio. — Il Rev. D. Francesco Hartleib, della diocesi di Baker-City,
12 Febbraio. — Il Rev. D. Giovanni Rospisil, dell'archidiocesi di Olmütz; — Il Rev. D. Vincenzo Cesar, della medesima archidiocesi.
19 Febbraio. — Mons. Francesco Gossmann, della diocesi di Vacia; — Il Rev, D. Stefano Bucsek, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno (classe civile) al Sig. Guglielmo Franchi, ed al Sig. Mariano P. del Pobil y Martínez de Medinilla.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro al Sig. Ing. Salvatore Parisi, al Sig. Pietro Fiaschetti, al Sig. Giuseppe Perez y Soria, ed al Sig. Francesco Magules y Palacio.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno al Sig. Carlo Fedeli, professore all'Università di Pisa, ed al Sig. Saverio Gil y Becerril.

Le Insegne dell'Ordine della *Milizia aurata* al Sig. Claudio Lopez, marchese di Comillas.

La Croce *pro Ecclesia et Pontifice :*

Al Rev. D. Manuel Pinilla y Sánchez ;

Al Sig. Francisco Fernandez y Garcia;

» Antonio M. Vives y Orts;

» Francisco Moret y Garcia ;

» Jose Lopez y Navas ;

» Francisco Bosch y Lozano ;

» Emilio Melendez y Castañeda ;

» Joaquín Mugnoz y Beato;

» Antonio Ferrer y Cajigal.

La Medaglia *Benemerènti:*

Al Sig. David Hernández y Sánchez ;

» Carlos Cri well y Navarro; >

» Bernardo Lizaur y de la Calle ;

» Jean Sollevilla y Santa Olalla ;

» Rafael Marenco y Crusoe ;

» Luis Matías y García.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari:

11 Rev. D. Antonio Bartoloni, della diocesi di Cariati;

» » Venceslao Sitte, della diocesi di Leitmeritz;

» » Spiridione Pensa, della diocesi di Malta.

Cameriere d'' onore in abito paonazzo :

Il Rev. D. Alfredo Miotti, della diocesi di Como.

Cameriere d'onore extra Urbem:

Il Rev. D. Giuseppe Biagio Maria de Souza, dell'archidiocesi di Bombay.

Cappellano d'onore extra Urbem:

Il Rev. D. Alessandro Fava, della diocesi di Borgo S. Donnino.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari :

Il Sig. Luigi Gargia Pimentel, della diocesi di Cuernavaca;
» Emanuele Amor, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

3 Febbraio 1909. — S. E. Rma il Sig. Card. Serafino Cretoni, Prefetto della S. Congregazione dei Riti.

26 Febbraio. — S. E. Rma il Sig. Card. Ciriaco Maria Sancha y Hervás, Arcivescovo di Toledo, e Patriarca delle Indie Occidentali.

5 Gennaio 1909. — Mons. Bernardo Mac Quaid, Vescovo di Rochester.

15 Gennaio. — Mons. Vincenzo Ricotta, Vescovo di S. Marco e Bisignano.

25 Gennaio. — Mons. Giacomo Zubiria y Manzanera, Arcivescovo di Durango.

6 Febbraio 1909. — Mons. Giacomo Arcangeli, Vescovo di Asti;

— Mons. Michele Arcangelo Pirone, Vescovo di Nusco.

13 Febbraio. — Mons. David Camilli, Vescovo di Fiesole.

27 Febbraio. — Mons. Vittore Giovanni Giuseppe Maria van den Branden de Reeth, Arcivescovo titolare di Tiro.

2 Marzo 1909. — Mons. Giuseppe Gelli, Vescovo di Volterra.

3 Marzo. — Mons. Fiorenzo Edoardo Fontecilla, Vescovo di La Serena.

5 *Marzo.* — Mons. Riccardo Owens, Vescovo di Clogher.

8 Gennaio 1909. — Mons. Lodovico Grabinski, Segretario della S. Congregazione Cerimoniale.

31 Gennaio. — Mons. Achille Martini, Uditore della S. Rota Romana.

23 Febbraio 1909. — Mons. Giovanni Battista Costa, Protonotario Apostolico partecipante. *

Annus I. - Vol. I. Die 1 Aprilis 1909, Num. 6.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

EXSTINGUUNTUR PAROECIAE URBIS S. MARIAE IN VIA LATA, S. MARCELLI, AC SANCTORUM QUIRICI ET IULITTAE, ATQUE INSTITUITUR PAROECIA S. MARIAE AB ORIGINE IMMACULATAE ET S. IOANNIS BERCHMANS EXTRA POMOERIUM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam. — In ordinandis almae Urbis paroeciis, quemadmodum pro novis civitatis temporibus salus postulat animarum, Nostrae iamdudum curae et cogitationes evigilant; nec pauca in eam rem sunt adhuc a Nobis, Deo favente, constituta. Nunc ad idem propositum ultra progredi, maturum esse arbitramur. - Quare, de apostolicae potestatis plenitudine, paroecias ternas, id est, sanctae Mariae in via Lata, sancti Marcelli, sanctorum Quirici et Iulittae abolemus et exstinguimus: earumque cuiusvis generis reditus ternis aliis, quae postea erunt instituendae, destinamus. Praeterea, contracta paroecia, quae est ad sancti Laurentii via Tiburtina, alteram ad sanctae Mariae ab .origine Immaculatae et S. Ioannis Berchmans extra pomoerium instituimus; cui quidem reditus, qui paroeciae ad sanctae Mariae Monticelhánae fuerunt, attribuimus. Huius autem novae paroeciae definire terminos, itemque spatia trium modo extinctarum paroeciis disperare finitimis, Cardinalis vice Sacra Antistitis Urbis esto ; qui etiam diligenter curabit exsequenda, quae hic a Nobis praescripta sunt.

Praesentes vero litteras et in eis contenta et statuta quaecumque, nulla umquam ex causa, colore et capite, etiam ex eo quod paroeciarum patroni sive ecclesiastici sive laici, vel alii quilibet in praemissis seu in

eorum aliquo, ius aut interesse, quamvis ex fundatione, dotatione vel ex alio quovis titulo habentes vel habere praetenplentes, etiam quomodolibet in futurum, illis non consenserint^ seu ad ea vocati et auditi non fuerint, de subreptionis, obreptionis aut nullitatis vitio seu aliquo defectu inexcogitato et substantiali, notari, impugnari aut in controversiam et iudicium vocari posse: sed tamquam ex pontificiae providentiae officio, et motu proprio, certa scientia, matura deliberatione, deque Nostrae apostolicae potestatis plenitudine editas, omnimoda firmitate perpetuo validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus inviolabiliter observari volumus et decernimus, sublata cuicumque, etiam cardinalitia dignitate fulgenti, quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate; irritum quoque et inane decernentes quidquid in contrarium scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus de iure quaesito non tollendo aliisque Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis, Praedecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus et quarumcumque ecclesiarum etiam patriarchalium seu ordinum et congregationum, iuramento et confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, statutis et consuetudinibus, etiam motu proprio aliisque quibuslibet in contrarium praemissorum concessis, de illis eorumque totis tenoribus praesentibus pro expressis habentes, pari motu, scientia et apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, plenissime et latissime specialiter derogamus.

Praesentium vero transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu tamen notarii apostolici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eandem fidem in iudicio et extra haberi volumus, quae ipsis praesentibus haberetur, si originaliter exhiberentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, exstinctionis, destinationis, institutionis, attributionis, decreti, statuti, mandati, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum eius Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo nono, quarto idus Martii, Pontificatus Nostri anno sexto.

A. CARD. AGLIARDI, *S. R. E. Cancellarius.*

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ffr Plumbi. «, Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

IL

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE " **BASUTO-LAND „ IN AFRICA AUSTRALI ERIGITUR** IN **VICARIATUM APOSTOLICUM.**

PIUS PP. x

Ad futuram rei memoriam. — Ex hac beati Petri Principis Apostolorum cathedra, quam nullis quidem meritis Nostris divinitus obtinemus, tamquam e sublimi specula, in omnes, vel longo terrarum marisque spatio dissitas, catholici orbis partes oculos mentis Nostrae sollicito studio convertimus, et quae catholico nomini provehendo, atque aeternae animarum saluti procurandae benevertant, ea Nostra auctoritate interposita decernere maturamus. Hoc consilio, cum Vicarii apostolici Africae australis nuper a Nobis postulaverint, ut Praefecturam apostolicam de Basuto-Land, curis commissam congregationis Oblatorum Mariae Immaculatae, in Vicariatum apostolicum erigere dignaremur, referentes ad Nos, praedictam missionem tum numero christianorum ac presbyterorum, tum religionis incremento, eo devenisse, ut summopere congruum esse videatur, ipsam a Pastore qui charactere episcopali sit insignitus gubernari; Nos, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, cum venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Prop. Fidei praepositis, votis hisce annuendum propensa voluntate existimavimus. Quare, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, Praefecturam apostolicam de Basuto-Land, in Africa australi, in Vicariatum apostolicum erigimus atque constituimus, cui Basuto-Landensi nomen facimus, et quem eadem confinia retinere volumus, quibus Praefectura continebatur. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque, speciali licet atque individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die XVIII Februarii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

EPISTOLAE

I.

AD CAROLUM KORZ PRAESIDEM, ET AD SUPREMUM CONSILIUM CONSOCIATIONIS CATHOLICORUM TEUTONUM " CENTRAL VEREIN „ IN FOEDERATIS AMERICAE CIVITATIBUS.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Consociationem vestram in tuendis communibus religionis vitaeque rationibus studere primum omnium, ut Vicario Iesu Christi sit coniunctissima, facile intelleximus, anno superiore, quum delectam sodalium manum, qui ad Nos, universorum nomine, gratulatum venerant, coram allocuti sumus. Id ipsum agnoscimus nunc ex eis litteris,quas dilectus filius Fridericus Hoenighausen, e decuria consociationi moderandae, curavit ad Nos perferendas: quibus, allato conventus Brooklyniensis exemplo, certiores Nos facitis de iis, quae in omnibus vestris conventibus haud ita pridem, per solemnia iubilaei Nostri, consulta sunt. Equidem istas vel gratulationes, pietatis atque studii plenas, vel pollicitationes summi erga Nos obsequii et fidei libenti gratoque accipimus animo ; vobisque, quod Nobis, hac mole molestiarum afflictis, ita studetis esse solatio, gratias et agimus et habemus. Simul autem, ut constanter in ista voluntate permanere, atque, uti instituistis, christianae officia vitae servare possitis, divinam vobis opem magnaeque Dei Matris patrocinium imploramus. Ipsa enim adiuvante, quae sapientiae sedes est et interemptrix haeresum, vobis licebit, cum in omnibus rebus digne retinere professionem catholicam, tum praesertim sobolem ab illecebris errorum et corruptelis, quibus circumfusa est, praestare immunem, atque adeo sancte recteque educere. Auspicem vero divinorum munerum, ac testem paternae benevolentiae Nostrae, vobis, dilecti filii, consociatisque universis et singulis apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die vi Martii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X •

II.

AD R. P. IOANNEM BAPTISTAM FERRE RE S, S. L, DE EDITIS P. GURY OPERIBUS, EXPOLITIS ET AUCTIS.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Accepimus a dilecto filio Eugenio Subirana, qui typis ediderat duplex opus Petri Gury, tuis expolitum atque auctum curis, *Compendium theologiae moralis* et *Casus conscientiae;* pro quo quidem munere, quum cupimus ut ei Nostris verbis gratias agas, tum tibi de fructu doctrinae tuae gratulamur. Videmus enim, te laudibus peritorum ornari, quod auctoris, merito celebrati, libros eo melius accommodaveris ad haec tempora in usum vel disciplinae vel sacri ministerii. Etsi autem certis in rebus proprie commodum spectasti sacerdotum ex Hispania et America latina, ceterum tamen videris omnium, qui rite criminum confessiones excipiunt, utilitati servisse: idque maxime, novarum accessione quaestionum, in quibus saepe poenitentiae administri haerere solent. Quare, et de confecto opere te amamus, et optimis cleri studiis prodesse scribendo pergas hortamur. Auspicem vero divinorum munerum, ac testem benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte fili, itemque pontificio offìcinatori librario, quem memoravimus, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII Martii MCMIX. Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

III.

AD MODERATORES, DOCTORES DECURIALES ET ALUMNOS CATHOLICAE STUDIORUM UNIVERSITATIS INSULENSIS.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex litteris vestris itemque e sermone clarissimi viri, qui nuper istam Universitatem studiorum regendam suscepit, ea cognovimus, quae numquam Nobis dubia fuerunt, et quam pie coleretis Vicarium Iesu Christi, et quam religiose, ad eius praescripta, catholicae fidei integritatem tueremini, et quantae haberetis curae vos, magistri, praelucere omnibus, non solum institutione doctrinae, sed etiam exemplo vitae; vos, alumni, disciplinis praeceptisque optimis conformari in spem Ecclesiae, patriae et civitatis. Haec, inquimus, certissima Nobis erant; sed tamen denuo a vobis testata, praesertim cum tanta amoris et obsequii significatione, Nos valde delectarunt. Aeque enim ac Decessores Nostri, Nos istam christianae sapientiae nobilissimam sedem

diligimus magnique facimus: quae quidem eo magis cordi debet esse bonis omnibus, quo magis in invidia atque odio est improborum. Quoniam igitur eam isti appellare solent *arcem rei catholicae in superiore Gallia* - id quod facere per ludibrium videri volunt, quamquam funestissima appellatione ipsam vere afficiunt - tamen non obscure indicant, destinatam sibi maxime esse ad impugnandum. Vos vero, cum dabitis operam, ut tali semper nomine sit digna, tum hanc arcem defendere pro viribus perseverabitis. Numquam deerit vobis singularis gratia et providentia Episcoporum; nec desinent suis vos opibus adiuvare cives catholici: quibus institutum vestrum, utpote peropportunum communi saluti, commendatissimum esse oportet. Nos, quin praecipuam quandam de vestris rebus curam, sicut egimus, acturi simus, ne dubitetis. Auspicem interea divinorum munerum, ac testem paternae benevolentiae Nostrae, vobis, dilecti filii, universis et singulis apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII Martii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

IV.

AD R. P. RAYMUNDUM VELASQUEZ RECTOREM, ET DOCTORES DECÚRIALES UNIVERSITATIS STUDIORUM MANILANAE A S. THOMA.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Magnopere ea Nobis placuerunt, quae, vertente anno sacerdotii Nostri quinquagesimo, communiter scripseratis ad Nos, gratulandi causa: siquidem eam significationem dedistis vestrae in Nos pietatis atque animi, ut facile agnoverimus filios addictissimus, eosque peculiari quadam coniunctione Nobis devinctos. Non minus autem grate accepimus, istud doctrinarum domicilium, quod quidem in Nostra praesertim tutela fideque est, frequentia alumnorum et amplitudine nominis florere. Id quod deberi scimus cum providentiae instantiaeque sodalium Dominicianorum, qui ad optimum sui athenaei statum nihil faciunt reliqui, tum navitati studioque praesidum ac doctorum, qui pro sua quisque facultate universis recte constituendis disciplinis omnem dare operam consueverunt. Itaque meritam utrisque tribuimus laudem, habemus gratiam; quippe sedulo id negotii administratis, quo nihil magis Ecclesiae et civitatis refert. Quamquam vero de vestra officii constantia nullum est dubium, sinite hortemur vos, ut sanctum et solemne semper habeatis, et dicto audientes esse huic Apostolicae Sedi,

et ducem philosophandi de divinisque rebus disputandi sequi Thomam. Ita in hac agitatione studiorum numquam a christianae veritatis regula aberrabitis; quod non paucis hodie contingit, dum suo ipsorum iudicio aut suspectae certorum hominum auctoritati plus aequo indulgent. Restat, ut quotquot istic digni sunt professione catholica, operam industriamque vestram omni ope iuvent, et quod in primis optamus, patresfamilias suam sobolem, ne institutionis, quae afflatu religionis caret, subeat pericula, vobis tradere in disciplinam habeant curae. Auspicem divinorum munerum, ac testem paternae benevolentiae Nostrae, vobis vestrisque alumnis, dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII Martii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

V.

AD R. P. D. IACOBUM POLETTO, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM DECURIALEM, DE OPERE CUI TITULUS " LA S. SCRITTURA NELLE OPERE E NEL PENSIERO DI DANTE ALIGHIERI „.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Libenter nos quidem dedimus, quod rogabas, ut quum scribendo exsequutus esses, quid de sacris Litteris Aligherius sensisset scriptumque reliquisset, tibi per Nos liceret, eum librum in lucem, Nobis dedicatum, proferre. Nec vero officium solum probavimus pietatemque in Nos tuam: nam probe quum sciremus quo esses ingenio, eruditione, studio religionis, et quam alte, diuturno usu ac disciplina, Poetam totum haberes cognitum, omnino nullum erat dubium, quin tam gravi in argumento id operis confecisses, quod cum honori tibi, tum bonis omnibus voluptati foret. Opinionem non sane fefellit exitus. Siquidem, ex quo is tuus liber est in manibus, optima de ipso iudicia existimatores docti et intelligentes iam fecerunt; quibus iure videtur commendabilis, quod Aligherii, in hoc ipso genere, incorruptam christianae professionis laudem nervose copioseque confirmet. Quamquam enim Scripturae sanctae auctoritas iis fundamentis constituta est, ut humanis adminiculis non indigeat, gaudemus tamen in ipsa tuenda Nobis talem etiam virum suffragari. Id te videmus pulchre ostendisse, nonnullos refellentem, qui ad imponendum imperitis, eo auctore, quemadmodum nostratibus Ecclesiae adversariis usitatum est, abutuntur. Ita et veritatis egisti causam, et Dantis memoriam ab iniuria vindicasti : qui si quapiam in re aliquid humanitus offendit, eundem tamen nominis catholici certissimum decus et ornamentum esse, nemo sanus inficiabitur. Auspicem autem divi-

norum mulierum, ac testem paternae benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII Martii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO S. OFFICII

i.

DECRETUM

QUO SACERDOS ROMULUS MURRI NOMINATIM AC PERSONALITER EXCOMMUNICATUR, ET DECLARATUR VITANDUS.

Sacerdotem Romulum Murri e Firmana dioecesi, erronea ac seditiósa in Ecclesia Dei scripto et verbo disseminantem, ecclesiastica auctoritas, paternis monitis et medicinalibus etiam poenis, ad saniores sensus iterum iterumque revocare non omisit. Ipse vero, nihili haec omnia pendens atque in censuris temerarie insordescens, pervicacis rebellionis exemplum seipsum fidelibus praebere non destitit. Quare, ne ex longiori mora scandala inter ipsos fideles invalescant, suprema haec sacra Congregatio sancti Officii, de expresso SSmi D. N. Pii Papae X mandato, in praefatum sacerdotem Romulum Murri, novissimae peremptoriae canonicae monitioni obfirmata contumacia refragantem, sententiam maioris excommunicationis nominatim ac personaliter pronunciat, eumque omnibus plecti poenis publice excommunicatorum, ac proinde vitandum esse, atque ab omnibus vitari debere, solemniter declarat.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 22 Martii 1909.

L. S. Aloisius Castellano, *Notarius.*

IL

DE BENEDICENDIS PUERI IESU NUMISMATIBUS, IISQUE INDULGENTIIS DITANDIS.

Die 18 Martii 1909.

SSmus D. N. D. Pius div. prov. PP. X, in audientia R. P. D. Adsessori sancti Officii impertita, sacerdotibus universis, tum saecularibus tum regularibus, rite facultate pollentibus benedicendi coronas, rosaría, cruces,

crucifixos, parvas statuas ac sacra numismata eisque adplieandi indulgentias apostolicas nuncupatas, potestatem quoque fecit adnectendi sacris numismatibus, quae imaginem infantis D. N. Iesu Christi praeseferunt, etiam indulgentiam quinquaginta dierum, defunctis quoque adplicabilem, toties a christifidelibus lucrandam, quoties ipsi, corde saltem contrito ac devote aliquod ex huiusmodi numismatibus deosculantes, invocationem *Sancte' puer Iesu, benedic nos* recitaverint; nec non plenariam indulgentiam ab iis acquirendam, qui unum ex memoratis numismatibus in mortis articulo deosculati fuerint, simulque, confessi ac sacra communione refecti vel saltem contriti, sanctissimum Iesu nomen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. S. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

III.

CONCEDITUR INDULGENTIA ANULUM CARDINALIUM ET EPISCOPORUM DEOSCULANTIBUS.

Die 18 Martii 1909.

SSmus D. N. D. Pius div. prov. PP. X, in audientia R. P. D. Adsessori sancti Officii impertita, universis christifidelibus, corde saltem contrito ac devote, anulum EE. PP. Cardinalium vel RR. PP. Archiepiscoporum et Episcoporum deosculantibus, indulgentiam quinquaginta dierum, defunctis quoque adplicabilem, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. © S. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

PLOCEN.

DISMEMBRATIONIS

PAGI " KLONKOV „ ET " WYZEGA „ SEPARANTUR A DIOEGESI AUGUSTOVIENSIS ET DIOECESI PLOCENSI ATTRIBUUNTUR.

Incolae pagorum *Klonkov* et *Wyzega,* intra limites paroeciae *Turosl,* dioecesis Augustoviensis seu Sejnensis, ob magnam a sua ecclesia parochiali distantiam, saepius enixis precibus efflagitarunt ut ad ecclesiam filialem in pago *Zalas* parochiae *Lyse,* dioecesis Plocensis, aggregarentur. Iustae petitionis causae ex legitimo processu firmatae sunt, simulque accessit tum utriusque Ordinarii tum parochi Turoslensis consensus. Quare SSmus D. N. Pius PP. X, maiori animarum bono semper intentus, oblatis votis obsecundare dignatus est. Itaque Sanctitatis Suae iussa exsequens sacra Congregatio Consistorialis, per praesens decretum, suppleto, quatenus opus sit, quorumcumque in hac re interesse habentium vel habere praesumentium consensu, pagos *Klonkov* et *Wyzega,* cum omnibus et singulis in eis exsistentibus et commorantibus, a territorio paroeciae *Turosl,* dioecesis Augustoviensis seu Sejnensis, separat et avellit, eosque pariter ut supra territorio ecclesiae filialis in pago *Zalas* paroeciae *Lyse,* dioecesis Plocensis, aggregat et addicit; simulque praecipit ut documenta omnia dictos pagos eorumque incolas respicientia a cancellaria dioecesis Augustoviensis seu Sejnensis extrahantur, et debita forma cancellariae dioecesis Plocensis tradantur, in ea in posterum servanda. Ad praemissa vero exsequenda deputatur R. P. D. Episcopus Plocensis cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quamcumque aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, et cum onere intra tres menses ad sacram hanc Congregationem Consistorialem mittendi exemplar, authentica forma exaratum, exsecutionis peractae. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 15 Martii 1909.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. ✠ S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

• - II.

VALENTIN. IN HISPANIA

ERECTIONIS IN COLLEGIATAM

PAROECIALIS ECCLESIA S. MARIAE IN COELUM ASSUMPTAE IN CIVITATE " SETABIS „ SEU " JATIBA '„ AD COLLEGIATAE DIGNITATEM EVEHITUR.

Ecclesiae S. Mariae in caelum assumptae in civitate *Setabis,* archidioecesis Valentinae, parochus R. D. Ioseph Pia preces ad Apostolicam Sedem iterato detulit, ut eadem ecclesia ad collegiatae honorem et dignitatem eveheretur.

Civitas siquidem, *Setabis* olim vulgo nuncupata, nunc vero *Jatiba,* uti suis litteris retulit orator, antiquis Ecclesiae temporibus, episcopali sede decorata fuit, sicuti ex actis praesertim colligitur conciliorum, quae tunc temporis Toleti habita sunt, in quibus de Setabitanis Episcopis persaepe occurrit mentio iidemque inter Toletanae ipsius archidioecesis suffraganeos recensentur.

Haud tamen diu Setabitana ecclesia cathedralis mansit. Nam, cum saeculo septimo Mauri Hispanias invasissent, atque sacra omnia dispersissent," Setabitana quoque dioecesis eversa est. At excusso, sub initio saeculi decimitertii, armis piissimi Iacobi I, Aragoniae regis, Maurorum iugo, atque christiano cultu restituto, Setabitana etiam ecclesia refloruit. Exinde enim ipsa uti collegiata insignis in documentis designatur, qua quidem dignitate anno millesimo quadrigentesimo tertiodecimo auctam fuisse traditur. Deinceps Summi Pontifices Callixtus III atque Alexander VI, qui regenerationis lavacro abluti in eadem ecclesia fuerant, atque inter eius etiam canonicos adlecti, non paucis ipsam beneficiis et privilegiis cumularunt.

Quamvis autem in conventione, Apostolicam Sedem inter atque catholicam Maiestatem anno MDCCCLI inita, ecclesia Setabitana, sublato eius Capitulo, uti. paroecialis tantum fuerit constituta, haud tamen parochus aliique presbyteri eiusdem servitio addicti horas canonicas in ea recitare ac Sacra omnia uti antea facere destiterunt. Ex quo etiam factum est ut ecclesia eadem sufficientibus etiam in praesens sit instructa reditibus, atque insuper praeter parochum ad viginti numerentur sacerdotes, qui eius clero sunt adscripti. Templum autem, quod ipsum esse fanum asseritur a Mauris olim exstructum, magnificentissime est exornatum, et amplitudine praestat. Sex insuper ecclesiae aedi sacrae Setabitanae uti matri subduntur, ad quas certis diebus anni festis parochus una cum clero accedere solet, ut Sacra in ipsis peragat.

Cum preces parochi Setabitani, R. P. D. Victorianus Guisasola et Menendez, Valentinus Archiepiscopus, enixe commendaverit, SSmus Dnus noster Pius PP. X illas benigne excipiendas esse censuit.

Quod igitur bonum, faustum felixque sit, Dei gloriae, religionis incremento benevertat, atque cleri populique Setabitani pietas erga Deiparam Virginem magis ac magis foveatur, Beatitudo Sua, suppleto, quatenus opus sit, quorumcumque in hac re interesse habentium vel habere praesumentium consensu, atque :

I. Exstincto prius et suppresso, de apostolicae potestatis plenitudine, collativo titulo paroecialis ecclesiae, honori sanctae Mariae virginis in caelum assumptae, in civitate Setabitana intra archidioecesis Valentinae limites, sacrae, alteriusve cuiusque beneficii, si quod in praesens erectum in ipsa inveniatur, ecclesiam eandem, parochialem, uti antea, exstituram, ad collegiatae ecclesiae honorem et dignitatem, sub eodem titulo et invocatione, cum Capitulo, stallo, choro, mensa capitulari, sigillo aliisque signis, privilegiis, concessionibus, exemptionibus, praeminentiis et gratiis, quibus ceterae collegiatae ecclesiae in Hispania exsistentes, iure, usu et consuetudine fruuntur et gaudent, iis tantum exceptis privilegiis, quae aut particulari ex indulto aut oneroso titulo fuerint acquisita, apostolica auctoritate evehit atque extollit, eidemque reditus omnes et bona in dotem constituit, quibus actu ipsa fruitur, aliaque omnia, quae pia fidelium liberalitas in hunc finem in posterum conferet. '

II. In eadem paroeciali ecclesia, ad collegiatae honorem ut supra erecta, Sanctitas Sua unam abbatialem praebendam cum animarum cura, per concursum, secundum sacrosanctae Tridentinae synodi decreta, conferendam, quae prima et unica erit Capituli collegialis dignitas, ita ut qui eam obtineat tam in choro et capitulo, quam in publicis supplicationibus aliisque sacris functionibus praesit et praeeminentiam habeat, nullo tamen praeter titulum, abbatiali alio insigni aut privilegio gaudeat, nullaque fruatur iurisdictione, itemque decem alias canonicales praebendas decem - que beneficíales erigit atque constituit.

III. Animarum proinde curam in civitate Setabitana canonicus abbas in posterum geret, qui et singulis diebus festis de praecepto, etiam suppressis, Sacrum pro populo faciet, et onera omnia suo muneri propria explebit. Cum autem hactenus e sacerdotibus, clero ecclesiae Setabitanae adscriptis, tres, qui coadiutores dicti sunt, ad opem parocho ferendam in animarum cura exercenda fuerint deputati, statuit Sanctitas Sua, ut etiam in posterum tres ex benefioiatis, servatis de iure servandis, ad idem coadiutoris munus obeundum assumantur, iisdemque, hac de causa, eadem quae antea retributio adsignetur.

IV. Collegiatae ecclesiae abbati, canonicis et beneficiatis Sanctitas Sua onus imponit apud collegiatam personaliter residendi ; solemnioribus diebus anni festis, vel in ecclesia ipsa Setabitana vel in filialibus ecclesiis, prouti hactenus mos fuit, Matutinum etiam cum Laudibus, ceteris] vero diebus, horas tantum canonicas diurnas recitandi, itemque Sacrum pro benefactoribus faciendi: quibus vero diebus Sacrum erit solemniter celebrandum, exsecutor huius decreti infra designandus decernet.

V. Capitularium deinde congruae sustentationi onerumque ipsis incumbentium implemento Sanctitas Sua prospicere volens, exsecutori huius decreti committit, ut pro diversa beneficiorum natura, habita tamen ratione eorum, quae constituta iam sunt, ex ecclesiae bonis certos quosdam fructus, quos in exsecutionis actis, ad sacram hanc Congregationem transmittendis, accurate describet in dotem, tum pro abbatiali dignitate, tum pro canonicalibus et beneficialibus praebendis, adsignandos curet, servatis in omnibus iis, quae a sacrosancta Tridentina synodo hac super re decreta sunt. Tertia proinde saltem horum redituum pars quotidianis, uti vocantur, distributionibus erit tribuenda.

VI. Item cum necesse omnino sit, ut sacrarum aedium conservationi atque cultus expensis consulatur, praecipit Beatitudo Sua, ut ex ecclesiae reditibus certa quaedam pars, secundum necessitates occurrentes ab exsecutore computanda, detrahatur, quae hunc in finem singulis annis, si opus fuerit, impendenda erit, eamque ecclesiae fabricae atque sacrario eadem Beatitudo Sua in dotem adsignat et attribuit.

VII. Collegiali Capitulo ita erecto Sanctitas Sua facultatem facit statuta et decreta condendi et edendi, sacris tamen canonibus, Tridentini praesertim concilii decretis, consona, quae eiusdem collegiatae ecclesiae regimen, bonorum ad eam pertinentium administrationem, onerum implementum, chori disciplinam atque poenarum a negligentibus vel absentibus contrahendarum impositionem respiciant, eaque condita atque edita corrigendi vel declarandi, praevia tamen Valentini Archiepiscopi pro tempore exsistentis adprobatione.

VIII. Ad divini vero cultus splendorem et collegialis Capituli decorem augendum, Sanctitas Sua clementer indulsit, ut praeter ecclesiastica insignia, consistoriali decreto, die v Iunii anno MDCCCXCIV edito, a Leone PP. f. r. XIII clero universo parochialis ecclesiae S. Mariae in caelum assumptae concessa, abbas et canonici noviter erectae collegiatae, salvis ritualibus dispositionibus, loco superpelliceo in sacris ministeriis peragendis atque intra limites Valentinae archidioecesis, rochetto uti possint, in cuius manicis sub plagulis abbas parochus, tamquam peculiare 'suae dignitatis insigne, sericum textile violacei coloris adhibere poterit.

IX.. Ne vero ex decreta hac paroecialis ecclesiae sub titulo sanctae Mariae virginis in caelum assumptae in collegiatam erectione ullum cuique damnum obveniat, Sanctitas Sua R. D. Iosephum Pia, eiusdem paroeciae actu parochum, in abbatem collegiatae et paroecialis ipsius ecclesiae, absque novo concursu novaque litterarum apostolicarum expeditione, cum mandato tamen fidei professionem eliciendi et iuramentum fidelitatis praestandi, eligere et constituere dignata est, atque insuper decernere, ut ad canonicatus et beneficia consistoriali hoc decreto erecta, viginti nominentur sacerdotes, qui actu Setabitanae eiusdem paroecialis ecclesiae clerum constituunt, facta tamen R. P. D. Victoriano Guisasola et Menendez, Valentino Archiepiscopo, potestate seligendi, habita ratione aut beneficii naturae aut temporis, ex quo clero Setabitano iidem sacerdotes fuerunt adscripti, quinam inter eos ad canonicatus sint promovendi aut ad beneficia. Futuris vero vacationibus, abbatialis dignitas atque canonicatus, servatis de iure servandis, ac sartis tectisque praesertim Cancellariae legibus, conferenda erunt.

X. Ad praemissa vero exsequenda Beatitudo Sua deputari voluit R. P. D. Antonium Vico, Archiepiscopum titularem Philippensem et apud Aulam Hispanicam Nuntium Apostolicum, cum facultatibus necessariis et opportunis etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quamcumque aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, itemque definitive pronunciandi super quavis oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, iniuncta eidem obligatione, intra tres menses a data praesentium computandos, ad sacram hanc Consistorialem Congregationem transmittendi exemplar, authentica forma exaratum, exsecutionis peractae, et praesens hisce de rebus edi mandavit consistoriale decretum, perinde valiturum ac si litterae apostolicae, sub plumbo vel sub anulo Piscatoris, super iisdem expeditae fuissent, et inter acta referri sacrae huius Congregationis Consistorialis.

Datum Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 16 Martii 1909.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. © S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO CONCILII

L

BARCINONEN.

IUBILATIONJS

CONCEDITUR PRIVILEGIUM IUBILATIONIS DECANO PRO TEMPORE COLLEGII SS. IUSTI ET PASTORIS POST CONTINUUM ET LAUDABILE SERVITIUM XL ANNORUM.

Die 27 Februarii 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Communitas seu Collegium presbyterorum beneficiariorum parochialis ecclesiae SS. Iusti et Pastoris, Barcinone, exposuit « beneficiatimi antiquiorem, nempe decanum Collegii gaudere «privilegio sibi concesso, die 15 Decembris 1633, a Rmo Dno Dionysio « Monserrat, Visitatore instituto a Capitulo cathedrali, sede vacante, quo, « post laudabilem residentiam viginti annorum, ei competeret indultum « iubilationis cum iure ad omnes distributiones tam fundatas quam con- « ventionales sive adventitias, tum propter exsequias tum propter actus « generales devotionis ; ita ut absens consideretur uti praesens in omnibus. « Cum autem ad valorem huius privilegii necessaria videretur venia S. Sedis, « ideo humiliter quaerit, *utrum tolerari possit consuetudo immemorialis « praedicta, tum respectu distributionum fundatarum, cum respectu distri « butionum conventionalem* ».

Et Emus Episcopus Barcinonen., de voto rogatus, retulit: I° non con stare, utrum Capitulum cathedrale Barcinonense gauderet tunc temporis facultatibus ad id necessariis; 2° alias civitatis Communitates gaudere generatim privilegio iubilationis favore beneficiati antiquioris, concessò ab Ordinario Barcinonensi a remotissimis temporibus; ita ut in quibusdam nullus annorum numerus praefigatur, in aliquibus vero assignetur numerus 40 annorum; 3° sibi videri opportunum, concedere privilegium iubilationis in casu, supposito annorum numero residentiae huic S. C. beneviso, ita ut Decanus lucrari possit, etiam absens, distributiones chorales quae sumuntur ex acervo generali Communitatis ; 4° quoad functiones exsequiales, vel in genere adventitias, adesse in praxi diversas consuetudines.

In ulterioribus precibus iidem beneficiati insistunt in observantia numquam interrupta 275 annorum, et addunt huiusmodi privilegium vergere in decorem status beneficiariorum, eosque alacriores reddere ad diligentius

servitium exhibendum, et adprecantur ut, « praevia benigna sanatione, si « necessaria putetur, supposito numero annorum residentiae S. Sedi bene- « viso, praedictum iubilationis privilegium favore Decani Communitatis « corroboretur et confirmetur, saltem quoad bona fundata. Quoad fructus « enim adventitios, decretum est die 3 Iulii 1908 a Vicario capitulari, quod « ad eos lucrandos requiritur actualis et personalis residentia ». Et dein acceptare videntur decisionem S. C, qua excipiantur dies festi solemniores, v. g. Nativitatis D. N. I. C, Paschatis, Pentecostes, feriarum V et VI maioris hebdomadae, Titularis vel Patroni ecclesiae, B. V. M. a Monteserrato, et Corporis Christi. Hodiernus vero Decanus exponit, quod ipse duos supra triginta annos laudabiliter servierit, etc., et supplicat pro manutentione in possessione huius privilegii, saltem sua vita durante, etiam ob timorem ne secus aliqua imminutio honoris vel famae sacerdotalis ei obveniret.

His praehabitis quoad factum, animadvertendum est, quod particularis haec quaestio necessario ducit ad alteram generaliorem: *an scilicet dari possit praescriptio aut consuetudo derogans decretis concilii Tridentini.*

Itaque sententiam, quae tenet nullas esse consuetudines Tridentinis decretis contrarias, plures maximae auctoritatis doctores tradunt, quos inter Benedictus XIV *(Instit. eccl., 60, n. 7);* Pitonius *(De controv. patron., tom. 1, all. 5);* De Luca *(De iurisd., disc. 95, n. 7).* E contra fere communis videtur doctrina, quae docet cum Covarruvias *(Variar, resol., lib. 3, cap. 13, n. 4),* « quod legi vel canoni, non obstante clausula vel decreto irritante, « contraria consuetudo introduci possit; cum decretum irritans solum « abroget consuetudinem praeexsistentem vel futuram, durantibus iisdem « circumstantiis ». Huic sententiae subscribunt De Angelis *(Prael. iur. can., lib. 1, tit. 4, n. 12)* et Söll *(De praescripta part. 2, cap. 4, § 12).*

Cum igitur quaestio dirimi omnino non possit ex sola doctorum auctoritate, recurrendum est in casu ad praxim Romanorum Tribunalium et praesertim huius S. Congregationis, ex qua demonstratur, « nullum licere « violare Tridentinum decretum ex solo titulo contrariae consuetudinis », ut habet Bouix *(De princ. iur. can., part. 2, sect. 6; cap. 4, § 2, punct. 2, n. 4).*

Iamvero indultum iubilationis originem quidem repetit ex consuetudine introducta, sed vim habuit ex auctoritate Gregorii XIII, qui declaravit, illas consuetudines tolerari posse, veluti dispensando vel gratiam concedendo. Sacra vero Concilii Congregatio, menti inhaerens Summi Pontificis, gratiam illam suis limitibus circumscripsit, quorum principalis est: « dummodo, examinatis punctaturarum libris, de continuo et laudabili qua- « draginta annorum servitio legitime constet ». Ex his concluditur, consuetudinem in themate sustineri non posse; quippe contraria concilio Tridentino, et non circumscripta limitibus a S; C. Concilii positis.

.', Haec insuper sustineri nequit etiam ex eo quod careat conditionibus necessariis ad veram consuetudinem constituendam. Nam primo introducta non videtur ab habente potestatem; quod, iuxta Rotam., *decis. 78, n. 59,* coram Ansaldo, «de essentialissimo est consuetudinis requisito». Garet insuper alio requisito pariter essentiali, id est introducta dici nequit a maiore parte Communitatis, quia consuetudo isthaec, concedendi indultum iubilationis post viginti annorum servitium, communis non est aliis ecclesiis eiusdem vel similis constitutionis.

Ex altera parte, consuetudo favens privilegio concesso decano Communitatis SS. Iusti et Pastoris,, cum integrum relinquat chorale servitium, non videretur contraria decreto concilii Tridentini, *sess. -24, cap. 12 de reform.,* et Constitutioni *Benedictus Deus* Pii IV: non enim respicit consuetudo ista omnes beneficiarios illius Communitatis, quibus scilicet concedat posse à choro abesse singulis annis ultra tres menses, sed unice antiquiorem ex iis, seu Decanum.

Nec eidem deesse videntur characteres verae consuetudinis. Nam non valet ratio deducta a decisione S. Rotae, requirente ut consuetudo introducatur ab habente potestatem; quia illa conditio vel respicit casum diversum, vel requirit bonam fidem in consuetudine introducenda, quae conditio hodie non amplius admittitur communiter a doctoribus. Quod optime iuvari videtur ex ipsius consuetudinis diuturnitate; nam haec viguit per 275 annos, et numquam interrupta dicitur, nec per tantum temporis spatium umquam fuit a tot Episcopis Barcinonensis ecclesiae reprobata, vel in dubium revocata. Proinde consuetudo huiusmodi vere immemorialis esse videtur, quae meliorem constituit titulum, et praesumere facit ipsum apostolicum privilegium.

Quod si, hisce non obstantibus, quominus admitti possit, obsit exiguus annorum servitii numerus, iidem beneficiarii videntur postulare, ut a S. Sede hoc impedimentum e medio tollatur, augendo numerum annorum servitii, aut excipiendo ab indulto nonnullos solemniores dies.

Haec quoad exemptionis privilegium. Ad eiusdem extensionem vero circa fructuum perceptionem, quod attinet, cum beneficiarii videantur recessisse a proposito primitus expresso extendendi illud ad perceptionem quorumcumque adventitiorum ; satis provisum erit, si remittantur ad decisiones in *Novarien.* 2 Octobris 1677, et in *Lünen. Sarzanen,* 30 Septembris 1684, in quibus statuitur, iubilato competere perceptionem omnium distributionum et anniversariorum uxorum, et eorum in quibus non est cautum a testatoribus, ut interessentes tantum participare debeant.

RESOLUTIO. - Emi Patres S. C. Concilii, in plenis comitiis diei °27 Februarii 1909, respondendum censuerunt: *Supplicandum SSmo pro gratia*

iubilationis, cum solitis clausulis, favore hodierni Decani, et pro gratia ut in posterum Decani pro tempore, post continuum et laudabile servitium 40 annorum, gaudeant privilegio iubilationis.

Facta vero relatione in audientia diei 14 Martii 1909, SSmus D. N. Pius PP. X gratias, iuxta votum Emorum Patrum, indulgere dignatus est.

L. £¡3 S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

IL

VICARIATUS AFRICAE MERIDIONALIS

PRAECEDENTIAE

IN CONVENTU VICARIORUM APOSTOLICORUM AFRICAE MERIDIONALIS PRAECEDENTIA SPECTAT AD ANTIQUIOREM IN MUNERE VICARII.

Die 27 Februarii 1909.

SYNOPSIS DISCUSSIONIS. — A S. Congregatione de Propaganda Fide ad sacram Congregationem Concilii transmissae fuerunt litterae Vicariorum apostolicorum Africae meridionalis, in quibus sequens proponitur dubium: « Anno elapso benigne indulsit S. Congregatio de Propaganda, ut Praesules « Sud-Africani conventum inter se habere possent, eo fine ut res tractarent « concernentes bonum religionis in ista regione. Nunc vero dubitatur, «quisnam ex eis praeesse debeat tali conventui. Dubium ex hoc oritur « quod unus ex eis, nempe R. P. D. Rooney, licet consecratus Episcopus « anno 1886, nonnisi die 19 Februarii 1908, morte R. P. D. Leonard, munere «Vicarii apostolici Districtus occidentalis Promontorii Bonae Spei implere « incepit. Quaeritur igitur, *utrum prioratus inter Praesules praedictos com- « putari debeat a die ad Episcopatum evectionis, an vero a die officii Vicarii « apostolici suscepti a coadiutore cum iure, post mortem coadiuti ».*

Super huiusmodi dubio votum unius ex apostolicarum caeremoniarum magistris exquisitum est, cuius en summa.

Episcopales conventus, quos hodie vulgo vocant *Conferenze,* locum quasi tenent synodorum provincialium, nullo tamen respectu habito ad provinciarum ecclesiasticarum limites, ac sine loci determinatione. Ubi autem datae sunt ab Apostolica Sede peculiares instructiones, is designatus est praeses et moderator earum, qui *gradu* et *antiquitate* in ecclesiastica Hierarchia praestaret. Ubi vero instructio eiusmodi non habeatur, eadem tamen videtur norma sequenda. Vicarii Apostolici episcopali titulo aucti sunt, *gradu* proinde sunt pares : manet *antiquitas* uti distinctionis criterium.

Num antiquitas *ordinis,* an vero *officii?* Ad iuris normam primus est praelationis titulus iurisdictio (Cfr. Santi-Leitner, *de maior, et obed., lib. 1, tit. 33, n. 2).* Caeremoniale Episcoporum, *lib. I, cap. 4, n. 4,* etc. aperte praecipit, in propria dioecesi, gaudere Episcopum praecedentia super omnes ceteros Praelatos, exceptis dumtaxat Cardinalibus, proprio Metropolitano et Nuntiis apostolicis cum facultate Legati a latere. Et S. Rituum Congregatio, ad praecedentiam statuendam inter Episcopos extra propriam dioecesim, non consecrationem sed electionem considerat *(n. 270),* et praecise decretum consistoriale super expeditione ecclesiae *(n. 734).* Sacra Congregatio EE. et RR., die 24 Aug. 1889, in sua instructione pro conventibus, ab Episcopis italicarum regionum habendis (§ *3),* praescribit: « Il Prelato più degno per grado « e anzianità nella ecclesiastica Gerarchia avrà la presidenza nelle adunanze « episcopali di ciascuna regione ». Similiter eadem S. C, die 22 Iulii 1908, in sua instructione pro episcopalibus conventibus dioecesum Austriae, *(§ 4),* praescribit: « Episcoporum conventus, sive plenarios sive peculiares, « convocet ac moderetur, qui inter congressuros, gradu, antiquitate in ecclesiastica Hierarchia ceteris praeest, eique parere cuncti teneantur, in iis « quae coetum spectant ». Episcopus mere titularis* non habet votum decisivum in synodo provinciali, neque supra ceteros gaudet praecedentia, licet ante consecrationem acceperit, nec considerari potest ut Episcopus exemptus, quemadmodum declaravit S. Congregatio Concilii in una *Aquen.* die 25 Augusti 1850. Potest in confirmationem afferri optio, quae datur inter Patres Cardinales: Diaconus Cardinalis, videlicet, optans ordinem presbyteralem, praecedit ceteros presbyteros Cardinales post se creatos, quia non ordo, sed dignitas consideratur. Neque desunt exempla, quae praxim in casibus peculiaribus indicent: ita, v. gr., in synodo regionis cuiusdam in Sinis, anno 1880, praefuit Ioannes Timoleon Raimondi, Episcopus anno 1874 electus, Vicarius apostolicus; dum Thomas Gentili, Episcopus anno 1868 electus, coadiutor alterius Vicarii apostolici absentis, ab eodemque delegatus, postremum tenuit locum.

. Prior igitur titulus praelationis est antiquitas iurisdictionis, et non ordinis; unde, in casu, nihil haesitandum: ius favere dicendum est Vicario apostolico antiquiori. - Coadunantur praeterea hi, non tamquam Episcopi, sed tamquam Vicarii; ceterum et in provincialibus synodis praelationis titulus est iurisdictio. Quaedam exceptio in casibus particularibus nil officit; neque obstat, Vicarios iurisdictionem exercere alterius nomine, hi enim a supremo Principe illam accipiunt, quae officio inhaeret, et in iure continetur: superior est praeterea iurisdictioni Vicariorum generalium, qui cuilibet dioecesanae dignitati praecedunt.

DECISIO. — Et Emi Patres S. C. Concilii, in generali conventu diei

%7 Februarii 1909, responderunt: *Praecedentiam in casu spectare ad Praesulum, qui antiquior est in munere Vicarii apostolici.* \

Facta vero relatione in audientia diei 14 Martii 1909, SSmus resolutionem Emorum Patrum approbare dignatus est.

L. 83" S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

L

DECRETUM

QUO INSTITUITUR COMMISSIO OECONOMICA PRO SOLEMNI CANONIZATIONE BEATORUM IOSEPHI ORIOL ET CLEMENTIS HOFBAUER.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, summopere cupiens ut canonizationis proxime* adventurae solemnia cum omni decore celebrentur, in audientia habita, subsignata die, a subscripto sacrae Rituum Congregationis Secretario, constituere dignatus est Commissionem, quae, speciali munere praestituto, oeconomica appellatur; eamque constare voluit ex infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, tamquam Praeside, et Rmis Dñis Protonotario apostolico, Promotore sanctae Fidei, Praefecto apostolicis caeremoniis, Assessore ac Subpromotore, Substituto, ac subscripto Secretario, necnon Praelato qui causarum Postulatoribus est praepositus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10 Febr. 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. 83 S. ' f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IL

CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS

PROVINCIAE HOLLANDICAE.

SPECIALIS INDULGETUR MODUS PURIFICANOAE PYXIDIS IN LEPROSORUM HOSPITIIS.

Mathias Raus, congregationis SS. Redemptoris superior generalis, SS. Rituum Congregationi ea quae sequuntur humillime exposuit, nimirum:

In Vicariatu apostolico Surmamensi, quem S. Sedes provinciae nostrae Hollandiae commisit, duo exsistunt leprosorum hospitia, quibus sacerdotes nostri curam spiritualem impendunt: quo in caritatis exercitio, iam qua-

tuor ex patribus lepram ipsi contraxerunt, et mortui sunt. Quum igitur tantum sit contagionis periculum, quod et medici agnoscunt, opportunum esse videtur, ut etiam in purificanda sacra pyxide maximae adhibeantur cautelae. Hactenus patres nostri, servatis Rubricis, purificationem illam perfecerunt, sumptis minutis particulis, quae forte remanserant. In his vero facile est, ut reperiantur fragmenta, quae labia et salivam leprosorum tetigerint. Haec quum ita sint, idem orator Sanctitati Vestrae supplicat, ut sacerdotes nostri, tum in praedictis, tum in aliis forte erigendis leprosorum hospitiis, abstinere possint a sumenda sacrae pyxidis purificatione: quae reposita per octo aut quindecim dies in tabernaculo, dein in sacrarium infundatur.

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, reque accurate perpensa, ita rescribendum censuit: Paretur super altari vasculum cum aqua et stuppa seu gossypio, in quod vasculum purificatio pyxidis, modo sólito peragenda, immittatur, eaque quamprimum fieri poterit, in sacrarium iniiciatur.

Atque ita rescripsit ac indulsit, die 19 Februarii 1909.

Fr. S. CARD.' MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

III.

ATREBATEN.

INDULGETUR BREVIS QUORUNDAM ALTARIUM FIXORUM RECONCILIATIO, QUORUM MENSA CUM SEPULCRO RELIQUIARUM PERMANSIT.

Rmus Dnus Alfridus Williez, Episcopus Atrebaten., sacrorum Rituum Congregationi reverenter exposuit, in sua dioecesi nonnulla haberi altaria fixa, quae pristinam consecrationem amiserunt, quia tabula separata fuit a basi. Sed quum in casu non fuerit apertum sepulcrum reliquiarum, idcirco idem Rmus Episcopus orator postulavit, utrum sufficiat sancto chrismate inungere coniunctiones mensae cum basi in quatuor angulis, recitatis duabus orationibus *Maiestatem tuam* et *Supplices te deprecamur,* iuxta Pontificale romanum ?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita Commissionis liturgicae sententia, reque sedulo expensa, rescribendum censuit: Affirmative, de speciali gratia, ad mentem decreti n. 3829 *Gnesnen.,* 8 Iunii 1894, ad I.

Atque ita rescripsit et indulsit, die 12 Martii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IV.

URBIS ET ORBIS

ADPROBANTUR LITANIAE IN HONOREM S. IOSEPH SPONSI B. MARIAE V., EISQUE ADNECTITUR INDULGENTIA.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, inclytum patriarcham S. Ioseph, divini Redemptoris patrem putativum, Deiparae virginis sponsum purissimum, 11 catholicae Ecclesiae potentem apud Deum patronum, cuius glorioso nomine a nativitate decoratur, peculiari atque constante religione ac pietate complectitur. Hinc supplicibus enixisque votis et precibus plurium sacrorum Ecclesiae Antistitum et Praepositorum ordinum religiosorum, praeeunte Abbate generali Cisterciensium reformatorum, libenter obsecundans, suorum Decessorum fel. rec. Pii IX et Leonis XIII exempla, acta et decreta de cultu ipsius S. Ioseph edita, toto animo ac voluntate per hoc novum decretum prosequi statuit. Eapropter, quo omnes et singuli christifideles, cuiusvis sexus, status et conditionis, cum filiali ac religioso affectu ac firma solidaque spe eximias Nazarenae Familiae nutritii et custodis virtutes frequenter recolant ac studiose imitentur, validam que opem, praesenti tempore, humanae familiae ac societati congruentem, iteratis invocationibus ferventer implorent, Litanias in honorem S. Ioseph, sacrorum Rituum Congregationis examini ac iudicio subiectas, atque ab ipsa dignas adprobatione recognitas, de eiusdem sacrae Congregationis consulto, ac referente infrascripto Cardinali Praefecto et Ponente, apostolica sua auctoritate adprobavit; easque in vulgus edi, atque in libris liturgicis, post alias Litanias iam adprobatas, inseri ita indulsit, ut in universa Ecclesia, tum private tum publice, recitari et decantari valeant. Insuper eadem Sanctitas Sua omnibus et singulis christifidelibus has Litanias in honorem sancti patriarchae Ioseph persolventibus, tercentum dierum indulgentiam, semel in die lucrandam, et animabus in expiatorio carcere detentis etiam applicabilem, benigne concessit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 18 Martii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

LITANIAE DE S. IOSEPH

Kyrie,, eleison.	
Christe, eleison.	
Kyrie, eleison.	
Christe, auch" nos.	
Christe, exaudi nos.	
Pater de coelis, Deus,	miserere nobis.
Fili, Redemptor mundi, Deus,	»
Spiritus sancte, Deus,	»
Sancta Trinitas, unus Deus,	»
Sancta Maria,	ora pro nobis.
Sancte Ioseph,	ora pro nobis.
Proles David inclyta,	»
Lumen Patriarcharum,	»
Dei Genitricis sponse,	»
Custos pudice Virginis,	»
Filii Dei nutritie,	»
Christi defensor sedule,	»
Almae Familiae praeses,	»
Ioseph iustissime,	»
Ioseph castissime,	»
Ioseph prudentissime,	»
Ioseph fortissime,	*
Ioseph obedientissime,	»
Ioseph fidelissime,	»
Speculum patientiae,	*
Amator paupertatis,	»
Exemplar opificum,	»
Domesticae vitae decus,	»
Custos virginum,	>v
Familiarum columen,	»
Solatium miserorum,	»•
Spes aegrotantium,	»
Patrone morientium,	»
Terror daemonum,	>y
Protector sanctae Ecclesiae,	»

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

f. Constituit eum dominum domus suae.
RJ. Et principem omnis possessionis suae.

OREMUS

Deus, qui ineffabili providentia beatum Ioseph sanctissimae Genitricis tuae sponsum eligere dignatus es: praesta, quaesumus; ut quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in coelis: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

V.

PINNEN.

DECRETUM REASSUMPTIONIS CAUSAE CANONIZATIONIS B. GABRIELIS A VIRGINE DOLOROSA, CLERICI PROFESSI E CONGR. CLERIC. REG. EXCALC. A CHRISTI PASSIONE.

Vertente anno millesimo nongentesimo octavo, per litteras apostolicas, in forma Brevis, sanctissimi Domini nostri Pii Papae X in beatorum coelitum albo relatus est ven. Gabriel a Virgine Perdolente, clericus professus e congregatione Passionis Domini; simulque in patriarchali basilica vaticana eiusdem beatificationis caeremonia solemni ritu celebrata. Ex eo tempore, quum, per indultam atque adhibitam ipsi Beato venerationem, etiam christifidelium pietas cum fiducia in beatum Gabrielem excitata sit, praesertim per triduanas solemnitates in eius honorem pluribus in locis atque dioecesibus, de speciali privilegio institutas, clementissimus Deus, semper mirabilis in Sanctis suis, ita exoratus, thesauros misericordiae suae aperuisse atque prodigia patrasse asseritur, non minus ad ipsorum fidelium religionem ac spem remunerandam, quam ad sui dilecti servi gloriam in terris promovendam ac propagandam. Hinc, instante Rmo P. Germano a sancto Stanislao, praefatae congregationis Postulatore generali, attentisque obsequentissimis litteris postulatoriis quorundam Rmorum Archiepiscoporum atque Episcoporum, praecipue dioecesium in quibus supradicta prodigia ad intercessionem novensilis Beati divinitus obtigisse feruntur, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Iosephus Calasanctius Vives y Tuto, loco et vice Emi et Rmi Dñi Cardinalis Dominici Ferrata huius causae Ponentis seu Relatoris, in ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die, ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An sit signanda Commissio reassumptionis causae in casu et ad effectum « de quo agitur? ». Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi,

post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito etiam R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotore, re sedulo expensa, respondendum censuerunt: « Affirmative, seu Commissionem reassumptionis causae esse« «signandam, si Sanctissimo placuerit». Die 9 Martii 1909.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationis Praefectum relatis, Sanctitas Sua sententiam sacrae ipsius Congregationis ratam habens, propria manu signare dignata est Commissionem reassumptionis causae canonizationis praefati beati Gabrielis a Virgine Dolorosa, clerici professi e congregatione Clericorum regularium excalceatorum a Christi Passione, die 18, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

• VI. •

DECRETUM SEU INSTRUCTIONES

DE CANTIBUS CONCINNANDI EDENDISQUE AD OFFICIA PROPRIA ALICUIUS ECCLESIAE VEL INSTITUTI. r

Sacra Rituum Congregatio necessarium atque opportunum iudicavit, quasdam instructiones seu leges circa cantus concinnandos atque edendos, Officia propria alicuius ecclesiae vel instituti respicientes, statuere ac evulgare. Quae quidem instructiones seu leges, in audientia diei 24 vertentis mensis martii a sanctissimo Domino nostro Pio Papa X approbatae ac sancitae, sunt quae sequuntur: "

I° Praeter cantus, qui in editione vaticana habentur, alii exstant non pauci, qui, quum et ipsi ad usum liturgicum, licet peculiaris tantum loci, pertineant, propterea omnino debent (decr. 11 Aug. 1905, V, VI) ad formam gregorianam concinnari, aut certe reduci, ut inde possint sacrorum Rituum Congregationis approbatione muniri,

2° istiusmodi cantus, quamvis non universam spectent Ecclesiam,, nihilominus in potestatem cedunt Sedis Apostolicae, quae eos approbando facit suos, ac pleno prorsus iure potitur de forma usuque eorum admittendis, tollendis, limitandis et ita quidem moderandis, ut cantus etiam proprii singularum ecclesiarum cum typicis et inter se concordent. .

3° Nec tamen ista. suprema Sedis Apostolicae potestas super liturgicas cantilenas impedit, quominus firma maneant possessoribus consueta proprietatis iura, scilicet:

•*a)* Ordinario, super ecclesiae suae Proprium, sumptum quidem universe; minime vero in partes, nisi omnino speciales;

b) auctori vel editori primo, si agatur de melodiis vel de aliquo Proprio cuipiam ecclesiae non reservatis, ut esset, v. g., *Kyrie* in Ordinario Missae extra editionem typicam approbatum, aut Proprium regionale; quae tamen, decennio elapso, publici iuris fiant, salvo semper Sedis Apostolicae dominio.

4° Praedictorum autem iurium usus sic temperetur, ut nullus Ordinarius, auctor vel editor, obstare queat, quominus alii, si conditiones infra notatos impleant, aliquem cantum proprium, suo verborum contextu, ut par est, instructum, typis pariter evulgent.

5° Quivis editor, cantus huiusmodi typis mandare cupiens, ad id admittatur a legitimo possessore, dummodo huic fidem faciat: *a)* de sufficienti ad rem perficiendam facultate et peritia; *b)* de praestanda eidem possessori debita remuneratione, cuius scilicet pretium excedere nequeat duplum expensae ad primam confectionem requisitae.

6° De moderatoribus supremis alicuius religiosi instituti idem valeat quod supra de Ordinariis sancitum est, peculiaribus tamen servatis privilegiis a Sancta Sede antehac concessis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 24 Martii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L.I$iS.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

ALEXANDRINA

IURIS PATRONATUS

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno sexto, RR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii Ponens, Seraphinus Many et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa Alexandrina - Iurispatronatus *inter baronem Alexandrum Guidobono-Cavalchini-Garofoli actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum (VAlessandri advocatum, et Curiam dioecesanam Alexandrinam conventam, repraesentatam per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, die 15 Martii 1909 sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Super archipresbyteratu, quae secunda dignitas exsistit in maiori ecclesia Alexandrina cum adnexa cura animarum, Leo X P. M. per Bullam *Sincerae devotionis,* 15 Augusti 1518, Ioanni Luchino de Arnutiis tunc archi-

presbytero praedictae maioris ecclesiae iuspatronatus concessit his verbis : « Tibi (Ioanni Luchino) postquam fructus, reditus et proventus praedictos... « ad tertiam partem illorum de bonis tuis, etiam immobilibus auxeris, et « ex genitore tuo per lineam masculinam descendentibus, et ipsa linea « deficiente aliis ex familia, seu agnatione de Arnutiis..., auctoritate apo- « stolica, tenore praesentium, perpetuo reservamus, concedimus et assigna- « mus, decernentes ius patronatus et praesentandi huiusmodi, non iuris « fictione, seu privilegio, sed vere laicorum tantum, etiam Principum, et « ex fundatione et dotatione competere ». Post apostolicam hanc concessionem Arnutiorum familia iuspatronatus exercuit usque ad annum 1813, quo exaruit linea agnatitia de Arnutiis per mortem cuiusdam Iordani, qui duas filias reliquit, Gabrielam scilicet, nuptam Marchioni Hannibali Fansone de Glavesana, atque Angelicam, matrimonio iunctam baroni Alexandro Guidobono-Cavalchini-Garofoli. Et cum anno 1837 archipresbyteratus vacaverit, Gabriela primogènita Iordani et exinde eius descendentes masculi iuspatronatus continuo experti sunt. Cunctis tandem masculis defectis ex Gabriela an. 1898, superfuit linea masculorum descendentium ex sorore Angelica, in persona baronis Alexandri Gavalchini-Garofoli. Hic certior factus, Alexandrinum Antistitem, vigore facultatum a Summo Pontifice vivae vocis oraculo obtentarum, per decretum, archipresbyteralem dignitatem separasse a praebenda cum adnexa cura animarum, promovendo archipresbyterum ad archidiaconatum, ac libere alteri clerico vacantem archipresbyteratum contulisse, contra episcopale decretum recursum habuit ad S. C. Concilii. Instaurato vero per Constitutionem, numquam satis laudandam, *Sapienti consilio,* S. R. Rotae tribunali, ex speciali Pontificis commissione diei 19 Nov. 1908, ad hunc S. Ordinem quaestio deducta est, proposito dubio: *An constet de iuspatronatus favore baronis Gavalchini-Garofoli, ita ut eidem praeiudicatum fuerit per decretum Episcopi Alexandrini in casu.*

Neminem latet, iuspatronatus concessum a fundatore illis, qui sunt de familia aut agnatione simpliciter et absolute, non addita particula taxativa *tantum* aut simili, exstinta familia atque agnatione, transire ad haeredes agnatorum, etiam extraneorum, quia cum patronatus ex provisione iuris communis transeat ad haeredes, provisio hominis concedentis iuspatronatus illis, qui sunt de familia aut agnatione, non obstat quin, illis deficientibus, ex provisione legis transeat ad haeredes. Praestantissimi haec, atque in foro recepta sententia, ac pluribus decisionibus firmata a S. Rota, praesertim in decisione 385 coram Robusterio, non solum viget in iurepatronatus, quod acquiritur ex dotatione aut fundatione, quando nempe quis, accedente Ordinarii auctoritate, certa bona ecclesiae donat,

ut in eisdem unus ex clericis ecclesiastico munere functurus instituatur, sed etiam in iuspatronatus obtento ex augmento dotis, quando augmentum plus importat, quam antiquus reditus, vel aequat omnino. Tunc enim vera dotatio beneficii fìngi potest: ad summum aeque ex iustitia et ex gratia concessum iuspatronatus videtur; at quando aequalis est causa, potior habenda est ratio iustitiae quam gratiae (Pitonius, *Discept, eccl., 33, n.* iö). Quod autem Ioannes Luchinus augmentum dotis assignaverit, quod tertiam partem redituum praetergrederetur, manifestum fit ex instrumento, quo dotatoris procurator constare fecit valorem tum dotis praeexsistentis, tum bonorum hinc inde assignatorum. Nec satis; etenim post editam Bullam Hadriani VI *Accepto,* qua Pontifex revocavit omnia' privilegia iurispatronatus concessa ob augmentum tertiae partis dotis, ex dispositione testamentaria praefati Ioannis Luchini, haeredes altero publico instrumento, archipresbyteratus dotem auxerunt summa, acceptata a Capitulo maioris ecclesiae Aléxandrinae, scutatorum centum et quinquaginta. Longe proinde erat a mente membrorum Capituli ecclesiae Aléxandrinae, exstinctum fuisse iuspatronatus familiae de Arnutiis.

Quod autem praedictum augmentum dotis in casu, non solum tertiam partem redituum superaverit, sed eos coaequaverit aut superaverit, luculenter fit ex decisione huius S. Ordinis coram Dunozetto, an. 1648. Cum enim Episcopus Alexandrinus clerico praesentato ab Arnutiis libere contulisset vacantem archipresbyteratum, iidem ab hoc tribunali recogniti fuere tamquam veri patroni, ob centenariam possessionem iurispatronatus, quae possessio facit praesumere titulum meliorem de mundo, seu titulum verae fundationis aut dotationis. Et notandum quod rotalis decisio lata fuerit post duas collationes praefati archipresbyteratus, factas a Sede Apostolica favore quorundam Massobrii et Boidi.

Prolata rotali decisione, i. e. ab an. 1648 usque ad annum 1837, scilicet per 189 annos, in toto suo robore viguit iuspatronatus, ita ut, quoties vacaverit archipresbyteratus, semper praesentaverint patroni, et singulae praesentationes effectum suum semper sortitae sint; inter tot provisiones una memoratur provisio apostolica, an. nimirum 1735, cuius tamen ratio facile redditur; agebatur enim de reservatione pensionis favore cuiusdam cognati de Arnutiis, at scitum iii iure est, reservationem pensionis ad solum Pontificem spectare. Ceterum etiam in hoc casu clericus a patrono praesentatus in archipresbyteratu a Romano Pontifice institutus fuit.

Nec potest enervari haec praescriptio ex eo quod initium sumat ex titulo infecto, cum actor actionem suam videatur fundare in Bulla Leonis X. Etenim, quamvis patronus unum titulum insufficientem iri iudicio producat, exinde non sequitur, quod alteri meliori careat, cum inclusio

unius non sit necessaria exclusio alterius (Rota, *dec. 290, n. 6).* Neque qui titulum producit, se ad illum ita coarctare censetur, ut prohibeatur novum titulum ex plusquam centenaria productum allegare, cum privilegia sint multiplicabilia, praesertim in beneficialibus, ubi datur multiplicatio titulorum, uti animadvertit R. *D.* P. Ansaldus in *Adn. ad decis. 38, ñ. 17.* Ratio est, quia centenaria et in casu quasi tercentenaria omnia possibilia et omnia necessaria praesumit, et signanter in subiecta materia iurispatronatus, non obstante quod constet de eius initio ex titulo infecto, praesumit titulum novum, vel redotationis ex integro, vel supplementum primae dotis insufficientis, quia verosimile non est, tanto temporis decursu, Episcopos Alexandrinus admisisse praesentationes ex parte eorum, qui veri et legitimi patroni non exstitissent (Pitonius, *De contr. patron., alleg. 58).*

Praefatae quasi tercentenariae observantiae accedit quod archipresbyterales provisiones ecclesiae Aléxandrinae numquam, duobus aut tribus casibus exceptis, ab Apostolica Sede peractae fuerint. Id constat ex testimonio Curiae ipsius Aléxandrinae, quae, vacante archipresbyteratu in mensibus reservatis, etiam post exstinctionem lineae agnatitiae de Arnutiis, testatur, patronos suum ius praesentandi semper exercuisse, Ordinariorum interveniente approbatione. Iam vero exploratissimi iuris est, quod si patronus in quasi possessione praesentandi in mensibus apostolicis per decursum centum annorum, absque eo quod ostendatur, beneficium adeo longaevi temporis intercapedine fuisse unquam a S. Sede collatum, tamquam de reservato, vigore Regulae, tunc « etiamsi appareat iuspatronatus « fuisse acquisitum ex privilegio mere gratioso, adhuc reputari debet ac si «fuisset obtentum ex causa maioris vel coaequalis dotationis, cum, vigore « centenariae inducentis iuridicam praesumptionem melioris et magis pro- « ficui tituli patrono favorabilis, allegari possit novus titulus ex vera funda- « tione, dotatione aut illius coaequali » (Riganti in *part. 1, reg. IX, n. 346).*

Cum ex allatis sat evidenter constet de iurepatronatus favore baronis Guidobono-Cavalchini-Garofoli, dubitandum non est iuribus patroni derogatum fuisse per Antistitis Alexandrini decretum, sive quod separaveri t dignitatem archipresbyteralem a sua praebenda curam animarum adnexam habente, sive quod archipresbyteratum libere contulerit.

Nec dicatur, Episcopum haec omnia peregisse vi facultatum extraordinariarum ipsi a R. Pontifice in quodam oraculo vivae vocis concessarum; nam scitum omnino est ex regula xvni Cancellariae, Romanum Pontificem «per quamcumque signaturam seu commissionem, aut gratiam, vel « litteras apostolicas... etiam ex motu proprio, et ex certa scientia », et a fortiori per simplex et nudum oraculum vivae vocis, non intendere, ut cuiquam ius sibi quaesitum quomodolibet tollatur.

Quibus perspectis ac mature perpensis,

invocato Christi nomine, Nos infrascripti Auditores pro tribunali sedentes, ac solum Deum prae oculis habentes, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus et sententiamus, constare de iurepatronatus favore baronis Cavalchini-Garofoli in casu, eidemque praeiudicatum fuisse per decretum Episcopi Alexandrini.

Victum praeterea victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de iure in posterum reservamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint *.

Romae, in sede tribunalis S. R. Rotae, die 15 Martii 1909.

Franciscus Heiner.
L. *ffa* S. Seraphinus Many.
Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens.*

Sac. Tancredes Tani, ***Notarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

16 Marzo 1909. — Con decreto concistoriale, da spedirsi per Bolla pontificia,, il Sig. Valentino Ampuero, delia Missione, è stato promosso alla sede cattedrale di Puno.

— Con decreto concistoriale, da spedirsi per Bolla pontificia, il Sig. Emilio Lisson, della Missione, è stato promosso alla sede cattedrale di Chachapoyas.

•***18 Marzo.*** — Con decreto concistoriale, da spedirsi per Bolla pontificia, Mons. Giovanni Farrelly, direttore spirituale nel Collegio americano del Nord in Roma, è stato promosso alla sede cattedrale di Cleveland.

* Quum adhuc pendeant fatalia ad appellandum, sententia haec nondum in rem iudicatam pertransiit.

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

NOMINA

Il S. Padre con Breve apostolico si è degnato di nominare:

27 Febbraio 1909. — 11 Rmo P. Giulio Giuseppe Cenez, della congregazione degli Oblati di Maria immacolata, Vescovo titolare di Nicopoli e Vicario apostolico del nuovo Vicariato di Basuto-Land.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ORDINARIA

9 Marzo 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano si è tenuta la Congregazione ordinaria.dei sacri Riti, nella quale, al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie: I° introduzione della causa di beatificazione e canonizzazione della serva di Dio suor Maria Agnese Steiner, fondatrice del monastero delle Clarisse riformate, in Nocera; 2° conferma del culto da tempo immemorabile prestato al servo di Dio Bartolomeo Fanti, Carmelitano dell'antica osservanza, chiamato beato; 3° intorno alla concessione ed approvazione per tutta la Chiesa delle Litanie in onore di San Giuseppe, sposo di Maria vergine; 4° intorno alla concessione ed approvazione della Messa e •dell'Officio in onore del beato Gabriele dell'Addolorata, chierico professo Passionista; 5° intorno alla riassunzione della causa per la canonizzazione del medesimo Beato; 6° intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio, della Messa e dell'elogio da inserire nel Martirologio in onore della beata Cristina vergine e dei beati confessori Potentino, Felice e Simplicio, per l'arcbidiocesi di Colonia; 7° intorno alla conferma dell'elezione della beata Vergine Maria, Regina di tutti i Santi e Madre del bello Amore, volgarmente ***de la Cabeza,*** e Patrona principale della città di Anduar, nella Spagna; 8° intorno alla conferma di elezione della beata vergine Maria Immacolata a Patrona principale della diocesi di Huaraz nel Perù ; 9° intorno alla revisione degli scritti della serva di Dio Maria Crocifissa di Rosa, fondatrice dell'istituto delle Ancelle della carità in Brescia; 10° e parimenti degli scritti della serva di Dio suor Maria Teresa del sacro Cuore di Gesù (Teodolinda Dubouché) fondatrice della congregazione dell'Adorazione riparatrice; 11° e finalmente degli scritti della serva di Dio Anna Caterina Emmerich, monaca professa Agostiniana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Coa biglietto della Segreteria di Stato, Sua Santità si è degnata di nominare :

10 Marzo 1909. — S. Emza Rma il Signor Cardinale Vives y Tuto, Protettore delle Religiose Oblate del SSmo Redentore nella Spagna.

17 Marzo. — S. Emza Rma il Signor Cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo, Protettore dell'istituto delle Ancelle del S. Cuore, di Gesù, e dell'istituto delle Figlie di Maria Addolorata del Terz'Ordine di S. Francesco d'Assisi, aventi ambedue la casa madre in Cracovia.

14 Marzo. — Mons. Giovanni Ferro, aiutante di studio nella S. Congregazione del Concilio.

20 Marzo. — Mons. Gabriele Colatei, Uditore di seconda classe di Nunziatura, presso la Delegazione apostolica di Colombia.

— Il Rev. P. Benedetto Ojetti, d. C. d. G., Consultore della S. Congregazione dei Riti.

Con Breve apostolico, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario Apostolico ad instar participantium:

15 Marzo 1909. — Il Rev. D. Sebastiano de Oliveira Xavier.

Prelati domestici:

12 Marzo 1909. — Il Rev. D. Giovanni Hübner, dell'archidiocesi di Strigonia;

— Il Rev. D. Francesco Koperniczky, della medesima archidiocesi ;

— Il Rev. D. Ferdinando Rott, della medesima archidiocesi.

13 Marzo. — Il Rev. D. Luigi Ferretti, dell'archidiocesi di Ferrara.

15 Marzo. — Il Rev. D. Francesco Neissens, della diocesi di S. Antonio.

16 Marzo. — Mons. Giovanni Giuseppe M. Cann, dell'archidiocesi di Toronto.

ONORIFICENZE

Sua Santità si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno al Visconte Gustavo du Pare;

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno al Conte Gustavo Martini, ed al Sig. Stuart A. Coats ;

La Croce dell'Ordine di S. Silvestro al Conte Aimardo d'Ursel;

11 Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno (classe civile) al Sig. Leone Guilloneau, capo del Segretariato dell'Opera di S. Francesco di Sales in Parigi;

La Croce ***pro Ecclesia et Pontifice*** alla Contessa Amalia Visone-Rassini, di Torino.

Annus I. - Vol. I. Die 15 Aprilis 1909. Num. 7.

ACTA APOM¡G¡FSMS

COMMENTAEIÜM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

PLENARIA INDULGENTIA CONCEDITUR PRO FESTO S. IOANNIS BAPTISTAE DE LA SALLE QUOTANNIS CELEBRANDO A FRATRIBUS SCHOLARUM CHRISTIANARUM.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius Gabriel Maria, Praepositus generalis Fratrum Scholarum christianarum, retulit ad Nos, ex concessione a rec. mem. Leone PP. XIII facta, Fratres Instituti, cui ipse praeest, in curiali respectivo templo, vel in alia publica ecclesia a loci Ordinario designanda, festum divi fundatoris quotannis concelebrare, decimo quinto maii mensis die, vel alio similiter Ordinarii iussu statuendo, cum Missa et solemnibus Vesperis propriis. Nunc autem, ut ipsa solemnia uberiori agantur cum spirituali christiani populi emolumento, enixas Nobis idem Praepositus generalis preces humiliter adhibuit, ut in iisdem ecclesiis a fidelibus lucrandam, memorato die, plenariam indulgentiam addere dignaremur. Nos autem piis hisce votis annuentes, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, per praesentes, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui quotannis, die quo festum agitur S. Ioannis Baptistae de la Salle, admissorum confessione expiati et caelestibus epulis refecti, quamlibet capellani vel sacellum Fratrum Scholarum christianarum ubique terrarum situm, vel ubique similiter sitam quamlibet ecclesiam, in qua ad normam apostolicae supramemoratae concessionis eiusdem Sancti festum peculiari ritu concelebratur, a primis Vesperis ad occasum solis diei eiusdem visitent, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die III Februarii MCMix, Pontificatus Nostri anno sexto.

De speciali mandato SSmi
L. £g S. pro Dno Cardinali a secretis Status
F. Tedeschini, *Cancellarius a Brevibus.*

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. EPISCOPUM SANTANDERIEN. OB VIGESIMUM SUI EPISCOPATUS NATALEM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quum vigesimum episcopatus tui natalem sis mox celebraturus, tibi, pro tuo in Christi Vicarium animo, nihil optatius putamus esse, quam ut Nos in eum diem aliquo benevolentiae testimonio te ornemus. Id ultro et libenter facimus his litteris; nec solum gratulamur tibi, sed etiam volumus, ut gregi tuo Pastoris laetitia fructuosa sit et salutaris. Quotquot igitur eo ipso fausto die aedem Mariae sanctissimae, Patronae dioecesis istius, quam aedem tuentur Sodales a Trinitate, adierint, ibique, rite iam peccata confessi et divina dape refecti, rem christianam Deo commendaverint, omni peccatorum poena absoluti abeant. Tibi autem, venerabilis Frater, copiam precamur caelestium munerum, horumque auspicem, apostolicam benedictionem praecipuo cum studio impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xix Martii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

IL

AD R. P. NICOLAUM DAL-GAL O. P. M., DE PROXIME FUTURO TERTIANORUM FRANCISCANUM VENETORUM CONVENTU.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Certiores facti sumus, Tertianos Franciscales e regione Veneta primum conventuros Vicetiam, mense proximo ; eumque conventum, faventibus Episcopis Veneris, ac

praesertim dilecto Filio Nostro Cardinali Patriarcha, qui honoris causa praesidebit, magnum et solemnem fore. Pergratus is nuntius fuit: siquidem ille sodalium Ordo, a Francisco institutus, mirificae etiamnum est opportunitatis ad conformandos christiana sapientia mores populi; quare, ubicumque datur opera, ut ipse vigeat magis magisque et floreat, sane optimi salutis communis exspectandi sunt fructus. Atque iu spem horum ipsorum fructuum te, cui primas partes tributas esse scimus huius conventus apparandi, et egregios viros, adiutores tuos, etiam atque etiam hortamur, ut omnem vestram diligentiam in rem tam utilem conferatis. Ita et Nobis facietis gratissimum, et vobis copiam parabitis caelestium munerum: quorum Nos auspicem, itemque benevolentiae Nostrae testem, tibi eisque, dilecte fili, et omnibus, qui statis coetibus intererunt, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xix Martii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

SERMO

HABITUS A SS. D. N. PIO PP. X AD PEREGRINOS BELGAS, IN AUDIENTIA DIEI XII MARTII MCMIX.

C'est avec une émotion toute paternelle que je vous remercie, mes bien chers fils, pour les touchantes paroles que vous venez de m'adresser par la bouche de votre Président d'honneur *.

S'il a plu à la divine Providence de ne ménager en ces temps troublés ni douleurs ni angoisses au chef de son Eglise, il lui fournit plus largement encore des consolations qui remplissent son âme d'une joie surabondante. N'est-ce pas un précieux réconfort que ce dévouement sans mesure, dont les catholiques de toutes les nations m'ont donné au cours de ces fêtes jubilaires des témoignages si éloquents?

Parmi ces nations vous occupez une place d'honneur, mes Belges bien-aimés ; car il n'en est aucune qui vous dépasse en amour pour cette chaire de Pierre, en dévouement pour les grands intérêts de l'Eglise, en vaillance et en générosité pour la défense de vos droits les plus sacrés. Aussi mon regard de Père se porte-t-il sur vous avec une bienveillance toute particulière.

* M.r le Comte d'Ursel.

Vous avez affronté les fatigues d'un long voyage et les rigueurs d'une saison inclémente pour venir déposer aux pieds du Vicaire de Jésus-Christ une riche offrande sous la forme touchante d'un vrai plébiscite national. En vous exprimant ma gratitude pour cette ingénieuse et délicate pensée, je désire que mes remerciements aillent jusqu'au plus jeune et jusqu'au plus modeste de ces millions de signataires.

Je les bénis tous du fond de mon cœur, et je demande instamment à Dieu de combler votre noble patrie de ses grâces de choix. Puissiez-vous, fidèles à votre devise nationale, rester toujours unis dans la lutte victorieuse contre les ennemis de la religion et de l'ordre social, sous la conduite d'un Episcopat modèle, sous l'égide d'un Souverain justement vanté pour sa sagesse et son inlassable activité. — Cette union je vous la demande instamment, comme le gage le plus précieux de votre dévouement à l'Eglise et à votre patrie. Et si pour conserver cette union il vous faudra, en maintes occasions, subordonner des préférences personnelles à la cause commune, n'hésitez point à le faire, dans la conviction que Dieu saura bénir en abondance votre désintéressement et votre esprit d'abnégation.

Dans quelques semaines vous célébrerez un double jubilé intimement uni l'un à l'autre: celui de vingt-cinq ans de gouvernement catholique et celui de soixante-quinze ans d'existence de la nouvelle Université de Louvain. Si les catholiques belges ont pu se maintenir au pouvoir durant une période aussi longue, malgré les assauts multipliés d'adversaires compacts et irréductibles, ils le doivent en grande partie à l'heureuse influence de cette *Aima Mater*, qui a donné à votre patrie une armée innombrable de défenseurs éclairés et fervents des intérêts religieux et patriotiques. Puisse l'Université de Louvain prospérer de plus en plus, et pnisse-t-elle se distinguer toujours davantage par la parfaite harmonie de ses doctrines avec les vrais progrès de la science et les enseignements de la sainte Eglise !

Mais avant que ces fêtes se célèbrent dans votre beau pays, avec cet élan et cet éclat qui vous distinguent, une autre fête, nationale elle aussi, vous retiendra ici même. Dans peu de jours votre eminent Primat, le Cardinal Archevêque de Malines, consacrera l'église de S. Jean Berchmans, due à la générosité des catholiques belges. En m'unissant de cœur à cette solennité, je vous renouvelle mes remerciements les plus vifs pour ce don magnifique, et je prie Dieu de rendre au centuple à votre patrie, le bien que cette église et les œuvres paroissiales, qui y seront annexées, feront à ce quartier populeux de ma chère ville de Rome.

Que la bénédiction du Dieu tout-puissant descende abondamment sur vous, mes bien chers fils, sur vos parents et amis, sur votre vaillant Episcopat, sur votre auguste Souverain et la famille royale, sur la Belgique

tout entière et sa vaste colonie, afin que la patrie mère, fidèle à son noble passé, continue à donner au monde le spectacle enviable d'un peuple religieux et prospère, et que bientôt, grâce au zèle infatigable de vos admirables missionnaires, l'immense territoire du Congo soit gagné à l'Eglise de Jésus-Christ!

S. CONGREGATIO S. OFFICII

ADNECTITUR INDULGENTIA CUIDAM ORATIONI CORAM SS. SACRAMENTO RECITANDAS.

Die 18 Martii 1909.

SSmus D. N. D. Pius div. prov. PP. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, indulgentiam trecentorum dierum, animabus in Purgatorio degentibus etiam adplicabilem, benigne concessit, semel quocumque anni die ab universis christifidelibus lucrifaciendam, qui, corde saltem contrito ac devote, sequentem orationem coram SSmo Eucharistiae sacramento recitaverint: « Te, Iesu, verum Deum et hominem hic in sancta « Eucharistia praesentem, in genua humillime provolutus, cum fidelibus « terrae et Sanctis coeli mente coniunctus, adoro ; ac pro tanto beneficio « intime gratus, te, Iesu, infinité perfectum atque infinité amabilem, ex « toto corde diligo. Da mihi gratiam, ne ullo modo te umquam offendam, « atque ut, tua, hac in terra, eucharistica praesentia recreatus, ad tuâ aeternâ « ac beata in coelis praesentia una cum Maria perfruendum merear perve- « nire. Amen ».

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis exspeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. £g S. Aloisius Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

S. CONGREGATIO RITUUM

I

MANTUANA

DECRETUM CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVO DEI BARTHOLOMAEO FANTI, EX ORD. FF. CARMELITARUM, BEATO NUNCUPATO.

Saeculo decimoquinto volvente, Mantuanam urbem et ecclesiam duo religiosi viri, ex Carmelitana Familia, eximia virtute vitaeque sanctitate florentes nobilitarunt. Ex quibus unus est beatus Baptista Spagnoli, cuius cultus publicus, ecclesiasticus et immemorialis ab Apostolica 'Sede rite recognitus, per decretum sacrorum Rituum Congregationis, die 17 Decembris anno 1885 confirmatus fuit. Alter vero, Bartholomaei Fanti, de quo, ut aequali honore dignus habeatur, praesens causa proposita est. Mantuae ortus, anno reparatae salutis 1443, ex parentibus non minus pietate quam generis nobilitate conspicuis, adhuc puer, bonis artibus litterisque addiscendis promptus ingenio apparuit. Aetate succrescente quum studiis ac virtutibus profecisset, claustralis vitae statum prae ceteris adamare coepit. Fervidis precibus bonisque operibus implorata Spiritus Sancti gratia, opitulante beatissima Virgine, vocationem religiosam sentire meruit Itaque annum aetatis decimum septimum agens, Carmeliticum Ordinem, etiam intuitu eiusdem Patronae caelestis, in cuius specialem famulatum ipse se devovere cupiebat, libentissime elegit et ingressus est. In religione se iugiter exhibebat patientem in adversis, humilem in prosperis, sibi rigidum, aliis mansuetum, affabilem et gratum. Cum summa pietate et vitae integritate constantem regularis disciplinae observantiam consociabat. Sacerdos et concionator saluti animarum procurandae totas vires impendebat, Hominum corda ad sanctum Dei amorem et timorem, et ad filialem in Deiparam Virginem devotionem, verbis et exemplis vehementer inflammabat: ex quo duplici capite maxima quaeque bona provenire dictitabat. Instituit laicorum sodalitatem sub titulo B. M. V. a monte Carmelo, cum statutis et legibus ad pia ' exercitia inter congregatos fovenda. Prophetiae etiam dono insignitus fuisse fertur; et beato Baptistae Spagnoli [alumno carmelitico, adhuc iuveni, ad supremum suae religionis magisterium evehendum esse praedixit. Eius singularis pietas et cultus erga SSmum Eucha-

ristiae sacramentum mirifice patet ex devotissimis precibus, quas nocte dieque fundebat coram hoc ardentissimae. caritatis mysterio, inter aftectuosas lacrimas et caelestes suavitates. Unde in eo potestas operandi prodigia atque instantáneas sanationes in aegrotis, saepe saepius cum unico tactu ex oleo, quod lampades altaris SSmi Sacramenti nutriebat. Ceterum in honorem magistri, excelsis etiam praeconiis celebrati, redeunt laudes, quas discípulo tribuunt scriptores : siquidem de beato Baptista Spagnoli ipsi tradunt: « Eum tanto *(Bartholomaeo Fanti)* usum magistro, eo « perfectionis brevi devenisse, ut dignum illum habuerit eius sanctissimus « moderator ac in rebus spiritualibus magister, quem sibi absolutissimum « pietatis speculum imitandum proponeret ». Tandem bonus Christi miles ac minister, post multos labores in Ecclesiae et christianae plebis utilitatem exantlatos, die 5 Decembris anno 1495, in osculo Domini quievit. Fama sanctitatis Servi Dei post obitum magis inclarescente, etiam cultus publicus et ecclesiasticus ipsi praestitus, progressu temporis auctus, nec umquam usque in praesens interruptus, asserebatur. Hinc super eo in Mantuana Curia processus ordinaria auctoritate adornatus est, et servato iudicii ordine a decretis sa. me. Urbani Papae VIII praescripto, collectisque testimoniis ac documentis ad rem idoneis, sententia favorabilis prolata est. Acta processualia referunt titulum *Beati* Servo Dei tributum, eius imagines radiis redimitas, votivas tabellas seu donaria ad sepulcrum appensa. Insuper memorant plebis fidelis concursum ad illius exuvias venerandas, easque rite recognitas atque integras repertas, ac elevatum ipsum sepulcrum. Quae quidem argumenta ceteris adiuncta asserti cultus, per absolutum iudicium atque subsequentem sententiam, ab auctoritate ordinaria, uti validae probationes, habita sunt. Itaque, omnibus praedictis actis ac documentis Romam delatis et sacrorum Rituum Congregationi exhibitis, eiusque examini ac iudicio subiectis, instante Rmo P. Gabriele Wessels Ordinis Carmelitarum Calceatorum Postulatore generali, nomine totius Carmelitanae Familiae, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli Episcopus Praenestinus, causae Ponens seu Relator, in ordinario sacrae Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanum habito, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sententia a Emo Dno Episcopo Mantuano super cultu ab immemorabili tempore praestito praefato Servo Dei, seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII, sit confirmanda, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae fidei Promotore, re sedulo perpensa, rescribendum censuerunt: *affirmative, seu confirmandam esse sententiam Episcopi Mantuani, de cultu ab immemorabili tempore*

praestito Servo Bei Bartholomaeo Fanti, si Sanctissimo placuerit. Die 9 Martii 1909.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum sacrae eiusdem Congregationis ratum habuit et probavit, die 18, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IL

NUGERINA

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE AGNETIS CLARAE STEINER A SS. LATERE IESU, FUNDATRICIS MONIALIUM CLARISSARUM REFORMATARUM IN ASCETERIO NUCERINO S. IOANNIS BAPTISTAE.

Universo Ordini Seraphico ab Apostolica Sede novi decernuntur honores, Sanctorumque Patris Francisci et Matris Clarae gloria in multitudine filiorum, Servorum Dei, utriusque sexus, vividior in dies elucescit. His modo accensenda est virgo Tirolensis M. Agnes Steiner in oppido *Taisten,* dioecesis Brixinensis, die 29 Augusti anno 1813 in lucem edita. Parentes, quos sortita est, humiles quidem genere sed pietate illustres, filiolae in sacro fonte renatae nomen imposuerunt Teresiae, eamque post quinquennium, ab Episcopo tunc Brueciae, prope oppidum, adstante, sacro chrismate finitam et confirmatam voluerunt. Primordia infantiae ac pueritiae satis portenderunt qualis futura esset Teresia. Infantula adhuc lactens, singulis sextis feriis, a laete sugendo se abstinebat Domi et in schola, omnia pueritiae officia virtutesque exercebat; et cum christiana catechesi ceteras quoque disciplinas coniungens, ingenii sui aliasque animi dotes magis magisque ostendebat. Modesta, pia, obediens, ac Deo dilecta, omnibus etiam amabilis et accepta erat. Quare idem pater filiolam suam, veluti thesaurum sibi concreditum et caute custodiendum, propinquis et amicis indigitabat. Novennis ad sacras Agni dapes, ex piissimi parochi iudicio, primum admissa, quo animi desiderio et fervore sacram Hostiam sumeret, ex hoc eventu licet arguere. Vix illam acceperat, statim in dulce ac suave deliquium incidit, domumque delata, et, post tres horas viribus restitutis, accepti beneficii memor, ad gratias Deo agendas in ecclesiam redire postulavit. Ex eo tempore, singulis hebdomadis, sacram synaxim recipere solebat; in qua saepe in ecstasim rapta ab adstantibus visa est.

Adolescentula optima, posthabitis vanis ornamentis mundanisque spectaculis, oculis plerumque humi defixis incedebat, et viii ac demissa veste utebatur. Divinis rebus constanter intenta, ad templum quotidie accedebat, etsi longe dissitum, nulla obstante tempestate, temporis varietate coelique mutatione, fere semper prima in ingressu et ultima in egressu, ut sacrosancto Missae sacrificio adsisteret et clementissimum Deum sibi propitium atque caelestium donorum largitorem haberet. Neque tantum de sua, sed de aliorum quoque salute sollicita, ad pietatem et amorem in Deum ferventius fovendum, puellas coaevas sibique notas in solitarium locum, praesertim in ecclesiam, secum ducebat; illasque nostrae redemptionis mysteria precesque quotidianas docere, atque a sexus levitate mundique cogitationibus et operibus retrahere satagebat. De Christo Deo pro hominibus passo recogitans et loquens, divino inflammabatur amore, atque hunc ignem in cordibus audientium praecipue puellarum et sororis germanae Mariae accendebat. Hinc nil mirum, si in Dei ancilla ea quae a primis annis senserat, vocationis religiosae germina, crescente aetate et virtute, nova perciperent incrementa. Consilium, quod ipsa in pueritia tacuit, maturius effectum, in adolescentia matri et propinquis aperuit. Inde obstaculis omnigenis exortis, ad avertendam vel potius probandam vocationem, in domum patrui, servilibus officiis obeundis, mittitur. Illico agrestibus laboribus pecudumque custodiae addicta, sub rigida ac dura rustici patrui disciplina, multas passa est molestias, praeter animi corporisque cruciatus ac tenuem aut potius nullam valetudinem. Matre ad mitiorem sententiam conversa, in propriam domum rediit Dei ancilla, octodecim annos agens; cui non defuit novum certamen circa status electionem. Interim ut in negotio tam gravi speciale Dei lumen et auxilium, B. Maria Virgine interveniente, sibi acquireret, piam peregrinationem ad celebre ipsius B. Virginis sanctuarium, vulgo de *Absan,* prope Oenipontem suscepit; et plura pietatis caritatisque opera ad hunc finem sponte adiunxit. Eius amita, eximiae virtutis foemina, dum gravi morbo afilictaretur, neptis suae adsistentis et patientis officia rependebat cum salutaribus monitis de christiana perfectione. Quibus Dei famula, magis aestuans desiderio vitae religiosae amplectendae, mortua amita et matre annuente, in civitatem *Breneck* pergit, in qua Tertio Ordini S. Francisci adscribitur. Dein per varia monasteria variosque Ordines transiens, et ob infirmam valetudinem dimissa, tandem Italiam petit, et Assisii consistit, ubi in monasterio Bavarico seraphicam regulam Tertii Ordinis S. Francisci profitetur, assumpto nomine Mariae Agnetis. Brevi post, in tyronum magistram electa, eo munere per aliquot annos cum omnium virtutum exercitio, puellarum profectu et sororum admiratione, fungitur. Circa annum 1844, Episcopus Nucerinus, Nicolaus Piervi-

sani, praehabita Sedis Apostolicae venia, atque inito consilio cum Episcopo Assisiensi, Dei famulam, die 18 Ianuarii 1845, e monasterio Bavarico educit, ut, adscitis in socias itineris una ex monialibus Benedictinis et duabus piis foeminis, Nuceriam adiret, ac vetustum monasterium S. Ioannis Baptistae in Glarissarum asceterium reformandum instauraret. Quod opus **M.** Agnes, divinae voluntati per superiorum mandatum sibi cognitae obtemperans, libenti animo suscepit felienterque absolvit. Antiquis novisque monialibus, quibus regendis ab Episcopo praeposita fuit, mater exstitit acceptissima, et monasterium gubernavit, iuxta regulam S. Clarae, quam, approbante Apostolica Sede, mitiorem reddidit. Quum per aliquod tempus in asceterio Perusino Tertii Ordinis S. BVancisci, rogatu abbatissae et cum debita sa. me. Pii Papae IX licentia, ad illarum monialium exemplum et instructionem moraretur, eius spiritus ab Episcopo Perusino, Cardinali Ioachimo Pecci, postea Leone Papa XIII fel. rec, prudenter sapienterque probatus, multis laudibus cumulatus est. Ceterum, qua solertia ac providentia asceterio Nucerino praefuerit, ex eo etiam patet quod moniales, quum illam a Visitatore Apostolico, per indultum, in abbatissam perpetuam obtinere non potuissent, quolibet triennio in ea dignitate confirmassent. Verum morbi, quibus Serva Dei per totam fere vitam vexata erat, a duobus annis sensim graviores, eam, vertente mense augusto, anno 1862, ad vitae exitum perduxerunt. Sacramentali exomologesi mundari sacraque synaxi quotidie refici voluit, dieque xx, infirmitate magis ingravescente, petiit, ut SS. Viaticum sibi administraretur. Voti compos effecta, et venia sororibus adstantibus implorata, quibus, rogante Vicaria, amantissima mater benedictionem impertiit, cum humili et reverente animi affectu, caelestem Sponsum sumpsit; deinceps etiam extrema Unctione roborata est. Advespèrascente die vigesimaquarta, a malignis spiritibus tentata, eorum insidias atque impetus strenue repulit cum reliquia [sanctae Crucis, et victoriae signo, inquiens: « Per signum sanctae Cru ££| eis ab inimicis nostris libera « nos, Deus noster ». Et quieti composita, postquam dilectas moniales nova benedictione recreasset, pia Virgo, veluti sponsa parata et ornata obviam occurrens viro suo, virtutibus onusta et meritis, de terreno exsilio in caelestem patriam migravit, hora decima postmeridiana cum dimidio. Eius corpus in ecclesiam delatum ibique expositum a frequentissimo populo visitata, qui variis modis singularem suam existimationem et venerationem significat; donec, funere, pauperum more, prout ipsa voluerat, peracto, die 27 Augusti in loculo ecclesiae sub effigie B. M. V. a sacro Corde Iesu humatum est. Titulus sepulcro appositus ita legitur: « Hic iacet corpus « Mariae Agnetis Clarae Steiner a Latere Iesu, Glarissarum reformatorum « prima abbatissa. Vixit annos quadragintanovem, obiit in Christo, die vigesi-

« maquarta Augusti, anno millesimo octingentesimo sexagesimo secundo ». Fama sanctitatis Servae Dei adhuc viventis iam florens, post obitum pluribus illustrata testimoniis assertisque prodigiis, adeo invaluit, ut super ea inquisitiones ordinariae, praecipue Nuceriae, adornatae sint. Hisce autem sacrorum Rituum Congregationi exhibitis riteque recognitis, quum omnia in promptu essent, et revisione scriptorum eiusdem Servae Dei peracta, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, attentis obsequentibus litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum necnon Praepositorum Ordinum et congregationum atque universae Seraphicae Familiae, praesertim Ordinis Fratrum Minorum, instante Rmo P. Francisco Maria Paolini, huius Ordinis Postulatore generali, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Franciscus Cassetta Episcopus Sabinus, causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae fidei Promotore, omnibusque accurate perpensis, rescribere rati sunt: *affirmative, seu Commissionem esse signandam, si Sanctissimo placuerit.* Die 9 Martii 1909.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua sententiam sacrae eiusdem Congregationis ratam habuit et probavit, propriaque manu signare dignata est Commissionem introductionis causae praefatae venerabilis Servae Dei sororis Mariae Agnetis Clarae Steiner a SSmo Latere Iesu, fundatricis monialium Clarissarum reformatarum in asceterio Nucerino S. Ioannis Baptistae. Die 18, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

III.

BUSGODUGEN.

DE INFLUXU DUPLICIS IN MISSA ROGATIONUM ET PRO SPONSIS, DE MISSIS ET COMMEMORATIONE PRO DEFUNCTIS, DE MISSA PROPRIA NON MUTANDA, DE CANTICIS IN LINGUA VERNACULA, DE FESTO IN PRIMAM DÍEM LIBERAM REPONENDO.

Rev. Dnus A. Hermus, professor in Instituto Surdomutorum loci *Gestel* S. Michaelis, et kalendarista dioecesis Buscoducensis in Hollandia,

de consensu Rmi sui Episcopi, a sacra Rituum Congregatione insequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit, nimirum:

I. Num in Missa Rogationum in festo S. Marci et tribus diebus Rogationum, occurrentibus in festo duplicis secundae classis, duplicis maioris vel minoris, si in ecclesia unica tantum celebratur Missa, post commemorationem duplicis, tertio loco addenda sit oratio de tempore, v. g. *Concede,* si nulla alia commemoratio est facienda?

II. An hoc idem obtineat in Missa pro sponso et sponsa, celebranda in duplici maiori vel minori?

III. In Instituto Surdomutorum loci *Gestel* S. Michaelis unicum tantum habetur oratorium, in quo Missae celebrantur. Portam ad viam publicam non habet, et nonnisi occasione quarundam solemnitatum, v. g. primae communionis alumnorum, vel de speciali licentia superioris, extranei in illud admittuntur; quaeritur, utrum, attento S. R. C. decreto *Ordinis Fratrum Minorum provinciae Germaniae inferioris,* 10 Novembris 1906, post mortem alicuius alumni, in dicto oratorio, singulo die ab obitu usque ad sepulturam, exceptis diebus in citato decreto enumeratis, pro illo defuncto legi possint Missae de requie, quamdiu nempe corpus praesens est in domo' an vero semel tantum?

IV. Et si semel tantum, utrum eiusmodi Missae tantum dici possint in die funeris, quasi concomitantes Missam solemnem exsequialem; an vero insuper in una ex diebus sepulturam cum Missa exsequiali praecedentibus?

V. Si solemnes exsequiae cum Missa exsequiali in dicto oratorio, die sepulturae, pro illo defuncto habentur; an insuper in eodem oratorio Missam de requie pro eo liceat cantare prima die post eius obitum non liturgice impedita, ad normam decreti S. R. C. *Labacen.* 28 Aprilis 1902, ad X?

VI. In tota dioecesi Buscoducensi, ex indulto apostolico et de praescripto Ordinarii, iam ab anno 1853 Officia votiva SSmi Sacramenti pro feria V, et Immaculatae Conceptionis B. M. V. pro Sabbato, non impeditis festo novem lectionum, extra tamen Adventum, Quadragesimum, Quatuor Tempora et Vigilias, ritu duplici recitantur; quaeritur, utrum supradictis diebus liceat clero ad libitum dicere Missas de requie; an legere teneatur Missas conformes Officio votivo?

VII. Sacerdos, die, in qua, iuxta tit. v, n. 1 vel 2 Rubricarum Missalis, in Missa de feria vel simplici commemoratio pro defunctis est facienda, legit Missam privatam votivam S. Antonii; num etiam in eiusmodi Missa votiva commemoratio pro defunctis est facienda?

VIII. Dioecesi Buscoducensi concessum est pro die 28 Ianuarii Officium proprium cum Missa propria S. Iuliani Episcopi et Confessoris, adproba-

tum et concessum dioecesi Conchensi. Haec vero Missa non reperitur in novis editionibus Missalis romani et Gradualis; quaeritur, an in posterum, pro gratia, dici possit Missa *Statuit,* approbata pro dioecesibus, quibus non extenditur praedictum Officium proprium?

IX. Dominica Quinquagesimae et biduo sequenti, in pluribus locis dioecesis Buscoducensis habetur exercitium Quadraginta Horarum, quin tamen forma Instructionis Clementinae stricte observetur, quum nocte SSmum Sacramentum in tabernaculo recondatur; quaeritur: i.° num, durante pio hoc exercitio, cantica in lingua vernacula coram Sanctissimo in ostensorio exposito canere liceat? 21.° num, durante tali expositione in altari maiori, in altaribus lateralibus atque in sacellis eiusdem ecclesiae liceat celebrare Missas de requie, diebus quibus tales Missae per Rubricas permittuntur?

X. Utrum preces et hymni liturgici, v. g. Introitus, Communio, hymnus *Lauda Sion,* a choro musicorum in lingua vernacula cantari possint infra Missam privatam; an vero eiusmodi cantica tantum prohibita sint coram Sanctissimo exposito, ad normam decreti S. R. C. n. 3537 *Leavenworthien., °27* Februarii 1882, ad III?

XI. In quibusdam locis dioecesis festo S. Thomae a Villanova, proprio die impedito, ab Ordinario iuxta Rubricas assignata est, tamquam fixa, dies 3 Octobris. Quum vero hodie festum SS. Angelorum custodum non amplius celebretur die 2 Octobris, sed prima Dominica mensis Septembris, dies 2 Octobris iam nunc libera evasit pro assignatione alicuius festi perpetuo impediti; quaeritur, an nunc mutari debeat dies fixa S. Thomae, et ei assignanda sit, tamquam fixa, dies 2 Octobris?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis liturgicae suffragio, atque omnibus accurato examine perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I et II. Dilata.

Ad III et IV. Standum decreto *Ordinis Fratrum Minorum provinciae Germaniae inferioris,* 10 Novembris 1906, ad I, quoad 1 et 2 quaestionem.

Ad V. Servetur decretum *Labacen.,* 28 Aprilis 1902, ad X.

Ad VI. *Affirmative* ad primam partem; *Negative* ad secundam, in casu, iuxta decreta n. 1858 *Bergomen.,* 24 Novembris 1691, et n. 3792 *Strigonien.,* 30 Augusti 1892, ad VI.

Ad VII. *Affirmative,* iuxta Rubricas et decretum n. 2077 *Ordinis Eremitarum sancti Augustini,* 13 Augusti 1701 ; et quidem penultimo loco inter orationes omnes, quae eadem die tam ex Rubricarum praecepto, quam ex Ordinarii mandato, aut ad Celebrantis placitum adiungantur, iuxta Rubricas generales Missalis romani, tit. VII, n. 6.

Ad VIII. Non expedire; et Missa retineatur, quae respondet Officio iam concesso.

Ad IX. Quoad primam quaestionem, *affirmative,* nisi agatur de textibus proprie liturgicis et de functionibus insuper stricto sensu liturgicis. Quoad alteram quaestionem, *negative* in omnibus; quia expositio, in casu, uti pro causa publica censetur effecta.

Ad X. *Negative* ad primam partem, iuxta decretum relatum n. 3537 *Leavenworthien.* 27 Februarii 1882, ad III; ad secundam iam provisum in prima.

Ad XI. *Negative,* sed posse, si dies 2 Octobris iuxta Rubricas et decreta, festo reponendo S. Thomae, etiam in reformatione perpetui kalendarii dioecesani competeret; secus non posse, sed exspectandum esse tempus reformationis praefatae.

Atque ita rescripsit, die 31 Martii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

MEDIOLANEN.

CURAE ANIMARUM

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno sexto, die 15 Martii 1909, BR. PP. DD. Michael Lega Decanus Ponens, Constantinus Contini Riccardi et Ioseph Mori, Auditores de turno, in causa Mediolanen. - Curae animarum *inter Paulum Bossi archipresbyterum parochum S. Ioannis Baptistae civitatis Modoetiae conventum appellatum, et coadiutores titulares curatos SS. Mauritii, Michaelis et Petri martyris actores appellantes, repraesentatos per procuratorem Nazarenum Ferrata advocatum interveniente et disceptante in causa Promotore iustitiae pro iuris et legis tutela, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Divus Carolus Cardinalis Archiepiscopus Mediolanen., pro eo quo flagrabat zelo in salutem animarum, ad praescriptum Conc. Trid. in *sess. XXI, cap. 4, de reform.,* consulens necessitatibus spiritualis regiminis in terra Modoetiae, ubi « ob maximam populi frequentiam animae maximum patian-

«tur detrimentum », a. 1578 novas erexit paroecias extra moenia, et onus imposuit archipresbytero tenendi *duos coadiutores in curam animarum;* a. 1582 aliam extra moenia erexit paroeciam, intra muros autem erexit « aliam coadiutoriam curatam in ecclesia S. Mauritii, ut ibi resideat coadiutor « curatus pro cura animarum, iuxta distinctionem, et modis, formis, conditio- « nibus a praefato Illmo Domino praescribendi s, et pro dote perpetua dictae « coadiutorialis curatae et illius pro tempore coadiutoris vitae sustentatione, « praeter omnem aliam dotem, promissionem et obligationem per vicinan- « tiam et homines publico constanti instrumento etc. Eamque ecclesiam « S. Mauritii in coadiutorialem curatam ex nunc perpetuo erexit et erigit, « ut de ea nunc et pro tempore provideatur coadiutor curatus, idoneus « examine parochialium, cum onere quod ipse coadiutor curatus teneatur « perpetuo Missam in dicta ecclesia S. Mauritii celebrare singulis diebus, « tam ratione dictae coadiutorialis curatae, quam ratione oneris dictae « capellaniae seu capellaniarum translatarum ». Sub iisdem conditionibus et formis erexit « aliam coadiutoriam curatam in ecclesia S. Michaelis ». Idem S. Carolus, qui in erigendis coadiutoriis reliquerat sibi determinandum modum et formam pro exercitio curae animarum, in visitatione eiusdem anni 1582 haec decrevit: « Duo coadiutores pro tempore exsistentes ... curam « exerceant animarum iuxta distinctionem et assignationem a Rmo Ordi- « nario praescribendam », et confirmato onere celebrandi Missam in ecclesia coadiutoriali, subsequitur: « Coadiutores item praedicti sacramentum tum « extremae Unctionis ministrent in dictis ecclesiis, ac etiam sacramentum « Eucharistiae in die Paschatis de licentia Rmi archipresbyteri. Possint item «in dictis ecclesiis audire confessiones, alia vero Sacramenta in ecclesia « archipresbyterali et parochiali ministrare teneantur ».

In actis visitationis a. 1621 peractae a Friderico Card. Borromaeo in civitate Modoetiae, de dictis duabus coadiutoriis referuntur facultates a S. Carolo concessae, et subiungitur : « B. Carolus... reservavit sibi aucto- « ritatem praescribendi formam et modum singulis ipsarum exercendi « curam et separandi loca et familias, prout magis expedire sibi videretur, « cogitans fortasse quod. cum morte praeventus perficere non potuerit... ». Et nullum exhibetur documentum seu rescriptum posthinc editum ab Ordinariis, quod hanc formam ministerii pastoralis et separationem locorum decreverit, quamvis de facto singuli coadiutores habeant suum districtum pro ea parte ministerii parochialis, ipsis assignata a sancto fundatore, exer- cenda in suis ecclesiis seu vicinantiis.

Quod vero spectat ad tertiam coadiutoriam, hodie exsistentem in ecclesia S. Petri M., haec erecta fuit in ecclesia archipresbyterali collegiata S. Ioannis Baptistae a. 1640 sub titulo S. Francisci, ex bonis legatis a quodam Solio,

«cum onere, futuro capellano coadiutori eligendo, coadiuvandi in cura « animarum ac alia omnia faciendi, prouti alii coadiutores facere tenentur ». Successu temporis, at quonam anno nescitur, haec • coadiutoria curata in ecclesiam S. Petri M. traslata fuit, ubi hodie coadiutor sua munera exercet, et certe iam ab initio saeculi praeterlapsi. Hic tertius coadiutor hodierna actione cum aliis duobus antiquioribus eadem iura experitur adversus archipresbyterum parochum. — Porro coadiutores, qui praebendam sortiti sunt et ecclesiam ubi sua munera, saltem pro parte, exercere possunt, semper conati sunt suam potestatem magnificare et ampliare, quasi omnes functiones muneris parochialis sibi competerent independenter ab archipresbytero. Exinde a Curia Mediolanen, plura edita sunt decreta ad repellendas eiusmodi instantias, et nuper die 16 Nov. 1903 editum est decretum ab Emo Archiepiscopo, quo plene iura vindicabantur archipresbyteri parochi S. Ioannis Baptistae in universam paroeciam adversus coadiutorum intentionem. Hi ab hoc decreto appellationem instituerunt penes S. Congregationem Concilii, quae, post editam providentissimam Constit. *Sapienti consilio,* causam ad H. S. O. remisit. Stante autem dubio, an archiepiscopale decretum revera iudiciale habendum esset, ad auferendam qualemcumque dubitationem circa competentiam H. S. O. in casu, facta, hac de re, relatione SSmo (quem Deus diutissime sospitet), hic annuere dignatus «est ut sua auctoritate, causa Rotae committeretur, quod per rescriptum S. Congregationis Concilii diei 15 Decembris 1908 factum est.

Quamobrem tres coadiutores sunt in lite consortes; et in hodierna actione disputatur sub hac quaestionis formula, quam partes contestatae sunt, nimirum : *An coadiutoribus curatis titularibus ecclesiarum S. Mauritii, S. Michaelis, et S. Petri M. loci Modoetiae, competat universa cura animarum in titulum parochialem cum oneribus, iuribus et emolumentis in casu P*

Ad factum quod spectat, haec perpendenda sunt:

1.° quod S. Carolus ab a. 1578 onus imposuit archipresbytero tenendi *duos coadiutores* in auxilium curae animarum;

°2.° attamen, instante necessitate et attentis querimoniis archipresbyteri et fidelium, statuit *alias novas parochiales ecclesias et alias coadiutorias curatas erigere;*

3.° de facto erexit aliam (seu distinctam a coadiutorialibus mercenariis) coadiutorialem curatam in ecclesia S. Mauritii: et aliam coadiutorialem curatam in ecclesia S. Michaelis;

4.° in visitationibus peractis a. 1582, coadiutoribus imposita sunt onera *residentiae* apud suas ecclesias *pro cura animarum, iuxta distinctionem, et modis, formis et conditionibus ab lllmo Pomino praescribendis.* Praeterea impo-

nitur tum onus celebrandi Missam *quotidie* in dictis ecclesiis in commodum fidelium, sed potissimum in satisfactionem piorum onerum, tum onus ministrandi *in dictis ecclesiis* extremam Unctionem, ac etiam Eucharistiam in die Paschatis, *de licentia Rmi archipresbyteri.* Possunt in iisdem ecclesiis audire confessiones, *alia vero Sacramenta* tenentur ministrare in ecclesia archipresbyterali;

5.° ex actis visitationis Card. Friderici Borromaei a. 1621 patet, *praescriptiones et distinctiones a S. Carolo sibi reservatas,* ad melius distinguenda onera et iura coadiutoriarum non fuisse amplius factas;

6.° tractu temporis nova erigitur praebenda coadiutorialis residentialis in ecclesia S. Ioannis, imposito onere coadiuvandi archipresbyterum parochum, non secus ac coadiutores etiam mercenarii coadiuvare tenentur; et in primis hic coadiutor sufficitur in locum *unius ex coadiutoribus mercenariis,* et dein transfertur ad ecclesiam S. Petri M., ubi hodie residet et in iudicio agit adversus archipresbyterum parochum.

Exinde quoad *ius* haec considerantur:

Coadiutores, ex perspicua facti positione, ultro fatentur beneficium parochiale non fuisse dismembratum, sed unum indivisum mansisse. Sane S. Carolus hac ductus fuit regula iuris, nimirum in consulendo animarum bono ne hae detrimentum patiantur, ob auctum fidelium numerum et exinde propter deficiens parochiale ministerium, non esse deveniendum ad alterius paroeciae constitutionem per dismembrationem ab ecclesia matrice, si necessitati boni spiritualis consuli possit per *coadiutores parocho assignatos.* Hanc regulam statuit Conc. Trid. *sess. XXI, cap. 4, de reform.,* iubens: « Episcopi in omnibus ecclesiis parochialibus vel baptismalibus, « in quibus populus ita numerosus sit, ut unus rector non possit sufficere « ecclesiasticis sacramentis ministrandis et cultui divino peragendo, cogant « rectores vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus « adiungere, quot sufficiant — In his vero, in quibus ob locorum distan- « tiam —, novas paroecias — constituere possunt ». In casu agebatur tantum de aucto numero fidelium ; inde vigilantissimus legum tridentinarum exsecutor, S. Carolus, perspexit non esse locum nisi coadiutorum constitutioni. Ab hac regula, utpote minus praeiudiciali iuribus legitime quaesitis, non esse deflectendum H. S. O. firmavit in *decisione 578, part. 19, tom. 2, recent.,* ubi sub *n. 5* advertitur, ad dismembrationem utpote odiosam non esse deveniendum nisi in casu verae necessitatis; idem decisum fuit in *Leodien. - Dismembrationis* 1 Februarii 1712 coram Emo Falconerio; et 3 Iulii 1713 coram Rmo Crispo; et 22 Iulii 1714 et 25 Ianuarii 1715 coram Lancetta. — Et Card. De Luca, explicans iurisprudentiam H. S. O. et S. Congr. Concilii, hac de re ita *(Adnot. ad Conc. Trid., disc. 16)* scribit:

« Quoties enim sola ratio excreti populi vel incommoditatis itineris ... « urgeat, adhuc, absque necessitate procedendi ad hanc dismembrationem « seu divisionem, quae alienationem redolet ideoque *regulariter prohibita « est,* recte consuli potest cum destinatione unius vel plurium inferiorum « ecclesiarum, quae per territorium iam sparsae sint et exsistant vel denuo « construantur cum deputatione vicariorum seu *coadiutorum, ita ut com- « modior Sacramentorum aliorumque divinorum administratio praesertim « infirmis ac aliis respective sequi valeat, non diminuta ecclesiae parochialis « unitate et maiestate* ». Ita sapientissime se gessit S. Carolus; sed in *quaestionem iuris* praecipue adverti debet, exinde hoc fluere consectarium, non secuta divisione territorii parochialis, quamcumque iurium dismembrationem seu distinctionem ab officio parochiali non minus esse odiosam nec posse praesumi sed probandam esse invictis probationibus: quare coadiutores curati ea tantum iura sibi vindicare valent, quae certe eis attributa sunt, et censenda sunt attributa fuisse in *nudum parochi auxilium,* nisi evidenter probetur, haec iura fuisse concessa coadiutoribus *privative* seu ad exclusionem parochi.

Procurator vero coadiutorum contendit: « Per coadiutoriarum ere- « ctionem cura animarum Modoetiae fuit dismembrata, in quatuor partes, « quarum unam in exercitio retinet archipresbyter; et in ceteris tribus « partibus *vix ei reliqua fuit, et est, cura habitualis* ». Quam assertionem aperte *facto* contradicere, praesertim quoad tertiam coadiutoriam erectam in ecclesia archipresbyterali, evidenter patet; nullo vero inniti *iuridico* fundamento iuvat ulterius expendere.

Etenim S. Carolus, erigendo *alias coadiutorias* (uti loquitur instrumentum erectionis), distinxit a *mercenariis,* quia illis assignavit *stabile officium* seu veram praebendam coadiutorialem fundatam in certis ecclesiis; quocirca duo coadiutores effecti sunt *titulares,* et beneficia sua assequuntur praevio examine, quippe curam animarum habent commendatam, quamvis subsidiariam et coadiutorialem, in stabile officium, aliisque servatis de iure servandis in assecutione beneficiorum. Titulus vero beneficialis habetur in ecclesiis, quibus fundatae sunt coadiutoriae; unde revera et ecclesiae S. Mauritii et S. Michaelis effectae sunt ex fundatione ecclesiae coadiutoriales.. Quare vigilanti verbo usus est sanctus fundator, cum possessoribus istarum praebendarum numquam nomen attribuit *vicariorum perpetuorum,* sed nuncupavit coadiutores curatos. Sane ex tabulis fundationis constat, hos *coadiutores curatos* non esse vere et proprie dictos *vicarios perpetuos,* uti contendunt actores, quamvis sub alia locutione; hi enim se iactitant *coadiutores ad instar parochorum;* et haec locutio non videtur habere sensum iuridicum, et contradictionem involvit; vel enim isti coadiutores habe-

rent omnem parochialem iurisdictionem independentem ab archipresbytero, et tunc essent veri parochi, et dismembratio paroeciae facta esset; quod neque ipsi coadiutores sibi arrogant; vel saltem haberent universam *actualem curam* animarum in suo districtu, et tunc dicendi essent *vicarii perpetui* in sensu iuris, iuxta decretum Conc. Trid. in *sess. VII, cap. 7, de reform.,* et Constit. S. Pii V *Ad exsequendum.*

Atqui vicarii perpetui, ex iure, tenentur ad omnes obligationes quae parochos urgent quoad administrationem spiritualem ; ac propterea ad legem residentiae, ad verbum Dei praedicandum, ad pueros in christiana cathechesi instituendos, ad S. Sacrificium pro populo offerendum, ad ^Sacramenta administranda; et ex adverso rector principalis nequit in hisce sese immiscere, inconsulto vel invito vicario curato perpetuo; ita ab H. S. O. decisum fuit in *Romana - Vicariae* 8 Nov. 1621 coram Coccino Decano; et in *Barchinonen - Vicariae* 17 Maii 1624 coram Merlino, et late explicat Ferraris *(Promp. bibl., Vicarius parochialis),* cuius proinde auctoritatem perperam coadiutores invocant in suam partem; et Reiffenstuel, *tit. 28, de off. vic,* qui *n. 42* tradit : « Quia vero penes vicarium perpetuum residet exercitium curae, « non autem penes rectorem principalem, hinc iste non potest ibi exercere «curam fori poenitentialis. Nec potest rector principalis, invito vicario, « illi ecclesiae deservire seu Sacramenta administrare ». Tantum vero abfuit ab intentione sancti fundatoris huiusmodi latissimam potestatem conferre coadiutoribus, ut eisdem onus fecerit in suis ecclesiis ministrandi extremam Unctionem; et Eucharistiam in Paschate, tamen *de licentia archipresbyteri; facultatem* vero concesserit audiendi confessiones in suis ecclesiis; *cetera vero Sacramenta in ecclesia archipresbyterali ministrare tenerentur.* Quomodo vero se gereret archipresbyter parochus, in exercitio curae animarum *pro universa paroecia,* addiscimus ex relatione visitationis peractae a Friderico Card. Borromaeo a. 1621, qui refert « quoad populum nullam adhuc « factam fuisse distinctionem locorum et personarum (prout perficere cogi« taverat S. Carolus), et hinc in toto territorio archipresbyter ministrat « quotidie sacramentum Poenitentiae et sermonem habet ad populum ; mi« nistrat in ecclesia, et quandoque infirmis SSmae Eucharistiae sacramentum « (quia potissimum pro commödiori et promptiori huius Sacramenti admi« nistratione erant in certis ecclesiis deputati coadiutores), et requisitus « baptizat et ungit ».

Praeterea advertere praestat quod, si vera esset coadiutorum assertio, ipsis ex fundatione universam concreditam fuisse curam animarum *actualem independenter ab archipresbytero;* limites et modi exercitii suae potestatis essent inj iure determinati, prout determinati sunt in *vicariis perpetuis;* e contra S. Archiepiscopus in visitatione a. 1582 confert in genere pote-

statem coadiuvandi parochum *iuxta distinctionem, et modis, formis et conditionibus ab eo praescribendis ;* et in alia visitatione eiusdem anni nonnulla determinat et assignat munera, tamen non distincte, significans quomodo, pro necessitate curae animarum, ulteriores determinationes decerni possunt, nempe *iuxta distinctionem et assignationem* a *Rmo Ordinario* (notetur generica Ordinarii nuncupatio) *praescribendam.* Et tempore Friderici Card. Borromaei adhuc servabatur intacta haec Ordinarii potestas, quia, commemorans *erectionem dictarum coadiutoriarum,* ait idem Cardinalis: « Concessit eis facultatem audiendi confessiones,... reservavitque « sibi auctoritatem praescribendi formam et modum singulis ipsorum exer« cendi curam ». Quare ex ipsa fundatione erectae coadiutoriae sunt necessario in perpetua dependentia et subiectione quoad sua onera, quippe haec et in forma et in modo exercitii curae animarum determinanda sunt ab Ordinariis pro necessitate et opportunitate casuum. Quod fieri non posset, si coadiutoribus certa et determinata, ad exclusionem archipresbyteri, concessa fuisset potestas *actualis curae:* principium enim iuris communis est, ut *beneficia ecclesiastica sine diminutione conferantur.*

Quare si coadiutores libeat appellare *vicarios perpetuos,* tamen sensu improprio hoc ipsis competit, seu eo sensu quofad tramitem *cap. 4, de reform.,* Conc. Trid., *sess. XXI,* S. Congr. Concilii in *Lünen. Sarzanen. - Dismembrationis paroeciae* die 27 Sept. 1732, cum statuisset, non satis constare de necessitate erectionis novae paroeciae, sed instituendam esse *vicariam aut cappellaniam curatam, perpetuam cum assignatione annui proventus,* definitivo rescripto iussit: *esse erigendam vicariam perpetuam cum assignatione congruae solvendae a communitate Villae Meridii.* — Verum coadiutores solitos fuisse amplificare suas nuncupationes, unde facilior fiebat ampliatio potestatis, nos docet decretum *ven. congregationis disciplinae civitatis et dioecesis* 8 Iulii a. 1671, statuens: « nec ipsi *(coadiutori S. Mauritii)* licere alio « nomine uti, quam coadiutoris curati ad praescriptum fundationis ».

Neque obstat, unitati paroeciae et regiminis pastoralis, divisio in *districtus coadiutoriales* pro commodiori exercitio curae animarum; unde Archiepiscopus Puteobelli in visitatione a. 1763 hos coadiutores titulares vocat *parochos,* et hos ait *diligenter agere quae parochum spectant;* Archiepiscopus vero Romilli, in visitatione a. 1851, praeterea paroeciam archipresbyteralem dicit *quadripartitam.* — Nam magnopere utilem esse eiusmodi territorii parochialis divisionem patet ex ipsa institutione S. Caroli, qui voluit per institutos coadiutores sacramentum *extremae Unctionis ministrari in dictis ecclesiis,* seu in *vicinantiis,* ut occurrerent necessitatibus infirmorum suis ecclesiis propinquorum, quod diserte explicat Archiepiscopus Romilli, referens: « Esso *(coadiutor S. Mauritii)* vi conserva il SSmo

« Sacramento e *V* Olio santo per la più sollecita e regolare assistenza « degli ammalati del proprio distretto, numeroso di 3000 anime, vi dispensa « i Sacramenti della confessione e comunione a quei parrocchiani, che o « salute malferma, o età troppo provetta, o qualsiasi altro motivo rende « impotenti a portarsi alla *chiesa parrocchiale;* vi celebra la Messa e vi « spiega la dottrina cristiana tutte le Domeniche e feste dell'anno ». Exinde, quo utilior fieret coadiutoriarum institutio, S. Carolus cogitaverat (uti refert Card. Fridericus Borromaeo) oppidi divisionem *in tres partes,* ut quisque coadiutor haberet maiorem sollicitudinem in suum districtum, et etiam ampliorem potestatem, assignato *integro munere ipsis coadiutoribus titularibus.* — Si tunc desiderabantur districtus assignati et. definiti ex ipsa auctoritate Ordinarii, tamen quaedam divisio semper habita est, cum legatur in relatione] Card. Friderici Borromaei: « Liber status animarum conficitur « per archipresbyterum singulis annis, adhibito ministerio coadiutorum, « quibus *pars aliqua paroeciae per eundem commendata est ».* Qui mos ita laudatur a synodo dioecesana xxxvni, cap. vii: « Consuetudinem, quae est « alicubi, praesertim in urbe, ut territorium parochiale in regiones quasdam « (vulgo *quartieri, distretti)* dispertiatur, libenter confirmamus ». Inde mos in eadem synodo laudatur constituendi *coadiutores curatos* titulares. Nullam proinde facessit difficultatem nomen *parochi* coadiutoribus attributum; nam ipsi participant reapse et exercent ministerium parochiale; quamobrem apud fideles ipsi magis, prae ipso archipresbytero, nomen *parochi* merentur, et vulgo hoc nomen consequuntur, quin ullimode derogari velint veri parochi dignitati et auctoritati, quod adeo verum est ut coadiutor institutus a. 1640 sub titulo S. Francisci in ipsa ecclesia archipresbyterali S. Ioannis, in visitatione Card. Puteobelli simpliciter vocetur *parochus coadiutor titularis.*

Verum, si tabulae fundationis nullimode suffragantur intentioni coadiutorum, perpendendum est, utrum ipsis faveat *observantia* subsecuta per tria et amplius saecula, seu *praescriptio;* ad quam non semel appellat illorum patronus... Iamvero argumentum *observantiae* seu *praescriptionis* ceteris longe debilius et fragilius esse, facile est evincere. Nam in primis neganda est pacifica observantia; siquidem, cum feria quarta Cinerum coadiutor S. Mauritii voluerit benedicere et distribuere sacros cineres, congregatio disciplinaris in decreto iam citato a. 1671 eum compescuit edicens, « nullum ius « competere exercendi nonnullas functiones parochiales ab ipso praetensas, « et signanter benedictionis et distributionis cinerum feria quarta,... nul- « lasque praeterea functiones exercere aut Sacramenta administrare in ea « ecclesia posse nisi ad formam fundationis ». Curia autem archiepiscopalis Mediolanen., scribens ad cívicos magistratus a. 1794, aiebat: « Si atten-

« gano le parti a quanto si prescrive nel documento dei 1582, 7 Luglio, cioè « sia T unica parrocchia la chiesa di S. Giovanni, *V* unico parroco *V* arci- « prete; si considerino le chiese di S. Maurizio e di S. Michele come sem- « plici coadiutoriali, quali sono state erette,... e si accontentino finalmente « di amministrare in esse chiese quei soli Sacramenti e in [quelle circo- « stanze che il S. Arcivescovo prescrisse, e in tutte le altre 'funzioni dipen- « dano, *come è di regola e di costume,* dall'arciprete ». Idem edicitur in decreto Caroli Bianchi, vicarii generalis sub a. 1808, die 8 Februarii.

Ast data enim, sed minime concessa, dictae observantiae exsistentia, haec minime prodesset coadiutoribus ; quippe indubitati iuris est, praescriptionem non admitti contra iura parochialia, et praesertim in casu, quia ageretur de praescribendis finibus parochialibus et de exstinguenda dependentia coadiutorum a legitimo superiore seu archipresbytero ; et haec omnia, cum pertineant ad ius publicum civitatum, non comprehenduntur in instituto *praescriptionis* comparato pro iuribus privatorum; *arg. cap. 4, de paroch., tit. 29, lib. III Decret.,* et *cc. 1, 2, 3, caus. 16, q. 3;* uti disserit Reiffenstuel, *tit. De praescripta n. 31,* et De Angelis, *Praelect. lib. III, tit. 29, n. 3.* Eo magis quod in themate deesset necessarium requisitum ad praescribendum, nimirum coadiutores distraxissent *curam actualem,* et sibi acquisivissent, remanente in archipresbytero cura habituali, quod est iuridice absurdum, nemo enim potest *ad praescribendum sibi mutare titulum seu causam possessionis.*

Neque iuvat obiicere, decreta fundationis respexisse tantum locum exercendarum functionum, partim nempe in ecclesia coadiutoriali et partim in archipresbyterali, sed revera universam curam parochialem fuisse attributam. Namque cum lex fundationis semper observata fuerit, non videtur quomodo coadiutorum praecipuas functiones in ecclesia paroeciali exercentium dependentia ab archipresbytero excludi valeat. Ipsi siquidem in ea ecclesia nullum *designatum* altare habent, et insuper ipsorum munus pastorale, quoad *actuale animarum regimen,* explicaretur non in proprio territorio seu *vicinantia* sed in alieno, quod in hypothesi adversariorum non fuit dismembratimi; quamobrem dependentiam, quam coadiutores habent ab archipresbytero in ecclesia archipresbyterali, habeant oportet etiam in suis ecclesiis et in toto territorio. Hanc vero dependentiam non posse consistere cum munere parochiali vel cum exercitio *curae universae actualis,* saepius firmavit H. S. O. in suis decisionibus, veluti inter recentiores in *decis. 228, part. 2, tom. 1,* et *decis. 16, part. 12.*

Denique nullimode praetermitti potest consideratio quoad hodiernam conditionem iuridicam tertiae coadiutoriae S. Petri M., quae cum aliis duobus in praesenti actione comprehenditur, et aequali iure aestimatur. Haec fundata fuit sub titulo S. Francisci in ecclesia parochiali S. Ioannis ad

effectum « coadiuvandi in cura animarum et alia omnia faciendi, *prout alii* « coadiutores facere tenentur,... et facere possunt et consueverunt ». Non potest autem dubitari, heic nominé coadiutorum comprehendi etiam *mercenarios*, quia ipse suum ministerium exercere debebat in ecclesia archipresbyterali et in locum *alterius mercenarii*, cui ille successit. Atqui processu temporis, *tertius* coadiutor, quo melius suo muneri satisfaceret, transfertur ab ecclesia S. ioannis ad aliam ecclesiam, et sub initio elapsi saeculi illum in ecclesia S. Petri invenimus, ubi hodie residet, et sortitus est suam vicinantiam seu districtum. Sed quonam iure et quaenam mutatio habita est in fundatione? Nulla prorsus, si demas locum, ubi hodie curam exercet animarum in auxilium parochi. Hanc mutationem autem, integra persistente pristina fundatione eiusque iuribus et oneribus nullimode mutatis, fieri potuisse a Curia Mediolanen, patet, quia est mutatio, in casu, pene accidentalis, et non est contra tabulas erectionis.

Porro S. Congregatio Concilii in *Brixien*, die 6 Nov. 1620 ad sequentia dubia: «Ad I: utrum coadiutores omnes, quomodocumque sint cappellaniae institutae, teneantur ad residentiam personalem eadem lege Conc. « Trid. *sess. XXIII, cap. 1, de reform.*, qua rectores ipsi parochialium tenentur »; Congregatio censuit teneri. « Ad II: utrum Episcopus teneatur cogere ad « residentiam illos etiam coadiutores, quibus nulla expressa personalis residentiae obligatio iniuncta est »; S. Congregatio censuit teneri cogere hos, sicut ipsos ecclesiae rectores. « Ad V: utrum illi, qui ad beneficia huiusmodi « proponuntur admittendi, sint eodem iure examinandi, quo rectores ipsi « earundem parochiarum examinari iubentur ad parochiales ipsas obtinen- « das ex *cap. 18, sess. XXIV*, Conc. Trid. »; S. Congregatio censuit ita esse examinandos (penes Giraldi, *Ius pont., part. 2, sect. 8)*. - Ex quibus regulis patet, quanam ratione tertius coadiutor, fundatus a legato Solio in ecclesia parochiali sub titulo S. Francisci pro adiuvando parocho, translatus fuit, nulla inducta legitima mutatione in suis oneribus, ad ecclesiam S. Petri M. pro meliori servitio totius paroeciae. In praesentem quaestionem vero, luce meridiana effulget clarior consequentia, nempe a mercenario coadiutores titulares distingui ratione praebendae, vi cuius in auxilium parochi habent *stabile officium* et certam partem ministerii parochialis his assignatam in fundatione. « Quaenam vero *(aiebat advocatus gen. Curiae Mediolanen. in suo voto ad decretum cit. diei 8 Febr. 1808)* munia a coadiutoribus « Modoetiensibus iure proprio obeunda, quae de licentia archipresbyteri; « quaenam sint in propria ecclesia, quae in ecclesia parochiali iura, descripta « reperiuntur in instrumento erectionis coadiutoriarum ». Et in decreto congregationis disciplinaris iam citato a. 1671 distinctius explicantur haec iura et munia coadiutoribus attributa; nempe ipsis « nullum ius compe-

«tere exercendi nonnullas functiones parochiales,... praeterea ecclesia-« sticas functiones exercere aut *Sacramenta* administrare... posse». Et revera D. Carolus in fundatione coadiutoribus facultatem concessit quoad *Sacramenta administranda,* seu quoad ministerium necessarium ad salutem animarum, non in genere quoad functiones parochiales.

Quibus positis, patet, coadiutores necessario dependentiam observare debere in suo ministerio ab archipresbytero ; quae dependentia non destruit stabilitatem officii et iura coadiutorum, sed efficit ut pars ministerii parochialis, competens coadiutoribus, efficacius et utilius impendatur in bonum totius paroeciae, ad quod intendit D. Carolus, iubens, coadiutores titulares suum ministerium, partim exercere in suis ecclesiis, partim in ecclesia parochiali. Quoad partem vero muneris parochialis ex fundatione nullimode competentem coadiutoribus, eorum plena est dependentia, ad tramites iuris communis, tum erga archipresbyterum tum potissime erga Archiepiscopum, cuius iura praeservata sunt in erectione, seu *iuxta distinctionem et assignationem a Riho Ordinario praescribendam de cura animarum.* Eiusmodi autem dependentiam nullimode detrahere aut derogare officiis aut beneficiis, dependentibus in suis iuribus et oneribus quoad exercitium a potestate superioris, evincitur etiam a rescripto S. Congregationis Concilii in *Drepanen.* diei 22 Aug. 1908, quo statutum fuit, « Decanum « iunctiones parochiales exercere debere sub archipresbyteri dependentia », quod rescriptum ad suam integritatem vindicandum erat, cum idem mutilatum exhibitum fuerit in *defensione* coadiutorum.

Uti una dubitandi formula a coadiutoribus proposita continebantur iura parochialis curae et iura ad emolumenta, utpote necessario nexu coniuncta, ita resoluta quaestione de iuribus ad curam animarum, fluit resolutio quoque alterius quaestionis de emolumentis; quo sensu cum fuerit quaesitum a S. C. Concilii, « an coadiutores, qui habent congruam, possint « lucrari emolumenta funerum, baptismorum et matrimoniorum quae sunt « iura parochialia et dari solita parocho »; die 16 Dec. 1679 prodiit rescriptum: *Negative, nisi obstet contraria observantia.* — Sed observantia ita debet esse certa et definita ut praescriptionem inducere valeat, et de hoc, saltem expresse, non agunt coadiutores, qui intendunt enixius sibi vindicare iura parochialia universa. Recolunt tamen receptam consuetudinem, et memorant ex relatione Friderici Cardinalis Borromaei, « emolumenta extraordi-« naria, quae adeo tenuiora sunt ut vix pro singulo coadiutore contingat « summa librarum centum in anno, licet archipresbyter nullam accipiat par-« tem, aequaliter inter ipsos dividuntur ». Et volunt etiam ut advertatur aliud adiunctum eiusdem relationis, nempe « si quid in baptismi et matrimonii « administratione datur, illius commodo cedit qui ministrat, nec cum aliis

« partitur, et demum extraordinaria portio, ad archipresbyterum spectans, « recipitur a mercenariis coadiutoribus ». Attamen haec verba *ad archipresbyterum spectans* aperte fatentur ius archipresbyteri nativum ad ea emolumenta, ex cuius concessione recipiebantur a coadiutoribus pro sua sustentatione. Haec vero concessio vel remissio emolumentorum ex parte archipresbyteri, vel satis significatur vel saltem praesumi potest in aliis adductis *relationis* attestationibus. Quod autem coadiutores nullimode excludi debeant ab emolumentis extraordinariis seu incertis parochialibus lucrandis, solemniter declaravit et edixit Rmus Archiepiscopus in suo decreto 16 Nov. 1903, statuens : « Huius nostrae voluntatis ratio erit habenda... in assignatione pro «taxis emolumentorum parochialium, in quarum revisione, salva parte « etiam tenui pro iuris parochialis recognitione, distinctior consideratio « erit facienda coadiutorum curatorum titularium, in quantum hodierno «tempore, ad factum quod attinet, magis concurrunt in archipresbyteri « parochi, quoad curam animarum, levamen » Et iure merito, quia coadiutoribus competit [ius ad congruam honestam sustentationem, eisdemque bonum est ut cedant ea emolumenta a fidelibus directe oblata in sustentationem illius, qui ipsis divina misteria et Sacramenta dispensat.

Hisce omnibus in *facto* et in *iure* attentis et consideratis:

Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, et pro tribunali sedentes dicimus, declaramus et definitive sententiamus, respondendo ad propositum dubium: *Negative ad formam fundationis, ita ut coadiutoribus competat potestas exercendi) curam animarum tum in ecclesiis respective suis tum in ecclesia archipresbyterali parochiali iuxta modum in tabulis fundationis assignatum, et sub dependentia archipresbyteri nec non firma potestate Ordinarii, quoad coadiutorias curatas titulares, ea praescribendi et ordinandi quae sanctus fundator non praescripsit nec ordinavit.* Ideoque decretum Emi Archiepiscopi diei 16 Nov. 1903 approbamus et exsecutioni esse dandum decernimus.

Victos vero victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis vel cui de iure in posterum reservamus^ Quamobrem mandamus Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim *cap, 3, sess. XXV, de reform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Die 23 Martii 1909.

M. Lega, *Decanus Ponens.*
Constantinus Contini Riccardi.
Ioseph Mori.

L. © S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

IL

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

(Sub secreto)

Edita est in hac causa sententia definitiva, cuius pars dispositiva est sequentis tenoris:

Ad dubium, *an constet de nullitate matrimonii in casu, ita ut confirmanda vel infirmanda sit sententia Curiae ^Parisiensis?*

RR. PP. DD. Auditores de turno respondendum censuerunt : *Affirmative.*

Die 31 Martii 1909.

Guilelmus Sebastianeiii.

L. £ß S. Seraphinus Many, *Ponens.*

Franciscus Heiner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD R. P. ADULPHUM PETIT S. L, QUOAD EIUS OPERA " SACERDOS RITE INSTITUTUS „ ET " TEMPLUM SPIRITUALE SACERDOTIS „.

Rev. Pater,

Laeto libentique animo id tibi renuntio, beatissimo Patri periucundum exstitisse duplex opus, quod obsequenter ei obtulisti, quorum alterum *Sacerdos rite institutus,* alterum *Templum spirituale sacerdotis* inscribitur. Haec autem opera eo consilio in lucem a te provisa sunt, ut per ea sacerdotes ad vitae perfectionem adducantur ; quo nihil Sanctitati Suae optabilius aut potius est, quippe quae, ut semper, etiam nuperrime ad clerum pietatis singularem fervidamque exhortationem miserit. Qua re Summus Pontifex finem in istis operibus conscribendis tibi propositum, consiliis vero sapientibus suis omnino consentaneum, summa laude ornare dignatus est, et Deo optimo maximo vota fervida facit, ut ex istorum operum meditatione, pro alenda anima sua, clerus universus copiosissimum cibum

sumat, et, tamquam ex fonte aquae vivae, saluberrimum potum hauriat, ita ut sanctum se ipsum efficere possit, fideliumque ad animas ad optima pascua agendas, sanctitatis exemplo, aptior in dies fiat. Quod dum Sanctitas Sua enixe deprecata, tibi apostolicam benedictionem, caritatis suae pignus, et potens auxilium ad alia tantae utilitatis opera scribenda, effuso animo impertitur. Hoc autem augusto munere functus, gratias ipse quam plurimas tibi ago pro altero exemplari utriusque operis, quod mihi perhumaniter obtulisti ; et sensus existimationis in te meae confirmo, atque tibi permaneo

Romae, die 23 Ianuarii 1909. addictissimus

L. £ß S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD SODALES OFFICIALES COETUS, CUI NOMEN " COMITE CATHOLIQUE DE DEFENSE RELIGIEUSE „, IN OBITU SUI PRAESIDIS.

Messieurs,

Le Saint Pére est profondément ému de la perte que vient de faire votre comité catholique de defense religieuse, dans la personne de son vènere et très regretté président.

La mort de monsieur le comte Emile Keller est un deuil non seulement pour sa patrie, mais pour la sainte Eglise, que cet admirable chrétien a servie et défendue pendant si longtemps, et jusqu'à son dernier jour, par l'exemple des plus nobles vertus. Parmi les ames d'elite que la Providence a suscitées dans ces temps troublés, pour la defense de la religión et du Saint-Siège, il en est peu qui aient montré avec autant d'éclat et de persévérance, ce que peut un homme de caractère et de fois agissante, mettant toutes ses énergies et ses grandes qualités au service de l'Eglise.

G'est principalement dans la direction du comité de defense religieuse que les rares mérites de votre regretté président ont été mis dans tout leur jour. En en voy ant naguère au Souverain Pontife le rapport sur les travaux de l'année écoulée, il attirait f attention de Sa Sainteté sur F oeuvre fpconde accomplie par vos soins, s'oubliant lui-méme pour faire ressortir le zèle de ses coopérateurs. Le Sainte Pere ne croit pouvoir mieux témoigner sa satisfaction du bien réalisé et des travaux entrepris par les collaborateurs des monsieur Emile Keller, qu'en leur souhaitant de s'inspirer toujours des exemples de ce grand homme de bien, et en leur accordant de tout cceur une très affectueuse bénédiction.

Avec les remerciments du Saint Pere pour la généreuse offrande, qui lui a été remise au nom de votre comité, je vous prie d'agréer, messieurs, l'expression de mes sentiments de haute estime et d'entier dévoüment.

Rome, 25 Janvier 1909.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD STANISLAUM MEDOLAGO ALBANI COMITEM, DE FOEDERATIONE SOCIETATUM PROFESSIONALIUM CATHOLICARUM IN ITALIA.

Illmo Signore,

Lo schema di statuto per la federazione delle Unioni professionali cattoliche d'Italia, che V. S. ha elaborato con intelletto d'amore, e che ora presenta alla sovrana approvazione del Santo Padre, mentre corona le di lei preziose benemerenze verso l'azione sociale cattolica, è alla sullodata federazione felice auspicio di rapido, fecondo sviluppo E l'augusto Pontefice è stato ben lieto di rilevare, come il complesso armonioso delle norme, che ella ha tracciate, diretto, conforme al fine della nuova istituzione, a coordinare il movimento di organizzazione cristiana dei lavoratori, per la virtù di pratica efficacia alla quale è informato, contribuisce mirabilmente ad unire in gruppi diocesani ben compaginati e militanti, i diversi istituti cattolici di natura economico sociale, sparsi nella penisola. E raccogliendoli tutti, come raggi al centro, intorno al vasto organismo della Unione economico sociale, li toglie a quella inerzia, in cui rimanevano per difetto di mezzi e per isolamento, ed apre loro una sorgente di vita nuova nella totale coalizione delle forze, nella pienezza dello sviluppo gerarchico e nella concordia ed unità degli intendimenti. Era questa invero una lacuna che rimaneva a colmare nel campo dell'azione cattolica: era un antico bisogno, reso oggi più che mai urgente dal crescere minaccioso di tendenze sovvertitrici di qualunque ordine sociale ben costituito.

Ma il divino precetto di passare per i beni temporali in guisa da non perdere gli eterni, fa .sentire anche più forte il bisogno di provvedere, con mezzi proporzionati al fine, alla conservazione ed all' incremento dello spirito cristiano nelle classi lavoratrici ; di quello spirito cristiano, senza il quale la elevazione di dette classi non perverrà mai all'altezza dei sovrannaturali destini dell'uomo, si acuiranno sempre più, anziché estinguersi, i dissidi sociali, e piuttosto che stabilire in mezzo agli uomini il regno desiderato della giustizia e della carità, si giungerà fatalmente a rendere sanguinose le ire e le discordie già dominanti. Ed a tal fine sapien-

temente le Unioni federate sono poste sotto la provvida sorveglianza delle rispettive Direzioni diocesane dell'azione cattolica, le quali, braccia operose allo zelo pastorale degli Ordinari locali, sono chiamate all' alta missione di tener sempre viva dinanzi alla mente dei lavoratori la face benefica della dottrina evangelica; d'inculcar loro la necessità che, accanto e al di sopra degl' interessi materiali, a quelli religiosi siano rivolti il loro cuore e le loro opere, e di persuaderli che il miglioramento economico solo allora sarà benedetto da Dio, e diverrà fonte di vera prosperità sociale, quando sarà il prodotto della giustizia, unita in fraterno amplesso colla carità.

Ma poiché di qualunque movimento cattolico è anima e vita la suprema autorità ecclesiastica, conviene che le singole federazioni, ed in esse e per esse, ciascuna delle Unioni federate e ciascuno dei soci aderenti prestino alle salutari prescrizioni della Santa Sede il costante filiale ossequio delle intelligenze, che la medesima rischiarò colla luce delle verità evangeliche, e dei cuori che riscaldò con affetto di madre.

Il Santo Padre pertanto, guardando fiducioso ad un più lieto avvenire, benedice di cuore la nuova federazione ed il relativo statuto; e presentando f una e l'altro ai Vescovi ed ai cattolici d'Italia, raccomanda a quelli la paterna e solerte vigilanza, a questi, insieme ad un' attiva adesione, il cosciente adempimento dei doveri religiosi, in tutte e singole le manifestazioni della loro vita individuale e sociale, e la pratica esplicazione di un' operosità costantemente informata alla dolce carità di Cristo, ed irradiata dal faro luminoso di quella autorità della quale fu scritto: « chi meco non raccoglie, disperge ».

Mentre le partecipo l'apostolica benedizione, che Sua Santità si è degnata d'impartirle specialissima, mi valgo ben volentieri dell' incontro per professarmi

della S. V. Illma

Roma, 19 Marzo 1909.

affezionatissimo per servirla

L. £g S. R. CARD MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINA

27 Mareo 1909. — Con decreto concistoriale, da spedirsi per Bolla pontificia, Mons. Evaristo Blanco, Vescovo di Socorro, è stato trasferito alla sede cattedrale di Nuova-Pamplona.

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

NOMINE

Il S. Padre, con Breve apostolico, si è degnato di nominare:

24 Marzo 1909. — Il Rmo P. Augusto Leopoldo Huys, dei Missionari di Africa, Coadiutore di Mons. Vicario Apostolico del ¡Congo superiore, e Vescovo titolare di Rusicade.

30 Marzo. — Il Rev. D. Leonardo Brindisi, della diocesi di Atene, Arcivescovo di Naxos;]

— Il Rmo P. Augusto Faisandier d. C. d.|G., Coadiutore con successione di Mons. Barthe Vescovo di Trichinopoly, e Vescovo titolare di Dodona.

COMUNICATO

La S. Congregazione di Propaganda per gli Affari di rito orientale comunica quanto segue :

Il P. Alessio Kateb, procuratore in Roma dei Basiliani Melchiti Soariti, fia inviato a molte persone un opuscolo, col quale chiede elemosine di Messe a vantaggio delle jmissioni Basiliane. Per norma delle autorità ecclesiastiche e dei fedeli, si dichiara che il detto religioso non ha alcuna autorizzazione per raccogliere tali elemosine. Anzi la S. Congregazione del Concilio, con decreto del 18 Marzo 1908, stabilì, che le elemosine di Messe per gli Orientali possono mandarsi direttamente ai ***soli*** Vescovij aventi giurisdizione, a beneficio ***esclusivo*** dei sacerdoti sottoposti alla loro autorità. E la S. Congregazione di Propaganda per gli Affari di rito orientale, in data 15 Luglio 1908, dichiarando tale decreto, vietava, in forma anche più esplicita, l'invio ***diretto*** di elemosine di Messe ai Superiori degli Ordini religiosi orientali. Si rammenta quindi a tutti i cattolici, per loro norma, la citata disposizione, e se ne raccomanda l'esatta osservanza.

Roma, ***m*** Marzo 1909.

L. % S.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato si è degnato di nominare:

27 Marzo 1909. — S. Erriza Rma il Sig. Card. Ottavio Cagiano de Azevedo fra gli Eoli Porporati componenti la S. Congregazione dei Religiosi.

5 Aprile 1909. — S. EmzafRma il Sig. Card. Mariano Rampolla del Tindaro tra i componenti la Commissione Cardinalizia dell'Opera *Praeservationis Fidei* in Roma,

31 Marzo 1909. — Mons. Serafino Many e Mons. Giuseppe Mori, Consultori della S. Congregazione del Concilio.

3 Aprile 1909. — Mons. Domenico Taccone-Gallucci, Arcivescovo titolare di Costanza, Consultore del supremo tribunale della Segnatura Papale.

US. Padre, con Breve apostolico, si è degnato di nominare:

23 Marzo 1909. — Il Rev. D. Francesco Saverio Feuerstein, della diocesi di Sioux-City, Prelato Domestico.

ONORIFICENZE

Il S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato da spedirsi per Breve, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno (classe civile):

14 Marzo 1909. — Al Sig. Dott. Enrico Duret;

— Al Sig. Amato Witz.

22 Marzo. — Al Sig. Dott. Guglielmo A. Dunn.

9 Aprile 1909. — Al Sig. Costantino Sneider.

Il Cavalierato del medesimo Ordine (classe civile):

22 Marzo 1909. — Al Sig. Emanuele Duquaire.|

26 Marzo. — Al Sig. Federico Hug.

27 Marzo. — Al Sig. Giuseppe Nèmecek.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro:

18 Marzo 1909. — Al Sig. Avv. Paolo Angelici.!

24 Marzo — Al Sig. Giuseppe De Dorlodot de Floresse.

9 Aprile 1909. — Al Sig. Prof. Pietro D'Achiardi.

Il Cavalierato del medesimo Ordine

26 Marzo 1909. — Al Sig. Avv, Carlo Beyerle.

9 Aprile 1909. — Al Sig. Prof. Alberto De Rohden.

La Commenda delV Ordine Piano :

20 Marzo 1909. — Al Sig. Adolfo Leschevin.

La Medaglia Benemerenti:

17 Marzo 1909. — Al Sig. Comm. Edmondo Puccinelli ;
— Al Sig. Ottavio Houpresse.
9 Aprile 1909. — Al Sig. Cav. Angelo Perelli.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo si è degnata di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari:

13 Marzo 1909. — Il Rev. D. Gijvanni Herzet, della diocesi di Liegi;]
— Il Rev. D. Uberto Bovens, della medesima diocesi.
23 Marzo — Il Rev. D. Giovanni Naslian, Rettore del Collegio Armeno.

[Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari:

13 Marzo 1909. — Il Sig. Enrico Davignon;
— Il Conte Enrico de Bylandt.
23 Marzo — Il Sig. Ermanno Maria Giuseppe Grisefrood;
— Il Sig. Paolo Waterkeyn.

Cameriere d'onore in abito paonazzo :

23 Marzo 1909. — Il Rev. D. Francesco Giuseppe Maes.

NECROLOGIO

11 Marzo 1909. — Mons. Bernardo Christen, Arcivescovo titolare di Stauropoli.

25 Marzo. — Mons. Federico Pizza, Arcivescovo titolare di Nisibi.

U Marzo 1909. — Mons. Giovanni Pierantozzi, Officiale della Segreteria di Stato.

13 Marzo. — Il Rmo P. Luigi Malfatti, Consultore della S. C. di Propaganda Fide e della Segnatura Apostolica.

19 Marzo. — Mons. Pietro Cecchi, Cappellano comune di Sua Santità.

Annus I. - Vol. I. Die 21 Aprilis 1909. Num. 8.

ACTTIPOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

LITTERAE ENCYCLICAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

PIUS PP. X

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Communium rerum inter ásperas vices additasque nuper domesticas calamitates, quibus animus Noster dolore premitur, plane recreat ac reiicit christiani populi universi recens conspiratio pietatis, quae adhuc esse non desinit *spectaculum mundo et angelis et hominibus* *, a praesenti facie maiorum

(Traduzione)

LETTERA ENCICLICA

AI VENERABILI FRATELLI PATRIARCHI PRIMATI ARCIVESCOVI VESCOVI ED ALTRI ORDINARI AVENTI PACE E COMUNIONE CON LA SEDE APOSTOLICA

PIO PP. X

VENERABILI FRATELLI SALUTE ED APOSTOLICA BENEDIZIONE

Fra le acerbità de' tempi e le recenti calamità che opprimono l'animo Nostro di dolore, Ci è di grato conforto la gara unanime, onde tutto il popolo cristiano è stato teste, e continua ad essere *spettacolo al mondo e agli angeli ed agli uomini* K La qual gara, se dalla vista delle presenti

[1] I. *Cor.,* IV, 9.

forte excitata promptius, sed ab una denique causa, profecta, Iesu Christi Domini Nostri' caritate. Quum enim huius nominis digna virtus nulla in terris exstiterit nec possit esse nisi per Christum > Ipsi uni accepti referendi sunt fructus qui ab ea dimanant inter homines etiam in fide remissiores aut religioni infensos, in quibus si quod exstat vestigium verae caritatis, id omne humanitati a Christo illatae debetur, quam ipsi totam exuere et a christiana societate propulsare nondum valuerunt.

Hac tanta contentione quaerentium Patri solatia et fratribus opem in communibus et privatis aerumnis, commotis Nobis vix verba suppetunt, quibus grati animi sensus exprimamus. Quos etsi non semel singulis testati sumus, haud remorari voluimus gratiae publice referendae officium exsequi, apud vos primum, Venerabiles Fratres, et per vos apud fideles omnes, quicumque sunt vigilantiae vestrae concrediti.

Sed libet etiam gratum animum profiteri palam filiis carissimis, qui, ex omnibus terrarum orbis partibus, tot ac tam praeclaris amoris et observantiae significationibus quinqua-

sventure potè avere eccitamento più pronto, come da causa unica provenne dalla carità di Gesù Cristo Signor Nostro. E poiché la carità degna di tal nome non è fiorita nel mondo nè può fiorire se non per Cristo, da Cristo solo dobbiamo riconoscere ogni frutto eh' ella reca fra noi, anzi pure fra gli stessi uomini rilassati nella fede o nemici alla religione, ne' quali se appare qualche vestigio di carità vera, è tutto merito di quella civiltà che Cristo è venuto a portare nel mondo e che essi non sono riusciti ancora a scacciare in tutto da sé e dalla società cristiana.

Di tanto pietoso concorso di tutte le anime cristiane gareggianti a conforto del Padre e a sollievo de' fratelli nelle comuni e private tristezze, è commosso e riconoscente il Nostro cuore più che non si possa esprimere a parole. E sebbene già più volte l'abbiamo significato in particolare a' singoli, non vogliamo ora tardare di rendere a tutti pubblicamente le più vive azioni di grazie, a voi prima, o Venerabili Fratelli, indi per mezzo vostro ai fedeli tutti alle vostre cure affidati.

E parimenti intendiamo protestare pubblicamente la Nostra gratitudine per tante e così luminose dimostrazioni di amore e di ossequio che Ci die-

genariani sacerdotii Nostri memoriam sunt prosequuti. Quae quidem humanitatis officia, non tam Nostra, quam Religionis et Ecclesiae causa delectarunt, quod impavidae fidei testimonium exstiterint et quasi publica .honoris significatio Christo Ecclesiaeque debiti, per obsequium ei exhibitum, quem Dominus familiae suae praepositum voluit. Sed et alii idem genus fructus haud mediocris causam laetitiae attulerunt. Nam et saecularia solemnia institutarum in America Septentrionali dioecesium occasionem obtulerunt immortales Deo gratias agendi ob additos catholicae Ecclesiae tot filios; et Britannica insula nobilissima spectaculo fuit ob instauratum suos intra fines pompa mirifica honorem Eucharistiae sanctissimae, adstante Venerabilium Fratrum Nostrorum corona cum ipso Legato Nostro ac populo confertissimo; et in Gallus afflicta Ecclesia lacrimas detersit mirata splendidos Augusti Sacramenti triumphos, Lourdensi maxime in urbe, cuius celebritatis origines gavisi sumus quinquagenario apparatu solemni fuisse commemoratas. Ex his aliisque norint omnes persuasumque

dero i Nostri figli carissimi in ogni parte del mondo cattolico, in occasione del Nostro giubileo sacerdotale. Esse riuscirono gratissime al Nostro cuore non tanto per il riguardo Nostro quanto per quello della religione e della Chiesa, perchè furono testimonianza di fede, intrepidamente professata, quasi a riparazione sociale e ad ossequio pubblico reso a Cristo ed alla sua Chiesa nella persona di Colui che il Signore ha posto a governare la sua famiglia. Ma anche altri frutti, per questo rispetto, Ci confortarono grandemente. Così le feste, onde tante diocesi del Nord dell'America ricordarono con religiose solennità il primo centenario della loro erezione, benedicendo il Signore, che aveva chiamato tante anime alla luce della verità nel seno della cattolica Chiesa; così lo stupendo omaggio, ripristinato a Cristo presente nella divina Eucaristia, da migliaia e migliaia di credenti col concorso di molti Nostri Venerabili Fratelli e del Nostro stesso Legato, sul suolo della nobilissima isola d'Inghilterra; e così anche le consolazioni della perseguitata Chiesa di Francia al mirare gli splendidi trionfi dell' Augusto Sacramento, particolarmente nel Santuario di Lourdes, delle cui origini godemmo pure di vedere celebrato così solennemente il cin-

habeant catholici nominis hostes, splendidiores quasdam ceremonias, exhibitum Augustae Dei Matri cultum, honores ipsos Pontifici Summo tribui solitos, eo tandem spectare ut in omnibus magnificetur Deus; ut sit *omnia et in omnibus Christus* *; ut, regno Dei in terris constituto, sempiterna comparetur homini salus.

Exspectandus divinus hic de singulis ac de universa hominum societate triumphus non alius est nisi aberrantium á Deo ad Ipsum re versio per Christum, ad hunc autem per Ecclesiam suam; quod quidem Nobis esse propositum, vel primis Nostris Apostolicis Litteris *E supremi Apostolatus Cathedra* [2], et saepe alias, aperte declaravimus. Hunc reditum cum fiducia suspicimus; ad hunc maturandum consilia Nostra sunt et vota conversa, tamquam ad portum, in quo praesentis etiam vitae procellae conquiescant. Atque hoc nimirum quod publice redditi Ecclesiae honores velut indicio, Deo bene iuvante, sint redeuntium gentium ad Christum et Petro Ecclesiaeque arctius

quantesimo anniversario. Per questi e altri fatti è bene appaia a tutti, e si persuadano i nemici della fede cattolica, come lo splendore delle cerimonie e il culto della Augusta Madre di Dio, e gli stessi filiali omaggi resi al Pontefice Sommo, sono tutti rivolti in fine alla gloria di Dio e alla salute degli uomini medesimi col trionfo del Regno di Dio in mezzo a loro, perchè sia *Cristo in ogni cosa e in tutti* \

Questo trionfo di Dio su la terra, che deve avverarsi negli individui e nella società, sta appunto in quel ritorno degli uomini a Dio mediante Cristo, e a Cristo mediante la Chiesa, che Noi abbiamo annunziato come il programma del Nostro Pontificato nel rivolgervi la prima volta la parola *E supremi Apostolatus Cathedra*[2], e di poi altre volte ripetutamente. A questo ritorno fiduciosi Noi miriamo e ad affrettarlo indirizziamo i Nostri propositi e desideri, come ad un porto in cui si quietino anche le tempeste della vita presente. Nè per altro motivo, appunto, Ci sono grati gli omaggi resi alla Chiesa nella Nostra umile persona, se non perchè, con l'aiuto di

[1] ***Coloss.*, in**, il.

[2] Encyclica, diei 4 Octobris MDCCCCIII.

adhaerentium, officia humilitati Nostrae persoluta libenti gratoque animo excepimus.

Haec autem cum Apostolica Sede caritatis necessitudo etsi non eodem semper aut ubique se gradu prodidit nec uno significationis genere, nihilominus divinae Providentiae consilio factum videtur, ut eo devinctior exstiterit, quo iniquiora, uti modo sunt, tempora sive sanae doctrinae, sive sacrae disciplinae, sive Ecclesiae libertati decurrerunt. Coniunctionis id| genus exempla sancti viri praebuerunt iis tempestatibus, quum aut exagitaretur Christi grex, aut aetas vitiis difflueret; quibus malis opportune Deus obiecit illorum virtutem atque sapientiam. Ex iis unum commemorare hisce Litteris maxime iuvat, cuius in honorem hoc ipso anno apparantur saecularia solemnia, expleto a beatissimo eius exitu octavo saeculo. Is est Augustanus doctor Anselmus, catholicae veritatis adsertor et sacrorum iurium propugnator acerrimus, tum qua monachus et Abbas in Gallia, tum qua Cantuariensis Archiepiscopus et Primas in Anglia. Nec alienum esse arbitramur, post acta

Dio, sono indizio di tale ritorno delle nazioni a Cristo e di più intensa e pubblica adesione a Pietro e alla Chiesa.

La quale intensità di adesione non è certo d' ogni età e d' ogni condizione d' uomini nel grado stesso o nelle stesse manifestazioni esteriori. Ma certo si può ben dire eh' essa per una disposizione provvidenziale diviene tanto maggiore, quanto più avversi corrono i tempi, sia contro la sana dottrina o contro la disciplina sacra o contro la libertà della Chiesa. E di siffatta unione ci diedero esempio in altri secoli i Santi all' infuriare delle persecuzioni contro il gregge di Cristo o all' imperversare dei vizi nel mondo, mentre a questi mali Iddio venne opponendo, conforme al bisogno, la loro virtù e sapienza. Fra tali Santi uno soprattutto vogliamo ora ricordare, del cui glorioso transito ricorre quest' anno l'ottavo centenario, S. Anselmo d'Aosta, Dottore della Chiesa, della dottrina e dei diritti della Chiesa acerrimo difensore, prima quale monaco e abbate in Francia, indi quale arcivéscovo Cantuariense e quale primate in Inghilterra. Nè certo sarà inopportuno, dopo le feste giubilari celebrate con insolita splendidezza a onore di due altri santi Dottori della Chiesa,

splendido ritu solemnia doctorum Gregorii Magni eiIoannis Chrysostomi, quem alterum occidentalis, alterum) orientalis Ecclesiae iubar admirati suspicimus, aliud intueri sidus» quod, si a prioribus digerì *in claritate*[1], illorum tamen progreBsiones aemulando, haud inñrmiorem lucem exemplorum[1], doctrinaeque diffundit. Quin etiam eo potentiorem quodammxA dixeris, quo nobis propior Anselmus aetate, loco, indole,, studiis, et quo magis accedunt ad horum similitudinem temporem sive luctae genus, sive pastoralis actionis forma ab ipso) in usum deducta, sive instituendi ratio, per se, per discipulos tradita et scriptis maxime confirmata, ex quibus habita est norma *ad defensionem christianae religionis, animarum pmfectum, et omnium theologorum, qui sacras litteras scholastica/ methodo tradiderunt* I Quare sicut in noctis caligine aliis evidentibus; stellis, aliae ut mundum illustrent oriuntur; sic ad Ecclesiam illustrandam Patribus filii succedunt, inter- fuosv !>eatus Anselmus velut clarissimum sidus effulsit.

Ac vere quidem in media aevi sui calìgine, vitiorum erro-

Gregorio Magno e Giovanni Grisostomo, splendore r .uno della Chiesa occidentale e I' altro della orientale, fermarci pure a contemplare quest' alta stella che, se *differisce in chiarezza*[1] dalie due precedenti, emulandole tuttavia nelle sue ascensioni^ vibra intorno luce di dottrina e di esempi *mmk* meno efficace. Che anzi la potrebbe dire taluno sotto qualche rispetto più «efficace, in quanto Anselmo maggiormente si accosta a noi dli tempo, dì schiatta, d'indole, di studi, e più somigliano ai tempi nostri sia il genere di lotte superate, sia la forma di azione pastorale da lui attuata, sia il metodo d'insegnamento applicato e largamente promosso per sè, per i suoi discepoli, e per i suoi scritti, tutti composti *a difesa della religione cristiana, <OL profittò delle anime e a norma di tutti i teologi, che poi insegnarono le sacre lettere col metodo della scuola**. Onde, come nell'oscurità della notte, mentre altre stelle tramontano, altre ne sorgono a rischiarare il mondo, così ad illustrare la Chiesa succedono ai Padri i figli. Fra essi rifulse^ come astro chiarissimo, Sant'Anselmo. '

E certamente, fra le tenebre di errori e di vizi dell'età in cui visse,

[1] I. ***Cor.,*** xv, 41.

- ***Breviar. Rom-,*** die 21 Aprilis.

rumque laqueis impliciti, optimo cuique inter aequales visus est suae fulgore doctrinae ac sanctitatis praelucere. Fuit enim *fidei princeps et decus Ecclesiae ... gloria pontificalis,* qui sui temporis *omnes vicerat electos egregiosque viros* [1] - Idem *et sapiens et bonus et sermone refulgens, ingenio clarus* [2], cuius fama eo usque progressa est, ut merito scriptum sit, non fuisse in terris quemquam, *qui dicere vellet: me minor Anselmus est similisque mihi* [3]; acceptus ob haec regibus, principibus, Pontificibus Maximis. Nec suis modo sodalibus ac fideli populo, sed *carus habebatur hostibus ipse suis* [4]. Ad eum etiam tum Abbatem litteras existimationis et benevolentiae plenas misit magnus ille ac fortissimus Pontifex Gregorius VII, quibus se *et Ecclesiam catholicam eius orationibus commendabat* [5]. Eidem Urbanus II *religionis ac scientiae praerogativam* adseruit[6]. Pluribus, iisque amantissimis litteris, Paschalis II *reverentiam devotionis, fidei robur et piae sollicitudinis instantiam* extulit laudibus, eius

apparve Anselmo ai migliori suoi contemporanei quale un luminare di santità e di sapere. Fu egli infatti come *un principale sostegno della fede, uno splendore della Chiesa... una gloria dell'episcopato, un uomo che tutti avea superato i migliori personaggi* del suo tempo — *Sapiente buono, dicitore splendido, chiaro ingegno* [2], venne in tal fama, da meritare che si scrivesse di lui, *nessuno al mondo aver potuto dire : Anselmo è a me inferiore, o mi somiglia* [3]: onde riuscì egli accetto a re, a principi, a Sorami Pontefici, nonché ai suoi religiosi fratelli e al popolo fedele, anzi *avuto caro dagli stessi suoi nemici* [4]. A lui, ancora abbate, scrisse il grande e fortissimo Pontefice Gregorio VII lettere piene di stima e di affetto, *raccomandando sè e la Chiesa cattolica alle orazioni di lui* [5]. A lui scrisse Urbano II, riconoscendone *la prerogativa di religione e di scienza* [6]. A lui e di lui molte volte Pasquale II con particolare cordialità, esaltandone *la riverenza della devozione, la vigorìa della fede, la insistenza della sollecitudine pia,* rico-

[1] ***Epicedion in obitum Anselmi.***
[2] In ***Epitaphio.***
[3] ***Epicedion in obitum Anselmi-***
[4] Ibid.
[5] ***Breviar. Born.,*** die 21 Aprilis.
[6] In libro II ***Epist. S. Anselmi,*** ep. 32.

auctoritate *religionis ac sapientiae* [1] facile adductus ut fraternitatis suae postulationibus annueret-, quem praedicare non dubitavit omnium Angliae episcoporum sapientissimum ac religiosissimum.

Nec tamen aliud esse sibi videbatur nisi contemptibilis honiuncio, ignotus homunculus, homo parvae nimis scientiae, vita peccator. Cumque de se tam demisse sentiret, non hoc tamen impediebatur quominus alta cogitaret, contra ea quae malis moribus opinionibusque depravati homines iudicare solent, de quibus sacrae litterae : *Animalis... homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei*[2]. Illud vero plus habet admirationis, quod eius magnitudo animi et invicta constantia, tot molestiis, impugnationibus, exsiliis tentata, ea cum lenitate fuit et gratia coniuncta, ut vel ipsorum iram frangeret qui ei succenserent, eorumque sibi benevolentiam conciliaret. Ita, *quos eius causa gravabat,* laudabant tamen *quod bonus ipse foret*[3].

Fuit igitur in eo admirabilis quaedam earum partium

noscendone F autorità *della religione e della sapienza,* [1] che lo persuadeva ad annuire alle richieste della fraternità sua; chiamandolo ben anche sapientissimo e religiosissimo fra tutti i vescovi dell'Inghilterra.

Eppure agli occhi propri Anselmo non appariva mai altro che omicciuolo spregevole, omiciattolo ignoto, uomo di troppo poca scienza, di vita peccatore. Nè però tanta modestia di animo ed umiltà sincerissima sminuiva punto l'altezza dei suoi pensieri e la grandezza del cuore, come sogliono giudicare gli uomini depravati di vita e di giudizio, dei quali dice la Scrittura, che *l'uomo animale non capisce le cose dèlio spirito di Dio*[2]. E, cosa ancora più mirabile, la magnanimità e la costanza invitta, benché provata da tante persecuzioni, contradizioni, esigli, andò unita in lui ad una tale mitezza e amabilità che sopiva gli sdegni dei suoi stessi avversari e gliene conciliava infine gli animi esacerbati. Sicché quei medesimi, *a cui la sua causa era molesta,* lodavano lui, *perchè era buono* [3].

Così in lui si accordavano mirabilmente le parti che il mondo stima

[1] In lib. III ***Epist. S. Anselmi,*** ep. 74 et 42.

* I. ***Cor.*** ii, 14.

[3] ***Epicedion in obitum Anselmi.***

conspiratio et consensus, quas plerique falso arbitrantur secum ipsas necessario pugnare nec ullo pacto posse componi; nudo candori consociata granditas, animo excelso modestia, fortitudini sua vitas, pietas doctrinae; adeo ut, quemadmodum in instituti sui tirocinio, ita etiam in omni vita, *mirum in modum tamquam sanctitatis et doctrinae exemplar ab omnibus haberetur* [1].

Neque vero duplex haec Anselmi laus intra domesticos parietes aut magisterii se fines continuit, sed, quasi e militari tabernaculo, processit in solem et pulverem. Nancto enim quae diximus tempora, pro iustitia et veritate fuit ei dimicandum acerrime. Cumque naturae vi ad ea studia ferretur maxime quae in rerum contemplatione versantur, iri plura et gravia negotia coniectus est, et, sacro assumpto regimine, in medium devenit rerum certamen atque discrimen. Et qui miti ac suavi erat ingenio, studio tuendae doctrinae ac sanctitatis Ecclesiae eompulsus est a tranquillae vitae iucunditate recedere, principum virorum amicitiam gratiamque deserere, dulcissima vincula, quibus cum sodalibus religiosae familiae sociisque laboris episcopis iungebatur, abrumpere, diuturnis

falsamente inconciliabili e contradittorie: semplicità e grandezza, umiltà e magnanimità, forza e soavità, scienza infine e pietà; onde, come negli inizi così in tutto il corso della sua vita religiosa *era stimato da tutti in singoiar modo, quale esemplare di santità e di dottrina* [1].

Ne questo doppio merito di Anselmo si restrinse fra le pareti domestiche o nel giro della scuola, ma di qui, come da militare palestra, uscì a mostrarsi in campo aperto. Poiché, avendo Anselmo incontrato tempi così difficili, come accennavamo, ebbe a sostenere lotte fortissime a pro della giustizia e della verità. Egli di animo tutto propenso alla contemplazione ed agli studi dovette immergersi nelle più svariate e gravi occupazioni, anche in quelle del governo della Chiesa, ed essere così travolto nelle più torbide vicende dell'età sua agitata. D'indole dolce e mitissima, per amore della sana dottrina e della santità della Chiesa, dovette rinunziare alla vita di pace, alle amicizie dei potenti, ai favori dei grandi, alla concorde affezione, che prima godeva, dei suoi stessi fratelli di vita religiosa e di

[1] ***Breviar. Rom., die*** 21 Aprilis.

conflictari molestiis, omne genus angustiis premi. Gravissimis enim odiis ac periculis circumseptum locum expertus est Angliam, ubi enixe illi obsistendum fuit regibus ac principibus, quorum arbitrio erant Ecclesiae sortes gentiumque permissae; ignavis aut indignis officio sacro ministris; optimatibus plebique rerum omnium ignaris atque in pessima quaeque vitia mentibus; imminuto nunquam ardore, quo fidei, morum, Ecclesiae disciplinae ac libertatis, eiusque propterea doctrinae ac sanctitatis exstitit vindex; plane dignus hoc altero memorati Paschalis praeconio: *Beo autem gratias, quia m te semper episcopalis auctoritas perseverat, et inter barbaros positus, non tyrannorum violentia, non potentum gratia, non incensione ignis, non effusione manus a veritatis annuntiatione desistis.* Et rursus: *Exultamus,* inquit, *quia gratia Dei tibi praestante auxilium, te nec mmae concutiunt nec promissa sustollunt* [1].

Ex his omnibus, Venerabiles Fratres, aequum est Nos etiam cum Decessore Nostro Paschali, lapsis ab illa aetate

episcopato; vivere in contrasti diuturni, in angustie di ogni fatta. Così, trovato egli l'Inghilterra piena di odii e di pericoli, dovette resistere vigorosamente contro re e principi usurpatori e tiranni della Chièsa e dei popoli, contro ministri fiacchi o indegni dell' officio sacro, contro F ignoranza e i vizi dei grandi e delle plebi; sempre acerrimo vindice della fede e della morale, della disciplina e della libertà, della santità quindi e della dottrina della Chiesa di Dio ; ben degno perciò di quest'altro encomio del già citato Pasquale: *Sieno grazie a Dio, perchè in te perdura sempre l'autorità del vescovo, e sebbene posto fra barbari, non cessi dall'annunziare la verità ne per violenza di tiranni, nè per favore di potenti, ne per accensione di fuoco, nè per oppressione di mano.* E altra volta: *Esultiamo, perchè dandoti aiuto la grazia di Dio, nè le minacce ti scuotono, nè le promesse ti smuovono* [1].

Per queste cose tutte è ben giusto che anche Noi, Venerabili Fratelli, ad otto secoli d'intervallo, esultiamo, come il Nostro Predecessore Pasquale,

[1] In lib. III ***Epist. S. Anselmi,*** ep. 44 et 74.

saeculis octo, laetitiam percipere, eiusque voci resonare, gratias Deo persolventes. Simul vero cohortari vos iuvat ad hoc sanctitatis doctrinaeque lumen intuendum, quod, in Italia ortum, Gallis áffulsit plus annos triginta; Anglis supra quindecim; Ecclesiae denique universae communi praesidio ac decori fuit.

Quod si *opere et sermone* excelluit Anselmus, hoc est, si vitae pariter doctrinaeque palaestra, si contemplandi vi et agendi alacritate, si dimicando fortiter et sectando pacem suaviter, splendidos Ecclesiae triumphos comparavit et insignia in civilem societatem beneficia contulit, haec omnia ex eo sunt repetenda, quod iri omni vitae cursu doctrinaeque ministerio Christo et Ecclesiae quam firmissime adhaeserit.

Haec mentibus defigenda curantes in tanti Doctoris commemoratione solemni, praeclara inde hauriemus, Venerabiles Fratres, et quae admiremur et quae imitemur exempla. Plurimum quoque ex ea contemplatione accedet roboris ac solatii ad sacri ministerii paites, arduas plerumque ac sollicitudinis plenas, viriliter explendas, ad impense curandum ut omnia

e, facendo eco alla sua voce, rendiamo grazie a Dio. Ma insieme Ci è caro di confortar voi pure a fissare lo sguardo a questo luminare di dottrina e di santità, che sorto in Italia, rifulse per più di un trentennio alla Francia, per più di quindici anni all'Inghilterra; é in fine alla Chiesa tutta, quale comune presidio e decoro.

Che se grande fu Anselmo *nelle opere e nelle parole,* se cioè, nella scienza e nella vita, nella contemplazione e neh" azione, nella pace e nella lotta procurò splendidi trionfi alla Chiesa e vantaggi insigni alla civile società, tutto si ha da riconoscere dalla sua intima adesione a Cristo e alla Chiesa- in tutto il corso della sua vita e del suo magistero.

Queste cose rammemorando, Venerabili Fratelli, con particolare studio nella solenne ricordanza di un tanto Dottore, ne ritrarremo preclari esempi e da ammirare e da imitare. Anzi da tale considerazione attingeremo altresì un vivo incoraggiamento e conforto nelle cure affannose del governo della Chiesa e della salute delle anime, per non venir mai meno al nostro debito di cooperare con ogni sforzo, perchè siano ristaurate tutte le cose in Cristo,

instaurentur in Christo, ut in omnibus *formetur Christus* \ maxime in iis, qui in spem sacerdotii succrescunt; ad constanter propugnandum Ecclesiae magisterium; ad obnitendum strenue pro Christi sponsae libertate, pro sanctitate iuris divinitus constituti, pro iis denique omnibus, quaecumque sacri Principatus defensio postulat.

Nec enim vos latet, Venerabiles Fratres, quod saepe Nobiscum complorastis, quam tristia sint in quae incidimus tempora, et rerum Nostrarum quam sit iniqua conditio. Ipsius doloris, quem ex publicis infortuniis incredibilem cepimus, refricatum est vulnus probrosis criminationibus clero conflatis, quasi segnem adiutorem in ea se calamitate praebuerit; interiectis impedimentis ne benefica Ecclesiae virtus pateret miseris filiis'; eius ipsa materna cura et providentia contempta. Alia plura silemus, quae in Ecclesiae perniciem aut versute et callide [agitata sunt, aut nefario ausu patrata, publici violatione iuris, atque omni naturalis aequitatis et iustitiae lege despecta. Idque iis in locis accidisse gravissimum est, in quae

perchè *sia formato Cristo* nelle anime tutte *, massimamente in quelle che sono la speranza del sacerdozio, per sostenere costantemente la dottrina della Chiesa, per difendere infine strenuamente la libertà della sposa di Cristo, la santità dei suoi diritti divini, la pienezza insomma di quei presidi che la tutela del sacro Pontificato richiede.

Perocché, voi vedete, Venerabili Fratelli, e ne avete spesso gemuto con Noi, quanto siano tristi i tempi in cui siamo caduti, quanto gravose le condizioni in cui dobbiamo trovarci. Anche fra gli infortuni pubblici che ne recarono estremo affanno, Ci siamo sentiti inacerbire il dolore da avventate calunnie contro il clero, quasi che si fosse mostrato indolente al soccorso nella calamità; dagli ostacoli frapposti perchè non apparisse la benefica azione della Chiesa a pro di figli desolati; dal disprezzo della sua stessa cura e provvidenza materna. Non parliamo poi di altre opere tristi, a danno della Chiesa o macchinate con subdola astuzia o con empio ardimento consumate, calpestando ogni diritto pubblico, ogni legge

[1] ***Calai.,* iv, 10.**

illatae ab Ecclesia humanitatis abundantior amnis influxu Quid enim tam inhümanum quam ut e filiis, quos Ecclesia quasi primogénitos aluit fovitque in ipso suo vel flore vel robore, non dubitent quidam in Matris amantissimae .sinum sua tela convertere ? — Nec est cur admodum recreet aliarum conditio regionum, ubi varia quidem belli facies est, furor idem, aut iam exardescens, aut ex occultae coniurationis tenebris mox erupturus. Hoc enim est consiliorum ultimum, apud gentes in quas maiora christianae religionis beneficia promanarunt, omnibus iuribus Ecclesiam despoliare; cum ipsa sic agere, quasi non sit genere ac iure perfecta societas, qualem naturae nostrae Reparator instituit; huius regnum excindere, quod etsi praecipue ac directo animos attingit, haud minus ad horum sempiternam salutem quam ad civilis utilitatis incolumitatem, pertinet; omnia moliri ut imperantis Dei loco effrena dominetur, mentito libertatis nomine, licentia. Dumque id assequantur, ut per dominatum vitiorum et cupiditatum pessima omnium instauretur servitus, ac praecipiti cursu cives ad

anzi di equità e di onestà naturale. Il che massimamente fu enorme eccesso di malvagità in quei paesi che ebbero già dalla Chiesa maggiore luce di civiltà. Perchè qual cosa più brutale che vedere tra quei figli, cui la Chiesa crebbe e accarezzò quasi suoi primogeniti, suo fiore e suo nerbo, vederne alcuni drizzare furiosi le armi contro il seno della Madre che li ha tanto amati? — E non v'ha molto da consolarci per lo stato di altri paesi: la guerra medesima, benché in varia forma, o infuria o minaccia per via di tenebrose macchinazioni. Si vuole insomma universalmente, nelle nazioni che più debbono alla cristiana civiltà,, spogliare la Chiesa dei suoi diritti, si vuole trattarla come non fosse punto, di natura e di diritto, società perfetta, quale fu istituita da Cristo medesimo, riparatore della nostra natura; si vuole annientato il suo regno che, sebbene primariamente e per diretto riguardi le anime, non giova però meno alla loro salvezza eterna che alla sicurezza della civile prosperità; si vuole con ogni sforzo che in luogo del regno di Dio spadroneggi, sotto mentito nome di libertà, la licenza. E pur di far trionfare con l'impero delle passioni e dei vizi la pessima di tutte le schiavitù, trascinando a precipizio neh' estrema rovina

extrema delabantur; - *miseros autem facit populos peccatum* [1], - elamitare non cessant : *nolumus hunc regnare super nos* [2]. Hinc religiosorum sodalium sublatae familiae, quae magno semper Ecclesiae praesidio atque ornamento fuerunt, et humanitatis doctrinaeque sive inter barbaras gentes sive inter excultas provehendae principes exstiterunt; hinc prostrata et afflicta christianae beneficentiae instituta; hinc habiti ludibrio sacri ordinis viri, quibus aut ita obsistitur ut eorum plane conci dant vires, aut ad publica magisteria vel omnino intercluditur vel satis impeditur iter; aut in institutione iuventutis nullae relictae sunt partes; hinc christiana omnis actio publicae utilitatis intercepta; egregii e populo viri catholicam fidem apertius profitentes, nullo in honore numerove positi, procacibus iniuriis lacessiti, exagitati quasi genus infimum atque abiectissimum, serius ocius visuri diem, quo, recrudescente hostili vi legum, nec sibi licebit in rebus ullis misceri, quibus publica vitae actio continetur. Huius interim auctores belli > tam atrociter callideque suscepti, non alia dictitant se causa

i popoli - perchè *il peccato fa miseri i popoli* [1] - non si cessa dì gridare : *Non vogliamo che egli regni sopra di noi* [2]. Quindi cacciati da paesi cattolici gli Ordini religiosi, che furono alla Chiesa in ogni tempo di ornamento e difesa, e promotori delle opere più benefiche di scienza e di civiltà fra le nazioni barbare e le civili; quindi indeboliti o ristretti al possibile i suoi benefici istituti, sprezzati e derisi i suoi ministri, anzi ridotti, ove sia dato, all'impotenza, all'inerzia; chiuse loro o rese in estremo difficili le vie della scienza e del magistero, massime nell'allontanarli gradatamente dall'istruzione ed educazione della gioventù; attraversate le opere cattoliche tutte di pubblica utilità; scherniti, perseguitati o depressi anche i laici egregi, di professione apertamente cattolica, quasi classe inferiore o reietta, finche venga il giorno, che si vuole affrettato con leggi sempre più inique e con abbietti provvedimenti, di deferirli come nemici dello Stato e sbandirli anche dalle ultime manifestazioni sociali. E si vantano gli autori di questa guerra, tanto subdola insieme e spietata, di muoverla per amore di libertà,,

[1] *Prov.*, xiv, 34.

[2] Luc, xix, 14.

moveri, nisi libertatis amore ac studio provehendae humanitatis, quin etiam patriae caritate, haud secus mentiti atque ipsorum parens, qui *homicida erat ab initio,* qui *cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est* [1], et in Deum atque in hominum genus inexpiabili odio succensus. Protervae sane frontis homines, qui verba dare nituntur et incautis auribus insidias facere. Nec enim eos dulcis amor patriae aut anxia de populo cura, aut ulla recti honestique species ad nefarium bellum impellunt, sed vesanus in Deum furor in eiusque admirandum opus, Ecclesiam. Ex concepto eiusmodi odio, tamquam ex venenato fonte, scelerata illa consilia eruinpunt Ecclesiae opprimendae summovendaeque a coniunctione societatis humanae; inde ignobiles voces clamitantium eam esse demortuam, quam nihilominus oppugnare non desinunt; quin etiam eo audaciae insaniaeque procedunt, ut omni libertate spoliatam criminari non dubitent quod in hominum genus, quod in rempublicam utilitatis conferat nihil. Idem infensus animus efficit, ut illustriora Ecclesiae atque Apostolicae Sedis beneficia vel

di civiltà, di progresso ; e, a crederli, pure per carità di patria : simili anche in questa menzogna al loro padre, *il quale fu omicida fin da principio, e quando parla con bugia, parla da par suo, perchè egli è bugiardo*,* e ardente di odio insaziabile contro Dio e contro il genere umano. Uomini di fronte proterva costoro, che cercano di dar parole e tendere insidie agli ingenui. Non dolce amore di patria, o ansiosa cura del popolo, non altro nobile intento o desiderio di cosa buona che sia, muove costoro alla guerra accanita; ma odio cieco contro Dio e contro quella società divina che è la Chiesa. Da questo odio prorompe l'insano proposito di veder fiaccata la Chiesa ed esclusa dalla vita sociale: da questo odio l'ignobile sfogo di gridarla morta e tramontata, mentre non si cessa di oppugnarla ; anzi pure l'audacia e la insensatezza di rinfacciarle, dopo spogliatala d'ogni libertà, che per nulla più conferisca al benessere della società, alla felicità della patria. Dallo stesso odio viene pure l'astuto dissimulare o il tacere affatto le più aperte benemerenze della Chiesa e della Sede Apostolica, se pure non si rivolgono le nostre beneficenze in argomento di sospetti, d'insi-

[1] IOAN., VIII, 44.

astute dissimúlent, vel silentio praetereant; forte etiam occasionem arripiant iniieiendae suspicionis et influendi callido artifìcio in aures animosque multitudinis, acta dicta ve singula Ecclesiae aucupantes eaque traducentes quasi totidem impendentia civitati pericula, quum contra dubitari non possit, quin germanae libertatis et exquisitioris humanitatis incrementa a Christo maxime, per Ecclesiam, profecta sint.

In huius impetum belli, ab externis hostibus illati, a quibus *alibi quidem acie apertaque dimicatione, astu alibi abstrusisque insidiis, attamen ubique Ecclesiam oppugnati conspicimus,* ut vigiles essent curae vestrae conversae, Venerabiles Fratres, quum. saepe alias tum vos praecipue monuimus allocutione in sacro Consistorio habita xvn Cal. Ianuarias anno MDCCCCVII.

Verum haud severe minus quam dolenter denuntiandum cohibendumque Nobis est aliud belli genus, intestini quidem ac domestici, sed eo funestioris quo latet occultius. Hanc machinati sunt pestem perditi quidam filii, in ipso Ecclesiae sinu delitescentes ut eum dilaceren! Horum tela in Ecclesiae animam, tamquam in tranci radicem, coniiciuntur, ut certo ictu ac destinato feriant. Est enim ipsis propositum christianae

nuazioni, di suggestioni, che s'infiltrano con arte astuta negli orecchi e negli animi della, moltitudine, spiando e travisando ogni atto e detto della Chiesa, quasi fosse un pericolo imminente alla società; invece di riconoscere, com'è indubitato, che i progressi della genuina libertà e della civiltà più sincera sono da Cristo principalmente, per opera della Chiesa.

Di questa guerra che freme al di fuori, mossa da nemici esterni, *per la quale o ad oste schierata e con aperte battaglie, o con arte subdola e coperte insidie, dapertutto scorgiamo la Chiesa pigliata di assalto,* abbiamo più volte premunito la vostra vigilanza, Venerabili Fratelli, e ancora nella Nostra Allocuzione pronunziata in Concistoro il 16 dicembre 1907.

Ma con non minore severità e dolore abbiamo dovuto denunziare e reprimere un altro genere di guerra, intestina bensì e domestica, ma quanto meno palese ai più, tanto maggiormente pericolosa. Mossa da figli snaturati, che si annidano nel seno stesso della Chiesa per lacerarlo silenziosamente, questa guerra mira più direttamente alla radice, all' anima della

vitae doctrinaeque turbare fontes; sacrum fidei depositum diripere; per pontificiae auctoritatis et episcoporum contemptum divinae institutionis fundamenta convellere; novam Ecclesiae formam imponere, novas leges, nova iura describere, prout pessimarum quas profitentur opinionum portenta desiderant; totam denique divinae Sponsae deformare faciem, vano fulgore perculsi recentioris cuiusdam humanitatis, hoc est, falsi nominis scientiae, a qua cavere iterato nos iubet Apostolus his verbis: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum* [1].

Hac philosophiae specie atque inani eruditionis fallacia, ad ostentationem parata et cum summa iudicandi audacia coniuncta, capti nonnulli *evanuerunt in cogitationibus suis* [2], et, *bonam conscientiam... repelientes, circa fidem naufragaverunt* [3]; alii ancipiti cogitatione distracti, opinionum quasi fluctibus obruuntur, nec ipsi sciunt ad quod litus appellant; alii otio et litteris abutentes, difficiles nugas inani labore consectan-

Chiesa: mira ad intorbidare le sorgenti tutte della pietà e della vita cristiana, ad avvelenare le fonti della dottrina, a disperderne il deposito sacro della fede; a sconvolgere i fondamenti della costituzione divina: volta in dileggio ogni autorità così dei Romani Pontefici come dei Vescovi; a dare nuova forma alla Chiesa, nuove leggi, nuovi diritti, secondo i placiti di mostruosi sistemi, insomma tutta deformare la bellezza della Sposa di Cristo, per il vano bagliore di una nuova coltura, che è scienza di falso nome, da cui l'Apostolo ci mette in guardia ripetutamente: *Badate che nessuno vi aggiri per mezzo di una filosofia vuota e ingannatrice, secondo la tradizione degli uomini, secondo i principi del mondo e non secondo Cristo* [1].

Da questa falsa filosofìa e da questa mostra di vuota e fallace erudizione, congiunta ad una somma audacia di critica, sedotti alcuni, *svanirono nei loro pensieri* [2], e, *rigettata la buona coscienza, fecero naufragio intorno alla fede* [3]; altri si vanno dibattendo miseramente tra i flutti del dubbio, ne sanno essi medesimi a qual lido approdare; altri, sprecando

[1] ***Coloss.*, n,** 8.
[2] ***Rom.*, i, 21.**
[3] **I. *Tim.*, i, 19.**

tur; quo fit ut a studio rerum divinarum et a sinceris doctrinae fontibus abducantur. Neque vero exitiosa ista labes, quae ab incensa morbosae novitatis libidine *modernismi* nomen accepit, etsi denuntiata saepius, et ipsa fautorum intemperantia suis integumentis nudata, cessat gravi detrimento esse christianae reipublicae. Latet virus inclusum in venis atque in visceribus huius nostrae societatis, quae a Christo et ab Ecclesia deservit; maxime vero *uti cáncer* serpit inter succrescentem sobolem, cui et rerum experientia minima est et insita ingenio temeritas. Nam, cur ita se gerant, non ea sane causa est quod solida polleant exquisitäque doctrina; siquidem rationem inter et fidem nulla potest esse vera dissensio[1]; sed quod ipsi de se mirabiliter sentiunt; quod pestifero quodam huius aetatis afflati spiritu, sub impuro quasi caelo crassoque vivunt; quod. rerum sacrarum cognitionem, quam aut nullam habent aut confusam atque per mixtam, stulta cum arrogantia coniungunt. Cui contagioni fovendae sublata in Deum fides ab eoque defectio alimenta suppeditant. Nam quos caeca ista novarum

e tempo **e** studi, si perdono dietro a ciance astruse, onde poi si alienano dallo studio delle cose divine e dalle sincere fonti della dottrina. Nè, sebbene denunziato già più volte e smascheratosi infine per gli eccessi medesimi dei suoi fautori, questo semenzaio di errori e di perdizione (che ebbe volgarmente dalla sua smania di malsana novità il nome di *modernismo)* cessa di essere male gravissimo e profondo. Esso cova latente, come veleno., nelle viscere della società moderna, alienatasi da Dio e dalla sua Chiesa, e massimamente serpeggia come cancro in mezzo alle giovani generazioni, naturalmente più inesperte e spensierate. Non è esso infatti una conseguenza di studi seri e di scienza vera, giacche non vi può essere dissenso vero tra la ragione e la fede[1]; ma è effetto dell' orgoglio intellettuale e dell' aria pestifera, che si respira, di ignoranza o cognizione tumultuaria delle cose di religione, mista alla stolta presunzione di parlarne e discuterne. E tale infezione malefica è poi fomentata dallo spirito dell'incredulità e della ribellione a Dio; onde chiunque è preso da questa

[1] ***Concil. Vatic.,*** Constit. ***Dei filias,*** cap, **4.**

rerum libido transversos agit, ii facile putant satis esse sibi virium, ut, vel aperte vel simulate, iugum omne divinae auctoritatis excutiant et religionem sibi fingant iuris naturae finibus fere circumscriptam ac suo cuiusque ingenio accommodatam, quae christianae speciem nomenque mutuetur, re autem ab ipsius vita et veritate quam longissime abest.

Atque ita ex aeterno bello adversus divina omnia suscepto nova bella serantur, mutata dimicandi ratione ; idque eo periculosius, quo callidiora sunt arma fictae pietatis, ingenui candoris, incensae voluntatis, qua factiosi homines nituntur amice componere res disiunctissimas, hoc est labilis humanae scientiae deliramenta cum fide divina, et cum saeculi nutantis ingenio Ecclesiae dignitatem atque constantiam.

Haec Nobiscum conquesti, Venerabiles Fratres, non idcirco animum despondetis nec spem omnem abiicitis. Compertum vobis est, quam gravia christianae reipublicae certamina remotiores aetates, quamquam huic nostrae dissimiles, attulerant. Qua in re iuverit in Anselmi tempora mentem animumque

cieca frenesia di novità pretende bastare a se stesso, scuotere da sè palesemente o ipocritamente ogni giogo di autorità divina, foggiandosi poi a capriccio una sua religiosità vaga, naturalistica, *individuale,* che del cristianesimo simuli il nome e la parvenza, non ne abbia punto la verità e la vita.

Ora in tutto ciò non è difficile ravvisare una delle tante forme della guerra eterna che si combatte contro la verità divina, e che ora si muove tanto più pericolosamente, quanto più insidiose sono le armi palliate di religiosità nuova, di sentimento religioso, di sincerità, di coscienza, onde uomini ciarlieri si affannano a cercare conciliazione tra le cose più disparate, come tra il delirare della scienza umana e la fede divina, tra l'ondeggiare frivolo del mondo e la dignitosa costanza della Chiesa.

Ma se tutto ciò voi vedete e con Noi deplorate amaramente, Venerabili Fratelli, non però ne cadete di animo, o v'indebolite di speranza. Voi non ignorate quanto gravi lotte abbiano recato al popolo cristiano altri tempi, benché diversi certamente dai nostri. Basta che ritorniamo per poco col pensiero all'età in cui visse Anselmo, così piena di difficoltà, come appare

referre, quantum ex annalibus constat, sane difficillima. Fuit enim vere dimicandum pro aris et focis, hoc est, pro publici sanctitate iuris, pro libertate, humanitate, doctrina, quarum rerum tutela uni erat Ecclesiae commissa; cohibenda principum vis, quibus commune erat ius et fas omne miscere ; extirpanda vitia, excolendae mentes, ad civilem cultum revocandi homines, veteris immunitatis nondum obliti; excitanda cleri pars aut remissius agentis aut intemperantius; cuius ordinis haud pauci, principum arbitrio et pravis artibus electi, horum dominatui tamquam servi subesse atque in omnibus morigeran solerent.

Hic erat rerum status in iis maxime regionibus, quibus in iuvandis maiorem Anselmus operam curamque [collocavit, sive doctoris magisterio, sive exemplo religiosae vitae, sive Archiepiscopi ac Primatis assidua vigilantia et industria multiplici. Eius namque singularia beneficia in primis expertae sunt Galliae provinciae ac Britannicae insulae, paucis ante saeculis illae in potestatem redactae Normannorum, hae in sinum Ecclesiae receptae. Utraque gens, crebris agitata sedi-

dagli annali della Chiesa. Vi fu allora veramente da lottare per la religione e la patria, cioè a dire per la santità del diritto pubblico, per la libertà, la civiltà, la dottrina, di cui la Chiesa sola era maestra e vindice alle nazioni; vi fu da rintuzzare la violenza di principi, che si arrogavano di conculcare i diritti più sacri; da sradicare i vizi, l'ignoranza, la rozzezza del popolo stesso, non ancora spogliato in tutto dell'antica barbarie e ricalcitrante bene spesso all'opera educatrice della Chiesa; infine da rialzare una parte del clero, o fiacco o sregolato nella sua condotta, siccome quello che non di rado era scelto a capriccio e con perversa elezione da principi, da essi dominato e ad essi ligio in ogni cosa.

Tale era lo stato delle cose segnatamente in quei paesi, a cui benefìzio spese Anselmo l'opera sua in modo più speciale, sia con l'insegnamento del maestro, sia con l'esempio del religioso, sia con la vigilanza assidua e la molteplice industria dell'Arcivescovo e del Primate. Poiché sopra tutto sperimentarono i singolari benefìzi di lui le province della Gallia, che erano cadute da pochi secoli in potere dei- Normanni, e le

tionibus externisque bellis di vexata, causam relaxandae disciplinae, quum principibus eorumque imperio subiectis, tum clero populoque attulerunt.

His de rebus graviter queri numquam destiterunt eius aevi summi viri, quo in numero vetus Anselmi magister idemque in Gantuariensi sede decessor, Lanfrancus; at potissimum Romani Pontifices, quorum unum commemorasse sit satis, invicto animi robore virum, iustitiae propugnatorem impavidum, Ecclesiae iurium ac libertatis constantem adsertorem, pervigilem disciplinae cleri custodem ac vindicem, Gregorium septimum. Horum studia et exempla aemulatus Anselm mus, doloris vocem altius attollens, ad suae principem gentis, qui ipso propinquo et amico gloriari solebat, haec scribit: *Videtis, mi charissime domine, qualiter mater nostra Ecclesia Dei, quam Deus pulchram amicam et dilectam sponsam suam vocat, a malis principibus conculcatur; quomodo ab his, quibus ut advocatis ad tuitionem a Deo commendata est, ad eorum aeternam damnationem tributatur; qua praesumptione in proprios usus ipsi usurpaverunt res eius; qua crudelitate in servitutem redigunt*

isole Britanniche, da pochi secoli venute alla Chiesa. Le une e le altre, state già tanto sconvolte da rivoluzioni interne e da guerre esterne, dettero occasione a rilassatezza nei regnanti e nei sudditi, nel clero e nel popolo.

Di simili abusi del loro secolo menavano forti lamenti gli uomini insigni di quell'età, come Lanfranco, già maestro e poi predecessore di Anselmo nella sede Cantuariense; e più ancora i Pontefici Romani, fra i quali basti ricordare l'invitto Gregorio VII, campione intrepido della giustizia-nella difesa della libertà della Chiesa e della santità del clero. Forte del loro esempio ed emulo del loro zelo, se ne doleva pure energicamente Anselmo, così scrivendo ad un principe sovrano della sua gente, e che godeva dirsi a lui congiunto di consanguinità e di affetto: *Vedete, mio carissimo signore, in qual modo la Chiesa di Dio, nostra madre, che Iddio chiama sua bella amica e sposa diletta,* è *calpestata dai principi malvagi; in qual modo è tribolata per loro dannazione eterna da quelli ai quali fu raccomandata da Dio come a protettori che la difendessero; con quale presunzione questi medesimi usurparono ai loro proprii usi le cose*

Ubertatem eius; qua impiotate contemnunt et dissiparli legem ei religionem eius. Qui cum dedignantur Apostolici decretis (quae ad robur christianae religionis facit) esse obedientes, Petro utique apostólo, cuius vice fungitur, imo Christo, qui Petro commendavit suam Ecclesiam, se probant esse inobedientes... Omnes namque qui nolunt subiecti esse legi Dei, absque dubio deputantur inimici Dei [1]. Haec Anselmus; cuius utinam voces pronis auribus excepissent, non modo qui fortissimo illi principi successerunt, eiusque nepotes, verum etiam alii reges ac populi, quos tanto amore complexus est, tot praesidiis communivit ac beneficiis exorna vii

Tantum interim abfuit ut in eum excitatae molestiarum procellae, direptiones, exsilia, conflietationes, praesertim in episcopi munere, virtutis eius ñervos eliderent, ut ipsum Ecclesiae atque Apostolicae Sedi arctius devinxerint. Quare ad memoratum Pontificem Paschalem scribens, angustiis pressus enrisque distentos: *non timeo,* inquit, *exitium, non paupertatem, non tormenta, non mortem, quia ad haec omnia), Deo confortante, paratum est cor meum pro Apostolicae Sedis obedientia*

*di lei; con quale crudeltà riducono a schiavitù la libertà di lei, con quale empietà sprezzano e disperdono la legge e la religione di lei. Ma essi, sdegnando di essere ubbidienti ai decreti dell'Apostolico, f atti a difesa della religione cristiana, si convincono certo disubbidienti \a Pietro apostolo, del quale egli tiene le veci, anzi a Cristo, il quale a Pietro raccomandò la sua Chiesa... Perchè quelli che non vogliono essere soggetti alla ¡legge di Dio, senza dubbio sono riputati nemici di Dio * Così egli, e così l'avessero ascoltato sempre i successori e nepoti di quel fortissimo principe, l'avessero ascoltato altri sovrani e popoli da lui tanto amati, premuniti, beneficati.

Ma le persecuzioni medesime, gli esigli, le spogliazioni, gli stenti e le fatiche di lotte accanite, particolarmente nella sua vita episcopale, non solo mai non iscossero, ma sembrarono sempre radicare in Anselmo più profondo l'amore della Chiesa e dell'Apostolica Sede. *Non temo Vesigilo, non la povertà, non i tormenti, non la morte, perchè confortandomi Iddio, a tutte queste cose è preparato il mio cuore per l'obbedienza della Sede Apostolica*

[1] ***Epist.,*** lib. Ili, ep. 65.

***et** Matris meae Ecclesiae Christi libertate K* — Ad patrocinium et opem Cathedrae Petri confugit, eo consilio, *ne umquam **relir**-gionis ecclesiasticae et apostolicae auctoritatis constantia aliqua-tenus per me aut propter me debilitetur,* prout litteris datis ad illustres Ecclesiae Romanae antistites duos ipse significat. Rationem autem causamque subiicit, in qua pastoralis forti-tudinis ac dignitatis conspicua Nobis eminet nota : *Malo enim mori et, quamdiu vivam, omni penuria in exilio gravari, quam ut videam honestatem Ecclesiae Dei, causa mei aut meo exemplo, ullo modo violari* [2].

Ecclesiae igitur honestas illa, libertas, integritas, tria haec dies noctesque sancti viri obversantur animo ; pro harum inco-lumitate Deum eftusis lacrimis, precibus, sacrificiis fatigat; his provehendis vires omnes intendit et resistendo acriter et patiendo viriliter; haec actione, scriptis, voce tuetur. Ad eam defensionem sodales religiosos, antistites, clerum populumque fidelem suavibus iisque gravibus excitat verbis, usus etiam

e per la libertà della Qhiesa di Cristo, madre mia [1], così egli scriveva al Nostro Predecessore Pasquale in mezzo alle sue prove più angosciose. Che se egli ricorre per protezione ed aiuto alla Cattedra di Pietro, ciò è solo per questo: *affinchè mai per mio mezzo e per mia causa resti indebolita la costanza della religiosità ecclesiastica e dell'apostolica autorità,* com'egli significa scrivendo a due prelati illustri della Chiesa Romana. E ne assegna questa ragione, che è per Noi la tessera della fortezza e dignità pastorale: *Voglio piuttosto morire, e finché avrò vita, andare piuttosto oppresso da ogni sorta di penuria nelVesiglio, anziché vedere offuscata in qualsiasi modo, per mia causa o per mio esempio, Vonoratezza della Chiesa di Dio*.*

Questa onoratezza, libertà e purità della Chiesa ha egli sempre in cima dei suoi pensieri; questa affretta coi sospiri, con le preghiere, i sacrifizi; questa promuove ad ogni potere, sia nella resistenza vigorosa, sia nella pazienza virile, e la difende con Fazione, con gli scritti e con la voce. Questa medesima raccomanda con forti e soavi parole ai monaci suoi fratelli, ai vescovi, ai chierici, a tutto il popolo fedele; ma con più

[1] ***Epist.,*** lib. III, ep, 73.
[2] Ibid., lib. IV, ep. 47.

severioribus in eos principes, qui Ecclesiae iura et libertatem ingenti cum sua suorumque iactura proculcarent.

Nobiles illae sacrae libertatis voces, quum valde hoc tempore opportunae, tum dignae plane sunt iis, quos *Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei*[1], ne tum quidem fructu vacuae quum, vel ob intermortuam fidem vel collapsos mores vel praeiudicatas opiniones, obseratis auribus excipiuntur. Ad nos potissimum, Venerabiles Fratres, uti probe nostis, divina illa monitio refertur : *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam*[2]; idque maxime ubi etiam *Altissimus dedit vocem suam*[3], per naturae fremitum terrificasque calamitates expressam; vocem *Domini concutientis terram;* ingratam nostris auribus vocem alte insonantem, quod aeternum non sit, nihil esse; *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*[4] ; iustitiae vocem pariterque misericordiae, devias nationes ad recti bonique tramitem revocantis. In huiusmodi publicis infortuniis altius nobis extollenda vox est; grandia

di severità a quei principi, che più la calpestavano a immenso danno loro proprio e dei loro sudditi.

Ora tali nobili voci di sacra libertà tornano bene opportune ai nostri giorni, su le labbra di quelli che *lo Spirito Santo ha posto a reggere la Chiesa di Dio*[1] ; tornano opportune anche quando, per la fede illanguidita o la perversità degli uomini o la cecità dei pregiudizi, non avessero da trovare ascolto. A Noi è rivolta (e voi ben lo sapete, Venerabili Fratelli) a Noi è rivolta in singoiar modo la parola del Signore : *Grida, non darti riposo: alza quale tromba la tua voce*[2]. E massimamente allora che anche *V Altissimo fece udire la sua voce*[3] nello stesso fremito della natura e nelle tremende calamità: voce *del Signore che scuote la terra,* voce che suona monito terribile per insegnarci la lezione dura alle nostre orecchie, che quanto non è eterno, è un nulla, e che *non abbiamo qui città stabile ma andiamo cercando la futura*[4]: voce però non solo di giustizia, ma di misericordia e di salutare richiamo alle nazioni traviate. Fra queste

[1] ***Act.,*** xx, 28.

[2] ISAI., LVIII, **1.**

[3] ***Ps.,*** xvii, 14.

[4] ***Hebr.,*** xiii, 14.

fidei documenta non infimis modo inculcanda, sed summis et beate viventibus et gentium arbitris et adscitis in consilia regendarum civitatum; proponendae omnibus ñrmissimae illae sententiae, quarum veritatem, cruentis historia notis confirmavit, cuius generis haec: *Miseros autem facit populos peccatum*[1] - *Potentes autem potenter tormenta patientur*[2]; atque item quod est in Ps. u : *Et nunc reges inteUigite, erudimini qui iudicatis terram... Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via iusta.* Harum autem comminationum exitus exspectandi sunt acerbissimi, quum publica grassatur iniquitas, quum ab iis qui praesunt et a reliquis civibus in eo delinquitur maxime, quod e medio pellitur Deus et a Christi Ecclesia desciscitur; qua ex duplici aversione rerum omnium perturbatio sequitur et infinita prope miseriarum seges quum singulis tum universae reipublicae.

Quod si talium scelerum affines esse silendo et acquiescendo possumus, prout non raro fit etiam a bonis, sacri

pubbliche sventure noi dobbiamo gridare più alto e intimare le verità grandi della fède non solo ai popoli, agli umili, agli afflitti, ma ai potenti altresì, ai gaudenti, agli arbitri e consiglieri delle nazioni; intimare a tutti le grandi verità, che la storia conferma con le sue terribili lezioni di sangue; come questa che *il peccato fa miseri i popoli*[1] - *Ipotenti saranno tormentati potentemente*[2], onde quel monito del Salmo n: *Or dunque, o re, fate senno; lasciatevi ammonire, o giudici della terra. Servite a Dio con timore ... Abbracciate la disciplina affinchè il Signore non si sdegni, e voi andiate perduti nella via.* E di tali minacce sono da aspettarsi più acerbe le conseguenze, quando le colpe sociali si moltiplicano, quando il peccato dei grandi e del popolo sta anzitutto nella esclusione di Dio e nella ribellione dalla Chiesa di Cristo: duplice apostasia sociale, che è fonte lacrimevole di anarchia, di corruzione, di miserie senza fine per gli individui e per la società.

Che se delle colpe siffatte noi possiamo divenire partecipi col silenzio stesso e con l'indolenza, cosa pur troppo non rara anche fra i buoni,

[1] ***Prov.,*** **xiv**, 34.
[2] ***Sap.,*** vi, 7.

pastores sibi quisque dicta putent aliisque opportune commendent quae ad potentissimum Flandriae principem ab Anselmo scripta leguntur: *Precor, obsecro, moneo, consulo, ut fidelis animae vestrae, mi Domine, et ut in Deo vere dilecte, ut nunquam aestimetis vestrae celsitudinis minui dignitatem, si sponsae Dei et matris vestrae Ecclesiae amotis [et defenditis libertatem ; nec putetis vos humiliari, si eam exaltatis, nec credatis vos debilitari si eam roboratis. Videte, circumspicite ; exempla sunt in promptu; considerate principes qui illam impugnant et conculcant, ad quid proficiunt, ad quid deveniunt ? Satis patet ; non eget dictu* [1]. Quod idem luculentius etiam expressit, pari vi ac suavitate verborum, his ad Balduinum regem. Hierosolymitanum scriptis: *Ut fidelissimus amicus precor vos, moneo, obsecro et Deum oro quatenus sub lege Dei vivendo voluntatem vestram voluntati Dei per omnia subdatis. Tunc enim vere regnatis ad vestram utilitatem, si regnatis secundum Dei voluntatem. Ne putetis vobis, sicut multi mali reges faciunt, Ecclesiam Dei quasi domino ad*

ognuno dei sacri Pastori stimi detto a sè per la difesa del suo gregge, ed agli altri inculchi opportunamente ciò che Anselmo scriveva al potente principe delle Fiandre: *Prego, scongiuro, ammonisco, consiglio, quale fedele dell'anima vostra, mio Signore e come in Dio veramente amato, che non crediate mai vada sminuita la dignità dell'altezza vostra, se amate e difèndete la libertà della sposa di Dio è madre vostra, la Chiesa; nè pensiate di umiliarvi, se l'esaltate, nè crediate d'indebolirvi, se la fortificate. Vedete, guardate intorno; gli esempi sono alla mano; considerate i principi che la impugnano e la conculcano, a che cosa profittano, a che punto giungono? È chiaro abbastanza: non occorre dirlo* E questo spiega anche più chiaramente, con la sua sòlita forza e soavità insieme, al forte Baldovino, re di Gerusalemme: *Siccome amico f edelissimo vi prego, vi ammonisco, vi scongiuro, e prego Iddio, che vivendo sotto la legge di Dio, sottomettiate per tutte le cose la volontà vostra alla volontà di Dio. Perchè allora voi regnate in verità per vostro bene, se regnate secondo la volontà di Dio. Nè datevi a credere, come fanno molti cattivi re; che a voi la Chiesa di Dio sia stata*

[1] ***Epist.,*** lib. IV, ep. 12.

serviendum esse datam, sed sicut advocato et defensori esse commendatam. **NIHIL MAGIS DILIGIT DEUS IN HOC MUNDO QUAM LIBERTATEM ^ECCLESIAE SUAE.** *Qui ei volunt non tam prodesse quam dominari, procul dubio Deo probantur adversari. Liberam vult esse Deus sponsam suam, non ancillam. Qui eam sicut filii matrem tractant et honor ant, vere se filios eius et filios Dei esse probant. Qui vero illi quasi subditae dominantur, non filios, sed alienos se faciunt, et ideo iuste ab haereditate et dote illi promissa exhaeredantur* [1]. — Ita e sancto Viri pectore fervidus in Ecclesiam amor erumpit; ita eminet studium libertatis tuendae, qua nihil est magis in gerenda christiana republica necessarium, nihil Deo carius, ut ab eodem egregio Doctore affirmatum est brevi illa et vibranti sententia: *nihil magis diligit Deus in hoc mundo quam libertatem Ecclesiae suae.* Nec est quidquam, Venerabiles Fratres, quo mens animusque Noster pateat apertius, quam verborum quae retulimus crebra usurpatio.

Ab ipso pariter mutuari monita libet ad principes *pro*-

data come a signore perchè vi serva, ma raccomandata come ad avvocato e a difensore. NULLA AMA IDDIO MAGGIORMENTE IN QUESTO MONDO, CHE LA LIBERTÀ DELLA SUA CHIESA. *Quelli che vogliono a lei non tanto giovare guanto dominare, sema dubbio mostrano di contrariare a Dio. Iddio vuole che la sua sposa sia libera, non già schiava. Quei che la trattano e la onorano come figli, mostrano di essere veramente figliuoli di lei e figliuoli di Dio. Quelli invece che la padroneggiano quasi soggetta, si rendono a lei non figli ma stranieri, e però giustamente vanno esclusi dalla eredità e dalla dote a lei promessa* Così egli sfogava l'animo suo pieno di amore per la Chiesa; così mostrava il suo ardore per la difesa della libertà, tanto necessaria nel governo della famiglia cristiana e cara a Dio, come affermava lo stesso egregio Dottore in quella concisa ed energica sentenza: *Nulla ama Iddio maggiormente in questo mondo che la libertà della sua Ghiesa.* Nè possiamo Noi, Venerabili Fratelli, aprirvi meglio l'animo Nostro che ripetendo queste belle parole.

E parimente opportuni ci cadono altri avvertimenti dallo stesso Santo

[1] ***Epist., lib.*** IV, ep. 8.

ceresque conversa. Sic enim ad reginam Angliae Matildam scribit: *Si recte, si bene, si efficaciter ipso actu vultis reddere grates, considerate reginam illam quam de mundo hoc sponsam sibi illi placuit eligere... Hanc, inquam, considerate... hanc exáltate, honorate, defendite, ut cum illa et in illa sponsa Deo placcatisi et in aeterna beatitudine cum illa regnando vivatis* [1]. Tum vero maxime quum in filium aliquem terrena potestate inflatumi incidentis, aut amantissimae Matris oblitum, aut suave eius imperium detrectantem, haec memoria ne excidant: *Ad vos pertinet... ut haec et huiusmodi... frequenter opportune importune suggeratis; et ut non dominum, sed advocatum, non privignum, sed filium se probet esse Ecclesiae consulatis* [2]. Nostri namque muneris est, idque praecipue nos decet, alia haec nobili paternoque sensu ab Anselmo dicta suadere atque in hominum animis defigenda curare : *Cum audio aliquid de vobis quod Deo non placet et vobis non expedit, si vos monere negligo, nec Deum timeo, nec vos diligo sicut debeo* [3]. — Si autem auditum sit nobis

inculcati ai potenti. Così, ad es., scriveva alla regina d'Inghilterra Matilde: *Se volete rettamente, bene ed efficacemente rendere grazie col fatto stesso à Dio, prendete in considerazione quella regina che a lui piacque scegliersi sposa da questo mondo... Questa, dico, considerate, questa esaltate, onorate, difendete; perchè possiate con questa e in questa sposa piacere a Dio, e con lei vivere regnando nella beatitudine eterna* E massimamente quando v' incontriate in qualche figlio che gonfio della potenza terrena vive immemore della madre, o a lei avversario e ribelle, allora è da ricordare che: *a voi appartiene il suggerire dil frequente, opportunamente ed importunamente questi ed altri siffatti avvertimenti, e suggerire che egli mostri di essere non padrone ma avvocato, non figliastro ma figliuolo della Chiesa* [2]. A noi pure, a noi sopra tutto, conviene inculcare quell'altro detto di Anselmo, così nobile e paterno: *Quando sento qualche cosa di voi che non piace a Dio e a voi non è spediente, se tralascio di ammonirvi, non temo Iddio, e non amo voi come debbo* [3]. E specialmente quando ci venisse all'orecchio

[1] ***Episi.,*** lib. III, ep. 57.
[2] Ibid., ep. **5£**
[3] Ibid., lib. IV, ep. 52.

quia ecclesias, quae in manu vestra sunt, aliter tractatis quam illis expediat et animae vestrae, tunc, Anse linum imitati, debemus iterum rogare et consulere et monere, *ut haec non negligenter mente pertractetis, et si quid vobis conscientia vestra in his corrigendum testabitur, corrigere festinetis*[1]. — *Nihil enim est contemnendum quod corrigi possit, quia Deus exigit ab omnibus, non solum quod male agunt, sed etiam quod non corrigunt mala quae corrigere possunt. Et quanto potentiores sunt ut corrigant, tanto districtius exigit ab illis Deus, ut secundum potestatem misericorditer impensam bene velint et faciant... Si autem non omnia simul potestis, non debetis propter hoc quin a melioribus ad meliora studeatis proficere, quia bona proposita et bonos conatus Deus solet benigne perficere et beata plenitudine retribuere*[2].

Haec aliaque id genus, ab ipso fortiter sapienterque regum et potentissimorum hominum auribus inculcata, sacris pastoribus Ecclesiaeque principibus apprime conveniunt, quibus veritatis, iustitiae, religionis est commissa defensio. Multa

che trattate le chiese, che sono in vostro potere, diversamente da quello che conviene ad esse e all'anima vostra allora dovremmo, imitando Anselmo, di nuovo pregare e consigliare e ammonire *che ripensiate a queste cose con diligenza e se la vostra coscienza vi attesterà essere in esse qualche cosa da corregere, .vi affrettiate a correggerla*[1]. — *Poiché nulla è da trascurare di ciò che si può correggere, mentre Iddio chiede conto a tutti non solo del male che fanno, ma anche del non correggere i mali che possono correggere. E guanto hanno più potere da correggere, tanto più rigorosamente Iddio esige da essi, che secondo la potestà loro comunicata misericordiosamente, vogliano e facciano bene... Che se voi non potete fare tutte le cose al tempo stesso, non dovete per questo smettere lo sforzo di profittare dal meglio al meglio, perchè Iddio suole benignamente condurre a perfezione i buoni propositi e i buoni sforzi e con beata pienezza retribuirli*[2].

Questi ed altri simili moniti, sapientissimi e santissimi, che Anselmo dava anche ai signori ed ai re della terra, bene possono ripeterli pastori e principi della Chiesa, come naturali difensori della verità, della giustizia, della religione nel mondo. Certo gli ostacoli sono venuti accumulandosi,

[1] ***Epist.,*** lib. IV, ep. 52.
[2] Ibid., lib. III, ep. 142.

quidem attulit impedimenta dies, totque Nobis inieeti sunt laquei, ut iam vix reliquus sit locus ubi liceat expedite ac tuto versari. Dum enim impunitae rerum omnium licentiae fraena remittuntur, acri «pertinacia compedibus Ecclesia constringitur, et, retento ad ludibrium libertatis nomine, novis in dies artibus omnis vestra clerique actio praepeditur, ita ut nihil habeat admirationis, *quod non omnia simul potestis* ad homines ab errore et vitiis revocandos, ad malas consuetudines remo vendas, ad veri rectique notiones in mentibus inserendas, ad Ecclesiam denique tot pressarti angustiis relevandam.

Sed est cur animum erigamus. Vivit enim Dominus efficietque ut *diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum* [1]. Ipse a malis bona derivabit, eo splendidiores largiturus Ecclesiae triumphos, quo pervicacius nisa est opus Eius intercipere humana perversitas. Est hoc admirabile divinae Providentiae consilium ; hae sunt in praesenti rerum ordine *investigabiles viae eius*[2]*; - non enim cogitationes meae, cogitationes vestrae, neque*

ai nostri tempi enormemente, sì che appena resta luogo dove muoverci senza impaccio e senza pericolo. Perchè, mentre il vizio e l'empietà si lasciano spadroneggiare per ogni dove con irrefrenata licenza, con fiera ostinazione si mettono i ceppi alla Chiesa, e ritenuto a scherno il nome di libertà, con sempre nuove arti si moltiplicano impedimenti all'opera vostra e a quella del vostro clero: sicché niuna meraviglia se *non potete fare tutte le cose insieme* a correzione dei traviatila soppressione degli abusi, a promozione delle rette idee e del retto vivere, a sollievo infine dei mali che aggravano la Chiesa.

Ma confortiamoci: vive Iddio e farà che *tutte le cose si volgano in bene per quelli che amano Bio* [1]. anche da questi mali egli trarrà il suo bene, e sui tanti ostacoli, opposti dalla umana perversità, farà rifulgere più splendido il trionfo dell' opera sua e della sua Chiesa. È questo il consiglio mirabile della sapienza divina: queste *le investigabili sue ine**

[1] *Rom.*, via, 28.
[2] Ibid., xi, 33.

viae vestrae, viae meae, dicit Dominus [1], - ut ad Christi similitudinem Ecclesia in dies propius accedat et expressam referat Ipsius imaginem, tot ac tanta perpessi, ita ut quodammodo adimpleat *ea quae desunt passionum Christi* [2]. Quocirca eidem in terris militanti haec est divinitus constituta lex, ut contentionibus, molestiis, angustiis perpetuo exerceatur, quo vitae genere queat *per multas tribulationes... intrare in regnum Dei*[3], et Ecclesiae in caelo triumphanti tandem aliquando se adiungere.

Ad rem Anselmus Matthaei locum illum: *Computa Iesus discipulos suos ascendere in navicular^,* sic explanat: *Iuxta mysticam intelligentiam summatim describitur Ecclesiae status ab adventu Salvatoris usque ad finem saeculi... Navis igitur* **IN MEDIO MARIS IACTABATUR FLUCTIBUS**, *dum Iesus in montis cacumine moraretur ; quia ex quo Salvator in caelum ascendit, sancta Ecclesia magnis tribulationibus in hoc mundo agitata est, et variis persecutionum turbinibus pulsata, ac diversis maiorum hominum pra-*

nel presente ordine di Provvidenza, - *poiché i pensieri miei non sono i pensieri vostri; nè le vie vostre, le vìe mìe, dice il Signore* - [1], che la Chiesa di Cristo rinnovi sempre più in sè la vita del suo Istitutore divino, il quale tanto patì, e in certo modo *dia compimento a ciò che rimane dei patimenti di Cristo* [2]. Quindi la sua condizione di militante in terra è quella appunto di vivere in mezzo alle distrette, alle lotte, alle molestie continue, e così *entrare nel regno di Lio per via di molte tribolazioni* [3], ricongiungendosi con quella già trionfante nei cieli.

Il che ci spiega pure assai opportunamente Anselmo nella sua omelia sopra le parole di S. Matteo : *Gesù obbligò i suoi discepoli a montare nella navicella. Secondo la intelligenza mistica viene descritto sommariamente lo stato della Chiesa dalla venuta del Salvatore sino alla fine del mondo... La nave dunque* ERA SBATTUTA nAi FLUTTI IN MÈZZO AL MARE, *mentre Gesù dimorava su la vetta del monte; perchè da quando il Salvatore ascese al cielo, la santa Chiesa è stata agitata da grandi tribolazioni in questo mondo, sbattuta da svariate tempeste di persecuzioni, e da perversità diverse di uomini*

[1] ISAI., LV, 8.

[2] *Coloss.*, I, 24.

[3] *Act.*, XIV, 21.

vitatibus vexata, vitiisque multimode tentata. **ERAT ENIM EI CONTRARIUS VENTUS,** *quia flatus wtalignorum spirituum ei semper adversatur, ne ad portum salutis perveniat; obruere eam nititur fluctibus adversitatum saeculi, omnes quas valet contrarietates ei commovens* *.

Vehementer igitur errant qui Ecclesiae statum sibi fingunt ac sperant omnium perturbationum expertem, in quo, rebus ad voluntatem fruentibus, nullo repugnante sacrae potestatis auctoritati atque imperio, frui liceat quasi otio iucundissimo. Turpius etiam decipiuntur qui, falsa et inani spe ducti potiundae huiusmodi pacis, Ecclesiae res et iura dissimulant, privatis rationibus postponunt, iniuste deminuunt, mundo, qui *totus in maligne positus est* [2], assentantur per speciem captandae gratiae fautorum novitatis et conciliandae iisdem Ecclesiae, quasi lucis cum tenebris aut Christi cum Belial ulla possit esse conventio. Sunt haec aegri somnia, quorum vanae species fìngi nunquam desierunt, nec desinent

malvagi vessata e da vizi in molti modi tentata. PERCHÈ LE ERA CONTRARIO IL VENTO, *mentre il soffio degli spiriti maligni l'avversa continuamente, affinchè non giunga al porto della salute; tenta di travolgerla sotto i flutti delle avversità del secolo, movendole tutte le contrarietà che può* [1].

Errano dunque gravemente coloro che si perdono di fede nella tempesta, perchè vorrebbero per sè e per la Chiesa uno stato permanente di piena tranquillità, di prosperità universale, di ricognizione pratica e unanime del sacro suo potere senza contrasti. E molto peggio e turpemente errano quelli che s'illudono di guadagnarsi questa pace effimera col dissimulare i diritti e gli interessi della Chiesa, col sacrificarli ad interessi privati, con l'attenuarli ingiustamente, col piaggiare il mondo *che tutto sta sottoposto al maligno* [2], sotto specie di riconciliarsi i fautori della novità e ravvicinarli alla Chiesa; quasi fosse possibile una composizione o accordo tra la luce e le tenebre, fra Cristo e Belial. E questa un' allucinazione vecchia quanto il mondo, ma è moderna sempre e durevole nel mondo, finché vi

[1] ***Horn., in.***

[2] I. IOAN., V, 19.

quamdiu aut ignavi milites erunt, qui, simul ac viderint hostem, abiecto scuto fugiant, aut proditores, qui festinent cum inimico pacisci, hoc est in re nostra, cum Dei atque humani generis hoste infensissimo.

Vestrum igitur est, Venerabiles Fratres, quos christianae plebis pastores ac duces divina Providentia constituit, curare pro viribus ut in pravum hunc morem prona aetas omittat, flagrante tam saevo in Religionem bello, turpi socordia torpescere, neutris in partibus esse, per ambages et compromissa divina atque humana iura pervertere, insculptamque in animo retineat certam illam ac definitam Christi sententiam : *Qui non est mecum, contra me est*[1]. Non quod paterna caritate abundare minime oporteat Christi ministros, ad, quos maxime pertinent Pauli verba: *omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos* [2], aut quod nunquam deceat paullum etiam de suo iure decedere, quantum liceat et animorum postulet salus. Offensionis huius nulla cadit in vos certe suspicio, quos Christi

resteranno soldati o deboli o traditori che al primo colpo o gettano le armi o scendono a patteggiare col nemico, che qui è il nemico irreconciliabile di Dio e degli uomini.

A voi spetta dunque, Venerabili Fratelli, che la divina Provvidenza ha costituito pastori e guide del popolo cristiano, a voi spetta il resistere fortissimamente contro questa funestissima tendenza della moderna] società di addormentarsi in una vergognosa inerzia, tra l'imperversare della guerra contro la religione, cercando una vile neutralità, fatta di deboli ripieghi e di compromessi, tutto a danno del giusto e dell' onesto, immemore del detto reciso di Cristo: *Chi non è con me, e contro di me* *. Non già che i ministri di Cristo non debbano abbondare in carità paterna, poiché ad essi massimamente si riferiscono le parole dell'Apostolo: *Mi son fatto tutto a tutti per tutti far salvi*[2]; non già che non convenga il |cedere anche talora dello stesso proprio diritto, in quanto è lecito ed è richiesto dal bene delle anime. Di tale mancanza certo non cade il sospetto in voi, che siete spronati dalla carità di Cristo. Ma è questo un equo condiscendere, che si fa

[1] MATTH., XII, 30.

[2] I. *Cor.,* IX, <m.

caritas urget. Verum aequa ista deditio nullam habet violati officii reprehensionem, atque aeterna veritatis et iustitiae fundamenta ne minimum quidem attingit.

Sic nempe factum legimus in Anselmi, seu potius in Dei Ecclesiaeque causa, pro qua illi tamdiu fuit ac tam aspere dimicandum. Itaque, composito tandem diuturno dissidio, Decessor Noster, quem saepe memoravimus, Paschalis, his eum verbis extollit: *Hoc nimirum tuae caritatis gratia tuorumque orationum instantia factum credimus, ut in hac parte populum illum, cui tua sollicitudo praesidet, [miseratio superna respiceret.* — De paterna vero indulgentia, qua idem Summus Pontifex sontes excepit, haec habet : *Quod autem... adeo condescendimus, eo affectu et compassione factum noveris, ut pos qui iacebant erigere valeamus. Qui enim stans tacenti ad sublevandum manum porrigit, nunquam tacentem eriget, nisi et ipse curvetur. Ceterum, quamvis casui propinquare inclinatio videatur, statum tamen rectitudinis non amittit*[1].

Haec Nobis vindicantes a piissimo Decessore Nostro ad

senza detrimento anche minimo del dovere, nè tocca punto i principi immutabili ed eterni della verità e della giustizia.

Così leggiamo che avvenne nella causa di Anselmo, o piuttosto nella causa di Dio e della Ghiesa, per cui Anselmo ebbe a sostenere così lunghe e così aspre lotte. Sicché, composto alfine il lungo dissidio, scriveva a lui il Nostro Predecessore^ Pasquale lì : *Noi crediamo siasi ottenuto appunto ingrazia della tua carità e per Vinsistenza delle tue orazioni, che la misericordia divina in questa parte volgesse lo sguardo a quel popolo, al quale presiede la tua sollecitudine.* — E quanto alla'pietosa condiscendenza;Usata< dal Pontefice verso i colpevoli, soggiungeva: *Quanto poi all'aver tanto accondisceso, sappi che si è fatto per. tale affetto e compassione, che noi possiamo rialzare quelli che erano a terra. Poiché se chi sta in piedi porge la mano al caduto per rialzarlo, non lo rialzerà mai, se non si pieghi egli pure alquanto. Del,r esto, quantunque il piegarsi paia un avvicinarsi alla caduta, non perde tuttavia V equilibrio della rettitudine* \

Ma nel far Nostre queste parole deh Nostro piissimo Predecessore,

[1] In libro III *Epist. S. Anselmi,* ep. 140.

Anselmi solatium prolata, dissimulare nolumus tamen anxias animi dubitationes, quibus vel optimi inter sacros pastores aliquando distinentur in ancipiti consilio aut remissius agendi aut resistendi constantius. Cuius rei argumento esse possunt angores, trepidationes, lacrimae sanctissimorum hominum, quibus magis explorata erat animorum regiminis gravitas receptique in se periculi magnitudo. Luculentum vero testimonium Anselmi vita suppeditat, cui a grato pietatis et studiorum secessu, ad amplissima munia, difficillimis temporibus, uti diximus, adscito, fuerunt acerbissima quaeque subeunda. Cumque tot curis esset implicitus, nihil magis verebatur, quam ne suae populique saluti, Dei honori, Ecclesiae dignitati satis foret per se consultum. His autem cogitationibus conflictatum animum, eundemque propter defectionem plurimorum, e numero etiam sacrorum antistitum, gravi dolore incensum nihil magis recreabat, quam collocata in Dei ope fiducia et quaesitum in Ecclesiae sinu perfugium. Itaque *iii naufragio positus ... procellis irruentibus, ad sinum matris Ecclesiae* confugiebat, a Romano Pontifice petens *pium*

dette a consolazione di Anselmo, non vogliamo dissimulare il sentimento vivissimo del pericolo, che apprendono anche gli ottimi fra i pastori della Chiesa, di trascorrere oltre il giusto o nella condiscendenza o nella resistenza. E di tale apprensione sono argomento altresì le ansie, le trepidazioni, le lagrime di uomini santissimi, i quali maggiormente sentivano la terribile gravita del governo delle anime e la grandezza del pericolò. Ma n'è argomento disopra tutto la vita di Anselmo, il quale, strappato alla solitudine della vita claustrale e degli studi, per essere sollevato a dignità altissima in tempi difficilissimi, si trovò in preda a sollecitudini ed angosce le più tormentose, fra cui nulla più temeva che di non fare abbastanza per la salute i dell'anima sua e del suo popolo, per l'onore di Dio e della sua Chiesa. Xè fra tali ansietà sbattuto e di più vivamente addolorato per l'abbandono colpevole di molti, anche di confratelli nell'episcopato, trovava egli altro maggiore conforto che nella fiducia in Dio e nel ricorso alla Sede Apostolica. Quindi *posto nel naufragio e al rompere delle tempeste, si rifugiava nel seno della Chiesa madre sua,* invocando dal Pontefice

et promptum adiutorium et solamen[1]. Divino autem fortasse consilio factum est, ut singulari sapientia et sanctitate vir tot adversis urgeretur. Per eas enim aerumnas exemplo ac solatio nobis esse potuit in sacro ministerio laborantibus et in maximas difficultates coniectis, ita ut unicuique nostrum liceat idem sentire ac velle quod Paulus : *Libenter... gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis...; cum enim infirmor, tunc potens sum*[2]. His non aliena sunt quae ad Urbanum II scribit Anselmus: *Sancte Pater, doleo me esse quod sum, doleo me non esse quod fui. Doleo me esse episcopum, quia peccatis meis facientibus non ago episcopi officium. In loco humili aliquid agere videbor; in sublimi positus praegrandi onere pressus, nec mihi fructum facio, nec utilis alicui existo. Oneri quidem succumbo, quia virium, virtutum, industriae, scientiae tanto officio competentium inopiam, plusquam credibile videatur, potior. Curam importabilem cupio fugere, pondus relinquere ; Deum e contrario timeo offendere. Timor*

Romano *pietoso e pronto Valuto e il conforto*[1]. E perciò forse permise Iddio in un tanto uomo, pieno pure di sapienza e di santità, pene così angosciose, perchè fosse a noi di conforto insieme e di esempio fra le maggiori difficoltà e le angustie del ministero pastorale ; sì che avverisi in ciascuno di noi il sentimento di S. Paolo: *Volentieri mi glorierò nelle mie infermità, affinchè abiti in me la potenza di Cristo. Per il che mi compiaccio nelle mie infermità ... poiché quando sono debole, allora sono potente*[2]. Nè alieni da questi sono i sentimenti che Anselmo esprimeva ad Urbano II : *Santo Padre, sono addolorato di essere quello che sono: addolorato di noti essere quello che fui; sono addolorato di essere vescovo, perchè, in causa dei miei peccati, non compio V officio di vescovo. In umile stato mi pareva di fare qualche cosa; posto in luogo sublime, aggravato da peso stragrande, non faccio frutto per me e non sono utile ad alcuno. Io soccombo al peso, perchè più di quanto sembri credibile, soffro penuria di forze, di virtù, d'industria, di scienza, convenevoli a tanto officio. Bramo di¡ fuggire la cura insopportabile, di lasciare il peso: temo al contrario di offendere Iddio. Il timore di Dio*

[1] ***Epist.,*** lib. III, ep.¡37.
[2] II. ***Cor.,*** xii, 9, [10.

Dei illud me suscipere compulit, timor idem onus idem me retinere compellit.... Nunc, quia voluntas Dei me latet, et quid agant nescio, errdbundus suspiro, et quem rei finem imponere debeam ignoro [1].

Divinae sic bonitati placuit, vel eximiae sanctitatis viros non ignorare, quae sua sit naturalis infirmitas, ut persuasum sit omnibus, si quid ipsi praeclare egerint, id supernae virtuti esse totum tribuendum, atque ut per animi demissionem adducantur homines ad Ecclesiae auctoritatem impensiore studio colendam. Id Anselmo aliisque contigit episcopis pro Ecclesiae libertate ac doctrina dimicantibus, duce Sede Apostolica; qui obedientiae suae hunc fructum retulerunt, ut ex certamine victores discederent, suoque exemplo divinam sententiam confirmarent : *vir obediens loquetur victoriam* [2]. Consequendi autem huiusmodi praemii spes maxima illis affulget, qui Christi personam gerenti sincero animo pareant in iis omnibus, quae aut regimen animorum spectent aut administrationem christianae reipublicae aut alia cum his aliqua ratione coniuncta;

mi sforzò ad accettare, il timore stesso mi sforza a ritenere lo stesso peso ... Ora, poiché la volontà di Dio mi è *occulta, e io non so che fare, vado errando fra sospiri e non so come mettere fine a questo affare* [1].

Così suole Iddio far sentire anche agli uomini santi la debolezza nativa, per meglio manifestare in essi la forza della virtù divina, e col sentimento umile e verace della insufficienza individuale, mantenere più salda l'adesione concorde all'autorità della Chiesa. E ciò si vede appunto in Anselmo e in altri vescovi suoi contemporanei, che combatterono a difesa della libertà e dottrina della Chiesa sotto la guida della Sede Apostolica. Essi riportarono per frutto della loro obbedienza la vittoria nella lotta, confermando col loro esempio la sentenza divina, che *l'uomo obbediente canterà vittoria* \ E la speranza di tale premio risplende a quelli sopra tutto che obbediscono a Cristo nel suo Vicario in quelle cose tutte che si riferiscono o al reggimento delle anime od al governo della Chiesa

[1] ***Epist.,*** lib III, ep. 37.
[2] ***Prov.,*** xxi, 28.

quoniam de Sedis Apostolicae auctoritate pendent filiorum Ecclesiae directiones et consilia[1].

Hoc genere laudis Anselmus quantum praestiterit, quo ardore, qua fide coniunctionem cum Petri Sede retinuerit, ex his licet colligere, quae ad eundem Paschalem Pontificem ab eo scripta leguntur: *Quanto studio mens mea Sedis Apostolicae reverentiam et obedientiam pro sua possibilitate amplectatur, testantur multae et gravissimae tribulationes cordis mei, soli Deo et mihi notae_______A qua intentione spero in Deo, quia nihil est quod me retrahere possit. Quapropter in quantum mihi ^possibile est, omnes actus meos eiusdem' auctoritatis dispositioni dirigendos, et [ubi opus est, corrigendos volo committere* [2].

Eandem viri firmissimam voluntatem acta eius omnia et scripta testantur, in primisque litterae illae suavissimae, quas *caritatis calamo scriptas* [3] dicit memoratus Decessor Noster Paschalis. Nec vero suis ipse litteris pium modo *adiutorium et solamen implorat* \ sed non intermissas preces adhibiturum se

o che vi sono in qualche modo congiunte : *giacché dall'autorità della Sede Apostolica dipendono le direzioni e i consigli dei figliuoli della Ghiesa* [1].

In questo genere di virtù quanto siasi segnalato Anselmo, con quale ardore e fedeltà abbia conservato sempre unione perfetta con la Sede Apostolica, si può anche argomentare da ciò che si legge scritto da lui allo stesso Pontefice Pasquale : *Gon quanto studio la mia mente, secondo il suo potere, si stringa nella riverenza e nell'ubbidienza talia Sede Apostolica, lo attestano l§ .molte e gravissime tribolqzioni del mio cuore, note a JOjo solo ed a me ... Da tale intenzione spero in Dio non esservi cosa che valga a ritrarmi. Perciò, in quanto mi è possibile, voglio rimettere tutti gli atti) miei alla disposizione dell'autorità stessa, perchè li diriga e, ove sia bisogno,, li corregga*[2].

E la medesima fermezza di volontà ci mostrano le azioni, gii scritti, le lettere particolarmente di lui, che il Nostro Predecessore Pasquale disse *scritte con la penna della carità* [3]. Ma nelle sue lettere al Pontefice egli non implora solo pietoso *aiuto e conforto* [4], ma promette preghiera assidua

[1] ***Epist., lib.*** IV, ep. i.
[2] Ibid., ep. 5.
[3] In lib. III ***Epist. S. Anselmi,*** ep. 74.
[4] Ibid., ep. 37.

Deo pollicetur, ut cum ad Urbanum II Beccensis Abbas scriberet bis verbis amantissimis usus: *Pro vestra et Romanae Ecclesiae tribulatione, quae nostra et omnium vere fidelium est, non cessamus orare Deum assidue, ut mitiget vobis a diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea. Et certi sumus, etiamnum nobis moram videatur facere, quoniam non relinquet virgam peccatorum super sortem iustorum ; quia haereditatem suam non derelinquet, et portae inferi non praevalebunt adversus eam* [1].

Quibus aliisque id genus ab Anselmo scriptis mirifice delectamur, tum ob instauratam viri memoriam, quo nemo sane huic Apostolicae Sedi devinctior, tum ob excitatam recordationem coniunctissimae voluntatis vestrae, Venerabiles Fratres, in dimicationis non dispari genere, litteris aliisque officiis quamplurimis declaratae.

Mirum profecto quantum roboris ac ñrmitatis accepit, desaevientibus longo saeculorum cursu in christianum nomen procellis, coniunctionis ista necessitudo, qua sacrorum antistites et fidelis grex arctius in dies Romano Pontifici adhae-

corí parole tenerissime di affetto filiale e di fede inconcussa, come quando ancora abbate Beccense scriveva ad Urbano li: *Per la tribolazione vostra e della Ghiesa Romana, che è tribolazione nostra e di tutti i veri fedeli, non restiamo di pregare Iddio assiduamente, perchè mitighi a voi i giorni cattivi, finché sia scavata al peccatore la fossa. E noi siamo certi, ancorché sembri a noi ritardare, che Iddio non lascerà lo scettro dei peccatori sopra la eredità dei giusti; che non abbandonerà la sua eredità, e che le porte dell'inferno non prevarranno contro di lei*[1].

Ora Noi da queste e simili altre lettere di Anselmo prendiamo mirabile conforto non solo per la rinnovata memoria dei Santo così devoto a questa Sede Apostolica, ma altresì per la rinfrescata ricordanza delle lettere vostre e delle altre vostre innumerevoli testimonianze di devozione, o Venerabili Fratelli, in simili lotte e in simili dolori.

-: Certo è cosa mirabile come F unione dei vescovi e dei fedeli col Pontefice Romano si è venuta stringendo sempre più intimamente fra lo strepitare delle tempeste, scatenatesi lungo i secoli contro il nome cri-

[1] in libro II *Epist. S. Anselmi,* ep. 33.

serunt ad haec usque tempora, quibus ardor ille adeo succrevit, ut divino quodam prodigio videantur voluntates hominum in tantum consensum potuisse coalescere. Quae quidem amoris et obsequii conspiratio dum Nos plurimum erigit planeque confirmat, Ecclesiae decori est ac praesidio validissimo. Sed hoc nempe maior in nos antiqui serpentis invidia conflatur, quo praestantius est delatum beneficium ; eoque graviores in, nos irae colliguntur impiorum hominum, quo acrius hi rei novitate percelluntur. Nec enim simile quidquam in reliquis consociationibus admirantur, nec facti rationem cernunt ullam, sive a publicis causis sive ab alia quavis humana re petitam, nec secum reputant sublimem Cñristi precationem, cum discipulis postremum discumbentis, eventu.comprobatam.

Summa igitur ope niti oportet, Venerabiles Fratres, ut apte cohaerentia cum capite membra solidiore in dies nexu obstringantur, divinarum rerum ratione habita, non terrestrium, ita ut omnes *unum simus* in Christo. Ad hunc finem si velis remisque contendemus, functi erimus optime delato nobis officio provehendi Christi operis et regni eius in terris dilatandi. Huc spectat suavis illa petitio, qua Ecclesia caele-

stiano, ed ai nostri tempi si è fatta così unanime e cordiale, che appare sempre più cosa divina. Essa è appunto la nostra maggiore consolazione, com' è gloria e presidio validissimo della Chiesa. Ma quanto più eccellente è il benefizio, tanto più ci è invidiato dal demonio e tanto più odiato dal mondo, il quale non conosce nulla di simile nelle società terrene, nè può spiegarselo con le sue ragioni politiche ed umane, essendo l'adempimento della sublime preghiera stessa di Cristo, fatta nell'ultima Cena.

È necessario pertanto, Venerabili Fratelli, di sforzarci con ogni studio a custodire e a rendere sempre più intima e cordiale questa unione divina tra il Capo e le membra, non mirando a considerazioni umane, sì bene a ragioni divine, affinchè tutti siamo *una cosa sola* in Cristo. Con rinvigorire questo nobile sforzo noi adempiremo sempre meglio la nostra sublime missione, che è di essere continuatori e propagatori dell'opera di Cristo e del suo regno in terra. E perciò appunto la Chiesa va ripetendo nei secoli la

stem Sponsum urget assidue, in qua Nostrorum summa votorum continetur: *Pater sancte, serva eos m nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos* [1].

Hae autem industriae propositam habent defensionem, non modo contra externas impugnationes in acie dimicantium ut Ecclesiae iura et libertatem labefactent, sed etiam contra domestici atque intestini belli pericula, cuius rei superius incidit mentio, quum doluimus esse genus hominum quoddam, qui subdolis opinionum com mentis nitantur Ecclesiae formam ac naturam ipsam immutare penitus, doctrinae integritatem violare, disciplinam omnem pessumdare. Serpit adhuc per hos dies memoratum illud virus infecitque non paucos, etiam sacri ordinis homines, praesertim iuvenes, inquinato, uti diximus, quasi aere afílalos, quos effrenata novitatis libido praecipites agit ac respirare non sinit.

Sunt etiam in his qui, tardioris ingenii et intemperantis animi spectaculum exhibentes, quidquid affert incrementi dies iis disciplinis quae in adspectabilis naturae investigatione ver-

preghiera amorosa dello Sposo celeste, che è pure il sospiro del Nostro cuore più acceso: *Padre santo, custodisci nel tuo nome quelli che mi hai dati, affinchè siano una cosa sola come noi* [1].

Ma è necessario questo sforzo, non solo per opporci agli assalti esterni di quei che combattono alla scoperta contro la libertà e i diritti della Ghiesa ; è necessario ancora per ovviare ai pericoli interni, che ci vengono appunto dal secondo genere di guerra che abbiamo deplorato sopra, quando ricordammo quella classe di traviati, che si sforzano con subdoli sistemi di sconvolgere dalle fondamenta la costituzione ed essenza stessa della Chiesa, di macchiarne la purità della dottrina e rovesciarne la disciplina tutta. Anche in questi giorni continua a serpeggiare il veleno stesso, che già si è infiltrato in molti pure del clero, giovani massimamente, come abbiamo detto, infetti dall'atmosfera ammorbata perla sfrenata smania di novità che li travolge nell'abisso e li affoga.

Di più per una deplorabile aberrazione i progressi stessi per sè buoni, nelle scienze positive e nella prosperità materiale, danno occasione e pre-

[1] IOAN., XVII, 11

san tur et ad praesentis vitae utilitatem aut commoditatem pertinent, ea, tamquam nova tela, in veritatem divinitus traditam, per summam astutiam et arrogantiam ¿ntorqueant. Hi meminerint, incautae novitatis fautorum quam variae fuerint ac discrepantes sententiae de rebus ad agnitionem animi et ad moderandam vitam plane necessariis, cognoscantque, hanc esse humanae superbiae constitutam [poenam, ut ^constent sibi nunquam, et in ipso cursu ante obruantur, quam portum veritatis conspicere potuerint. Sed hi ferejie ipso quidem sui exemplo didicerunt de se tandem sentire demissius atque amovere *consilia... et omnem altitudinem [extollentem se adversus scientiam Dei, et in. captivitatemTredigentes omnem intellectum in obsequium Christi*[1].

Quin etiam a nimia arrogantia in contrarium vitium delapsi sunt, eam philosophandi rationem secuti, quae, de 'omnibus dubitando, quasi noctem quandam rebus |offundit, et *agnosticismum* professi cum errorum comitatu multiplici atque infinita prope sententiarum varietate inter se mire pugnantium ;

testo d'insolentire con una intollerabile superbia contro le verità divine a molti deboli ingegni disposti dalla passione all'errore. Costoro dovrebbero invece ricordare le molteplici disdette e contradizioni frequenti dei fautori d'incaute novità nelle questioni di ordine speculativo e pratico più vitali per "l'uomo ; e riconoscere come questa appunto è la punizione dell'orgoglio umano, di non essere mai coerente a se stesso e di naufragare miseramente prima di scorgere il porto della verità. Ma essi", neppure della propria esperienza hanno jjsaputo profittare, per umiliarsi e distruggere *le macchinazioni ...e ogni alterezza che si levi contro la scienza di Dio, e riducendo in soggezione ogni intelletto a ossequio di Cristo '.*

Anzi trascorsero costoro dall'uno estremo all'altro, dal presumere al disperare, seguendo quel metodo di filosofia, che dubitando di ogni cosa, tutto avvolge nelle tenebre ; onde la professione dell' *agnosticismo* contemporaneo con altre siffatte dottrine assurde, secondo un'infinità di

[1] li. ***Cor.*** x, 4, 5.

quo opinionum conflictu *evanuerunt in cogitationibus suis... dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt*[1].

Grandibus interim ac fucatis istorum verbis, novam sapientiam quasi caelo delapsam reconditasque discendi vias pollicentium, iuvenum pars labare paulatim atque averti coepit; quod idem olim accidit Augustino, manieheorum fraudibus circum vento. Verum de funestis hisce insanientis sapientiae magistris, de ipsorum ausibus, deceptionibus, fallaciis satis diximus in Encyclicis Litteris datis die VIII mensis Septembris anno MDCCCCVII, quarum initium *Pascendi dominici gregis.*

Illud hoc loco animadvertisse iuverit, quae memoravimus pericula, graviora quidem nunc esse atque imminere propius; non tamen iis penitus absimilia quae Anselmi tempore Ecclesiae doctrinae impendebant. Considerandum praeterea, pari propemodum nobis praesidio ac solatio esse posse Anselmi doctrinam ad tutelam veritatis, atque apostolicum eius robur ad Ecclesiae iurium ac libertatis defensionem.

Atque heic persequi omittentes quaenam remotae illius

sistemi discordanti fra loro e con la retta ragione: sicché *svanirono nei loro pensieri... poiché dicendo di essere sapienti, diventarono stolti K*

Le loro grandiose parole tuttavia, le loro gonfie proposte di nuova sapienza quasi caduta dal cielo, di sistemi moderni, scossero molti giovani, come già quelle dei Manichei, Agostino, e li travolsero, più o meno inconsapevoli, lungi dalla retta strada. Ma di tali funesti maestri di sapienza insana e de'loro tentativi, delle loro illusioni, dei loro sistemi erronei e perniciosi abbiamo detto assai distesamente nella Nostra Lettera enciclica dell'otto settembre 1907, *Pascendi dominici gregis.*

Ora Ci giova notare che. se i pericoli ricordati sono più gravi e più imminenti ai nostri giorni, non sono però totalmente diversi da quelli che minacciavano la dottrina della Chiesa ai tempi di Anselmo. E così pure è da considerare come nell'opera sua di Dottore, noi possiamo trovare quasi un pari aiuto e conforto per la tutela della verità, come per la difesa della libertà e dei diritti lo troviamo nella sua fortezza apostolica.

Senza rammemorare qui partitamente tutte le condizioni intellettuali

[1] ***Boni.*, i.** 21, 22.

aetatis fuerit humanitas, qui cleri populique cultus, breviter attingemus creatum eo tempore ingeniis periculum duplex, eo quod in opposita extrema decurrerint.

Fuerunt enim inepti homines et vani, qui leviter ac permixte eruditi, cognitionum indigesta mole gloriarentur, inani philosophiae vel dialecticae specie decepti. Hi quidem per inanem fallaciam scientiae nomine obtectam, spernebant sacras auctoritates, *nefanda temeritate audent disputare contra aliquid eorum quae fides christiana confitetur, ... et potius* ***insir-*** *pienti superbia iudicant nullatenus posse esse quod nequeunt intelligere, quam humili sapientia, fateantur esse multa posse quae ipsi non valeant comprehendere ... Solent enim quidam cum coeperint quasi cornua confidentis sibi scientiae producere, nescientes quod si quis aestimat se scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire, antequam habeant per soliditatem fidei alas spiritales, praesumendo in altissimos de fide quaestiones assurgere. Unde fit ut dum ... praepostere prius per intellectum conantur ascendere, in multimodos errores per intellectus defectum cogan-*

del clero e del popolo in quell' età lontana, era pericoloso singolarmente un doppio eccesso a cui trascorrevano gl'ingegni.

Alcuni più leggeri e vanitosi, nutriti di una superficiale erudizione, si gonfiavano, oltre ogni credere, nella loro indigesta cultura. Quindi sedotti per una larva di filosofia e di dialettica, vuota e fallace, che passava sotto nome di scienza, *sprezzavano le autorità sacre, con nefanda temerità osavano disputare contro l'uno e l'altro dei dogmi che la fede cristiana professa …* e *con insipiente orgoglio giudicavano piuttosto non essere possibile quanto non potevano intendere, anziché confessare con umile sapienza potervi essere molte cose che essi non valevano a comprendere ... Sogliono infatti certuni, appena hanno incominciato quasi a mettere fuori le corna di una scienza presuntuosa di sé, - non sapendo che se alcuno stima di sapere qualche cosa, non ha conosciuto ancora in qual modo egli lo debba sapere, - prima che abbiano messe le ali* spirituali mediante la sodezza della fede; levarsi con presunzione alle questioni più alte della fede. Onde avviene che mentre ... sregolatamente si sforzano di ascendere innanzi tempo per via dell' intelligenza, per difetto dell'intelligenza stessa siano portati a discen-*

tur descendere[1]. Atque horum similia exempla complura hodie quoque versantur ante oculos.

Alii contra, remissioris animi, multorum casu perculsi qui naufragium in fide fecerunt, et periculum veriti scientiae quae *inflat,* eo devenerunt ut omnem philosophiae usum, forte etiam solidam quamvis de sacris rebus disputationem defugerent.

Media inter utramque partem catholica consuetudo consistit, aeque aversata et priorum arrogantiam, a Gregorio IX aevo insequenti reprehensam, qui *spiritu vanitatis ut uter distenti . ..fidem conantur plus debito ratione adstruere naturali ... adulterantes verbum Dei philosophorum figmentis*[2], et horum negligentiam, qui nulla investigandi veri cupiditate trahuntur, neque curant *per fidem ad intellectum proficere*[3], praesertim si eorum officii ratio postulet catholicae fidei contra tot congestos errores defensionem.

Ad quam suscipiendam divinitus excitatus videtur Anselmus, ut exemplo, voce, scriptis tutum iter ostenderet, diri-

gere *in moltiformi errori K* E di simili abbiamo gli esempi tristissimi sotto gli occhi!

Altri per contrario, timidi o neghittosi, spaventati per giunta dal naufragio di molti nella fede e dal pericolo della scienza che *gonfia,* andavano fino ad escludere ogni uso di filosofia-, se non anche ogni studio di ragionata discussione nelle dottrine sacre.

Fra i due eccessi sta di mezzo la usanza cattolica, la quale, come detesta la presunzione dei primi che *gonfi come otri dallo spirito di vanità,* (giusta il parlare di Gregorio IX neh' età susseguente) *si sforzavano più del debito, di stabilire la fede con ragione naturale, adulterando la parola di Dio con fantasie di filosofi*[2], così riprova la negligenza dei secondi, troppo alieni dagli studi razionali, e non curanti *di far profitto, per via della fede, nell'intelligenza*[3], massime quando loro spetti per debito di officio il difendere la fede cattolica contro gli errori insorgenti da ogni parte.

A siffatta difesa ben si può dire che sia stato da Dio suscitato Anselmo per additare con 1' esempio, con la voce, con gli scritti la via sicura, a

[1] S. ANSELM., ***De fide Trinitatis,*** cap. 2.

[2] GREGOR. IX, ***Epist. « Tacti dolore cordis »*** ad theologos Parisien., 7 Iul. 1228.

[3] In libro II ***Epist. S. Anselmi,*** ep. 41.

stianae sapientiae latices ad commune bonum derivare!, duxque esset ac norma doctoribus, qui post ipsum *sacras litteras scholastica methodo tradiderunt*[1], quorum ipse praecursor merito est nuncupatus et habitus.

Quamquam haec non ita sunt accipienda quasi Augustanus doctor primo statim gressu fuerit philosophiae ac theologiae fastigia consequutus aut ad summorum virorum Thomae ac Bonaventurae famam processerit. Horum [enim sapientiae seriores fructus multa dies et coniunctus magistrorum labor maturarunt. Ipsemet Anselmus, qua erat modestia sapientium propria, non minus quam celeritate ac subtilitate mentis, nihil a se scriptum edidit nisi oblata occasione, aut aliorum auctoritate compulsus, monetque constanter : *si quid diximus quod corrigendum sit, non renuo correctionem* [2]; quin etiam, ubi res citra fidem posita sit et in quaestione versetur, non vult discipulum *sic his quae diximus inhaerere ut ea pertinaciter teneas, si quis validioribus argumentis haec destruere et diversa'*

comune vantaggio schiudere le fonti della sapienza cristiana ed essere guida e norma di quei maestri cattolici che dopo di lui *insegnarono le sacre lettere col metodo della scuola* Sicché egli non a torto fu stimato e celebrato come il loro precursore.

Nè con ciò vuole intendersi che il Dottore di Aosta abbia raggiunto di primo tratto il colmo della speculazione teologica o filosofica, ovverò anche la fama dei "due somini maestri Tommaso e Bonaventura. I frutti posteriori della sapiènza di questi ultimi non maturarono se non col tempo e mediante il concorso delle fatiche di molti dottóri. Anselmo stesso, modestissimo coni' è proprio dei veri sapienti, del pari che dotto e perspicace, non ebbe mai a pubblicare niuno dei suoi scritti se non per occasione data, o per impulso altrui, e in essi protesta che *se qualche cosa vi sia da correggere, egli non ricusa la correzione* [2], anzi, quando la questione è controversa, ne connessa alla fede, non vuole che il discepolo *aderisca per tal modo alle cose che ha detto da ritenerle pertinacemente, anche quando altri con più validi argomenti sapesse distruggere queste e stabilire opinióni*

[1] ***Brevior. Boni.,*** die 21 Aprilis,

[2] ***Cur Deus homo,*** lib. II, cap. 23.

valuerit astruere; quod si contigerit, saltem ad exercitationem disputarteli nobis haec profecisse non negabis [1].

Nihilominus multo plura est adeptus quam aut ipse speraret aut alius quisquam de se polliceretur. Adeo namque proiecit, ut eorum qui sequuti sunt gloria nihil eius laudi detraxerit, ne ipsius quidem Thomae nobilitas, quamvis huic non omnia probata fuerint ab ipso conclusa, alia etiam retractata sint planius atque perfectius. Anselmo tamen hoc maxime tribuendum, quod is investigationi straverit viam, timidiorum suspiciones diluerit, incautos á periculis! tutos praestiterit, pertinacium cavillatorum damna propulsaverit, qui ab ipso sic iure designantur : *illi ... nostri temporis dialectici, imo dialectice haeretici* * quorum intellectus esset suis deliramentis et ambitioni mancipatus.

De extremis hisce ait: *Quumque omnes, ut cautissime ad sacrae paginae quaestiones accedant, sint commonendi, illi utique nostri temporis dialectici ... prorsus a spiritualium quaestionum disputatione sunt exsufflandi.* Quam vero subdit ratio, apte cadit

diverse; il che se avvenisse, basterà che non neghi avere giovato le cose dette a esercizio di discussione [1].

Ma pure Anselmo ottenne più che non isperasse egli o che altri presumesse : ottenne tanto che la gloria dei susseguenti Dottori e dello stesso Tommaso d'Aquino non oscurò la gloria del predecessore, anche quando I'Aquinate non ne abbia accettate le conclusioni tutte,, q veramente abbia aggiuntovi compimento e precisione. Anselmo ebbe il merito di aprire il sentiero della speculazione, di allontanare i sospetti dei timidi, i pericoli degli incauti, i danni dei rissosi e sofisti, o dialettici ereticali, del suo tempo, come li denomina egli giustamente, nei quali la ragione era schiava dell'immaginazione e della vanità [2].

Contro questi ultimi egli osserva, che *mentre tutti sono da avvertire che si accostino con cautela grandissima alle questioni della Scrittura sacra, questi dialettici del tempo nostro... sono da rimuovere al tutto dalla discussione di questioni spirituali.* E. la ragione che ne assegna è più che mar

[1] De ***Grammatico,*** cap. 21 sub finem.
[2] De ***fide Trinitatis,*** cap. 2.

in hodiernos eorum imitatores, a quibus absurda illa recinuntur: *In eorum quippe animabus ratio, quae et princeps et iudex omnium debet esse quae sunt in homine, sic est in imaginationibus corporalibus obvoluta, ut ex eis se non possit evolvere nec ab ipsis ea, quae ipsa sola et pura contemplari debet, valet discernere* [1]. Nec aliena videntur huic tempori verba, quibus id genus philosophos ridet, *qui quoniam quod credunt intelligere non possunt, disputant contra eiusdem fidei a sanctis Patribus confirmatam veritatem; velut si 'vespertiliones et noctuae non nisi in nocte caelum videntes^, de meridianis solis radiis disceptent contra aquilas solem ipsum irreverberato visu intuentes* \ Quapropter et hoc loco et alibi[3] depravatam eorum opinionem reprehendit, qui philosophiae plus aequo concedentes, ius illi adserebant theologiae campum pervadendo Huic insaniae se opponens egregius Doctor suos cuique fines constituit utrique disciplinae, ac satis monet, quodnam sit munus et officium rationis naturalis in rebus quae [doctrinam divinitus revelatam attingunt: *Fides... nostra,* inquit, *contra impios ratione*

opportuna a quelli che li imitano ora sotto [i nostri occhi, ricantandone gli errori : *Nelle loro anime, infatti, la ragione che deve essere principe e giudice di quante cose sono nell'uomo, si trova così involta nelle immaginazioni corporali, che da queste non può districarsi, nè vale a sceverare da esse le cose che ella sola e pura deve contemplare* \ Nè meno opportunamente ai nostri tempi egli deride cotesti falsi filosofi, *i quali, perchè non possono capire ciò che credono, disputano contro la verità della fede stessa, confermata dai santi Padri; come se vipistrelli e civette, che non vedono il cielo se non di notte, disputassero dei raggi del sole nel suo meriggio, contro aquile che fissano il sole senza battere ciglio* [2]. Quindi pure egli condanna qui ed altrove[3] la perversa opinione di coloro, che troppo concedendo alla filosofia, le attribuivano il diritto d'invadere il campo della teologia. A tale stoltezza opponendosi egli, accenna bene i confini propri dell'una e dell'altra e insinua abbastanza quale sia l'officio della ragione nelle cose della fede: *La nostra fede,* egli dice, *si ha da difendere per via di ragione contro gli*

[1] ***De fide Trinitatis,*** cap. 2.
[2] Ibid.
[3] In libro II ***Epist. S. Anselmi,*** ep. 41.

defendenda est. - **At quomodo et quousque ? - Verba quae sequuntur aperte declarant:** *illis ... rationabiliter ostendendum est quam irrationabiliter nos contemnant*[1]. **Philosophiae igitur munus est praecipuum, in perspicuo ponere fidei nostrae** *rationabile obsequium,* **et, quod inde consequitur, officium adiungendae fidei auctoritati divinae altissima mysteria proponenti, quae plurimis testata veritatis indiciis,** *credibilia facta sunt nimis.* **Longe aliud ab hoc theologiae munus est, quae divina revelatione nititur et in fide solidiores efficit eos qui christiani nominis honore se gaudere fatentur;** *nullus quippe christianus debet disputare quomodo, quod catholica Ecclesia corde credit et ore confitetur, non sit ; sed semper eandem fidem indubitanter tenendo, amando et secundum illam vivendo, humiliter quantum potest, quaerere rationem quomodo sit. Si potest intelligere, Deo gratias agat; si non potest, non immutat cornua ad ventilandum, sed submittat caput ad venerandum* [2].

Quum igitur vel theologi quaerunt vel fideles petunt de

empi. — Ma in qual modo e fino a qual segno ? Ci è chiarito dalle parole che seguono : *Si deve mostrare ad essi ragionevolmente quanto essi ci disprezzino irragionevolmente* [1]. Precipuo officio della filosofìa è quello pertanto di dimostrare la ragionevolezza della nostra fede e il debito, che ne conseguita, di credere all' autorità divina che ci propone misteri altissimi, i quali, per la testimonianza dei tanti segni di credibilità, *sono oltremodo degni di fede.* Assai diverso è l'officio proprio della teologia cristiana, la quale si fonda sopra il fatto della rivelazione divina e rende più solidi nella fede quelli che già professano di godere dell' onore del nome cristiano. Onde è ben chiaro che *nessun cristiano deve disputare come non sia ciò che la Ghiesa cattolica crede col cuore e confessa con la bocca ; ma tenendo sempre indubitatamente la stessa fede, amando e vivendo secondo essa, deve cercare, in quanto può, la ragione, come sia. Se può capire, renda grazie a Dio ; se non può, non impunti le corna a cozzare, ma abbassi il capo a venerare* [2].

Quando dunque i teologi cercano e i fedeli chiedono ragioni intorno

[1] In libro II ***Epist. S. Anselmi,*** ep. 41.
[2] De ***fide Trinitatis,*** cap. %

fide nostra rationes, non his fundamentis, sed revelantis Dei auctoritate nituntur, hoc est, ut habet Anselmus: *sicut rectus ordo exigit ut profunda christianae fidei,* quae mysteria dicuntur, *credamus priusquam ea praesumamus ratione discutere, ita negligentia mihi videtur, si, postquam con firmati sumus in fide, non studemus quod credimus intelligere*[1]. De illa profecto intelligentia loquitur, de qua Vaticana Synodus[2]; alio enim loco sic disserit: *Quamvis post Apostolos, sancti Patres et Doctores nostri multi tot et tanta de fidei nostrae ratione dicant non omnia quae possent, si diutius vixissent, dicere potuerunt, et veritatis ratio tam ampla tamque profunda est, ut a mortalibus nequeat exhauriri; et Dominus in Ecclesia sua, cum qua se esse usque ad consummationem saeculi promittit, gratiae suae dona non desinit impertiri. Et ut alia taceam, quibus sacra pagina nos ad investigandam rationem invitat, ubi dicit: nisi credideritis non intelligens, aperte nos monet intentionem ad intellectum extendere, cum docet qualiter ad illum debeamus proficere.* Nec est prae-

alla nostra fede, non è per fondare in esse la loro fede, che ha per fondamento l'autorità di Dio rivelante; ma tuttavia, secondo il parlare di Anselmo, *come il retto ordine esige che noi crediamo le profondità della fede cristiana, prima che presumiamo discuterle con la ragione, così pare a me negligenza, se dopo che siamo confermati nella fede, non ci studiamo d'intendere ciò che crediamo*[1]. E intende qui Anselmo di quella intelligenza onde parla il Concilio Vaticano[2]. Poiché, com'egli dimostra altrove, *benché dopo gli Apostoli molti nostri santi Padri e Dottori dicano tante e così grandi cose della ragione di nostra fede,... non poterono tuttavia dire tutte le cose che avrebbero potuto, se fossero vissuti più a lungo; e la ragione della verità è così ampia e così profonda che dai mortali non si può esaurire; e il Signore non cessa a" impartire i doni della grazia sua nella sua Chiesa, con la quale promette di essere fino alla consumazione del secolo. E per tacere di altri passi onde la Scrittura sacra c'invita a investigare la ragione, in quello ove dice che se non crederete, non capirete, ci ammonisce apertamente di estendere Vintento alla intelligenza, mentre c'insegna come dobbiamo ad essa*

[1] ***Cur Deus homo,*** lib. I, cap. 2.
[2] Constit. ***Dei filius,*** cap. 4.

tereunda ratio quam addit extremam: *inter fidem et speciem, intellectum quem in hac vita capimus, esse medium,* ideoque *quanto aliquis ad illum proficit, tanto eum propinquiore speciei ad-quam omnes anhaelamus*[1].

Solida haec, - ut alia praetereamus, - per Anselmum philosophiae ac theologiae iacta sunt fundamenta; haec in posterorum usum ab ipso fuit studiorum ratio proposita, quam sequuti deinde sapientissimi viri *Scholasticorum* principes, in quibus maxime doctor Aquinas, magnis incrementis ditarunt, illustrarunt, expoli veruni, ad eximium Ecclesiae decus atque praesidium. Haec autem de Anselmo commemorasse placuit, Venerabiles Fratres, quod optatam Nobis occasionem attulerunt vos iterum cohortandi ut salubérrimos christianae sapientiae fontes, ab Augustano doctore primum reclusos, ab Aquinate locupletatas uberrime, sacrae iuventuti pervios esse curetis. Qua in re memoria ne excidant quae Decessor Noster fel. rec. Leo XIII[2], Nosque ipsi documenta dedimus, quum saepe alias, tum etiam Encyclicis Litteris die **VIII** mensis

avanzarci.. Ne da trascurarsi è pure l'ultima ragione eh' egli soggiunge : *tra la fede e la visione essere di mezzo Vintelligenza, che possiamo avere in questa vita, e quanto più alcuno in essa profitta, tanto più si accosta alla visione, alla quale tutti aneliamo '.*

Con questi e simiglianti principi Anselmo gettò i fondamenti del sano indirizzo negli studi filosofici e teologici, indirizzo che poi altri sapientissimi personaggi, principi della scolastica, fra cui massimamente il dottore di Aquino, seguirono, accrebbero, illustrarono e perfezionarono a grande onore e difesa della Ghiesa. E su questo merito di Anselmo abbiamo insistito volentieri, Venerabili Fratelli, per averne una nuova e desiderata occasione di inculcarvi che procuriate di ricondurre la gioventù, del clero segnatamente, alle fonti saluberrime della sapienza cristiana, schiuse fra i primi dal dottore di Aosta e arricchite in gran copia dall'Aquinate. Al qual proposito non si dimentichino le istruzioni del Nostro Predecessore Leone XIII di felice ricordanza[2] e le Nostre stesse, ripetute molte volte e

[1] ***De fide Trinitatis,*** Praefatio.

[2] Encycl. ***Aeterni Patris*** diei **4** Augusti MDCGCLXXIX.

Septembris anno MDCCCCVII, queis initium *Pascendi dominici gregis.* Patent heu nimium ruinae, quae, neglectis hisce studiis aut nec ' certa nec tuta via susceptis , effossae • sunt, quum hon pauci, etiam e clero, nec idonei nec parati, minime dubitarmi *praesumendo in altissimas de fide quaestiones assurgere* [1]. Quae una cum Anselmo rugentes, eius verba usurpamus, ita graviter monentis: *Nemo ergo se temere immergat in condensa divinarum quaestionum, nisi prius firmus sit in soliditate fidei, conquisita morum et sapientiae gravitate, ne per multiplicia sophismatum diverticula incauta levitate discurrens, aliqua tenaci illaqueetur falsitate* [2]. Cui levitati si faces accedant cupiditatum, ut fere fit, actum est de studiis gravioribus ac de integritate doctrinae. Inflati enim *insipiente superbia,* qualem in *haeretice dialecticis* dolet Anselmus, contemptui habent sacras auctoritates, id est divinas Litteras, Patres, Doctores, de quibus verecundioris ingenii iudicium non esse poterit aliud nisi hoc: *Nec nostris nec futuris temporibus ullum illis parem in veritatis*

anche nella già ricordata Enciclica *Pascendi dominici gregis.* Troppo apertamente si va confermando ogni giorno più, per la triste esperienza, il danno e la rovina dell'aver trascurato siffatti studi o preso a farli senza metodo fermo nè sicuro; mentre prima di essere idonei o preparati, molti presunsero discutere *le più alte questioni della fede* \ Il che, deplorando con Anselmo, ne ripetiamo insieme le forti raccomandazioni: *Ninno temerariamente s'immerga nelle intrigate questioni delle cose divine, se prima non ha acquistato, con la sodezza della fede, gravità di costumi e di senno, acciocché discorrendo con incauta leggerezza per i rigiri molteplici dei sofismi, non dia nel laccio di qualche tenace falsità* [2]. E questa *incauta leggerezza,* ove sia scaldata, come spesso avviene, al fuoco delle passioni, è la rovina totale dei seri studi e della integrità della dottrina. Poiché gonfi di quella superbia insipiente, lamentata da Anselmo nei dialettici ereticali del suo tempo, essi disprezzano le sacre autorità e delle sante Scritture e dei Padri e dei Dottori, dei quali direbbe invece un ingegno più modesto le parole rispettose di Anselmo : *Nè ai nostri tempi nè ai futuri speriamo altri*

[1] ***JDe fide Trinitatis,*** cap. 2.
[2] Ibid.

contemplatione speremus[1]. Nec maiore in pretio habent Ecclesiae monita vel Pontificis Maximi, eos ad meliorem frugem revocare conantium, pro rebus dare verba solliciti et in fictum obsequium proni, quo fuco auctoritatem sibi et plurimorum gratiam concilient. Fore autem ut hi ad saniora consilia se referant vix ulla spes affulget, quod ei dicto audientes esse detrectent, cui *domino et Patri universae Ecclesiae in terra peregrinantis... divina Providentia... vitam et fidem christianam custodiendam et Ecclesiam suam regendam* commisit; ideoque *ad nullum alium rectius refertur, si quid contra catholicam fidem oritur in Ecclesia, ut eius auctoritate corrigatur ; nec ulli alii tutius, si quid contra errorem respondetur, ostenditur, ut eius prudentia examinetur* [2]. Atque utinam perduelles isti, qui se candidos, apertos, omnis officii retinentissimos, usu rerum et religionis praeditos, operosa fide pollentes tam facile profitentur, sapienter ab Anselmo dicta percipiant, eius exemplo institutoque se gerant, idque maxime in animo defigant: *Prius ergo fide mundandum est*

pari a quelli nella contemplazione della verità [1]. Nè fanno maggior conto dell'autorità della Chiesa e del Sommo Pontefice, quando si adoperi di richiamarli a miglior senno, sebbene a parole siano talora ben larghi in proteste di soggezione, finche cioè sperano con queste di coprirsi, guadagnando credito e protezioni. Ora tale sprezzo chiude quasi la via ad ogni fondata speranza di resipiscenza degli erranti; mentre essi negano obbedienza a Colui al quale *la divina Provvidenza, come a signore e Padre della Chiesa tutta pellegrinante in terra, ...ha commesso la custodia della vita e della fede cristiana e il governo della sua Chiesa; e perciò ove insorga cosa nella Chiesa contro la fede cattolica, a nessun altro va riferita più giustamente, perchè dall'autorità di lui sia corretta; nè ad altri con più sicurezza viene mostrato quello che si risponde contro l'errore, perchè dalla prudenza di lui sia esaminato* [2]. Ma Dio volesse che cotesti miseri traviati, i quali hanno spesso in bocca le belle parole di *sincerità*, di *coscienza*, di *esperienza religiosa*, di *fede sentita*, *vissuta* e via dicendo, imparassero da Anselmo e ne intendessero le sante dottrine, ne imitassero i gloriosi esempi;

[1] ***De fide Trinitatis,*** Praefatio.
[2] Ibid.

cor... et prius per praeceptorum Domini custodiam illuminandi sunt oculi... et prius per humilem obedientiam testimoniorum Dei debemus fieri parvuli, ut discamus sapientiam ... Et non solum ad intelligendum altiora prohibetur mens ascendere sine fide et mandatorum Dei obedientia, sed etiam aliquando datus intellectus subtrahitur et fides ipsa subvertitur, neglecta bona conscientia *. • •

Quod si turbulent! homines ac protervi pergent causas errorum ac dissidii serere, doctrinae sacrae patrimonium diripere, violare disciplinam, venerandas consuetudines habere ludibrio, quas *velle convellere genus est haeresis* [2], ipsam denique divinam Ecclesiae constitutionem funditus evertere; iam videtis, Venerabiles Fratres, quam sit Nobis ad vigilandum ne tam dira pestis christianum gregem, adeoque teneriores foetus, inficiat. Hoc a Deo non intermissis precibus flagitamus, interposito Augustae Dei Matris patrocinio validissimo,

sopra tutto bene si scolpissero nell'animo questo suo detto: *Prima è da mondare il cuore con la fede, e prima da illuminare gli occhi mediante l'osservanza dei precetti del Signore,... e prima con l'umile obbedienza alle testimonianze di Dio, dobbiamo farci piccoli, per imparare la sapienza... E non solamente, tolta la fede e la obbedienza dei comandamenti di Dio, la mente è impedita di salire a intendere verità più alte, ma ancora alle volte la intelligenza data, viene sottratta e la fede stessa sovvertita, se si trascura la buona coscienza* [1].

Che se gli erranti continueranno ostinati a spargere cause di dissensioni e di errori, a disperdere il patrimonio della dottrina sacra della Chiesa, a impugnarne la disciplina, a schernirne le venerande•consuetudini, *cui voler distruggere* è *una specie di eresia,* giusta il detto di Anselmo [2], e abbatterne dalle fondamenta la stessa divina costituzione, tanto più strettamente dobbiamo invigilare Noi, Venerabili Fratelli, e allontanare dal Nostro gregge e dalla parte più tenera di esso in particolare, che è la gioventù, una peste così esiziale. Questa grazia imploriamo da Dio con preghiere incessanti,

[1] De ***fide Trinitatis,*** cap. 2.

[2] S. ANSELM., De ***nuptiis consanguineorum,*** cap. 1.

deprecatoribus etiam adhibitis triumphantis Ecclesiae beatis civibus, praesertim Anselmo, christianae sapientiae fulgido lumine ac sacrorum iurium omnium incorrupto custode strenuoque vindice. Quem gratum est iisdem compellare verbis, quibus etiam tum in terris degentem compellat sanctissimus Decessor Noster Gregorius VII : *Quoniam fructuum tuorum bonus odor ad nos usque redoluit, quam dignas grates Deo referimus, et te in Christi dilectione ex corde amplectimur, credentes pro certo, tuorum studiorum exemplis Ecclesiam Dei in melius promoveri, et tuis similiumque tibi precibus etiam ab instantibus periculis, Christi subveniente misericordia, posse eripi... Unde volumus tuam tuorumque fraternitatem assidue Deum orare, ut Ecclesiam suam et Nos, qui ei licet indigni praesidemus, ab instantibus haereticorum oppressionibus eripiat, et illos, errore dimisso, ad viam veritatis reducat*[1].

Talibus freti praesidiis et studio vestro confisi, apostolicam benedictionem, caelestis auspicem gratiae et singularis

interponendo il validissimo patrocinio dell'Augusta Madre di Dio ed anche l'intercessione dei beati cittadini della Chiesa trionfante, di S. Anselmo in specie, fulgido lume di cristiana sapienza, custode incorrotto e forte vindice di tutti i sacri diritti della Chiesa. Al quale Ci piace rivolgere qui su l'ultimo le parole che a lui vivente scriveva il Nostro santo Predecessore Gregorio VII: *Poiché l'olezzo delle tue opere buone è giunto fino a noi, ne rendiamo degne grazie a Dio, e ti abbracciamo di cuore nell'amore di Cristo, credendo per certo che dagli esempi tuoi la Chiesa di Dio è avvantaggiata in meglio e per le preghiere tue e dei simili a te potrà essere anche liberata dai pericoli che le stanno sopra, soccorrendoci la misericordia di Cristo. Quindi preghiamo la tua fraternità di supplicare a Dio assiduamente, affinchè sottragga la sua Chiesa e Noi, che sebbene indegni la governiamo, dalle istanti oppressioni degli eretici, e questi riconduca, abbandonato l'errore, alla via della verità*[1].

Da tanta protezione sostenuti, e fiduciosi della vostra corrispondenza, a voi tutti, o Venerabili Fratelli, al clero ed al popolo a ciascuno di voi

[1] In libro II ***Epist. S. Anselmi,*** ep. 31.

Nostrae benevolentiae testem, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, universoque clero et populo singulis commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, in festo S. Anselmi, die xxi mensis Aprilis anno MDCCCCIX, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X.

affidato, auspice della grazia celeste e testimonio delia Nostra speciale benevolenza, impartiamo con ogni affetto nel Signore l'apostolica benedizione.

Dato a Roma, presso S. Pietro, il giorno festivo di Sant'Anselmo, 21 aprile 1909, l'anno sesto del Nostro Pontificato.

PIUS PP. X.

Annus I. - Vol. I. Die 15 Maii 1909. Num. 9.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

INDULGENTIAE CONCEDUNTUR PIO OPERI A CONSERVANDA AC TUTANDA FIDE IN HISPANUS CANONICE MATRITI ERECTO.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum, sicut ad Nos est relatum, pium opus *a conservanda ac tutanda fide in Hispaniis* canonice Mattiti exstet erectum, et dilectae in Christo filiae, operis eiusdem praeses generalis, praesidique adsistentes e consilio centrali, Nos enixis precibus flagitaverint, ut operis memorati sociis plenarias nonnullas partialesque indulgentias largiri de apostolica benignitate dignaremur; Nos votis hisce piis, quae et in frugiferae huius consociationis incrementum, et in christiani populi spirituale bonum apprime cedunt, ultro libenterque annuendum existimavimus. Quae cum ita sint, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus, qui huic pio operi'nomen suum dare intendant, die primo eorum ingressus in ipsam consociationem, vel alio quolibet intra mensem proxime subsequentem; ad cuiusque lubitum eligendo die, si vere poenitentes SS. Eucharistiam sumpserint, plenariam; ac tam inscriptis quam in posterum inscribendis eandem in societatem sodalibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere item poenitentes et confessi ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium submisso animo susceperint, etiam plenariam; tandem similiter iisdem tam inscriptis quam in posterum inscribendis memorato in pio opere sociis, qui item admissorum confessione expiati, ac caelestibus epulis refecti, quotannis, diebus festis Immaculatae Conceptionis Virginis Dei-

parae, caelestis dicti operis patronae, Nativitatis atque Epiphaniae D. N. Iesu Christi, S. Iosephi B. M. Virginis sponsi, sanctorum Petri et Pauli apostolorum, sancti Iacobi apostoli Hispaniarum patroni, sancti Alfonsi M. de Ligorio operis patroni, necnon B. **M.** Virginis vulgo *del Pilar*, a primis vesperis ad occasum solis, propriam dicti operis ecclesiam, si exstet in locis ubi sodales ipsi commorantur, secus ecclesiam quamlibet vel oratorium publicum visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione, ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione, necnon pro eiusdem pii operis incremento, pias ad Deum preces effundant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam ac remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea operis ipsius sociis, nunc et in posterum exsistentibus, quoties conventibus, aut communibus sodalitii aut privatis consiliorum, contrito saltem corde interfuerint, septem annos totidemque quadragenas; quoties vero contrito pariter corde ac devote vel pro fidei apud Hispanos conservatione ac tuitione preces fundant, vel pro operis incremento quodvis pietatis sive caritatis opus exerceant, toties iis, in forma Ecclesiae solita, de numero poenalium dierum trecentos expungimus. Tandem largimur sodalibus ipsis, si malint, liceat, excepta plenaria in mortis articulo lucranda indulgentia, supra recensitis omnibus aliis, tum plenariis tum partialibus indulgentiis, functorum vita labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die v Februarii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

De speciali mandato SSmi

L. £ß S. , pro Dno Cardinali a secretis Status

F. Tedeschini, *Cancellarius a Brevibus.*

IL

VENERABILIS IOANNA DE " ARC „ VIRGO, AURELIANENSIS PUELLA NUNCUPATA, RENUNCIATUR BEATA.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Virginis in omne aevum nobilis, Aurelianensis puellae nomen, iam immortalitati traditum, et modo beatorum caelitum albo inscribendum, testis est divinae potentiae, quae « infirma

« mundi elegit ut confundat fortia » (I *Cor.* **i,** 27). Cum enim anno reparatae salutis **Mccccxxvin** civiles tumultus intestinaeque discordiae non minus quam diuturnum et grave cum Anglis bellum iam extremum exitium ac perniciem Galliae portenderent, nec ullum perfugium victis, neque spes arrideret salutis, Deus, qui singulari iugiter amore hanc nobilissimam nationum est prosecutus, mulierem excitavit, « ut liberaret populum suum, et « acquireret sibi nomen aeternum » (I *Mach, vi,* 44). Magnanimae ac pientissimae Ioannae de *Arc,* Aurelianensis puellae nuncupatae, tota vita prodigium visa est. Nata in oppido Domremensi, intra fines dioecesis Tullensis prope lucum opacum Druidicae quondam superstitionis asylum, paternas oves pascebat Ioanna; sed hic, rudis et paupercula villica, quae nondum impleverat tertium aetatis suae lustrum, in lato subiectae vallis prospectu, animum extollebat ad illum qui montes et silvas, agros et dumeta tali distinxit ornatu, ut quamlibet praedivitem pompam et regiae quoque purpurae fastum longe superarent. Insciae mundi .puellae sola cura erat rusticani Virginis aram lectis onerare floribus, tantique belli strepitus vix eius aures contigerat. Sed cum Aureliarum oppugnatio iam traheret praecipiti casu et ipsam urbem et Caroli VII regis fortunam, iam enim nobiliores Galliae provinciae in Anglorum irruentium ditionem cesserant, extremis hisce in angustiis, Ioannae in domestico pomasio consuetis officiis intentae, audita est caelestis militiae principis Michaelis vox, qualis olim-insonuit Iudae Machabaeo: « Accipe sanctum gladium, munus a Deo, in quo deiicies adversa« rios populi mei Israel » (II *Mach,* xv, 16). Filia pacis ad bellica ciebatur; obstupuit prius ac timuit virgo, sed post repetitas de caelo voces, quasi divino spiritu afflata, minime dubitavit quin colum in ensem, et calamos pastorales in clangorem tubarum mutaret. Non illam parentum pietas, non longi itineris pericula in Deo operantem detinuerunt. Quare simplici, sed sublimi eloquio, stat in conspectu potentium, se adduci iubet ad regem, disiectisque interpositis moris, reiectionibus ac dubiis, mandatum quod sibi divinitus traditum putabat, regi Carolo aperit, et freta caelestibus signis, se Aurelias ab obsidione liberaturam pollicetur. Tunc Deus, « qui « dat lasso virtutem, et his, qui non sunt, fortitudinem et robur multi« plicat » (Is. XL, 29), ea sapientia, doctrina, rei militaris peritia atque etiam occultarum divinarumque rerum scientia pauperem villi eam, quae ne litteras quidem callebat, donavit, ut iam ambigeret nemo, quin populi salus in ea esset. Fit undique admixtae plebis concursus, assueti bellis milites, dynastae, duces, nova spe elati, gratulantes, ovantes, sequuntur puellam. Ipsa vehens equo, virgineum corpus virilibus armis onusta, gladio praecincta et manu quassans album vexillum, aureis liliis contextum, in Anglos iteratis victoriis superbos interrita ruit: et nobili praelio, non sine

praesenti Dei ope, metu perculsis profligatisque hostilibus copiis, die vir mensis maii anno MCCCCXXIX obsessa Aurelianensium moenia victrix recuperat. At prius quam in Anglica propugnacula impetum facerent, Ioanna milites hortabatur sperarent in Deo, diligerent patriam, Ecclesiae sanctae mandata servarent. Innocens, sicuti iam in custodia gregis, at fortis uti herois, terribilis in hostes erat, sed vix lacrimis temperare poterat, cum morientes videret ; princeps in praelium ibat, at neminem gladio feriebat, pura sanguinis atque immaculata, licet inter caedes et licentiam castrorum. Tunc vere apparuit quid possit fides ! Continuo populus sumit novos ex insperato animos, et patriae caritas ac restituta in Deum pietas validiores addit ad egregia facinora vires. Invicta rebus maximis puella multiplici certamine lacessit Anglos, et postremo eorum exercitum prope Pataium oppidum celeberrima pugna fundit ac repellit, regemque suum Carolum VII splendido triumpho ducit Rhemos, regia consecratione sollemni ritu inungendum, eo quidem in templo, quo iam primus Francorum rex Clodovaeus lustralibus aquis a divo Remigio ablutus, Gallicae nationis fundamenta posuerat. Sic contra hostes Gallici nominis de caelo dimicatum est, sic servata divinitus patria Arcensis virgo missionem peregerat. Ipsa humilis corde ad ovile et pauperem casam unice optavit remeare, sed iam caelo digna, voti compos fieri nequit. Etenim paulo post pugnans capitur ab hostibus, nimis aegre ferentibus, se a puella de victos fuisse; et in vincula coniecta, post varias aerumnas duramque in castris inimicorum custodiam, tandem Rothomagi sex post menses quasi piacularis hostia pro redimenda Gallia damnatur igni. Splendide fortis ac pia etiam in supremo discrimine Deum rogavit ignosceret interfectoribus suis, patriam regemque incolumes servaret. Imposita in rogum et iam flammis edacibus involuta, caelesti in obtutu defixa permansit; veneranda ac dulcia Iesu et Mariae nomina morientis puellae novissima verba fuerunt. Sic inclyta virgo lauream assequuta est immortalem; sed sanctitatis eius fama et gestarum rerum memoria in ore hominum praesertim in civitate Aurelianensi vixit, usque ad saecularis celebritatis honores ei nuper exhibitos, vivetque in posterum semper nova laude recens. Et sane in illam apprime cadere videtur impartita Iudith laus « in omni gente, quae audierit nomen tuum, magnificabitur « super te Deus Israel » *(Iudith,* xni, 31). Verum nonnisi recentioribus temporibus penes sacrorum Rituum Congregationem causa agitari coepta est de decernendis Arcensi Virgini beatorum caelitum honoribus, atque hoc quidem contigit ex auspicato ; praesenti enim tempestate, qua tot tantaque mala videt lugetque catholicus orbis, qua tot christiani nominis osores patriae amorem ementiuntur supra civitatis ac religionis ruinas, placet Nobis gloriosa fortissimae Virginis exempla celebrare, ut hi meminerint, « agere ac

« pati fortia, christianum esse ». Spes autem Nobis prope certa est, futurum ut ipsa ven. Dei serva nunc beatis addenda caelicolis, impetret patriae suae, de qua optime meruit, robur antiquae fidei ; catholicae autem Ecclesiae, cuius fuit studiosissima, impetret solamen ex reditu tot errantium filiorum. Quare, anno post decretum editum VIII idus ianuarii anni MDCCCCIV, probationibus iuridice sumptis riteque expensis, ven. Dei famulae Ioannae de *Arc* Virginis Aurelianensis, puellae nuncupatae, virtutes heroieum attigisse fastigium sollemni decreto sanximus. Inita est deinde actio de miraculis, quae ea deprecante divinitus patrata ferebantur, omnibusque de iure absolutis, Nos, per decretum in vulgus editum idibus decembribus anno MDCCCCVIII de tribus miraculis constare suprema auctoritate apostolica-declaravimus. Quum igitur de virtutibus ac de triplici miraculo iam esset prolatum iudicium, illud supererai discutiendum, num venerabilis Dei famula inter beatos caelites tuto foret recensenda. Hoc praestitit dilectus Filius Noster Dominicus S. R. E. Cardinalis Ferrata causae relator, in generali conventu coram Nobis in vaticanis aedibus pridie idus Ianuarii anni vertentis habito, omnesque tum Cardinales sacris tuendis Ritibus praepositi, tum qui aderant patres consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos vero in tam gravis momenti re Nostram aperire mentem abstinuimus, distulimusque supremum iudicium in alium diem, ut supernum antea lumen fervidissimis precibus postularemus. Quod cum impense fecissemus, tandem nono kalendas februarias huius anni, laetissimo die per sollemnia divinae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph, Nos eucharistico Sacro rite litato, adstantibus cia. me. Seraphino Cardinali Cretoni sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, ac dilecto Filio Nostro Dominico S. R. E. Cardinali Ferrata causae relatore, necnon venerabili Fratre Diomede Panici Archiepiscopo titulari Laodicensi eiusdem Rituum" Congregationis Secretario, et R. P. D. Alexandro Verde sanctae fidei Promotore, sollemniter pronunciavimus, tuto procedi posse ad sollemnem ven. Dei servae Ioannae de *Arc* beatificationem. Quae cum ita sint, moti etiam suffragiis votisque Sacrorum Antistitum universae Galliae), aliarumque regionum, auctoritate Nostra apostolica, harum litterarum vi, facultatem facimus, ut-venerabilis Dei serva Ioanna de *Arc,* Aurelianensis puella nuncupata, beatae nomine in posterum appelletur, atque imagines illius radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra auctoritate concedimus ut de illa recitetur Officium, et Missa celebretur singulis annis de communi Virginum cum orationibus propriis per Nos approbatis. Eiusmodi vero Missae celebrationem et Officii recitationem fieri dumtaxat concedimus in dioecesi Aurelianensi ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur ; et quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad tempia in quibus

eiusdem festum agitur confluentibus, servato decreto sacrorum Rituum Congregationis (3862, *Urbis et Orbis),* die **ix** Decembris anno MDCCCXCV dato. Denique facultatem facimus, ut sollemnia beatificationis venerabilis Dei famulae Ioannae de *Arc* in dioecesi ac templis supradictis celebrentur ad normam decreti seu instructionis S. Rituum Congregationis diei **xvi** Decembris **MDcqcm,** de triduo intra annum a beatificatione sollemniter celebrando, quod quidem fieri praecipimus diebus per Ordinarium designandis intra annum, postquam eadem sollemnia in patriarchali vaticana basilica celebrata fuerint. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint/ et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi his litteris ostensis haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xi Aprilis **MCMix,** Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £ß S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

III.

ECCLESIA S. MARIAE ANGELORUM DE PORTIÜNCULA DECLARATUR BASILICA PATRIARCHALIS ET CAPELLA PAPALIS, PRIVILEGIIS AC IURIBUS RECOGNITIS ET AMPLIAT1S.

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam. — Omnipotens ac misericors Dominus, qui in terram universam, sicut imbres salutares, caelestes gratias effundit, sapientissimo suae providentiae consilio sanctiora quaedam in orbe loca praesenti numine illustrat, ut inde christianus populus, quasi e fonte perenni, divina charismata uberiori haustu nanciscatur. Celeberrima haec inter sanctuaria, quis dubitet esse accensendum illud sanctae Mariae ab Angelis, sive de Portiuncula appellatum, inclyti Franciscalis Ordinis origine clarum, ac nedum Italiae, sed etiam totius catholici mundi ornamentum ac decus? Memoriae traditum est, quarto reparatae salutis saeculo, dum Petri Cathedram obtineret sa. me. decessor Noster Liberius Pontifex, quatuor pios fideles, peregre Ierusalem advenientes, consedisse in valle, Assisii moenibus supposita, ibique sacellum aedificasse, quod ob fragmentum sepulcri Deiparae, una cum insignibus reliquiis a Cyrillo

Patriarcha acceptis, eodem in sacello depositum, sanctae Mariae a Iosaphat dicarunt. Ex hoc fragmine beati illius sepulcri, ubi Virginis corpus iacuit, brevi sideribus inter Angelorum choros assumptum, Mariae ab Angelis nomen aediculae est factum. Hanc sanctus Benedictus monachorum Occidentis pater, anno DXI post Christum natum, instauravit, eidemque dono adsignavit modicam continentis agri partem, unde Portiuncula dicta fuit. Sanctissimae vitae monachi et eremitae illam per saecula summa religione excoluerunt, atque etiam, cum iniuria temporum pene diruta mansit, Assisienses cives labentem Virginis ab Angelis aediculam pie celebraran!, ipsaque divi Francisci genitrix Pica fertur ibidem maternitatis gratiam assequuta fuisse. Hoc igitur sacellum vel a prima iuventute gratum acceptumque Francisco fuit, qui, filiali illud obsequio recolens, restituendum prius ornandumque curavit, ac postea evangelicae perfectionis viam, Deo vocante, ingressus, Minoritici Ordinis fundamenta ibi posuit. Primis enim sibi adscitis sodalibus, hic mirabilem illam paupertatis, obedientiae et sacri apostolatus regulam mente molitus est, quam paulo post Romae Innocentius PP. III cia. me. praedecessor Noster, caelesti visu monitus, ut labantes lateranas aedes Francisci ope atque opera reficeret, oblatam ab ipso Sancto eoque adstante, die xvi mensis aprilis anno MCCIX auctoritate apostolica probavit. Hoc etiam in loco, ubi Fratrum Minorum Ordinem inchoaverat feliciter, Clarae nobili Assisiensi puellae rudem seraphicae religionis tunicam Franciscus imposuit, eaque pia caeremonia sacram monialium Franciscanum familiam instituit. Hic primi sunt habiti capitulares coetus, hic celeberrima est legifero Patri illa divini Salvatoris ac Mariae Virginis obiecta caelestis visio, unde Portiunculae [indulgentia manavit. Quam vero vivens ante omnes dilexerat tantisque miraculis illustraverat sedem, etiam in morte Sanctus confratribus suis commendavit: « Videte, « filii, ne unquam hunc locum relinquatis, nam locus iste vere sanctus est, « et habitatio Christi ac Virginis matris eius ». Hic penes aram Virginis ab Angelis et Portiunculae sanctuarium mandavit Franciscus asservari post obitum cor suum, quasi significaret, hunc locum eum esse, quem prae omnibus adamasset in terris: hic optavit mortalis aevi cursum implere: huc iussit socios se morientem adducerent: hic denique dissolvi cupiens et cum Christo esse, in dulcissimo asylo supremum diem placido obiit. Sed postquam sanctus fundator e vivis excessit, et corpus eius Assisii in praenobili basilica conditum est, non intermisso tamen per saecula concursu, christianus populus aedes sanctae Mariae Angelorum sive de Portiuncula celebravit. Innumeri quotannis ex omni conditione cives, advenae, principes, dynastae, reges atque imperatores ad indulgentiam rite acquirendam illuc peregre convenerunt, atque etiam in praesens, die pro

lucrandis indulgentiis designata, maximum templum confluentium peregrinorum turmis continendis aegre par est. Nec paulum honoris eidem sanctuario ex eo accessit, quod plures Romani Pontifices Nostri decessores, nempe Gregorius TX, innocentius IV, Clemens IV, Honorius IV, Benedictus XI, Urbanus VI et Bonifacius IX devotam ad templum sanctae Mariae Angelorum peregrinationem susceperint, atque in continenti coenobio interdum morati sint, ut non modo sanctuarium venerarentur, verum etiam singulare, quo flagrarent, in Portiunculam studium ostenderent, et sacras easdem aedes praesentia pontificiae maiestatis implerent. Sanctuarium ipsum invisere Pius II, Syxtus IV, Iulius II, Clemens VII, Paulus **III** ac Pius VII, quorum postremus Romam repetens, die x v maii mensis anno **MDCCcv,** in templo Angelorum eucharisticum Sacrum litavit. Romani etiam Pontifices Gregorius XVI et Pius IX, recentioribus temporibus, ecclesiam ipsam ab Angelis angusta visitatione cohonestarunt. Meminisse tamen potissimum iuvat, Pium V sa. me. decessorem Nostrum, cuius munificentia in custodiam venerandae aediculae de Portiuncula excitatum fuit immani molitione templum, amplitudine, structura ac mirandis operibus splendidum, cum arduo ac mirifico tholo, qui longe lateque prospiciet, totius Umbriae incolis seraphici Patris gloriam enarrat. Nec minus memoria dignum arbitramur Gregorium PP. XVI, qui eversam terraemotu ecclesiam anno MDCCCXL restituit, novoque cultu decorandam curavit. Sollicitam quoque curam Romani Pontifices Nostri decessores gesserunt, ut in sancto loco, in quo Franciscus pater gratiae spiritum acceperat, suique Ordinis iecerat fundamenta, religiosi viri eius filii regulam ab illo praescriptam et huius S. Sedis auctoritate probatam accuratiori studio servarent. Sapienti prorsus consilio etiam iidem Nostri Praedecessores consuluerunt, ut gloriosae traditiones ac memoriae Portiunculae debito in honore haberentur omnes, atque immutatae perseverärent. Ad haec, suum in Portiunculam peculiarem cultum, latis etiam solemnibus decretis, demonstrarunt, quibus prohibuere, ne quis circa ambitum sanctuarii, vel adnexi conventus, habitationis domos vel stabiles tabernas condere auderet; aliisque praeterea decretis, tum aquaeductus reparationibus tum viarum conserva* tioni, providerunt. Iidem denique Pontifices sacris iubilaei annis indulgentiam de Portiuncula in templo Angelorum lucrandam ab universali indulgentiarum suspensione iugiter exceperunt, probe reputantes, non decere, indulgentiam a Deo immediate derivatam per Pontifices revocari vel suspendi. Non intermissa vero liberalitate placuit Decessoribus Nostris, multiplicibus spiritualium gratiarum thesauris ac singularibus indulgentiis praecipuisque privilegiis, vel a primordiis seraphici Ordinis, sacram eandem aedem cohonestare, augere atque locupletare. Enitet prae ceteris

omnino singularis atque in universo catholico orbe percelebris plenaria de Portiuncula nuncupata indulgentia, quotannis a fidelibus sacramentali admissorum confessione expiatis, die secunda mensis augusti, a primis vesperis usque ad occasum solis diei eiusdem toties lucranda quoties sacellum de Portiuncula visitent. Alia autem inter peculiaria privilegia accenseri debent, indulgentia plenaria perpetua, consuetis sub conditionibus in Angelorum templo quotidie acquirenda, quam decessor Noster Innocentius PP. XII largitus est pontificiis litteris, quarum initium est *Redemptoris,* die xviii mensis augusti anno MDCLXXXXV datis; nec non similiter plenaria, quotannis, die anniversario consecrationis templi eiusdem a fidelibus ex utroque sexu lucranda, qui admissorum confessione expiati et caelestibus epulis refecti, ecclesiam Angelorum, a primis vesperis ad occasum solis eiusdem diei, pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces fundentes visitent; quam^indulgentiam anno MDCCCXXXX a cia. me. S. R. E. Cardinali Lambruschini vivae vocis oraculo prolatam accepimus. Praeterea eodem in templo Angelorum pio fidelium sodalitio canonice instituto Pius PP. IX rec. me. decessor Noster, archisodalitatis titulum singularesque indulgentias impertitus est. Tandem tum privilegia Missarum pro defunctis a Purgatorii poenis vindicandis, quibus plura pollent templi eiusdem altaria; tum privilegium Missae votivae pro nonnullis Portiunculae sacellis; tum peculiares facultates pro confessariis ac poenitentiariis; tum aliae quamplures gratiae omnino speciales ipsi sanctuario concessae, impensam Romanorum Pontificum devotionem ac munificentiam erga perinsigne illud templum luculentissime testantur. Nunc autem, cum die sextadecima praesentis mensis aprilis, septimum sese vertat feliciter saeculum, ex ea die in universo coetu Seraphicae familiae summopere veneranda, qua sanctus pater Franciscus, professus Ordinis regulam in manibus Innocentii III Pontificis, apostolicam adprobationem ab eo est adeptus, atque ita Minorum Ordini initium dedit; eaque de causa Ordinis illius Praepositus generalis, suo et universae religiosae familiae, cui ipse praeest, nomine, Nos enixis precibus flagitaverit, ut auspicatissimam nacti occasionem sanctuarium beatae Mariae Virginis ab Angelis in Portiuncula appellatum ad basilicae patriarchalis gradum dignitatemque evehere de apostolica potestate velimus; Nos probe noscentes, hanc celeberrimam ecclesiam tot claram memoriis tantisque inclytam prodigiis, maxime venerabilem exstare Minorum Fratrum Ordini, qui debet in ea natalem fontem respicere, votis hisce annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus. Quae cum ita sint, Nos, filialis devotionis obsequio ducti, quo divum Franciscum prosequimur, atque etiam singulare et praecipuum voluntatis

.Nostrae pignus exhibere volentes universo Fratrum Minorum Ordini, cuius Nos ipsi patroni sumus protectoresque, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, illud edicimus, propriis suadentibus causis, maximeque gloriosis Franciscalium fastorum memoriis, ecclesiam S. Mariae Angelorum in Portiuncula, intra fines sitam dioecesis Assisiensis, caput et matrem Ordinis Minorum iure esse appellandam, quemadmodum Assisiensis basilica, in qua sancti Francisci corpus requiescit, suarum ob momenta laudum a decessoribus Nostris Gregorio IX et Benedicto XIV simili titulo est aucta. Praeterea item motu proprio deque Nostrae potestatis plenitudine, tenore praesentium, ecclesiam eandem Angelorum in Portiuncula in basilicam patriarchalem et capellani papalem erigimus, ac talem ex nunc in futurum perpetuo esse et fore decernimus : eamque basilicam patriarchalem et capellani papalem aeque [ac pariformiter nuncüpari et haberi volumus ac aliae basilicae patriarchales intra almam Urbem et extra illius muros, nec non capellae papales in pontificiis aedibus et prope eas constitutae appellantur atque censentur. Propterea patriarchalem basilicam sanctae Mariae Angelorum in Portiuncula et continentem illi conventum, una cum rebus omnibus, quae ad basilicam ipsam conventumque pertineant, apostolica pariter Nostra auctoritate, tenore praesentium, iurisdictioni, patronatui ac dominio Nostris et Successorum Nostrorum atque huius S. Sedis de pleno iure subiicimus, relinquentes, uti antea, usum perennem perpetuamque utriusque custodiam Fratribus Minoribus seraphicae provinciae. Expresse tamen praecipimus, ut ipsius provinciae Minister, ad maius insignis sanctuarii decus, stabilem inibi residentiam ponat, atque una cum custode, in capitulis aut in congregationibus provincialibus electo, personaliter atque efficaciter consulat, ut eadem basilica excelsam illam dignitatem tueatur, qua eam, patriarchalis addito perhonorifico titulo, Apostolica Sedes cohonestare dignata est. In memoriam autem immediatae subiectionis tum basilicae ipsius tum conventus, una cum omnibus pertinentiis, apostolicae huic sanctae Sedi, auctoritate Nostra censum imponimus unius librae cerae albae quotannis in pervigilio Natalis sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuis futuris temporibus, Camerae Apostolicae solvendum. Volumus praeterea, ut in ecclesia Angelorum, sic ad sublimem patriarchalis basilicae honorem evecta, penes altare maius, in cornu evangelii, pontificius thronus, sive cathedra, stabili modo erigatur pro solius Romani Pontificis ac nullius alterius usu. Altare autem maius, in ipsa patriarchali basilica positum, ex ea parte dumtaxat, qua thronum pontificium respicit, altare pontificium, seu papale, ex nunc in posterum esse et fore declaramus, ita ut nemini liceat absque speciali

indulto, seu extra casus, qui in Caeremoniali recensentur, Missam in eo sive privatim sive sollemniter celebrare. Quod vero spectat ad sacras actiones eadem in basilica peragendas, et caeremoniales ritus ibidem servandos, Nos rem committimus pertractandam sacrorum Rituum Congregationi, cuius erit multiplices leges et regulas in unum codicem colligere, a Nobis suo tempore probandum iuxta Caeremonialem qui patriarchalibus basilicis de iure competit. Verum omnibus et singulis, ad quos pertinet, aut in posterum pertinere poterit, praesentium vi, mandamus, ut ea omnia servent adamussim, quae ab eadem Rituum Congregatione idcirco statuta erunt, ipsiusque Congregationis praescriptionibus ac dispositionibus in omnibus ac per omnia se conformari studeant, iisque obsequantur. Ad perennandam vero praesentis concessionis memoriam, qua sanctuarium ab Angelis, caput et mater Ordinis Minorum, ad patriarchalis basilicae honorem erigitur, indulgemus, ut auspicati eventus mentio fiat in lectionibus Officii Ordinis Seraphici. Nunc autem oculos mentis Nostrae convertentes ad innumeros pene ac praecipuos indulgentiarum thesauros, quibus sanctuarium in Portiuncula nobilitatur, Nos de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, ea omnia confirmamus privilegia, quae a Decessoribus Nostris per authentica documenta concessa fuisse compertum est. Immutatam manere volumus imprimis insignem Portiunculae indulgentiam, dumtaxat quotannis die secunda mensis augusti, a primis vesperis ad occasum usque solis diei ipsius, a fidelibus ex utroque sexu, tantummodo confessis, toties acquirendam quoties sitam in patriarchali basilica sanctae Mariae ab Angelis sacram Portiunculae aediculam visitent. Concessionem Innocentii PP. XII confirmantes, volumus, ut singulis quibusque diebus fideles, qui admissorum confessione rite expiati ac divinis dapibus refecti basilicam Angelorum visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenaria indulgentia potiantur in perpetuum: et similiter perpetuo, quo anni die basilicae ipsius memoria recolitur, videlicet novissima iulii mensis Dominica, fidelibus, qui vere poenitentes et confessi ac sacra communione refecti, eandem visitent, a primis vesperis ad occasum solis diei huiusmodi, preces, uti superius diximus, fundentes, etiam plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, auctoritate Nostra apostolica, concedimus. Fas esto fidelibus ipsis plenariis his indulgentiis labes poenasque defunctorum, si malint, piare. Archisodalitati eodem in patriarchali templo institutae privilegia omnia atque indulgentias confirmamus, quibus ipsa pollet, per similes apostolicas litteras a Pio IX decessore Nostro datas. Quo piis fidelium votis, maxime sacerdotum et

peregrinorum, aptius occurramus, auctoritate Nostra apostolica, vi praesentium concedimus, ut Missae yotivae Deiparae Virginis et sancti patris Francisci, iam pro sacello Portiunculae et capella transitus ipsius Francisci patris, cuilibet sacerdoti inibi Sacrum facturo, ab hac sancta Sede concessae, ex nunc in posterum celebrari queant, iis diebus, quibus Missa votiva sancti eiusdem Patriarchae ad sepulcrum illius in Assisiensi basilica permittitur, nec non cum iisdem iuribus ac privilegiis, quibus Missae votivae in sanctuariis maioribus Ordinis in Terra sancta exornantur. Et similiter auctoritate Nostra confirmamus, ut in pervetusto sacello a Rosis nuncupato, sancti ipsius patris Francisci, miris virtutum exemplis gestisque clarissimo, cuilibet sacerdoti ibidem Sacrum facturo, Missam de sancto Francisco, ut in die iv Octobris, fas sit celebrare, dummodo non occurrat duplex primae vel secundae classis, aut festum de praecepto servandum, nec non feria, vigilia vel octava, quae sit ex privilegiatis. Confirmamus praeterea omnia alia similia indulta Missarum et privilegia quoque Missarum pro defunctis tum basilicae, tum continentium capellarum altaribus, a Decessoribus Nostris per apostolicas litteras rite concessa: et quoad numerum poenitentiariorum et sacerdotum in basilica eadem sacramentales confessiones excipientium, ipsorumque speciales facultates, ea omnia rata habemus ac religiose servari volumus, quae Romani Pontifices Nostri decessores, uti supra memoravimus, benigne largienda censuerunt. Tandem pariter motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, per Nostras hasce litteras in perpetuum valituras, reliqua omnia et singula privilegia, praerogativas, libertates, exemptiones aliaque indulta tum supradictae basilicae sanctae Mariae ab Angelis in Portiuncula, tum adnexo coenobio a Decessoribus Nostris quandocumque et qualitercumque concessa, seu confirmata atque innovata, dummodo non sint actu revocata, vel sub aliqua generali revocatione comprehensa, Nos etiam apostolica auctoritate approbamus, confirmamus atque innovamus: eandemque basilicam ad patriarchalis honorem per Nos evectam ab Ordinarii loci atque omnium et quorumcumque Praesulum seu Superiorum, etiam Regularium, tam ordinaria quam delegata iurisdictione, visitatione et auctoritate liberam atque immunem volumus, edicimus atque declaramus; illam enim, uti supra diximus, sub immediata Nostra et successorum Nostrorum Romanorum Pontificum et Sedis Apostolicae potestate, dominio ac proprietate immutabiliter constituimus. Decernentes, praesentes Nostras litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri

debere, atque irritum esse et inane, si seeus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, sollemni die Paschatis Resurrectionis Domini nostri, xi Aprilis MDCCCCIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status:*

L. ® S.

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. RENATUM GRAFFIN, ANTISTITEM DOMUS PONTIFICALIS, DE GALLORUM SOCIETATE SERVITOTI ABOLENDAE.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Gallorum societatem servituti abolendae magni a Nobis fieri, vix opus est dicere ; quippe versatur, et quidem praeclaro cum studio ac fructu, in re eiusmodi, quae cordi esse, quum omnibus bonis, tum maxime Vicario Iesu Christi debeat. Etenim nihil tam est contra humanae naturae dignitatem, quam hominem servire homini, ut pecudem, iure mancipii ; sed idem eo magis repugnat religionis christianae principiis, quibus hominum inter se fraterna necessitudo sancitur : quum omnes, eodem redempti sanguine, ad eandem caelestis Patris hereditatem vocentur. Ecclesiam propterea sollicitam semper fuisse de conditione servorum ; in primisque Pontifices Romanos nullo non tempore eorum libertati studuisse, historia eloquitur : nec vero quemquam latent acta Leonis fel. rec. decessoris Nostri, qui binas de hac re dedit encyclicas litteras, alteras ad Episcopos Brasiliae, gratulatus manumissione plurimorum publice facta, alteras ad universos Sacrorum Antistites, ut redimendis Africae mancipiis pecunias quotannis corrogarent. Nos pariter esse animatos, valdeque velle, quantum in Nobis est, tot miserrimis opitulari, facile intelligis. Itaque, quum cognoverimus, te nuper isti societati praefectum esse, et gratulamur quod ab optimis viris, sociis tuis, dignus habitus es tali munere, et confidimus, ipsorum te iudicio egregie

responsurum. Id ut eveniat, atque ut communia vestra consilia coeptaque calamitosis nigritis ex Africa salutaria sint, tibi, dilecte fili, et societati universae, auspicem divini auxilii, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die u Aprilis MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

II.

AD R. P. D. ANSBLMUM SANSONI, EPISCOPUM CEPHALUDEN., DE PROXIME HABENDO CONVENTU DIOECESANO IN HONOREM SS. EUCHARISTIAE.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Valde probamus consilium tuum habendi propediem dioecesani conventus in honorem divinae Eucharistiae, octavo saeculo exeunte ab obitu Anselmi, Episcopi sanctissimi : eo magis quod, ut excitetur pietas bonorum ad eum conventum digne celebrandum, solemnes in triduum conciones a te indicias esse, scribis. Equidem gaudemus, hoc ipsum tibi maximae esse curae, quod Nobis curandum unum omnium maxime videtur ; ut scilicet Ecclesiae filii, augustum altaris Sacramentum frequentando, cognoscant in dies melius et sapiant infinitam caritatem Iesu Christi, atque ab illo fonte bonorum incrementa virtutum et adiumenta omnia salutis petant. Ipse autem, quum nihil vehementius cupiat, quam versari cum hominibus, et divitias nobiscum communicare bonitatis suae, certo vos omni gratia fovebit, quotquot conveneritis ob eam quidem causam, ut optatis eius cumulate satisfiat. Sed tamen Nos precari non omittimus, ut suis vos muneribus exornet: quorum auspicem tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn Aprilis MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

III.

AD R. P. D. GULIELMUM O'CONNELL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIEN., DE COMMENTARIO HEBDOMADALI " T H E PILOT „.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod pro natura horum temporum, quum passim incessit animis cupido cognoscendi omnia et disputandi, usu venit ut tam multa, typis exscripta in

dies singulos vel per intervalla vulgentur, res est magni momenti in utramque partem; ideoque nulli, qui communi saluti studeat, negligenda. Omnino^ quum hoc instrumento ancipiti improbi abuti consueverint ad pravitates errorum, ad illecebras corruptelarum disseminandas, oportet atque adeo necesse est eodem utantur boni ad defensionem veritatis, ad tutelam christianorum morum institutorumque civilium. In quo, te, talis sollertiae, prudentiae diligentiaeque Episcopum, cumulate officio satisfacere non miramur. Sed tamen libentissime intelligimus de commentario hebdomadali *The Pilot,'* qui quidem in America omnium eiusdem generis vetustissimus est, quantum ei tuendo studium adhibeas. Nec enim sumptui parcis, nec operae, ut omnibus sit numeris absolutus: atque ita habeas, unde cunctos qui tuae ditioni subsunt, rite facias certiores, quidquid pro auctoritate edixeris, et maxime in oculis plurimorum doctrinam catholicam illustres opportune atque defendas. Nos igitur laudem tibi pro actuosa virtute debitam tribuimus ex animo: simul hortamur, non te ut optimum institutum persequare, neque enim hortatione indiget alacritas tua; sed omnes, quotquot istic sunt professionis catholicae, ut huius tuitionem et diffusionem commentarii pro sua quisque facultate adiuvent. Rem fecerint Nobis pergratam, religioni civitatique perutilem, sibi feracem divinorum munerum: quorum Nos auspicem, ipsis, primumque tibi, venerabilis Frater, apostolicam benedictionem praecipua cum caritate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvn Aprilis MCMIX, Pontificatus- Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

IV.

AD MODERATORES, DOCTORES DECURIALES ET ALUMNOS CATHOLICAE STUDIORUM UNIVERSITATIS LOVANIENSIS.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — In plurimis fidei pietatisque sane iucundis testimoniis, quae hoc proximo tempore Nobis undique delata sunt, peculiari quadam Nos voluptate nuper communes vestrae litterae affecerunt. Nimirum talem videmus uniuscuiusque vestrum esse erga Nos animum,, qualem requirit coniunctionis necessitudo, quae pernobili vestrae Academiae cum beati Petri Cathedra intercedit: gaudemusque iuste aestimari a vobis eam vim beneficiorum, quae in ipsam Academiam a Pontificibus Romanis sunt profecta, ex quo primum auctoritate Martini V orta est, et deinde, quum procellis temporum afflicta esset, Gregorii XVI providentia revixit. Quae quum vos tam grate memineritis, sciatis.

volumus, Nobis has Decessorum Nostrorum et Nostras curas optime apud vos collocatas videri. Novimus enim in Lovaniensi studiorum Universitate praecipuum semper fuisse obsequi summa voluntate Vicario Iesu Christi; et qui hodie in JBelgis ecclesiae civitatisque dignitatem et decus sustinent, eos fere ex ista disciplina omnes prodiisse. Igitur, quod ex effectis, quae Nos hoc spatio Pontificatus vel praecepimus vel monuimus vel hortati sumus, ipsi pro certo habemus, vos numquam non exsecuturos vestras partes diligenter, maxime in fidei sanctae custodienda integritate. Gratulationes autem vestras et fausta omina eo libentius accipimus, quia hoc ipsum vestrum studium confirmant, Nobis, ut gaudio sitis, obtemperandi. Quod vero Nos rogatis, ut propediem, lustro quinto decimo a restituta Academia feliciter pleno, celebritatem solemnium, quae acturi estis, Nos bene precando augeamus, [equidem Deo providenti iam nunc singulares grates agimus, qui doctrinarum illustrem sedem ad tantam amplitudinem sua benignitate provexit; ab eoque magna prece petimus, ut eidem propitius esse in salutem patriae vestrae ne intermittat. Auspicem divinorum munerum, vobis omnibus, dilecti filii, et Lovaniensi studiorum Universitati apostolicam benedictionem praecipua cum benevolentia impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xix Aprilis MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS **PP.** X

SERMONES

I.

AD PAULUM CALON, PRAESIDEM GENERALEM SOCIETATIS S. VINCENTII A PAULO, ALIOSQUE PEREGRINOS GALLIAE IN AUDIENTIA DIEI XVI APRILIS MCMIX.

Si on peut dire de tous les saints qu'après avoir accompli leur carrière mortelle, ils vivent encore dans la mémoire des hommes, par les vertus dont ils ont laissé l'exemple et par les œuvres qu'ils ont fondées, il est juste que nous attribuions solennellement cet honneur à S.[1] Vincent de Paul. Il se survit dans la société des vénérables Prêtres de la Mission, formés à son école, dans les incomparables Filles de la Charité, nées, pour ainsi •dire, entre ses mains, sans mentionner ici tant d'autres institutions qui doivent leur origine à lui. 11 se survit enfin dans l'admirable institut des Conférences, qui, un siècle et demi après sa mort, s'est placé sous son patronage, a pris son nom, s'est inspiré de sa foi, de sa charité et de son

esprit apostolique: génération nouvelle, postérité inattendue mais féconde, qui a porté en tous lieux des fruits choisis de bénédiction.

Nous vous saluons, fils bien-aimés des Conférences de S. Vincent de Paul, Nous vous remercions de la consolation que vous apportez à Notre cœur, non seulement par les vœux que vous Nous offrez à l'occasion de Notre jubilé sacerdotal, mais encore par les conquêtes de votre zèle et par l'abondante moisson de vos œuvres de charité. Le grain de sénevé, semé en 1833, par Frédéric Ozanam, est devenu un arbre gigantesque, qui étend ses rameaux dans le monde entier, et après 76 ans, les Conférences de S. Vincent de Paul sont déjà florissantes en France, en Italie, en Belgique, en Hollande, en Suisse, en Angleterre, dans l'Amérique du Nord et du Sud, au Canada, en Australie; elles pénètrent jusque dans la Pologne russe et au Congo belge; elles deviennent le centre autour dlitjuel se groupent les néophytes de toutes les missions de la terre.

Nous nous réjouissons avec vous, fils bien-aimés, de cette merveilleuse prospérité, et afin qu'elle se maintienne sans cesse, Nous vous recommandons d'être avant tout, les hommes de la charité qui opère par la foi. Dans vos œuvres de bienfaisance, cherchez toujours vos inspirations au pied des autels. Si vos mains se lèvent chaque jour vers Dieu dans les hommages de la prière, avant de les abaisser vers les misères humaines pour les soulager, elles seront fortes pour reporter à Dieu ces âmes qui ont perdu tout souvenir du ciel. Votre bienfaisance ne doit pas être celle de l'homme, mais du chrétien, qui voit dans le pauvre une chose sacrée, et non seulement l'image mais la personne même de Notre-Seigneur Jésus-Christ. C'est lui qui nous le dit, quand il nous rappelle dans le saint Evangile le jour où il s'adressera, en ces termes, à ceux qui seront à sa droite : « Venez, les bénis de mon Père, possédez le royaume qui vous, a « été préparé dès le commencement du monde. J'ai eu faim et vous m'avez «donné à manger, j'ai eu soif et vous m'avez donné à boire, j'étais « voyageur et vous m'avez donné l'hospitalité; j'étais nu et vous m'avez « revêtu, malade et vous m'avez visité, prisonnier et vous êtes venu à « moi ». Alors les justes lui diront: « Seigneur, quand est-ce que nous « vous avons vu affamé, altéré, voyageur, sans vêtements, malade, pri- « sonnier? » Et Jésus leur répondra: « En vérité, je vous le dis, tout ce « que vous aurez fait au plus petit d'entre mes frères, c'est à moi que « vous l'avez fait ».

Ainsi c'est Notre-Seigneur Jésus-Christ que vous visitez et secourez dans les pauvres. Il est vrai, vous trouverez quelquefois réunies, dans vos visites de charité, toutes les souffrances physiques et morales; vous rencontrerez, des êtres infortunés, en proie aux pires suggestions de l'irréli-

gion, des malheureux esclaves du péché, ensevelis dans la corruption et le vice, des excommuniés volontaires, pour lesquels il n'y a plus ni foi, ni église, ni sacrements; mais ne craignez rien, les saints anges vous accompagnent dans ces réduits de la misère; et chez ces pauvres créatures, quelle que soit la profondeur de leur dégradation, vous aurez la joie de découvrir des trésors cachés, des précieux restes d'un bon naturel, d'heureuses dispositions à la vertu, l'empreinte encore vive du caractère reçu au saint baptême, des traces de religion et de foi, qui, grâce à votre patiente charité, vous donneront plus que l'espérance, la certitude du salut.

Lorsque Notre-Seigneur Jésus-Christ donna à ses apôtres la mission de prêcher l'Evangile, il confia aussi aux soixante-douze disciples, le soin de guérir les infirmes et de leur annoncer la prochaine venue du règne de Dieu. L'institution des Conférences de S.* Vincent de Paul répond admirablement à ce dessein du divin Rédempteur pour la conversion du monde. Si l'apôtre revêtu du caractère sacerdotal a pour office d'enseigner les vérités de la foi et de les confirmer par les prodiges de la charité, il trouve dans l'apostolat laïque des simples fidèles un puissant secours, qui prépare ses voies, et par le soulagement des misères corporelles, ouvre les âmes à la vérité évangélique.

En effet, pendant que le génie du mal inspire à tant de malheureux non seulement la défiance mais encore la haine du prêtre, traverse toutes les rencontres avec ce messager de Dieu, et par des efforts dignes de Satan, lui ferme tout accès auprès des âmes, les fils de S.* Vincent de Paul, animés de l'esprit des apôtres, s'ils n'en portent pas l'habit, sont accueillis avec bienveillance auprès des familles, où le prêtre, aidé par ces précurseurs incomparables, pénètre, à son tour, sans obstacle; et ainsi les missions, que préparent les fils de S,[1] Vincent de Paul par les visites à domicile, produisent, en peu de jours, dans une paroisse, autant de fruits que n'aurait pu en obtenir, qu'à la suite de longues années, le zèle cependant infatigable de son pasteur. Les enfants et les adultes baptisés et confirmés, les unions scandaleuses légitimées par le saint mariage, les abjurations d'hérétiques, les conversions des pécheurs, l'usage fréquent des sacraments de pénitence et de la sainte eucharistie, les églises édifiées, les écoles chrétiennes fondées, tels sont, fils bien-aimés, les triomphes de la grâce que le Seigneur se plaît à opérer par votre entremise.

Vraiment, la bénédiction que l'auguste Pontife Pie IX, de sainte mémoire, a accordée le 5 janvier 1855 à votre première assemblée générale, présidée par Lui, dans laquelle votre milice pieuse et pacifique a reçu la mission la plus autorisée, la sanction là plus solennelle, la consécration la plus authentique, a produit des merveilles dont l'histoire est écrite en lettres

d'or dans les fastes de l'apostolat chrétien. Que le Seigneur, par Notre bénédiction confirmée par Lui, daigne les perpétuer, et puisqu'il y a encore peu d'ouvriers en face d'une moisson si abondante, qu'il veuille les multiplier, grâce à votre zèle, dans le champ mystique de l'Eglise catholique. Puissiez-vous, retournant plein de joie à la fin de vos travaux, et redisant avec les soixante-douze disciples: « Seigneur, voici que même les démons « nous obéissent », entendre à votre tour ces paroles du divin Maître: « Ne « vous réjouissez pas de ce que les esprits du mal vous sont soumis, mais « bien de ce que vos noms sont inscrits dans le ciel: *Gaudete quod nomina « vestra scripta sint in caelis ».*

En vous adressant ces vœux, à vous Monsieur le Cardinal Protecteur, à vous bien cher Monsieur le Président général, à vous tous ici présents, à vos confrères de tout l'univers, à vos familles et aux leurs, à vos pauvres et à toutes vos œuvres de charité, Nous accordons, de toute l'effusion de Notre cœur, la bénédiction apostolique.

IL

AD R. P. D. EPISCOPUM AURELIANEN., ET PEREGRINOS GALLIAE IN AUDIENTIA DIEI XIX APRILIS MCMIX.

Nous vous remercions, vénérable Frère, des vœux, des protestations et des promesses que vous venez de Nous offrir en votre nom, au nom de vos vénérés confrères, des pèlerins ici présents et de tous les catholiques de France. C'est avec une extrême satisfaction de Notre cœur que Nous vous avons entendu exprimer votre attachement à l'Eglise catholique et votre dévotion au Vicaire de Jésus-Christ. Certes, ces sentiments n'étaient point chose nouvelle pour Nous, et la protestation que vous Nous en avez faite n'était point nécessaire. Sans recourir à l'histoire, éloquent témoin de la fidélité inaltérable de la France à la Chaire de S. Pierre, de la fécondité de sa foi, de ses innombrables œuvres de charité, de son intrépidé vaillance pour défendre, sans peur et sans respect humain, les droits de Jésus-Christ, des travaux de ses légions d'apôtres qui ont porté et portent encore jusqu'aux contrées les plus lointaines la lumière de l'Evangile, et lui donnent le témoignage de leur sang, sans faire appel à tant de glorieux souvenirs qu'elle a inscrits dans ses fastes, en caractères d'or, sans rappeler le spectacle que Nous avons sous les yeux de ce peuple immense accouru à Rome pour rehausser par sa présence la glorification d'une compatriote bien-aimée, la bienheureuse Jeanne d'Arc, Nous avions déjà, dans

les derniers événements douleureux que traverse votre pays, une preuve admirable de cette fidélité.

Oui, ils sont dignes d'admiration vos évêques et vos prêtres, qui, obéissants à la voix du Pape, ont subi la spoliation de tous leurs biens, réduits à mendier un toit et du pain. Avec eux ils sont dignes d'admiration ces catholiques fervents dont la foi vive, la charité sans limites, la générosité capable des plus grands sacrifices, a su triompher d'innombrables obstacles, mépriser les insinuations les plus malignes et les persécutions les plus acharnées, soutenus et récompensés dans leurs efforts courageux par le. Dieu qui protège les causes saintes et seul peut donner les véritables victoires. Aussi les perpétuels ennemis de l'Eglise n'ont rien épargné pour rompre cet admirable concert, pour diviser le peuple du clergé, le clergé des évêques, les évêques du Pasteur suprême. Grâces soient rendues à Dieu, ces tentatives criminelles sont restées sans effet, et à aucune autre époque de votre histoire, on ne vit une union aussi forte, aussi universelle et aussi compacte. Conservez-la cette union, vénérables Frères et fils bien-aimés, car c'est elle qui sera votre force dans les luttes terribles que vous soutenez courageusement avec le secours de Dieu ; c'est elle qui aidera à protéger sans faiblesse et à défendre sans peur les droits de la justice, de la vérité et de la conscience. Vous aurez, en outre, cette consolation et cette récompense de travailler au bien de votre patrie, car c'est la religion qui garantit l'ordre et la prospérité de la société civile, et les intérêts de l'une et de l'autre sont inséparables.

Aussi, vénérable Frère, c'est à juste titre que vous avez invoqué le souvenir de vos grands docteurs de la France, qui par leur union et leur dévotion à la sainte Eglise ont proclamé et défendu la doctrine des Pères et des docteurs du monde entier; c'est avec un légitime orgueil que vous avez affirmé que tous les catholiques français, sans exception, par cela même qu'ils sont patriotes, se glorifient d'être appelés *Papistes et Romains.*

Vénérables Frères et fils bien-aimés, parce que vous prêchez et pratiquez sans respect humain et pour obéir à votre conscience, les enseignements de l'Eglise, vous avez à souffrir toutes sortes d'injures, on vous signale au mépris public, on vous marque de cette note infamante d'ennemis de la patrie ! Ayez courage, vénérables Frères et fils bien-aimés, et rejettez à la face de vos accusateurs cette vile calomnie qui ouvre dans votre cœur de catholiques une blessure profonde et telle que vous avez besoin de toute la grâce divine pour la pardonner. Il n'y a pas, en effet de plus indigne outrage pour votre honneur et votre foi, car si le catholicisme était ennemi de la patrie, il ne serait plus une religion divine.

Oui, elle est digne non seulement d'amour, mais de prédilection la

patrie, dont le nom sacré éveille dans votre esprit les plus chers souvenirs et fait tressaillir toutes les fibres de votre âme, cette terre commune où vous avez eu votre berceau, à laquelle vous rattachent les liens du sang et cette autre communauté plus noble des affections et des traditions. Mais cet amour du sol natal, ces liens de fraternité patriotique, qui sont le partage de tous les pays, sont plus fortes, quand la patrie terrestre reste indissolublement unie à cette autre patrie, qui ne connaît ni les différences des langues, ni les barrières des montagnes et des mers, qui embrasse, à la fois, le monde visible, et celui d'au-delà de la mort, à l'Eglise catholique. Cette grâce, si elle est commune à d'autres nations, vous convient spécialement à vous, fils très chers de la France, qui avez si fort au cœur l'amour de votre pays, parce qu'il est uni à l'Eglise, dont vous êtes les défenseurs et pour laquelle vous vous glorifiez de porter le nom de *Papistes et de Romains.*

Aux hommes politiques qui déclarent une guerre sans trêve à l'Eglise, après l'avoir dénoncée comme une ennemie, aux sectaires qui ne cessent de la vilipender et de la calomnier avec une haine digne de l'enfer, aux faux paladins de la science, qui s'étudient à la rendre odieuse par leurs sophismes, en l'accusant d'être l'ennemie de la liberté, de la civilisation et du progrès intellectuel, répondez hardiment que l'Eglise catholique, maîtresse des âmes, reine des cœurs, domine le monde, parce qu'elle est l'épouse de Jésus-Christ. Ayant tout en commun avec lui, riche de ses biens, dépositaire de la vérité, elle seule peut revendiquer des peuples la vénération et l'amour.

Ainsi, celui qui se révolte contre l'autorité de l'Eglise, sous l'injuste prétexte qu'elle envahit le domaine de l'Etat, impose des termes à la vérité ; celui qui la déclare étrangère dans une nation, déclare du même coup que la vérité doit y être étrangère ; celui qui a peur qu'elle n'affaiblisse la liberté et la grandeur d'un peuple, est obligé d'avouer qu'un peuple peut être grand et libre sans la vérité. Non, il ne peut prétendre à l'amour cet état, ce gouvernement, quel que soit le nom qu'on lui donne, qui, en faisant la guerre à la vérité, outrage ce qu'il y a dans l'homme de plus sacré. Il pourra se soutenir par la force matérielle, on le craindra sous la menace du glaive, on l'applaudira par hypocrisie, intérêt ou servilisme : on lui obéira parce que la religion prêche et ennoblit la soumission aux pouvoirs humains, pourvu qu'ils n'exigent pas ce qui est opposé à la sainte loi de Dieu. Mais si l'accomplissement de ce devoir envers les pouvoirs humains, en ce qui est compatible avec le devoir envers Dieu, rendra l'obéissance plus méritoire, elle n'en sera ni plus tendre, ni plus joyeuse, ni plus spontanée, jamais elle ne méritera le nom de vénération et d'amour.

Ces sentiments de vénération et d'amour, cette patrie seule peut nous les inspirer, qui, unie en chaste alliance avec l'Eglise, produit le vrai bien de l'humanité. Vous en aurez la preuve, vénérables Frères et fils bien-aimés, si vous considérez que c'est parmi les rangs des fidèles enfants de l'Eglise que la patrie a toujours trouvé ses sauveurs et ses meilleurs défenseurs, si vous vous rappelez que les saints sont invoqués à juste titre, dans les hymnes de la liturgie sacrée, comme les pères de la patrie. Au-dessus des héros et des saints, jetez vos regards sur leur roi et leur maître, Notre-Seigneur Jésus-Christ: il se soumet aux puissances humaines, il paie le tribut à César : et quand il approche de Jérusalem, dont il prévoit la ruine prochaine, il pleure de douleur, eu songeant que cette ingrate cité, aimée et favorisée de Dieu, a abusé de tant de grâces et n'a point su reconnaître le bienfait de la visite de son Rédempteur.

Nous nous réjouissons avec vous, catholiques bien-aimés de la France, qui, faisant écho à l'oracle de l'Eglise, combattez sous la bannière de la vraie patriote, Jeanne d'Arc, où il vous semble voir écrits ces deux mots : *Religion et Patrie;* avec vous qui, de toute l'ardeur de votre âme, acclamez cette héroïne, victime de la basse hypocrisie et de la cruauté d'un renégat, vendu à l'étranger, toujours confiante cependant dans le Vicaire de Jésus-Christ, auquel, dans sa détresse, elle en appelait, comme à son dernier refuge. Nous partageons votre joie et votre fierté, quand vous vénérez sur les autels cette vierge bénie, qui par les inscrutables jugements de Dieu sauvait sa patrie du schisme et de l'hérésie, et lui conservait l'auguste privilège de fille ainée de l'Eglise.

Merci, vénérables Frères, très chers prêtres, fils bien-aimés, des consolations qu'apportent à Notre cœur les démonstrations de votre piété et les protestations solennelles que vous Nous faites, de rester toujours, comme aujourd'hui, fidèles à l'Eglise et au Pape, au prix de tous les sacrifices et de la vie même. Réunis dans la barque mystique qui flotte sur les ondes fangeuses de l'incrédulité et de l'indifférence, vous serez sauvés de ces deux fléaux qui menacent la société de sa ruine ; sous la protection de la bienheureuse Jeanne d'Arc et des autres saints vos avocats auprès de Dieu, vous aurez la gloire de vous signaler dans]es plus nobles entreprises. Enfin, par vos bons exemples, vos sacrifices, vos prières, non seulement vous effacerez du front de votre patrie la honte, très grave, que lui a imprimée, en face des autres pays, la guerre faite à la Religion; mais vous la rendrez glorieuse par votre zèle à convertir et à réconcilier avec l'Eglise vos aveugles persécuteurs; vous apaiserez les discordes qui sont le fruit des malentendus et des préjugés, vous reconduirez les esprits à la vérité et les cœurs à la charité de Jésus-Christ.

En vous adressant ces vœux, à vous, vénérables Frères, très chers prêtres, et fils bien-aimés, à vous et à vos familles Nous accordons, de toute l'affection de notre cœur paternel, la bénédiction apostolique.

III.

AD EPISCOPOS GALLIAE IN AUDIENTIA DIEI XX APRILIS MCMIX.

Significatio pietatis et amoris et observantiae vestrae sane pulcherrima, quam Nobis, interprète eloquenti, Cardinali Archiepiscopo Lugdunensi, modo dedistis, cumulum affert iucunditati, qua, ob tributos Puellae Aurelianensi honores Beatorum, affecti sumus. De qua quidem faustitate eventus te, dilecte Fili Noster, gaudere ante alios ius est, qui Episcopo inclytae memoriae, Dupanloup, primum adiutor, deinde successor datus, in agenda rite causa magnanimae Virginis prae ceteris elaborasti. Ad Nos quod attinet, in hac ipsa causa atque etiam in pluribus id genus, quum, praeter Ioannam de *Arc,* illa etiam gentis vestrae lumina et Ioannem Baptistam Vianney, et sorores Carmelitidas Compendienses, et] martyres Sinarum, et Mariam Magdalenam Postel, et Magdalenam Sophiam Barat, et Ioannem Eudes in beatorum caelitum numerum adscriberemus, tamquam maturescentes opera Decessorum Nostrorum, fructus Ipsi percepimus. Quod miserentis Dei consilio putamus factum, ut scilicet, unde dolores tam graves Nobis afferuntur publice, inde oblato multiplici de caelis patrocinio, in spem meliorum temporum erigamur. — Quanta autem, hodierno die, perfruamur laetitia, quum vos, ex omni fere Gallia Episcopos, coram alioqui licet, exsequi verbis non satis possumus. Nam, quod Nobis in votis erat, id feliciter contingit, ut grato vos animo complectamur praesentes, qui, in tot tantisque et^tam diuturnis difficultatibus rerum, fortitudine constantique mirabili, pro iure christianae professionis et pro animarum salute contenditis. Ita enim, obsequentes in exemplum Vicario Iesu Christi, praeclaram operam navastis adhuc Ecclesiae Gallicae; siquidem in ista ab inferis excitata procella quidquid recte, generose, salubriter gestum est, religionis causa, id omne, auctoritate instantiaque vestra, gestum esse, constat. Quum igitur Deo, conditori et conservatori Ecclesiae, grates immortales persolvimus, propterea quod vobis, pro aris focisque dimicantibus, praesentissimus adfuit, adest, tum vobis toto pectore gratulamur. Neque id facimus nomine Nostro tantum, sed Ecclesiae universae : quippe magna est apud Episcopos catholici orbis, atque adeo apud omnes bonos, quotquot sunt, admiratio virtutis vestrae ; quam certo sequutura est commendatio sempiterna posteritatis. Ceterum multo potiorem gloriam, eam nimi-

rum, quae vera et solida est, pro meritis exspectate a Principe Pastorum, qui, non dubitamus, quin nomina vestra in libro vitae iam scripserit.

Interea, venerabiles Fratres, dum contra religionem saevit furor improborum, qui, ad illam evertendam funditus, nullam iustitiae, nullam aequitatis, nullam humanitatis rationem habent, vos vehementer hortamur, ut propulsare, quemadmodum fecistis usque adhuc, hostiles impetus ne cessetis, iniuste facta expostulando publice, mendacia, calumnias, insidias detegendo, errores pravasque doctrinas convincendo, damnando. Quando auteni malis effrenata licentia permittitur ad omne nefas, vos, concordibus studiis, integram vindícate vobis libertatem enuntiandi, docendi ac praecipiendi, quae vera et recta sunt, et quae bona et salutaria efficiendi, in primisque divinae maiestatis digne edendae in luce civitatis. Hic vero commendari vobis studiorum concordiam, quaesumus, ne vos pigeat: nimium quantum illa ad Ecclesiae sanctae incolumitatem valet. Profecto in Ecclesiae unitate, id est, in mira, quam a Christo auctore habet, coagmentatione membrorum, ea vis invicta cernitur, ob quam terribilis ut castrorum acies ordinata appellatur in divinis Litteris : quare Augustinus, e contrario, « triumphus daemonum est, ait, dissensio christianorum ». Iamvero, acerrimis rei christianae hostibus apud vos nihil aliud propositum esse patet, quam Ecclesiae unitatem compagemque dissolvere : scilicet id legibus incredibili astu perscriptis agunt, ut sacros pastores a successore beati Petri, hoc est a centro fidei seiungant, ut a pastoribus greges abstrahant, ut inter pastores ipsos semina iniiciant dissidiorum, quibus vestis mystica Iesu Christi dilanietur. Est igitur quod vos, pro apostolico officio, admoneahius verbis Apostoli: « ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis « schismata; sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia ». Haec vobis animorum consensio ante omnia cordi sit, quae et tranquillitatem intimam parit necessariam sancto muneri, et apostolatus vestri efficacitatem auget. Itaque, velut agmine facto, inimicis crucis Christi undique erumpentibus, felicius obsistetis, et depositum fidei quaquaversus tuebimini. Quamquam ii vos estis, in quos amplissimae a Nobis laudes potius, quam huiusmodi hortationes cadant. Etenim, haerentes in obtutu apostolicae huius Cathedrae, non modo sanctum et solemne habetis universi omnes velle, quidquid singulis nolle nefas est; verum'etiam in quibus rebus licet unicuique sentire et agere quidquid velit, in iis libenter soletis singuli propriam sententiam dimittere, ut communem ceterorum sequamini.

In his quidem miseriis temporum, venerabiles Fratres, valde Nos consolatur magnitudo animi et robur, quo Ecclesiae iura defenditis; valde, plena pietatis voluntas, quam erga Nos profitemini ; sed nihil magis, quam ista vestrum omnium inter vos et Nobiscum tanta coniunctio. Pro his

igitur solatiis referentes gratiam > supplices Deum clementissimum imploramus, ut copiam vobis largiatur suorum munerum; detque maxime, ut talem coniunctionem vestram semper inviolatam servare possitis.

S. CONGREGATIO CONCILII

THELESINA SEU CERRETANA

EXPENSARUM CULTUS

QUOAD CULTUS EXPENSAS IN CATHEDRALI ECCLESIA CERRETANA.

Die 3 Aprilis 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Inter Episcopum Thelesinum seu Cerretanum eiusque Capitulum cathedrale agitatur quaestio, cuinam onus spectet providendi cultus expensis in ipsa Cathedrali, num videlicet uni Episcopo, num potius utrique, iuxta usum molitum vi Bullae *Compertum* a. 1853. Siquidem in hac cavetur: « Relatum enim nobis est, quod sive propter « infensas iacturas, olim Thelesiae anteactas, sive aliis minime adiuvan« tibus circumstantiis, ecclesia ista usque adeo dotatione careat, ita ut « hactenus unusquisque illius episcopatus Antistes onerose quaelibet pro « eiusdem fabricae incolumitate, nec non pro sacra supellectili ceterisque ad « divinum cultum necessariis impendiis obire provide quandoque debuerit. « Pium itaque huiuscemodi onus continuatum ab Episcopo quolibet in .« posterum esse volumus, habita praesertim ratione, quod ad hunc quoque « finem dotatio ipsius episcopalis mensae Thelesinae seu Cerretanae ad ter« centum circiter supra tria millia ducata consultius fuerit evecta ».

Praecipue vero in illis verbis : *pium itaque huiuscemodi onus continuatum ab Episcopo quolibet in posterum esse volumus,* utraque pars intentionem suam fundat; et dum Episcopus non refragatur tale onus sibi imminere, contendit tamen, partialem Capituli concursum non esse excludendum, prouti hucusque fuit factum; Canonici e contra contendunt, immunes omnino esse a qualibet vel minima parte rependenda pro cultus expensis.

Et sane, favore Canonicorum expendendum venit, quod in relatis verbis Bullae, nil deprehendi potest quod portendat, Capitulum saltem in parte teneri ad contribuendum cultus expensis in ipsa Cathedrali, imo ex iis satis aperte erumpere videtur, tale onus unice Episcopo inhaesisse et inhaerere.

Etenim allegata Bullae verba, « continuatum esse volumus ab Episcopo « pium huiuscemodi onus », immediate alia verba sequuntur, quae probant, tale onus in antecessum unum Episcopum gravasse: « Relatum Nobis «quod... hactenus illius episcopatus Antistes onerose quaelibet pro eius- « dem fabricae incolumitate, nec non pro sacra supellectili ceterisque ad « divinum cultum necessariis impendiis obire provide quandoque debuerit. « Pium itaque onus continuatum etc. » De Capituli igitur onere, nec verbum nec vola. His accedit, quod pro continuatione huiusmodi oneris in uno Episcopo, Pontifex rationem assignat tum evectae dotationis episcopalis mensae ad tercentum circiter supra tria millia ducata, tum amissi reditus capitularis, qui nimis tenuis factus est pro qualibet praebenda canonicali.

Nec negotium facessere potest factum, quod Canonici vel ante a. 1853 hucusque virium contribuerint in his expensis sustinendis; nam in primis talem concursum praebuerunt Canonici tamquam *singuli* non vero tamquam *collegium,* et hinc subsequuta obligatio eorum personas egredi non poterat et ad successores pervenire. Insuper eorum concursus fuit omnino voluntarius, et in Episcopi obsequium potius praestitus ; in his autem quae voluntarie fiunt, idest in facultativis, praescriptionem non currere, diserte docent iura.

Ex alia vero parte favore Episcopi advertitur, quod concursus Capituli in sustinendis cultus expensis, potius quam ex Canonicorum liberalitate, ex nativa eorum obligatione originem suam repetere videtur. Siquidem in iure ad providendum cultus expensis, quando portio ad hoc destinata, vel fabrica ecclesiae, deest, Episcopus et Capitulum ad tale onus sustinendum tenentur, « sub hac tamen distinctione, ut primo tenetur Episcopus, qui « quartam solus habet suae Cathedralis, et solus habet illius commodum; « Canonici vero tunc solum tenentur supplere, in defectu sufficientiae « quartae episcopalis, et deficiente fabrica », quemadmodum tradit Francés, *de eccl. cathedr., cap. 20, n. ei.* Hinc cum in casu mensa episcopalis inopia laboraret, exinde coniicere licet, quamdam concordiam, vere partibus obligatoriam, initam fuisse, remanente penes utrumque obligatione succurrendi cultus expensis.

Insuper si contributionis natura attente examinetur, videtur quod Capitulum a suscepto onere se eximere non possit. Etenim expensae, quas hucusque sustinuerunt Capitulares, potius reducuntur ad pensum, quod unusquisque suis stipendiis rependere debet, quam ad cultus proprie dicti expensas. Agitur enim in themate de vino et hostiis pro Missae celebratione, de aedituorum Cathedralis salario, aliove non dissimili onere, quod dum extra provinciam expensarum cultus stricte sumpti vagat, ab unoquoque interesse habente exsoivendum est. Si ita non esset, inexpli-

cabile certe foret, quomodo parochi, qui ad cultus expensas suae ecclesiae tenentur, cum alii non suppetant reditus, obstricti tamen per hoc non manent ad subministran dam ceram, vinum et hostiam sacerdotibus suae ecclesiae, etsi in ipsa ecclesia beneficiatis. Ita Ferraris, *bibl. can.,* v. *parochus, art. 3, n. 11.*

Ceterum, subdit Episcopus, suum antecessorem, qui annos duos et quadraginta dioecesim rexit, « fu il primo Vescovo dopo la separazione « delle due diocesi, quindi potè dare la esatta interpretazione alle parole « della Bolla ». Quod autem egerat antecessor, ipsemet servavit, videlicet « ha provveduto alla manutenzione della fabbrica, dei sacri arredi, all' olio « per le lampade, alla cera per tutte le sacre funzioni, al compenso di un « sacrestano e di un organista, ed alle sacre funzioni. Il Capitolo invece « ha provveduto al vino ed alle ostie per le sante Messe, ai carboni per il « fuoco nell' inverno, ad un sacrestano per i suoi bisogni ed all' organista « per le sue funzioni ».

RESOLUTIO. - Hisce aliisque consideratis, Emi Patres S. Congregationis Concilii, in generali conventu diei 3 Aprilis 1909, ad propositum dubium: *an Capitulum cathedrale Cerretanum teneatur una cum Episcopo provider e cultus expensis in Cathedrali, iuxta modum hucusque servatum, in casu;* respondendum censuerunt: *Attentis omnibus, servetur solitum.*

Facta vero de his relatione, die 5 eiusdem mensis et anni, SSmus resolutionem Emorum Patrum approbare dignatus est.

L. ^ S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

PIAE SOCIETATIS MISSIONUM

CIRCA USUM KALENDARII URBIS, AC CIRCA FESTA S. BARTHOLOMAEI AP., S. IOAGHIM, PURISSIMI CORDIS ET SS. NOMINIS B. M. V.

Pia Societas Missionum, ex benignitate Sedis Apostolicae, die 8 Martii 1904 obtinuit facultatem, qua omnes sacerdotes, « in quacumque regione « degentes, divinum officium recitare Sacrumque peragere valeant iuxta « kalendarium pro clero saeculari romano, urbis Romae proprium ». Quocirca, ad nonnulla dubia tollenda, sacrorum Rituum Congregationi ea

quae sequuntur, pro opportuna declaratione, reverenter proposita sunt, nimirum :

I. Utrum, ex decreto num. 3694 *Portus Principis* seu *Capitis Haitiani* 11 Augusti 1888, ad I, a sodalibus praedictae Societatis in quacumque regione degentibus festa Transfigurationis Domini et Dedicationis archibasilicae SS. Salvatoris sint sub ritu duplici primae classis recolenda, atque festum S. Catharinae Senensis ac S. Philippi Nerii sub ritu duplici secundae classis; item et commemoratio octavae sanctorum apostolorum Petri et Pauli quocumque occurrente festo sit facienda ? Et quatenus *negative ;*

II. Utrum ab iis (utpote Regularibus) in Urbe degentibus festum Transfigurationis Domini celebrari debeat sub ritu duplici primae classis sine octava, festum vero Dedicationis cathedralis romanae sub ritu duplici secundae classis ; ab exteris autem haec duo festa sub ritu duplici maiori, et festum S. Catharinae Senensis ac S. Philippi Nerii sub ritu duplici tantum minori peragi debeant?

III. Utrum, iuxta decretum num. 1432 *Umbriaticen.* 12 Septembris 1671, festum S. Bartholomaei apostoli etiam ab alumnis piae Societatis Missionum, qui utuntur kalendario Urbis, celebrari debeat die 24 vel 25 Augusti, prout in dioecesi vel regione, ubi versantur, moris est?

IV. Ubi festa Assumptionis et Nativitatis B. M. V., quoties occurrunt infra hebdomadam, Dominica subsequenti cum integro Officio ac Missa tamquam in sede propria recoluntur (uti in Borussia, ex decreto diei 5 Augusti 1904, a Regularibus quoque fieri debet), ibi festum S. loachim necnon festa Purissimi Cordis ac SS. Nominis B. M. V. sedem, quam in Ecclesia universali obtinent, retinere nequeunt, nisi quando dies 15 Augusti sicut dies 8 Septembris sit Dominica. Ideo quaeritur : 1.° utrum festa S. loachim et purissimi Cordis B. M. V. ibi celebrari debeant duobus diebus dominicis insequentibus, ita ut si v. g. Assumptio B. M. V. celebretur die dominica 16 Augusti, festum S. loachim recolatur die 23 Augusti, et festum purissimi Cordis Dominica subsequenti, die 30 Augusti ; an utrumque fixe assignandum sit diebus proxime sequentibus liberis, in casu 22 Augusti et 8 Septembris respective? 2.° utrum festum SS. Nominis B. M. V. ex Rubrica novissime reformata fixe die 12 Septembris sit assignandum, translato festo inferiore ibidem occurrente ?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita Commissionis liturgicae sententia, omnibus accurate perpensis, respondendum censuit :

Ad I. *Affirmative,* exceptis octavis Titularis et Dedicationis archibasilicae Lateranensis.

Ad II. Provisum in praecedenti.

Ad III. *Affirmative,* ex causa feriationis; quae, licet reducta, omnimodam uniformitatem ab universo eiusdem dioecesis vel regionis clero, etiam circa diem, in celebrando festo requirit.

Ad IV. *Quoad priorem quaestionem:* Festum S. Ioachim confessoris eadem celebretur die, qua communiter fit a clero saeculari regni Borussia.; et, hac communiter minime assignata, recolatur die 20 Martii, qua festum annunciatur in Martyrologio romano. Festum vero purissimi Cordis beatae Mariae Virginis, ex gratia, celebretur Dominica III post Pentecosten, prouti iam recolitur in aliquibus locis. — *Quoad posteriorem quaestionem:* Festum SS. Nominis beatae Mariae Virginis die 12 Septembris, tamquam in sede propria, fixe reponatur.

Atque ita rescripsit, declaravit atque indulsit. Die 23 Aprilis 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

fü. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IL

VINDOBONEN.

DECRETUM CANONIZATIONIS B. CLEMENTIS MARIAE HOFBAUER, SACERDOTIS PROFESSI CONGREGATIONIS SS. REDEMPTORIS AG PROPAGATORIS INSIGNIS EIUSDEM CONGREGATIONIS. i,

Super dubio: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam a Sede Apostolica eidem Beato venerationem, tuto procedi possit ad solemnem eius canonizationem.*

Mentibus haeret pene recens pompa solemnis, qua caelitum sanctorum honores Gerardo Majella tributi sunt; quum ecce iam alteri Alfonsianae congregationis alumno par triumphus apparatur. Licet ergo tam bene melitae familiae parenti gratulari Tobiae verbis (xni, 17): « Tu autem « laetaberis in filiis tuis »; his vero gloriari, « quoniam filii Sanctorum « sumus » (Ib. II, 18). Agitur hodie de immortali viro, quem Ligorius « reliquit defensorem domus contra inimicos, et amicis reddentem. gra« tiam » *(Eccli.* xxx, 6); agitur de invicto Poloniae et Germaniae Apostolo, qui « est directus divinitus in poenitentiam gentis.... et in diebus peccatorum corroborava pietatem» *(Eccli.* XLIX, 3, 4). Admirabilis hic divinorum operum ostensor, siquidem, ut habet Ambrosius: « Isti sunt caeli, « qui enarrant gloriam Dei; haec opera manuum eius, quae annuntiat fir« mamentum », fuit beatus Clemens Maria Hofbauer.

Etsi omnium, qui *amici Dei facti sunt* praeclara vita numquam careat exemplis, quae plerique imitari queant, ut est Ambrosii sententia, « Sanctorum « vita ceteris norma vivendi est » *(Ep.* xxn): aliquorum tamen mortalis cursus is fuit, ut eorum sanctitas videatur aliena nemini. Huiusmodi sane fuisse censendus est beatus Clemens Maria Hofbauer, qui varias vices expertus et solitariae vitae et actuosae, a tiburtino secessu ad coenobium, ab athenaeo ad apostolatum; omnis ferme conditionis hominibus iterare posse videtur Paulinum monitum: « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi » (I *Cor.* xi, 1). Iuvenili enim aetati, sive quae operibus manus addicta est, sive quae studiis mentis intenta, documento fuit, etiam inter corrupti saeculi pericula, et fidei et morum integritatem servari posse, si modo desidia vitetur, si peccandi irritamenta dimoveantur, si cachinnantis insipientiae ratio nulla habeatur, si frequenti usu Sacramentorum naturalis roboretur infirmitas. Talem se praestitit beatus Clemens, sive quum pistoris artem exercuit, sive quum in Vindobonensi athenaeo studiorum causa versatus est. Postquam vero societati se adiunxit sanctissimi Redemptoris, exemplar exstitit religiosae vitae, viamque perfectae virtutis multiplices inter difficultates ac turbulentissimas procellas cucurrit ut gigas, re magis quam verbo sodalibus ostendens quemadmodum eos oporteat in vocatione sua fortiter fideliterque manere. Christi vero praeconibus, qui dissita ad loca mittuntur, ut verbi divini semen late diffundant, alacritate sua significavit, quae sint apostoli munia, qui sustinendi labores, quae ineunda pericula, quo animi ardore curanda Dei gloria et proximorum salus. Catholicos denique omnes perpetuo edocuit, quantum studii sit collocandum, ut fidei thesaurus tot inter insidias custodiatur; quantum obsequii et obedientiae, in tanto auctoritatis contemptu, Christi Vicario debeatur; quam viriliter in quotidianos impetus hostium pro Ecclesiae libertate ac dignitate sit dimicandum.

Ob haec singularia virtutum specimina et consequuta signa, ad normam sacri iuris rite probata, Leo Papa XIII fel. rec. Clementem Mariam Hofbauer ad beatorum caelitum honores evexit. Crescente autem in dies fama sanctitatis eius ac prodigiorum, admotisque Sedi Apostolicae precibus, ut novum hoc Alfonsiani Instituti lumen clariore in luce collocaretur per accessionem supremi honoris, hoc est ut Sanctorum albo adscriberetur, agitata in hunc finem causa est super binis miraculis, de quibus sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, decreto edito nono kal. febr. volventis anni, constare affirmavit.

Unum supererat, iuxta sacri huius Fori statuta, inquirendum : *utrum caelitum sanctorum honores B. Clementi Mariae Hofbauer tuto decerni possent.* Itaque in sacrae huius Congregationis generali conventu, habito coram SSmo D. N. Pio Papa X, decimosecundo kal. Maii, hoc eodem anno.

Rmus Cardinalis Dominicus Ferrata, causae relator, dubium proposuit: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam a Sede Apostolica beato Clementi Mariae Hofbauer venerationem, tuto procedi possit ad solemnem eius canonizationem.* Rmi Cardinales et PP. Consultores quum unanimi suffragio tuto procedi posse respondissent, SSmus Pater supersedendum duxit, monuitque omnes, qui aderant, ut in re tam gravi supernum lumen effusis precibus implorarent.

Tandem, hodierno die, qui sacris solemnibus D. N. Mariam, Matrem boni consilii, annuus memorat, sacra Hostia pientissime litatà in domestico sacello, nobiliori aulae vaticanae successit, et pontificio solio assidens ad se accivit Rmos Cardinales, Sebastianum Martinelli SS. Rituum Congregationi Praefectum, et Dominicum Ferrata causae ponentem, una cum R. P. Alexandro Verde sanctae fidei Promotore, meque infrascripto a secretis iisque adstantibus, rite pronuntiavit: *tuto procedi posse ad sollemnem beati Clementis Mariae Hofbauer canonizationem.*

Hoc autem decretum in vulgus edi, in SS. Rituum Congregationis acta referri, litterasque apostolicas sub plumbo de canonizationis solemnibus in patriarchali basilica vaticana, ubi primum licuerit, celebrandis, expediri iussit, vi kal. maias, anno MDCCCCIX.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L.)$j S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

III.

DIVIONEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI BENIGNI JOLY, CANONICI ECCLESIAE S. STEPHANI, CIVITATIS DIVIONENSIS.

Super dubio: *An, constet de virtutibus theologalibus fide, spe, caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Si caritas in proximos est propria fortium, munus autem fortitudinis, uti docet S. Gregorius magnus, est « carnem vincere, propriis voluntatibus « contraire, delectationem vitae praesentis exstinguere, huius mundi aspera « pro aeternis praemiis amare » *(Moral.,* VII); ea profecto virtus non ad alios pertinere dicenda est, nisi ad christianae perfectionis amatores et asseclas.

Qui enim a disciplina Crucis abhorrent, et sive in prosperis sive in adversis meminisse Deum dedignantur, ii « quaerunt quae sua sunt », et si quando, aut instinctu naturae aut gloriae studio, impelluntur ut benefici sint, eorum liberalitas nec universalis illa quidem nec diuturna nec multiplex, a Christi militum caritate quam longissime abest. Quamvis vero proximorum dilectio propter Deum communis nota christianae sanctitatis esse videatur, nihilominus, quia « Spiritus ubi vult spirat, ac dividit singulis prout vult », idcirco, pro variis temporum locorumve rationibus exstiterunt, qui peculiari in proximos caritate spectaculo essent. Inter hos enituit, Gallicae gentis et catholici sacerdotii decus, ven. Dei servus Benignus Joly.

Divione ortus, undecimo kal. septembres anno MDCXLIV, parentibus haud minus genere quam virtute conspicuis, praeclaro admodum initio usus est adolescentiae* Hanc enim a caritate in Deum et proximos auspicatus, non modo ne in minimis quidem offendit, sed aemulari visus est maturae sanctitatis adscensus, iam tum pauperes ea miseratione complexus, ut aequalibus egenis obsonia suppeditaret et vestes, receptosque secum, non sine piis monitis, recreandos curaret. Matre vivis erepta, Balnas a patre missus est in collegium Philippinorum, quae sedes illi non minus litterarum palaestra quam virtutis fuit. Ibi quantum animi robur ad omnia ferenda ex Christi amore attigisset plane ostendit, quum impactam sibi a contubernali alapam non aliter excepit, quam altera percutienti obiecta maxilla. Sacrae adscriptus militiae, propter sui quam fecerat exspectationem, Canonicus renuntiatus est in Divionensi ecclesia S. Stephani. Defuncto patre, philosophiae operam dedit in Rhemensi collegio Societatis Iesu; in Navarensi vero Lutetiae Parisiorum doctoris theologi laurea est insignitus. Quo die primum litavit, non tam &ui quam pauperum visa sunt celebrari solemnia. Sacro enim in privata aedicula,'nullaque pompa, peracto, mendicos duodecim secum deduxit, mensaeque una accumbentibus ministravit, erogata insuper stipe. Quo autem divini amoris igne flagraret quoties operaretur Sacris, indicio fuit et saepe visa coruscare facies et mens ad superna sic rapta, ut ne fulminis ictu quidem prope se delapsi quateretur.

Divionem reversus ut Canonici munia expleret, Abbati suo datus est Vicarius; a quo tamen officio recedere coactus est valetudinis causa. Ea cura solutus, ac sibi dictum putans « evangelizare pauperibus misit me », horum animis corporibusque iuvandis totum se dedit. Plura itaque aggressus est caritatis opera, inter quae praecipua mentione digna sunt et pium sodalitium vestibus ac stragulis consuendis, et instaurata suo sumptu Vincentii sancti aedicula, in qua pauperes christiana doctrina erudirentur, et aperta domus duplex, altera dimissis ancillis, quam divinae Providentiae nuncupavit, altera perditis feminis ad bonam frugem reversis, cui

boni Pastoris indidit nomen. Idem valetudinario Divionensi a magistratibus praepositus, piarum sororum infirmis ministrantium familiam instituit; sorores tum a S. Vincentio, tum quae Lazaristae appellantur, Divionem advocari curavit. Seminarium condidit instituendis ad sacerdotium caritatis adolescentibus, qui ruricularum saluti vacarent.

Nihil arduum reputans, quia, uti docet Augustinus, « solus amor est, « qui nomen difficultatis erubescit » *(Conf.* XIII), a sui ipsius afilictatione robur assumebat ad omne genus miserias in aliis relevandas. Assuetus cibo et somno abstinere, flagellis variisque voluntariis poenis innoxium corpus atterere, iniurias, minas, convicia invicta patientia tolerare, haud inusitatum in eo fuit sibi vestem detrahere, qua egenos operiret, eadem culcitrà Stratum sontes confitentes, etiamsi pestifero morbo affectus audire, capite damnatis adesse, eorumque pervicaciam in se plectere, suis manibus mortuos efferre. Quia denique « maiorem caritatem nemo habet quam ut animam « suam ponat quis pro amicis suis » ex genere ipso et causa mortis quam ven. Dei Servus oppetiit, licet virtutis eius magnitudinem dimetiri. Non recusavit enim quominus, vel extremo spiritu, si quam opem lue correptis ferre posset experiretur, in eaque contentione, quum aliorum saluti prospiceret, ipse sibi vitae finem properavit. Accidit eius obitus quinto idus septembres anno MDCXCIV, immaturus ille quidem, quod vix decimum lustrum aetatis explevisset, sed viro dignus, qui pater pauperum esse numquam desiisset. Nam commodato lecto decubuit, quod omnia egenis esset ante largitus, nec sui quidquam reliquisset, nisi pretiosas exuvias et ingens desiderium tantae virtutis.

Sanctitatis opinio, qua haec amoris victima in mortali vitae cursu floruit, post eius excessum ita percrebuit, atque iis est declarata prodigiis, ut inquisitiones ordinaria auctoritate primum institui solitas brevi provocant. Quibus expletis, res omnis ad SS. Rituum Congregationem delata est, donec nonis septembr. anno MDCCCLXXIÌ, sa. me. Pontifex Pius IX commissionem introductionis causae ven. Dei Servi sua manu signavit. Acta deinde causa est apostolica auctoritate penes eandem SS. Rituum Congregationem, de gradu heroico virtutum ven. Dei servi Benigni. Ac primum quidem in antepraeparatorio coetu penes Rmum Cardinalem Vincentium Vannutelli Episcopum Praenestinum, causae relatorem, habito decimoquarto kal. ianuar. anno MDCCCCV; mox praeparatorio conventu in aedibus vaticanis, quarto kal. febr. hoc anno; denique in Congregatione generali ibidem coacta coram SSmo D. N. Pio PP. X, decimosecundo kal. maias eiusdem anni, in qua idem Rmus Cardinalis Vincentius Vannutelli discutiendum proposuit dubium: *an constet de virtutibus theologalibus fide, spe, caritate in Deum et proximum, itemque de cardinalibus prudentia, iustitia,*

fortitudine, temperantia earumque adnexis ven. servi Dei Benigni Joly, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur. Rmi Cardinales et patres Consultores sua quisque suffragia tulerunt; quibus perpensis, SSmus Dominus supersedendum censuit a supremo edendo iudicio, adhortatus adstantes, ut supernum lumen nagifarent.

Hodierno vero die, quo D. N. Mariae, sub titulo matris boni Consilii, festum percolitur, divina Hostia in domestico sacello litatä, nobiliori aulae vaticanae succedens ac pontificio solio assidens, Rmos Cardinales arcessivit, Sebastianum Martinelli SS. Rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli Episcopum Praenestinum, causae ponentem, itemque R. P. Alexandrum Verde sanctae fidei Promotorem et me infrascriptum a secretis, iisque adstantibus solemniter pronuntiavit: *constare de virtutibus theologalibus fide, spe, caritate in Deum et proximum, itemque de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia earumque adnexis ven. Dei servi Benigni Joly, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum evulgari, et in acta SS. Rituum Congregationis referri iussit, vi kal. maias anno MDCCCCIX.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

SEGUSINA.

IURIS CANENDI MISSAS ADVENTICIAS

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno sexto, die 6 Aprilis 1909, RR. PP. DD. Michael Lega Decanus ponens, Constantinus Contini Riccardi et Ioseph Mori, Auditores de turno, in causa Segusina - Iuris canendi Missas adventicias, *inter Antonium Tonda Praepositum ecclesiae cathedralis appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem sacerdotem Antonium Lombardi advocatum, et Petrum Viglione rectorem ecclesiae a suffragio appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Sub a. 1890 municipium Segusinum longe ab urbe transtulit coemeterium, et una simul vetuit, ne iusta funebria in ecclesia a S. Carolo celebrarentur, uti antea fieri consueverant, contendens, haec peragenda esse

in ecclesia cathedrali; quod cum facere detrectaret Capitulum, Episcopus Rosaz, ad auferendas contentiones et difficultates, ortas ex distantia coemeterii, consilium coepit novam erigendi ecclesiam extra moenia Segusina, et ad viam quae ducit ad coemeterium. Revera stipe corrogata, ecclesiam e fundamentis excitavit, cui titulus *B. M. Virginis a suffragio,* quae statim ac divino cultui inservire coepit ab a. 1900, inibi funera celebrata sunt et aliae certae functiones, in suffragium praecipue defunctorum, fieri coeperunt, ex mandato ipsius Episcopi a sacerdote in eiusdem ecclesiae rectorem seu capellanum constituto. Hic, demortuo Episcopo Rosaz, seu post quinque fere annos a sua constitutione, petiit ab hodierno Episcopo, ut ei liceret etiam Missas cum cantu sive pro vivis sive pro defunctis adventicias celebrare, irrequisito Praeposito. Annuit Episcopus, admonito tamen eodem sacerdote de querelis, quas certe Praepositus moturus esset. Reapse iste protestatus est, negans, ob consuetudinem in dioecesi Segusina inolitam iampridem et vigentem, rectori *ius esse decantandi eiusmodi Missas,* irrequisito parocho; quamobrem formiter promota est quaestio in Curia Segusina, et die 20 Iulii a. 1908 prodiit sententia, *quae idem ius sacerdoti Viglione ecclesiae a suffragio rectore adiudicavit.* Appellationem instituit Praepositus apud S. Congregationem Concilii, et de appellationis instantia hodie cognoscendum est ab Auditorio S. Rotae, ad tramitem nuperrimae Constitutionis *Sapienti consilio,* atque in praesenti actione quaestio disputatur, sub hac dubii formula, quam partes seu earum procuratores concordarunt, nempe : *An constet de iure sacerdotis Viglione, rectoris ecclesiae a suffragio, canendi Missas adventicias, etiam funeraticias, absque parochi licentia, in casu.*

In resolutionem huius quaestionis *ad factum* quod spectat, adverterunt domini Auditores : 1.° novam ecclesiam a suffragio erectam fuisse intra limites ecclesiae parochialis cathedralis, ut eidem ista inserviret in peragendis funeribus fidelium, in novo coemeterio tumulandorum ; et hoc iam ab anno 1900 observatum est ; 2.° Episcopus, quo bono fidelium spirituali ecclesia magis responderet, mandavit sacerdoti Viglione Petro, in causa appellato, ut apud ecclesiam resideret, Missam ibi celebraret quotidie, exceptis diebus festis, et alias pias perageret functiones ; 3.° per quinque saltem annos, seu vivente Episcopo Rosaz, sacerdos Viglione Missas canere numquam ausus est; deinceps hodiernus Episcopus, ad instantiam sacerdotis Viglione, censuit respondere, stante dubio, fas esse eidem sacerdoti sua uti libertate et facultate canendi Missas, eo tamen admonito de quaestione, quam certe promoveret Praepositus.

Ad *iuris quaestionem* haec animadvertenda sunt. Sacerdos Viglione, per suum procuratorem contendit, sibi certum ius competere canendi con-

troyersas Missas in sua ecclesia rectorali, quia decretum *Vrbis et Orbis* S. Rituum Congregationis diei 10 Decembris 1703 hanc sibi facultatem adiudicat. Neque probata dici potest consuetudo, a Praeposito invocata, quam inficiantur testes a sacerdote Viglione adducti, adeo ut res saltem in ancipiti posita sit ; stante autem dubio, possidere dicendum est ius commune in decreto *Urbis et Orbis* citato comprehensum ; quamobrem onus probandi adversam consuetudinem refunditur in Praepositum, quo non plene probante, sacerdos Viglione in exercitio dicti iuris non est deturbandus.

Ex adverso, Praepositi patronus confidit, se plene et undequaque consuetudinem a se assertam probasse.

Verum in primis expendi debet, an revera sacerdoti Viglione haec commoda positio competat, ut in suam partem pertrahat *ius commune eiusque assistentiam*, unde relevetur ab onere probandi. Iamvero, re intimius perpensa, evincitur, ius commune assistere Praeposito, seu ecclesiae cathedrali, quam ipse repraesentat. Nam ecclesia cathedralis, prae aliis ecclesiis etiam parochialibus, sibi vindicat quandam potiorem auctoritatem, et *quasi dominium* in ecclesias inferiores; quod deducunt doctores ex *cap. 2, de capella monach.*, cuius *summarium* statuit : « Si ecclesia *non « cathedralis* vindicat sibi ius in alia ecclesia, obtinebit solum quoad ea « quae probavit sibi deberi praescriptione aut alio legitimo modo ». Item ex *cap. fin., de off. archidiaconi.* Equidem universae aliae ecclesiae dioecesis in cathedrali recognoscere et revereri debent veluti suam *matricem*, suum *caput;* unde id iuris tantum adversus cathedralem sibi repetere valent, quae legitimo titulo acquisivisse demonstrant ; quare, veluti iure non decrescendi, cathedrali competunt iura alteri ecclesiae certe non acquisita. Ita in *Bisinianen. - Praeminentiarum* 10 Februarii 1710 coram Ansaldo asseritur *n. 483:* « Practicatur in civitatibus erga cathedralem, ut pariter hospi« tes et advenae non habentes fixam paroeciam, ab eadem cathedrali, tam« quam a communi matre, suscipiant huiusmodi Sacramenta ». Hac eadem de causa parochus ecclesiae cathedralis funus persolvit super cadaveribus eorum, qui in civitate episcopali suam paroeciam non habent, uti decisum fuit a S. Congregatione Concilii in *Novarien.* 22 Iunii 1895, et firmatum in *Romana et Bredanen.* 27 Augusti 1904 ad I, quamvis in responsione ad II ratio habita sit parochi, qui peregrino perfunctorie in civitate commorant! Sacramenta administravit. In hunc sensum Barbosa *De canon, et dignitat., cap. VI, n. 19,* docet: « Cathedralis ... parochia totius civitatis « et dioecesis dicitur », et exinde Fagnanus ad caput *Audientiam, de eccl. aedif.,* deducit consequentiam : « Ecclesia nulla *praeter ecclesiam cathedra« lem* fundat intentionem suam, de iure super subiectione alterius ecclesiae, « etiam fundatae intra limites suae paroeciae, praeterquam ad iura paro-

« chialia ». Card. De Luca in textu, quem mutuatum refert defensio sacerdotis Viglione, in *discursu 31, n. 6, de parochis,* ita scribit: «Ecclesiae « siquidem intra alicuius paroeciae limites fundatae non dicuntur ipsius « paroeciae subditae neque ab ea aliquam dependentiam habent, nisi ex « lege fundationis aut legitima consuetudine, aut alias id specialiter probet; « cum id *soli cathedrali* competat........et bene firmat Rota in *Aversana* - « *Funeralium* 23 Iunii 1634 coram Coccino inter *Recent, decis. 552, part. 5,* « *n. 11,* quae decisio in materia est magistralis ». Neque huic principio obstat celebre decretum *Urbis et Orbis* S. Congregationis Rituum a. 1703, in quod propositum haec habentur in decisione coram Motines, 3 Iulii 1705: « Decidendi ratio stetit in eo, quod, licet dicta ecclesia S. Mariae sit posita « intra limites ecclesiae parochialis, non exinde tamen eidem parochiali « censetur subiecta, cum nulla ecclesia, *citra cathedralem,* fundet suam « intentionem de iure super subiectione alterius ecclesiae, praeterquam in « ordine ad iura parochialia ». Et distinctius in decisione coram Lancetta, *decis. 784,* 2 Iunii 1713 : « Quidquid enim priscis temporibus censuerit « S. Congregatio Rituum, hodie extra aleam cuiuscumque dubitationis rece- « ptam habemus sententiam, quod expositio XL Horarum, et benedictio, « quae fit super populo, non sunt de iuribus mere parochialibus....; ideo- « que praefatae functiones tamquam indifferentes rite recteque expleri pos- « sunt ab aliis sacerdotibus et capellano confraternitatis, absque ullo « prorsus consensu archipresbyteri, quamvis oratorium intra limites eius « paroeciae reperiatur; nulla quippe ecclesia *praeter cathedralem,* ratione « huius simplicis situationis, fundatam habet intentionem, super subiectione « alterius ecclesiae, quoad dictos actus non stricte parochiales ». Eadem theorica confirmatur in alia decisione 988 coram Lancetta a. 1717; in decisione vero iam citata magistrali coram Coccino, postquam hic enunciaverit doctrinam communem, quod nempe ecclesia etiam parochialis non obtinet aliquam subiectionem ab ecclesia minori, intra suos fines sita, nisi istud probet, *praeterquam tamen quoad iura parochialia,* haec subdit: « Neque contrarium probant argumenta allata n. 15, textus enim illi loquun- « tur de Episcopo et ecclesia cathedrali, quae, ut dictum est fundatam habet « intentionem super subiectione aliarum ecclesiarum intra fines dioecesis « sitarum. Aliud est de ecclesia *parochiali cathedrali inferiore,* nam de hac « nuspiam iure expressum est aliquid ex quo subiectio ceterarum ecclesia- li rum intra fines eius sitarum probetur ». Proinde difficultatem non facit si in celebri decreto *Urbis et Orbis* S. Congregationis Rituum de eiusmodi privilegiata conditione ecclesiae cathedralis mentio non fit; haec enim praerogativa competit ecclesiae cathedrali, non quatenus est ecclesia quaedam parochialis, habens sua iura et suos fines, non secus ac aliae paro-

chiae, sed quia,est ecclesia Episcopi et veluti parochia totius dioecesis et aliarum ecclesiarum matrix et caput. In praesenti actione autem effectus huius praerogativae est, ut Praepositus ecclesiae cathedralis relevetur ab onere probandi, ut considerat Schmalzgrueber in tit. *de capellis monachorum, n. 5,* aiens, quod ecclesia cathedralis, quia « fundatam habet intentionem « super subiectione ecclesiarum intra fines dioecesis suae sitarum, proinde « relevatur a probandi onere, et istud reiicit in adversarium »; idem docet De Luca, *de ind., disc. 2, n. 19,* et H. S. Tribunal, in *decis. 321* inter *Recent., part. 15, n. 3* censuit: « sola iuris assistentia sufficeret in iudicio petitorio ». Quocirca sacerdos Viglione obtinere non valet suam intentionem, nisi probet, ius canendi Missas ipsum acquisivisse aliquo legitimo titulo. Sed de hoc ne cogitat quidem, quia totus est in comparandis argumentis, ut probet, non vigere consuetudinem, vi cuius non fas est rectoribus ecclesiarum non parochialium canere Missas adventicias sine venia parochi. Et si demus hoc in probatis exsistere, tamen sacerdos Viglione exinde nihil proficeret in suam causam, uti patet ex praehabitis iuris regulis. Quapropter possumus de controversa consuetudine nihil ulterius disserere ; at praestat aliqua advertere pro clariore iuridica positione partium contendentium. Etenim etiam in themate consuetudinis longe solidior est positio Praepositi.

Quamvis adversus testes omnes, ab una et ab altera parte productos, possit excipi quia non fuerunt formiter et iudicialiter excussi, prouti par erat ad normam tituli *De testibus et attestationibus,* tamen negari non potest, quod, si aliunde aliam non patiantur exceptionem, solidum argumentum praebere valent de factis assertis. Item, etsi consuetudo finitimarum dioecesum invocari non possit, quia consuetudo, adversus ius commune procedens, est stricti iuris et stricte interpretanda (Rota, *Recent., decis. 112, n. 4, part. 2,* et *decis. 217, n. 8, part. 16)* et inde extendi non potest de loco ad locum, de persona ad personam; ita De Luca *De beneficiis, disc. 13, n. 8,* et *disc. 29, n. 23;* tamen advertit ipse De Luca *De feudis, disc. 59, n. 6,* « consuetudinem locorum adiacentium maxime faciendam esse « pro rei dubiae interpretatione », seu constituere indicium et argumentum probabilitatis. Eo magis hoc perpendi debet in casu nostro, quia dioecesis Segusinae paroeciae, ante dioecesis constitutionem, pertinebant variis finitimis dioecesibus, quae hoc iure consuetudinario reguntur, *uti* declarat Episcopus Rosaz in decreto a. 1885, 13 Iulii, et hoc sensu non spernendam vim habet praescriptio veteris synodi a. 1725 habitae ab abbate S. Iusti de Segusia *nullius dioecesis;* itemque attestatio Episcopi in citato decreto a. 1885, « in his quae synodus nostra praeterit, regimur iure finitimarum « dioecesum »; et hoc deducit ex ipsis decretis synodalibus. Attestationes autem ex adverso productae a sacerdote Viglione non sunt omni exceptione

maiores, eo praecipue quia *aequivocae et ambiguae* sunt, cum non excludant expresse, Missas adventicias fuisse celebratas *cum permissione parochi,* vel non agi de Missis *fundatis.* Praeterea nemo inficiato, consuetudinem non fuisse pacificam, .et plures ecclesiarum rectores vel in dubium eam vocasse vel sua libertate usos esse inconsultis parochis, sed, ad asserendam vim consuetudinis in themate, oportet, ut doceatur de iure canendi Missas adventicias sine licentia parochorum, ipsis scientibus et non contradicentibus. Quod si sacra Congregatio Concilii, rescripto diei 29 Maii 1885, edixit : *Dilata, et coadiuventur probationes quoad consuetudinem,* hoc spectat ad capellanos ecclesiarum S. Caroli et S. Spiritus tunc *in causa actores,* a quibus exquirebatur probationum supplementum. Itaque consuetudo a Praeposito invocata, quamvis haberi non possit plene probata, eo maxime quia testes non fuerunt iudicialiter excussi, nihilominus, attentis praecipue praescriptionibus synodalibus, praesumptio oritur favens Praeposito, quae reiicit in contradictores onus probandi quod in contrarium asseritur.

Hodierna causa autem respicit tantummodo ecclesiam a suffragio nuper aedificatam, et cultui divino addictam in auxilium ecclesiae cathedralis, a qua proinde habet specialem dependentiam. Inde ista ecclesia, ex sua origine, effecta est *coadiutorialis* et *auxiliaris* ecclesiae cathedralis, propter eam potissimam causam, ut ibi libere et commode absolverentur funera fidelium parochianorum ; quare qualiscumque independentia ab ecclesia cathedrali aliena est ab eius destinatione, et deordinaret exercitium cultus divini.

Neque obiici valet constitutio rectoris residentis apud|eandem ecclesiam ex decreto et ordinatione Episcopi Rosaz, eiusdem ecclesiae fundatoris. Nam utique rectores ecclesiarum frui possunt iure communi per celebre decretum *Urbis et Orbis* S. Congregationis Rituum declarato et vindicato, et hoc eruitur ex auctoritatibus et decisionibus supra allegatis, sed fines, intra quos vel rectores vel ipsae sodalitates per suos capellanos peragere valent functiones non parochiales, praestituuntur a respectivis statutis et fundationibus per Episcopum approbandis. Quare in citato decreto, ad dubium X : « An celebratio Missarum solemnium per annum, « sive pro vivis sive pro defunctis, sit de dictis iuribus parochialibus », rescriptum fuit : « Negative, prout iacet, sed licere confratribus dumtaxat « in festivitatibus solemnioribus eiusdem ecclesiae vel oratorii, ut in *Brun-« dusina* sub die 1 Iunii 1601 ». Siquidem semel ac in ecclesiis inferioribus a parochiali divisis et separatis, vel confraternitates legitime constitutae sint, vel alias in eisdem deputati fuerint rectores pro explendis sacris functionibus seu festivitatibus respectivae ecclesiae vel oratorii, iuxta tabulas fundationis, ne a parocho quidem ecclesiae cathedralis prohiberi possunt,

sive sodalitates sive simplices rectores quominus compleant sacras functiones non parochiales ad normam citati decreti *Urbis et Orbis; ei* Episcopo tantummodo competit potestas moderandi earundem usum ; uti docet Benedictus XIV *Instit. eccles. 105, cap. V, n. 94,* scribens : « Ex his;, quae «hucusque dicta sunt, facile deprehenditur, sacrae Congregationi, dum « parochos inter et sodalitates dissidia componeret, eam non fuisse men« tem, ut Episcoporum iurisdictionem infringeret, aut ipsos impediret, ne « unquam a decretis ipsis recederent, etiamsi legitima causa interveniat, « et dioecesis utilitas aliud exposcere videatur ».

In casu nostro sacerdos Viglione est rector cuiusdam ecclesiae, quae nedum est subiecta cathedrali ex iure communi, sed etiam ex speciali destinatione, cum aedificata fuerit in istius subsidium et auxilium ; et hinc est rector, ut expleat certas functiones auxiliares et subsidiarias. Nunquam vero habuit in mandatis, ut caneret Missas adventicias ; has canere exoptat et veniam petit ab Episcopo seu facultatem has canendi, irrequisito Praeposito. Episcopus haerens anceps de quaestione iuris, quin quaestionem dirimere intenderet, aut praeiudicare iuribus Praeposito quaesitis, permisit Sacerdoti Viglione ut dictas Missas caneret, eodem admonito de querelis, quae, procul dubio, ab ipso Praeposito excitarentur.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis :

Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, *non constare de iure sacerdotis Viglione, rectoris ecclesiae a suffragio, canendi Missas adventicias etiam funeraticias absque Praepositi licentia ;* seu proposito dubio, *negative* respondemus ; et exinde sententiam appellatam infirmamus, et pro infirmata haberi decernimus et declaramus. Expensas autem iudiciales tum prioris tum praesentis instantiae decernimus inter partes haberi compensatas et pro compensatis haberi volumus et mandamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess.* xxv, *de reform.* Conc. Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 6 Aprilis 1909.

M. Lega *Becanus, Ponens.*
Constantinus Contini Riccardi.
Ioseph Mori.

L. £g S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

APPENDIX

DECRETA INEDITA S. CONGREGATIONIS RITUUM AB ANNO 1900.

L

PRIVILEGIA

QUAE CONCEDI SOLENT IN TRIDUO VEL OCTIDUO SOLEMNITER CELEBRANDO INTRA ANNUM A BEATIFICATIONE VEL CANONIZATIONE.

I. In solemniis, sive triduanis pro recenter Beatificatis, sive octiduanis pro recenter Canonizatis, quae celebrari permittuntur, Missae omnes, sive solemnes sive privatae, inter votivas recensendae sunt. Ob peculiarem vero celebritatem Sanctitas Sua indulget, ut omnes ac singulae dicantur cum *Gloria* et *Credo;* semper autem habebunt Evangelium S. Ioannis in fine, iuxta Rubricas. Missa tamen solemnis dicatur cum unica Oratione : reliquae vero privatae cum omnibus Commemorationibus occurrentibus, sed Collectis exclusis.

IL Missam solemnem impediunt tantum duplicia primae classis, eiusdemque classis Dominicae, nec non feriae, vigiliae et octavae privilegiatae, quae praefata duplicia excludunt. Missas vero privatas impediunt etiam duplicia secundae classis, et eiusdem classis Dominicae. In his autem casibus impedimenti, Missae dicendae sunt de occurrente festo vel Dominica aliisve diebus ut supra privilegiatis, prouti ritus diei postulat. In duplicibus tamen primae classis addatur Orationi diei unica Commemoratio de Beato vel Sancto, sub unica conclusione : in duplicibus autem secundae classis Orationi de die, sub sua distincta conclusione, addantur in privatis Missis, praeter Orationem de Beato vel Sancto, omnes quas ritus exigit Commemorationes occurrentes, Collectis, ut supra, exclusis. Similiter, in reliquis privilegiatis diebus Missae sint iuxta ritum diei, Commemoratione de Beato vel Sancto semper suo loco addita. Quod Praefationem spectat, serventur Rubricae.

III. Tn ecclesia, ubi adest onus celebrandi Missam conventualem, vel parochialem cum applicatione pro populo, eiusmodi Missa de occurrente Officio numquam omittenda erit.

IV. Si Pontificalia Missarum ad thronum fiant, haud Tertia canenda erit, Episcopo paramenta súmente, sed hora Nona : quae tamen hora minor de Beato vel Sancto semper erit ; substitui nihilominus eidem horae de die pro satisfactione non poterit.

V. Quamvis Missae omnes, vel privatae tantum, impediri possint, semper nihilominus secundas Vesperas de Beato vel Sancto solemniores facere licebit, absque ulla Commemoratione: quae tamen cum votivi rationem induant, pro satisfactione inservire non poterunt.

VI. Aliae functiones ecclesiasticae, praeter recensitas, de Ordinarii consensu, semper habere locum poterunt, uti homilia inter Missarum sollemnia, vel vespere oratio panegyrica, analogae ad Beatum vel Sanctum fundendae preces, Litaniae lauretanae, et maxime solemnis cum Venerabili benedictio. Postremo vero tridui vel octidui die, hymnus *le Deum* cum *Tantum ergo* et Orationibus de SSmo Sacramento ac pro gratiarum actione, sub unica conclusione, solemniter decantandus, numquam omittetur.

VII. Ad venerationem autem et pietatem in novensiles Beatos vel Sanctos impensius fovendam, Sanctitas Sua, thesauros Ecclesiae aperiens, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui, vere poenitentes, confessi ac sacra synaxi refecti, ecclesias vel oratoria publica, in quibus praedicta triduana vel octiduana solemnia peragentur, visitaverint, ibique iuxta mentem eiusdem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces fuderint, indulgentiam plenariam in forma Ecclesiae consueta, semel lucrandam, applicabilem quoque animabus igne piaculari detentis, benigne concedit: iis vero, qui, corde saltem contrito, durante tempore enunciato, ipsas ecclesias vel oratoria publica inviserint, atque in eis uti supra oraverint, indulgentiam partialem centum dierum semel unoquoque die acquirendam, applicabilem pari modo animabus in Purgatorio exsistentibus, indulget.

Ita reperitur in actis et regestis Secretariae sacrorum Rituum Congregationis. Die 16 Decembris 1902.

L. Jjj S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

II.

AESINA

CIRCA ALTARIA CUM CORONA MARMOREA, VEL STIPITIBUS LAPIDÉIS NON INHAERENTIA.

Rmus Dnus Ioannes Baptista Ricci, Episcopus Aesinus, pastorali totius dioeceseos visitatione completa, haec, pro opportuna solutione, dubia sacrorum Rituum Congregationi humillime subiecit, nimirum :

Omnes dioecesis parochiales ecclesiae sunt consecratae. In iis inveniuntur nonnulla altaria fixa, in quibus, quamvis mensa constet ex lapide,

huic tamen in extremitatibus adnexa quaquaversus et coniuncta fuit, ante vel post consecrationem ignoratur, corona ex marmore. Quare fit ut mensa non sit reapse ex uno lapide. Alia vero altaria sunt quidem ex uno lapide confecta, sed minime innituntur, neque super basim lapideam, neque super quatuor saltem columnas lapídeas, cum quibus mensa connecti possit per unctionem. Hinc quaeritur :

I. An dicta altaria haberi possint tamquam fixa et consecrata?

II. Quatenus negative, an possint haberi tamquam altaria portatilia ?

III. Quatenus adhuc negative, quid agendum tam in primo quam in secundo casu?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, reque mature perpensa, ita respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, iuxta decreta n. 3640 *Eugubina* 29 Augusti 1885, n. 3797 *Imolen.* 23 Aprilis 1893, et n. 3829 *Gnesnen.* 8 Iunii 1894, ad I.

Ad II. Provisum in antecedenti.

Ad III. Quoad altaria in primo casu, sanatur defectus, quatenus opus sit. Quoad alia, sacra Rituum Congregatio indulget ut praefatis altaribus addantur stipites lapidei, atque unctiones praescriptae, cum prolatione verborum formae, in singulis private ab Episcopo fiant, ut mensa tempore opportuno et cuiusque altaris cum iisdem stipitibus coniungatur.

Atque ita rescripsit et indulsit, die 25 Novembris 1904.

A. CARD. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*

L. © S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE" CURIAE

SACRO CONCISTORO

PROVVISTA DI. CHIESE

II 29 Aprile 1909, nell'aula del Concistoro nel palazzo apostolico vaticano ebbero luogo i Concistori segreto e pubblico per la canonizzazione dei beati Giuseppe Oriol sacerdote, e Clemente Maria Hofbauer della congregazione del SS. Redentore. Il Santo Padre, accompagnato dalla sua nobile Corte, entrò nella predetta aula, vdove erano adunati gli Emi Sigg. Cardinali, e recitò l'orazione *Adsumus.* Quindi l'Emo Sig. Card. Martinelli, terminato l'ufficio di Camerlengo del sacro Collegio, ha presentato la solita borsa a Sua Beatitudine, che si è degnata passarla all'Emo Sig. Card. Gennari. Dopo ciò lo stesso Emo Sig. Card. Martinelli, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, ha esposto in breve la vita dei beati Oriol e Hofbauer; e gli Emi Cardinali presenti hanno pronunziato il loro voto per la canonizzazione dei medesimi.

In seguito Sua Santità ha proposto le seguenti chiese :

Chiesa metropolitana di Toledo, cui è unito il Patriarcato delle Indie occidentali, per l'Emo e Rmo Sig. Card. Gregorio Maria Aguirre y Garcia, traslato dalla sede metropolitana di Burgos.

Chiesa titolare arcivescovile di Stauropoli, per Mons. Emilio Maria Miniati, promosso dalla sede cattedrale di Massa.

Chiesa metropolitana di Burgos, per Mons. Benedetto Murua y Lopez, promosso dalla sede cattedrale di Lugo.

Chiesa metropolitana di Urbino, per il R. P. Ciro Pontecorvi, della congregazione del prezioso Sangue, diocesano di Piperno, segretario generale è Postulatore nella sua congregazione.

Ghiesa arcivescovile di Camerino, cui è *unita VAmministrazione perpetua della Cattedrale di Treia,* per il R. P. Pietro Paolo dell' Immacolata, al secolo Camillo Moreschini, della congregazione dei Passionisti, archidiocesano di Fermo, Consultore generale della sua congregazione.

Chiesa titolare vescovile di Sura, per Mons. Angelo Balzano, traslato dalla sede cattedrale di Termoli.

Chiesa titolare vescovile di Sasima, per Mons. Carlo Mola, dell'Oratorio di Napoli, traslato dalla sede cattedrale di Foggia.

Chiese cattedrali unite di Pistoia e Prato, per Mons. Andrea Sarti, traslato dalla sede cattedrale di Guastalla.

Chiesa cattedrale di Barcellona, per Mons. Giovanni Giuseppe iíaguarda y Fenollera, traslato dalla sede cattedrale di Jaen.

Chiesa titolare vescovile di Filomelio, per Mons. Francesco Giacci, traslato dalla sede cattedrale dei Marsi.

Chiesa cattedrale di Portalegre, per Mons. Antonio Moutinho, traslato dalla sede cattedrale di Capo verde.

Chiesa titolare vescovile di Aretusa, per Mons. Benedetto Spila, dei Minori, traslato della sede cattedrale di Alatri.

Chiese cattedrali unite di Galway e Kilmacduagh, cui è unita l'amministrazione perpetua di Kilfenora, per Mons. Tommaso 0' Dea, traslato dalla sede cattedrale di Clonfert.

Chiesa cattedrale di Jaen, per Mons. Giovanni Emanuele Sanz y Saravia, traslato dalla sede cattedrale di Leon.

Chiesa cattedrale di Pouso Alegre, per Mons. Antonio Augusto D'Assis, traslato dalla chiesa titolare vescovile di Sura.

Chiesa cattedrale di Alatri, per il R. D. Americo Bevilacqua, diocesano di Piperno, dottore in sacra teologia, in Roma parroco di S. Catarina della Rota, Consultore delle sacre Congregazioni dei Sacramenti e del Concilio, e della Commissione per la codificazione del diritto canonico.

Chiesa cattedrale di Foggia, per il R. D. Salvatore Bella, diocesano di Acireale, dottore in sacra teologia, nel Seminario di Acireale professore di sacra eloquenza, prevosto parroco di Acicatena.

Chiesa cattedrale di Termoli, per il R. D. Giovanni Capitoli, di Todi, dottore in diritto canonico, in Todi rettore del Seminario e professore di teologia morale e sacra scrittura, canonico teologo della cattedrale.

Chiesa cattedrale di Muro Lucano, per il R. D. Alessio Ascalesi, archidiocesano di Spoleto, in Montefalco Vicario foraneo e priore parroco di S. Bartolomeo.

Chiesa cattedrale di Nusco, per il R. P. Giacinto Angelo Scapardini, dei Domenicani, diocesano di Novara, maestro in filosofìa.

Chiesa cattedrale di Fiesole, per Mons. Giovanni Fossa, diocesano di Vicenza, Protonotario apostolico *ad instar participantium,* arciprete di Lonigo.

Chiesa cattedrale di Volterra, per il R. D. Emanuele Mignone, diocesano di Acqui, dottore in sacra teologia, canonico prevosto parroco e vicario foraneo di Ovada.

Chiesa cattedrale di Montalcino, per il R. D. Alfredo Del Tomba, diocesano di Fiesole, preposto parroco e vicario foraneo di Stia.

Chiesa cattedrale di Massa per il R. D. Giovanni Marenco, dei Salesiani, dottore in sacra teologia, Procuratore generale della sua congregazione.

Ghiesa cattedrale di Marsiglia, per il R. D. Antonio Fahre, della stessa diocesi, canonico della cattedrale e vicario capitolare.

Ghiesa cattedrale di Leon, per il R. D. Raimondo Guillamet y Coma, diocesano di Gerona, dottore in sacra teologia e licenziato in ambo le leggi, in Tarragona vicario generale e canonico magistrale della Metropolitana.

Ghiesa cattedrale delle Isole Canarie, per il R. D. Adolfo Perez Muñoz, archidiocesano di Burgos, dottore in sacra teologia e in diritto canonico, canonico magistrale di Leon.

Chiesa cattedrale di Angola e Congo, per il R. D. Giovanni Evangelista De Lima Vidal, diocesano di Coimbra, dottore in filosofia e in sacra teologia, in Coimbra professore di sacra teologia nel Seminario e canonico della cattedrale.

Chiesa cattedrale di Zamora nel Messico, per il R. D. Ottone Nuñez, di Oaxaca, dottore in sacra teologia e in diritto canonico, vicario generale e arcidiacono della metropolitana di Oaxaca.

Chiesa cattedrale di Taubaté nel Brasile, recentemente eretta da Sua Santità, per il R. D. Epaminonda Nuñes d'Avila, diocesano di Diamantina, parroco di Serro in questa diocesi.

Chiesa cattedrale di Campanha nel Brasile, recentemente eretta da Sua Santità, per Mons. Giovanni d'Almeida Ferrão, vicario generale dell' Amministratore della stessa diocesi.

Chiesa titolare vescovile di Delco, per Mons. Domenico Lancellotti, diocesano di Ascoli Piceno, dottore in sacra teologia, Prelato Domestico di Sua Santità, professore di teologia dommatica nel Seminario e canonico penitenziere della cattedrale, deputato Visitatore apostolico della diocesi di Troia.

Chiesa titolare vescovile di Comana, per il R. D. Bernardo Pizzorno, diocesano di Savona, canonico prevosto della cattedrale, professore di teologia morale nel Seminario e vicario generale, deputato Ausiliare di Mons. Emilio Parodi, Arcivescovo di Sassari.

Chiesa titolare vescovile di Mirina, per il R. D. Giuseppe Anderson, di Boston, vicario generale e parroco di S. Paolo, deputato Ausiliare di Mons. Guglielmo 0' Connell, Arcivescovo di Boston.

Ghiesa titolare vescovile di Adrumento, per Mons. Giacinto Gaggia, diocesano di Brescia, Prelato domestico di Sua Santità, prevosto mitrato di S. Nazaro, deputato Ausiliare di Mons. Giacomo Corna Pellegrini, Vescovo di Brescia.

Chiesa titolare vescovile di Canopo, per il R. D. Antonio Padovani, diocesano di Cremona, dottore in filosofia e in sacra teologia, professore di sacra scrittura nel Seminario, e vicario generale, deputato Ausiliare di Mons. Geremia Bonomelli, Vescovo di Cremona.

Chiesa titolare vescovile di Nilopoli, per Mons. Giovanni Battista Gorordo, diocesano di Cebù, Prelato domestico di Sua Santità, in Cebù segretario diocesano e notaro maggiore, deputato Ausiliare di Mons. Tommaso Agostino Hendrik, Vescovo di Cebù.

Ha poi Sua Santità pubblicato la provvista delle seguenti chiese, già fatta dopo il Concistoro del Dicembre 1907:

Chiesa metropolitana di Bordeaux, per l'Emo e Rmo Sig. Card. Paolino Pietro Andrieu, traslato dalla sede cattedrale di Marsiglia.

Chiesa metropolitana di Goa, cui è unito il Patriarcato ad honorem *delle Indie orientali,* per Mons. Matteo de Oliveira Xavier, promosso dalla sede cattedrale di Coccino.

Chiesa titolare arcivescovile di Nicomedia, per Mons. Pietro Alfonso Jorio, traslato della sede metropolitana di Taranto.

Chiesa titolare arcivescovile di Nacolea, per Mons. Pasquale Trosksi, traslato dalla sede arcivescovile di Scopia.

Chiesa titolare arcivescovile di Gerapoli, per Mons. Lodovico Francesco Sueur, già Arcivescovo di Avignone.

Chiesa titolare arcivescovile di Tolemaide d'Egitto, per Mons. Federico Enrico Oury, traslato dalla sede metropolitana di Algeri e Giulia Cesarea.

Chiesa titolare arcivescovile di Laodicea di Teodosiade, di rito latino, per Mons. Dionisio O'Connor, traslato dalla sede metropolitana di Toronto.

Chiesa titolare arcivescovile di Amassa, di rito latino, per Mons. Bertrando Orth, traslato dalla sede metropolitana di Victoria.

Chiesa metropolitana di Siena, per Mons. Paolo Maria Barone, traslato dalla chiesa titolare arcivescovile di Melitene.

Chiesa arcivescovile di Scopia, per Mons. Lazzaro Miedia, traslato dalla chiesa titolare arcivescovile di Areopoli e dalla Coadiutoria di Scutari.

Chiesa cattedrale di S. Carlo do Pinhal nel Brasile, recentemente eretta da Sua Santità, per Mons. Giuseppe Marcondes Hörnem de Mello, traslato dalla chiesa titolare arcivescovile di Tolomaide, ritenendo personalmente il titolo di Arcivescovo Vescovo.

Chiesa cattedrale di Poggio Mirteto, cui è unito il titolo di Abate di S. Salvatore Maggiore, per Mons. Bartolomeo Mirra, traslato dalla chiesa titolare arcivescovile di Assume, ritenendo personalmente il titolo di Arcivescovo Vescovo.

Chiesa di S. Paolo nel Brasile, recentemente elevata a Metropolitana da Sua Santità, per Mons. Duarte Leopoldo Silva, Vescovo della stessa sede.

Chiesa titolare arcivescovile di Scitopoli, per Mons. Giovanni Lancaster Spalding, promosso dalla sede cattedrale di Peoria.

Chiesa titolare arcivescovile di Costanza, per Mons. Domenico Taccone Gailucci, promosso dalle sedi cattedrali unite di Nicotera e Tropea.

Chiesa metropolitana di Toronto, per Mons. Patrizio Fergo Mac Evay, promosso dalla sede cattedrale di London.

Chiesa metropolitana di Messico, per Mons. Giuseppe Mora, promosso dalla sede cattedrale di Leon nel Messico.

Chiesa titolare arcivescovile di Tolemaide di Siria, per Mons. Agostino Don-

tenwill, Superiore generale degli Oblati di Maria Immacolata, promosso dalla sede cattedrale di Nuova Westminster.

Chiesa titolare arcivescovile di Assume, per Mons. Gioachino Silverio de Souza, promosso dalla sede cattedrale di Diamantina, deputato Ausiliare dell'Emo e Rmo Sig. Card. Gioachino Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, Arcivescovo di Rio Janeiro.

Chiesa metropolitana di Santafé, per Mons. Giovanni Battista Pita vai, promosso dalla chiesa titolare vescovile di Sora.

Chiesa metropolitana di Mohilew, per Mons. Apollinare Wnukowski, promosso dalla sede cattedrale di Plock.

Chiesa metropolitana di Santiago del Chili, per Mons. Giovanni Ignazio Gonzalez Eyzaguirre, promosso dalla chiesa titolare vescovile di Flaviade.

Chiesa metropolitana di Naxos, per il R. D. Leonardo Brindisi, parroco della chiesa metropolitana di Atene.

Chiesa metropolitana di Porto di Spagna, per il R. P. Pio Dowling, dei Predicatori, maestro in sacra teologia.

Ghiesa titolare arcivescovile di Cesarea di Palestina, per Mons. Vincenzo Sardi, in Costantinopoli Delegato apostolico per gli Orientali e Vicario patriarcale pei Latini.

Chiesa titolare arcivescovile di Side, per Mons. Enrico Sibilia, Internunzio apostolico nel Chili.

Chiesa cattedrale di Prince Albert nel Canada, recentemente eretta da Sua Santità, per Mons. Alberto Pascal, degli Oblati di Maria Immacolata, traslato dalla chiesa titolare vescovile di Mosynopoli.

Chiesa titolare vescovile di Milopotamo, per Mons. Pietro Giuseppe Hürth ? della congregazione della S. Croce, traslato dalla sede cattedrale di Dacca.

Chiesa cattedrale di Campinas nel Brasile, recentemente eretta da Sua Santità, per Mons. Giovanni Battista Correa Nery, traslato dalla sede cattedrale di Pouso Alegre.

Chiesa cattedrale di Ntwva Pamplona, per Mons. Evaristo Blanco, traslato dalla sede cattedrale di Socorro.

Chiesa cattedrale di Avellino, per Mons. Giuseppe Padula, trasferito dalla sede cattedrale di Bovino.

Chiesa cattedrale di Bockfort, recentemente eretta da Sua Santità, per Monsignor Pietro Giacomo Muldoon, traslato dalla chiesa titolare vescovile di Tamasso.

Chiesa cattedrale di Castellaneta, per Mons. Federico De Martino, traslato dalla sede cattedrale di Caiazzo.

Chiesa cattedrale di Jaro o S. Elisabetta, per Mons. Dionisio Daugherty, traslato della sede cattedrale di Nuova Segovia.

Chiese cattedrali unite di Cagli e Pergola, per Mons. Ettore Fronzi, diocesano di Senigallia, dottore in filosofia, sacra teologia e ambe le leggi, in Senigallia canonico della cattedrale, esaminatore prosinodale e vicario generale.

Chiese cattedrali unite di S. Angelo in Vado e TJrbania, per il R. P. Luigi Giacomo Baccini, dei Minori cappuccini, diocesano di Ventimiglia, lettore in sacra teologia, Consultore delle sacre Congregazioni del Concilio e di Propaganda.

Chiese cattedrali unite di Calvi e Teano, per il R. D. Albino Pella, diocesano di Biella, dottore in filosofia, sacra teologia e diritto canonico, arciprete parroco della cattedrale di Biella.

Chiesa cattedrale di Nardo, per Mons. Nicola Giannattasio, di Bisceglie, dottore in sacra teologia, vicario generale di Ascoli e Cerignola.

Chiesa cattedrale di Anglona e Tursi, per il R. P. Ildefonso Vincenzo Pisani, dei Canonici Regolari del SS. Salvatore, di Catanzaro, parroco di S. Michele di Coronata nell' archidiocesi di Genova.

Chiesa cattedrale di Modigliana, per il R. D. Luigi Capotosti, archidiocesano di Fermo, dottore in sacra teologia, esaminatore prosinodale, professore di teologia morale nel Seminario e canonico primicerio della Metropolitana di Fermo.

Chiesa cattedrale di Adria, per il R. P. Tommaso Pio Boggiani, dei Predicatori, diocesano di Alessandria, maestro di sacra teologia, Amministratore apostolico della stessa diocesi.

Chiesa cattedrale di Aosta, per il R. D. Giovanni Vincenzo Tasso, diocesano di Casale Monferrato, Assistente generale italiano della congregazione della Missione.

Chiesa cattedrale di Quimper, per il R. D. Adolfo Duparc, diocesano di Vannes, parroco arciprete di S. Luigi in Lorient.

Chiesa cattedrale di Tutte, per il R. D. Ettore Ireneo Sevin, diocesano di Belley, ivi canonico titolare della cattedrale e vicario generale.

Chiesa cattedrale di Chàlons, per il R. D. Alberto Negre, diocesano di Mende, dottore in sacra teologia e licenziato in diritto canonico, rettore e professore di teologia dommatica nel Seminario di Mende.

Chiesa cattedrale di Coirà, per il R. D. Giorgio Schmid de Grüneck, della stessa diocesi, dottore in sacra teologia, in Coirà vicario generale, canonico della cattedrale e rettore del Seminario maggiore.

Chiesa cattedrale di Linz, per il R. D. Rodolfo Hittmair, della stessa diocesi, dottore in sacra teologia, esaminatore prosinodale, rettore e professore nel Seminario.

Chiesa cattedrale di Csanàd, per Mons. Giovanni Gernoch, archidiocesano di Strigonia, dottore in sacra teologia, Cameriere d'onore di Sua Santità, parroco e canonico della metropolitana di Strigonia.

Chiesa cattedrale di Warmia, per il R. D. Agostino Bludau, della Stessa diocesi, dottore in sacra teologia, professore di esegesi biblica nella Università di Münster.

Chiesa cattedrale di Plock, per Mons. Antonio Giuliano Nowowiejski, della stessa diocesi, maestro in sacra teologia, Prelato domestico di Sua Santità, in Plock canonico prepósito della cattedrale e vicario generale.

Chiese cattedrali unite di Down e Connor, per il R. D. Giovanni Tonili,

diocesano di Derry, parroco e professore nel collegio di S. Malachia presso Belfast.

Ghiesa cattedrale di Northampton, per il R. D. Federico Guglielmo Keating, diocesano di Birmingham, dottore in sacra teologia, canonico penitenziere della cattedrale di Birmingham.

Chiesa cattedrale di Shrewbury, per Mons. Ugo Singleton, della stessa diocesi, Cameriere segreto soprannumerario di S. S., canonico e decano foraneo.

Chiesa cattedrale di Goccino, per Mons. Giuseppe Benedetto Martins Ribeiro, diocesano di Guarda, Prelato domestico di Sua Santità, in Goa missionario e professore nel Seminario delle Missioni.

Chiesa cattedrale di Dacca, per il R. P. Federico Francesco Linneborn, della congregazione della S. Croce, diocesano di Paderborn, procuratore generale della sua congregazione.

Chiesa cattedrale di Tabasco, per il R. D. Leonardo Castellanos, diocesano di Zamora, ivi canonico della cattedrale e rettore del Seminario.

Chiesa cattedrale di Goyaz, per il R. D. Prudenzio Gomes da Silva, archidiocesano di Marianna, parroco di Concei^ao da Boa Vista.

Chiesa cattedrale di Nicteroy, per Mons, Agostino Francesco Bennassi, di Rio Janeiro, Prelato domestico di Sua Santità, canonico della Metropolitana di Rio Janeiro.

Chiesa cattedrale di Florianopoli nel Brasile, recentemente eretta da Sua Santità, per il R; D. Giovanni Becker, diocesano di S. Pietro nel Rio Grande, canonico onorario della cattedrale e parroco in Pouso Alegre.

Chiesa cattedrale di Botucatu nel Brasile, recentemente eretta da Sua Santità, per il R. D. Lucio Antunes de Sousa, diocesano di Diamantina, canonico onorario della cattedrale e segretario vescovile.

Chiesa cattedrale di Ribeirao Preto nel Brasile, recentemente eretta da Sua Santità, per Mons. Alberto Giuseppe Goncalves, diocesano di Curityba, Protonotario apostolico *ad instar participantium.*

Chiesa cattedrale di Nuova Segovia, per il R. D. Giacomo Carroll, archidiocesano di Filadelfia, in Nuova Segovia vicario generale.

Chiesa cattedrale di Cleveland, per Mons. Giovanni Farrelly, diocesano di Nashville, dottore in sacra teologia, Cameriere segreto suprannumerario di Sua Santità, in Roma direttore spirituale del Collegio Americano del Nord.

Chiesa cattedrale di Victoria di Vancouver, per il R. D. Alessandro Mac Donald, diocesano di Antigonisch, dottore in. filosofia e sacra teologia, vicario generale di Antigonisch.

Chiesa titolare vescovile di Tripoli, per il R. P. D. Vittore Maria Corvaia, benedettino Cassinese, già Abate Ordinario di Monte Vergine.

Chiesa titolare vescovile di Argo, per Mons. Amando Augusto Bahalmann, dei Minori, Prelato Ordinario di Santarem nel Brasile.

Chiesa titolare vescovile di Flaviade, per il R. D. Giuseppe Foschiano, archidiocesano di Udine, canonico onorario della Metropolitana, parroco di Monzano

e vicario foraneo di Rosazzo, deputato Coadiutore con successione di Mons. Francesco Cherubin, Vescovo di Belluno e Feltre.

Chiesa titolare vescovile di Tabe, per il R. D. Emanuele Antonio Oliveira Lopes, canonico delia Metropolitana di Bahia, deputato Coadiutore con successione di Mons. Gioachino Giuseppe Vieira, Vescovo di Fortalezza.

Chiesa titolare vescovile di Dodona, per il R. P. Angelo Faisandier, della Compagnia di Gesù, deputato Coadiutore con successione di Mons. Giovanni Maria Berthe, Vescovo di Trichinopoly.

Chiesa titolare vescovile di Imeria, per Mons. Giovanni Grimes, della stessa diocesi, Prelato domestico di Sua Santità, rettore della chiesa cattedrale, deputato Coadiutore con successione di Mons. Patrizio Ludden, Vescovo di Syracuse.

Chiesa titolare vescovile di Caterina, per il R. P. Elia Aniceto Latulipe, deputato Vicario apostolico di Temiskamingue nel Canada.

Chiesa titolare vescovile di Lesbi, per il R. P. Gabriele Maurice, dèi Minori, deputato Vicario apostolico dello Scen-si settentrionale in Cina.

Chiesa titolare vescovile di Facusa, per il R. P. Eugenio Maria Giuseppe Allys, del Seminario delle missioni estere di Parigi, deputato Vicario apostolico della Cocincina settentrionale.

Chiesa titolare vescovile di Sagalasso, per il R. P. Gabriele Grison, dei preti del S. Cuore, deputato Vicario Apostolico di Stanley Falls.

Chiesa titolare vescovile di Augustopoli, per il R. P. Giuseppe Guiot, della Compagnia di Maria, diocesano di Nantes, deputato Vicario apostolico dei Piani di S. Martino in Colombia.

Chiesa titolare vescovile di Adraa, per il R. P. Augusto Prézeau, della Compagnia di Maria, deputato Vicario apostolico dello Shiré.

Chiesa titolare vescovile di Irina, per il R. P. Emanuele Segrada, del Seminario delle Missioni estere di Milano, deputato Vicario apostolico della Birmania orientale.

Chiesa titolare vescovile di Fessa, per il R. P. Francesco Maria Cervera, dèi Minori, deputato Vicario apostolico del Marocco.

Chiesa titolare vescovile di Nicopoli, per il R. P. Giulio Giuseppe Cènes, degli Oblati di Maria Immacolata, deputato Vicario apostolico del Basuto Land.

Chiesa titolare vescovile di Telepte, per il R. P. Giacinto Jalabert, della congregazione dello Spirito Santo ed Immacolato Cuor di Maria, deputato Vicario apostolico della Senegambia e Prefetto apostolico del Senegal.

Chiesa titolare vescovile di Rusicade, per il R. P. Augusto Leopoldo Huys, dei Missionarii d Africa, deputato Coadiutore con successione di Mons. Vittore Roelens, Vicario apostolico del Congo superiore.

Chiesa titolare vescovile di Evaria, per il R. P. Giovanni Battista Cieplak, diocesano di Kielce, dottore in sacra teologia, canonico teologo della cattedrale di Kielce, professore ordinario di sacra teologia nell'Accademia ecclesiastica di Pietroburgo, deputato Suffraganeo di Mohilew.

Chiesa titolare vescovile di Amata, per Mons. Luigi Ermini, di Roma, dot-

tore in sacra teologia e licenziato in ambe le leggi, Protonotario apostolico soprannumerario, canonico coadiutore nell' arcibasilica Lateranense, direttore spirituale dei pontificio Seminario Pio, deputato Ausiliare dell' Emo e Rmo Sig. Card. Serafino Vannutelli, Vescovo di Porto e S. Rufina.

Ghiesa titolare vescovile di Carpasia, per Mons. Adamo Borghini, archidiocesano di Ferrara, dottore in teologia ed in ambe le leggi, Protonotario apostolico *ad instar participantium,* arciprete della cattedrale, deputato Ausiliare dell'Emo e Rmo Sig. Card. Giulio Boschi, Arcivescovo di Ferrara e Vescovo di Comacchio.

Chiesa titolare vescovile di Milasso, per il R. D. Emanuele San Roman y Elena, diocesano di Asterga, dottore in sacra teologia e in diritto canonico, archidiocesano della cattedrale di Calahorra, deputato Ausiliare dell'Emo e Rmo Sig. Card. Gregorio Maria Aguirre, allora Arcivescovo di Burgos.

Chiesa titolare vescovile di Acmonia, per Mons. Francesco Brusak, diocesano di Königgrätz, Protonotario apostolico *ad instar participantium,* canonico decano della Metropolitana, deputato Ausiliare dell'Emo e Rmo Sig. Card. Leone de Skrbensky, Arcivescovo di Praga.

Chiesa titolare vescovile di Macra, per il R. D. Eugenio Bernardo Corrigan, deputato Ausiliare dell' Emo e Rmo Sig. Card. Giacomo Gibbons, Arcivescovo di Baltimora.

Chiesa titolare vescovile di Cesaropoli, per il R. D. Giovanni Saric, archidiocesano di Vrhbosna, dottore in sacra teologia, canonico della Metropolitana, deputato Ausiliare di Mons. Giuseppe Stadler, Arcivescovo di Vrhbosna o Serajevo.

Chiesa cattedrale vescovile di Tagora, per il R. D. Alessandro Piquemal, archidiocesano di Algeri, vicario generale, deputato Ausiliare in Algeri di Mons. Bartolomeo Clemente Combes, Arcivescovo di Cartagine e di Algeri.

Chiesa titolare vescovile di Eleuleropoli, per il R. D. Paolo Eugenio Roy, archidiocesano di Quebec, deputato Ausiliare di Mons. Ludovico Nazario Bégin, Arcivescovo di Quebec.

Chiesa titolare vescovile di Barca, per il R. D. Paolo Rhode, archidiocesano di Chicago, deputato Ausiliare di Mons. Giacomo Quigley, Arcivescovo di Chicago.

Chiesa titolare vescovile di Baranda, per Mons. Francesco Egger, diocesano di Bressanone, dottore in filosofia e in sacra teologia, Protonotario apostolico *ad instar participantium,* in Bressanone canonico prepósito della Cattedrale ed esaminatore prosinodale, deputato Ausiliare per il Vorarlberg a Mons. Giuseppe Altenweisel, Vescovo di Bressanone.

Chiesa titolare vescovile di Germaniciana, per il R. D. Everardo diligens, diocesano di Münster, canonico della Cattedrale, deputato Ausiliare di Mons. Ermanno Dingelstad, Vescovo di Münster.

Chiesa titolare vescovile di Claudiopoli, per Mons. Stefano Antonio Denisewicz, arcidiacono di Mohilow, maestro in sacra teologia, Protonotario apostolico *ad instar participantium,* in Mohilow canonico prepósito della Metropolitana e vicario capitolare.

Chiesa titolare vescovile di Legione, per il R. D. Michele Claro Vasquez, di Santiago del Chili, canonico della Metropolitana e vicario generale.

Chiesa titolare vescovile di Proconneso, per il R. D. Agostino Klinke, diocesano di S. Carlo di Ancud, vicario generale e canonico dottorale della Cattedrale.

Chiesa titolare vescovile di Nissa, per il R. P. Laureano Veres Acevedo, della Compagnia di Gesù.

Inoltre l'Emo e Rmo Sig. Card. Giulio Boschi, Arcivescovo di Ferrara, fu anche nominato Vescovo di *Comacchio ;* Mons. Bartolomeo Clemente Combes, Arcivescovo di Cartagine, fu anche nominato Vescovo di *Algeri;* Mons. Pasquale Morganti, Arcivescovo di Ravenna, fu anche nominato Vescovo di *Cervia;* e Mons. Domenico 0'Connell, Vescovo titolare di Sebaste e rettore dell'Università cattolica di Washington, fu nominato Ausiliare di *S. Francisco di California.*

Quindi l'Emo e Rmo Sig. Card. Andrieu ha postulato il sacro pallio per la chiesa metropolitana di *Bordeaux,* e l'Emo Sig. Card. Vives, a nome dell'Emo Sig. Card. Aguirre, ha postulato il sacro pallio per la chiesa metropolitana di *Toledo.* Si è poi fatta la postulazione del sacro pallio per le chiese metropolitane o arcivescovili di *Burgos, Urbino, Camerino, Goa, Siena, Scopia, Toronto, Messico, Santa f è, Mohilew, Santiago, Naxos, Porto di Spagna, Algeri, Parigi, S. Paolo del Brasile;* per quelle di *Amalfi* e *Hóbart* per successione dei Coadiutori; per le chiese cattedrali di *Barcellona, Volterra, Marsiglia* e *War mia* che godono di questo privilegio, non che per quella di *Capo Haitiano* per concessione personale al Vescovo Mons. Kersuzan.

E quindi cominciato il Concistoro pubblico, dopo entrati nella sala la nobile Corte di Sua Santità, gli Arcivescovi ed i Vescovi, i prelati, i dignitari, e gli ufficiali delle Congregazioni romane. Quindi gli avvocati concistoriali Filippo Pacelli e Virginio Jacoucci hanno letto le perorazioni per la canonizzazione dei beati Giuseppe Oriol e Clemente Maria Hofbauer. Infine Mons. Pietro Angelini, Segretario dei Brevi ai Principi, a nome di Sua Santità ha letto il seguente discorso di risposta:

Commissa divinitus beatissimo Patri ac Domino nostro catholicae Ecclesiae suprema procuratio efficit, ut quidquid ad huius decus ad omniumque christifidelium bonum provehendum confert, id ipse vehementer optet, seduloque studio prosequatur. Nihil autem ad haec assequenda censet esse opportunius, quam ut publico christiani populi cultu decorentur ii, qui in mortali peregrinatione singulari sanctitatis laude praecellentes, magno Ecclesiae ornamento fuerunt ; iidemque, non exemplo solum esse possunt menti in pessima saeculo, sed etiam praesidio validissimo. Probe autem novit ex eo numero esse beatos Viros duos, invictum Germaniae apostolum, Clementem Hofbauer, Ligorianae familiae alumnum, et Iosephum Oriol, Barcinonensem civem, catholici cleri gloriam.

Idcirco eiusdem SSmi Domini nostri aures iucunde occuparunt orationes disertissimae, quibus egregii optimae causae patroni ab ipso flagitarunt, ut beatis illis duobus Viris sanctorum honores velit cultumque decernere. Ex iis enim quae dari oratores scite et concinne de utroque beato Viro dixerunt, SSmus Dominus noster magis usque perspexit, quam excellens fuerit beati Clementis Hofbauer in vario vitae genere virtus ; et in beato Iosepho Oriol, qua luce niteat nota caritatis. Nec minus animum percelluerunt superna dona atque insignia prodigia, quibus Deus se mirabilem ostendit, in hisce Sanctis suis. Vehementer denique SSmum Dominum delectarunt studia et postulationes, quibus eximia doctrina et pietate viri efflagitarunt, ut iidem Beati sanctorum titulo et honore augeantur.

Nihilominus, quia negotium agitur maximi ponderis, Sanctitas Sua, qua summa pollet prudentia, de tota re deliberandum adhuc existimat, idque, Deo bene iuvante, praestabit in semipublicis Consistoriis propediem habendis, in quibus audiet sententias ven. horum Fratrum suorum, sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum in Urbe morantium. Interim vero omnes et singulos vehementer hortatur, ut precibus, ieiuniis, largitionibus aliisque piis operibus opem S. Spiritus implorare ne desinant, ut Ecclesiae suae praesto sit, et Christi in terris Vicarium divino afflatu ducat ad ea decernenda, quae ad maiorem Dei gloriam, ad fidelium utilitatem, ad catholicae Ecclesiae decus et incrementum pertinent. Haec Sanctitatis Suae iussu a me gravissimis et ornatissimis orationibus modo habitis erant respondenda.

Sua Santità ha infine impartita, come di rito, l'apostolica benedizione.

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

NOMINA

Il S. Padre, con Breve apostolico, si è degnato di nominare:

14 Aprile 1909. — Mons. Lazzaro Miedia, Arcivescovo di Scopia.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE PREPARATORIA

30 Marzo 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Sigg. Cardinali, dei Rmi Prelati officiali, Consultori e Teologi, si e tenuta la Congregazione preparatoria, per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù della ven. Serva di Dio Florida Cevoli, monaca professa cappuccina in città di Castello.

CONGREGAZIONE GENERALE

20 Aprile 1909. — Innanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione generale dei Riti, nella quale gli Emi e Rmi Sigg. Cardinali, i Rmi Prelati officiali, Consultori e Teologi, hanno discusso il dubbio del *Tuto,* riguardante la canonizzazione del B. Clemente Maria Hofbauer, sacerdote professo della congregazione del SS. Redentore; e sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione del ven. Servo di Dio Benigno Joly, canonico della chiesa di S. Stefano in Dijon.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il S. Padre, con Breve apostolico, si è degnato di nominare :

Protonotari apostolici ad instar:

6 Aprile 1909. — Mons. Giorgio I. Patterson, dell'archidiocesi di Boston.

19 Aprile. — Mons. Zeffirino Liénard, della diocesi di Arras.

Prelati domestici :

2 Aprile 1909. — Mons. Ernesto Van Roey, della diocesi di Malines.

6 Aprile. — I RR. : D. Dionisio 0' Farrell, D. Geremia Millerick, D. Edoardo Moriarty, D. Guglielmo M' Quaid, D. Giovanni O'Brien, diocesani di Boston.

21 Aprile. — Il Rev. D. Angelo Piccirilli, della diocesi di Capaccio-Vallo.

ONORIFICENZE

Sua Santità, con Breve apostolico, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell' Ordine di S. Silvestro :

16 Marzo 1909. — Al Sig. Avv. Michele Maria Cavanillas y Armendariz.

22 Aprile 1909. — Ai Sigg.: Prof. Ettore Marchiafava, e Dott. Giuseppe Petacci.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio magno (con placca) :

14 Aprile 1909. — Al Sig. Conte Massimiliano Hadik de Futak.

20 Aprile. — Ai Sigg.: Vittore Maria van Ryekevorsel, e Massimiliano Esser.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio magno (classe civile):

6 Aprile 1909. — Al Sig. Lodovico Neyrand.

15 Aprile. — Al Sig. Carlo Appel.

19 Aprile. — Al Sig. Felice Cany.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro:

22 Aprile 1909. — Ai Sigg. Dottori: Alfredo De Paolis, Paolo Ferraresi, Raffaele Battistini, Stanislao Masciarelli, Andrea Amici, Luigi Cagiati.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio magno (classe civile):

1 Aprile 1909. —• Al Sig. Leone Berteaux.

6 Aprile. — Ai Sigg.: Ottavio Sabrán, e Dott. Francesco Contamin.

7 Aprile. — Al Sig. Adolfo Lacuria.

15 Aprile. — Al Sig. Dott. Francesco Spaeth.

19 Aprile. — Al Sig. Avv. Carlo Hardy.

20 Aprile. — Al Sig. Desiderato Verheyden.

22 Aprile. — Ai Sigg. Dott.: Giuseppe Proli, e Rodolfo Ugolini.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro :

31 Marzo 1909. — Al Sig. Roberto Balny d'Avricourt.

22 Aprile 1909. — Ai Sigg. Dott.: Luigi Sabatucci, Arturo Petacci, Francesco Petacci, Ignazio Serafini, Egidio Egidi.

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di conferire la Crocè *pro Ecclesia et Pontifice* al Sig. Guy Colmet-Daage.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare :

Cameriere segreto suprannumerario :

14 Aprile 1909. — Il Rev. D. Michele J. Splaine, della diocesi di Boston.

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario:

23 Aprile 1909. — Il Sig. Conte Ruffin di Tours.

Cameriere d'onore in àbito paonazzo :

2 Aprile 1909. — Il Rev. D. Francesco Borierò, della diocesi di Padova.

NECROLOGIO

19 Marzo 1909. — Mons. Tommaso Wilkinson, Vescovo di Hexham e New-Castle.

29 Marzo. — Mons. Guglielmo Antonio Johnson, Vescovo titolare di Arindela.

31 Marzo. — Mons. Giuseppe Maria Cazares y Martínez, Arcivescovo titolare di Cizico.

1 Aprile 1909. — Mons. Giuseppe Maria Escudero y Ubago, Vescovo di Osma.

Annus I. - Vol. I. Die 1 Iunii 1909. Num. 10.

ACTA AI'iiSTiiLlilAK SKIHS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO

DELETUR COETUS IURISCONSULTORUM. ET CAUSAS IN FORO AGENTIUM CUI NOMEN A SANCTO PETRO APOSTOLORUM PRINCIPE.

Id praeclaro semper adiumento atque ornamento Ecclesiae cessit, ut non modo qui sacerdotali fulgent honore egregiam rei catholicae provehendae navent operam, sed etiam e fidelibus quamplures, pia consiliorum ac virium communione coniuncti, sese illis adiutores praebeant, varii generis consociationibus rite constitutis. Hos quidem Ecclesia, divinae gloriae augendae percupida, gloriosi sui laboris consortes, hac praesertim aetate, libens excipit, et *quasi mater honorificata* omni benevolentia complectitur.

Frequentem consociationum huiusmodi coronam ubique gentium florere dum laeti conspicimus, peculiares quaedam, quas perspectas habemus, rationes Nos movent ad providendum de ea satis cognita *iurisconsultorum et causas in foro agentium Societate, ab Apostolorum Principe nuncupata.* Haec Romae canonice instituta anno MDCCCLXXVIII, id sibi optime praestituit ut Ecclesiae et Sedis Apostolicae iura tuenda ac fovenda susciperet. Vix porro exortam Decessores Nostri paterno animo sunt prosecuti, et, sociorum frequentia ac viribus auctam,

spiritualibus gratiis ditandam duxerunt. Noverunt quippe ingravescente Ecclesiae tempora novis in dies egere defensoribus: noverunt eam ipsam Societatem felicibus initam auspiciis, non mediocres eidem Ecclesiae posse utilitates portendere.

Sed quum non raro fiat, ut consociationes eiusmodi decursu aetatis, vel pristinam virtutem amittant, vel iam non temporum ingenio et necessitatibus congruant, Sedes Apostolica vigiles curas in eas impendere consuevit: ita sane ut ne qua forte sit fronde tantum conspicua, quae locum frustra occupet; quae vero satis sint frugiferae, uberiore cum laetitia proveniant.

Quae quidem Nos animo reputantes, etsi memoratam Societatem non exigua sibi merita comparasse novimus, tamen, in praesentia, mutatis hominum rerumque adiunctis, hoc plane censemus, ipsam minus iam instituto suo atque utilitatibus quaesitis respondere. Itaque id muneris Nostri esse arbitramur eamdem iurisconsultorum et causas in foro agentium Societatem abolere, ac reapse abolitam et sublatam apostolica auctoritate edicimus et declaramus. Quod autem his litteris statutum est, id ratum firmumque esse iubemus: contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvi Maii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

L

PONTIFICIUM INSTITUTUM BIBLICUM IN URBE ERIGITUR.

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam. — Vinea electa sacrae Scripturae ut uberiores in dies fructus tum Ecclesiae Pastoribus tum fidelibus universis afferret, iam inde ab exordiis apostolici Nostri regiminis, Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, omni ope contendimus. Instabat enim in primis praesens Ecclesiae necessitas, ex eo maxime parta, quod de disceptationibus biblicis confusae essent usque quaque ac perturbatae mentes. Urgebat etiam conceptum animo Nostro desiderium, itemque nativum muneris Nostri officium provehendi pro viribus studium sacrarum Scripturarum, comparandique, catholicis praecipue iuvenibus, catholica studiorum subsidia, ne cum ingenti sanae doctrinae discrimine ad heterodoxos se conferrent redirentque modernistarum spiritu imbuti.

His talibus Ecclesiae malis efficacia et nova remedia oppositurus, maioraque studiorum biblicorum incrementa curaturus, illud iam pridem Leo XIII r. m. animo spectavit, athenaeum biblicum in Urbe constituere, quod altioribus magisteriis omnique instrumento eruditionis biblicae ornatum, copiam praesertim excellentium magistrorum ad exponendos in scholis catholicis divinos Libros praeberet.

Salutare ac frugiferum Decessoris Nostri propositum Nos quidem avide complexi, iam litteris Nostris *Scripturae sanctae,* die xxni februarii mensis anno MDCCCCIV datis, monuimus, percommodum Nobis consilium videri huiusmodi athenaei biblici in Urbe condendi, quo « delecti undique adolescentes convenirent, scientia divinorum eloquiorum singulares evasuri », illud addentes, spem bonam Nos certamque fovere fore ut eius perficiendae rei facultas, quae tunc quidem Nobis, non secus ac Decessori Nostro deerat, aliquando ex catholicorum liberalitate suppeteret.

Itaque quod felix faustumque sit reique catholicae bene vertat pontificium Institutum biblicum in hac alma Urbe, apostolica Nostra auctoritate, tenore praesentium, motu proprio, de certaque scientia ac matura deliberatione Nostris, erigimus, eiusque leges ac disciplinam has esse statuimus:

Finis pontificio biblico Instituto sit ut in Urbe Roma altiorum studiorum ad Libros sacros pertinentium habeatur centrum, quod efficaciore, quo

liceat, modo doctrinam biblicam et studia omnia eidem adiuncta, sensu Ecclesiae catholicae promoveat.

Ad hunc finem spectat in primis ut selecti ex utroque clero atque ex variis nationibus adolescentes, absoluto iam ordinario philosophiae ac theologiae cursu, in studiis biblicis ita perficiantur atque exerceantur, ut illa postmodum tam privatim quam publice, tum scribentes cum docentes, profiteri valeant, et gravitate ac sinceritate doctrinae commendati, sive in munere magistrorum penes catholicas scholas, sive in officio scriptorum pro catholica veritate vindicanda, eorum dignitatem tueri possint.

Ad eumdem finem pertinet ut tum magistri atque alumni Instituto adscripti, tum auditores, tum etiam hospites, qui extraordinarium in Instituto studiorum cursum in disciplinis biblicis proficere cupiant, omnibus praesidiis adiuventur, quae ad studia laboresque id genus opportuna censeantur.

Denique Instituti fine continetur ut sanam de Libris sacris doctrinam, normis ab hac S. Sede Apostolica statutis vel statuendis omnino conformem, adversus opiniones, recentiorum maxime, falsas, erroneas, temerarias atque haereticas defendat, promulget, promoveat.

Ut Institutum id quod spectat assequi valeat, omnibus ad rem jdoneis praesidiis erit instructum.

Quare complectetur in primis lectiones atque exercitationes practicas de re biblica universa. Ac primo quidem loco eae materiae tractandae erunt, quibus alumni muniantur ad faciendum doctrinae suae coram pontificia Commissione biblica periculum. His accedent lectiones atque exercitationes de quaestionibus (peculiaribus ex interpretatione, introductione, archaeologia, historia, geographia, philologia aliisque disciplinis ad sacros Libros pertinentibus. Addetur methodica et practica informatio alumnorum, qua ad disputationes biblicas ratione scientifica pertractandas instruantur et exerceantur. Praeterea publice de rebus biblicis conferentiae adiicientur, ut communi quoque multorum necessitati atque utilitati prospiciatur.

Alterum summopere necessarium praesidium erit biblica bibliotheca, quae opera potissimum antiqua et nova complectetur necessaria velf utilia ad verum in disciplinis biblicis profectum comparandum, et ad fructuose peragenda ordinaria doctorum afumnorumque in Instituto studia. Accedet museum biblicum, seu rerum earum collectio quae ad sacras Scripturas et antiquitates biblicas illustrandas utiles esse dignoscantur.

Tertium subsidium erit series variorum scriptorum, nomine et auctoritate Instituti promulganda, ex quibus alia eruditis investigationibus, alia defendendae circa Libros sacros catholicae veritati, alia spargendis ubique sanis de re biblica doctrinis proderunt.

De constitutione atque ordinatione Instituti quae sequuntur edicimus:

I. Pontificium Institutum biblicum ab Apostolica Sede immediate dependeat eiusque praescriptis legibusque regatur.

IL Instituti regimen nominando a Nobis praesidi credatur : hic, commissi sibi muneris vi, gerat Instituti personam, de rebusque gravioribus universis, quae Institutum attingant, ad Nos referat, Nobisque regiminis sui rationem quotannis reddat.

III. Professores ordinarii constituant Instituti consilium, quod una cum praeside provehendis Instituti; ipsius bono et incremento operam navabit.

IV. Supremam studiorum et regiminis Instituti normam et regulam principia et decreta constituent per Sedem Apostolicam et pontificiam biblicam Commissionem edita vel edenda. Quae principia atque decreta ut fideliter, integre sincereque servent et custodiant, speciali se obligatione teneri si universi intelligant, qui ad pontificium hoc Institutum biblicum quovis modo pertineant atque ad studia biblica in ipso Instituto incumbant.

Quae ad constitutionem atque ordinationem Instituti huius biblici propius spectent, ea in propriis Instituti legibus, his litteris Nostris adiunctis, enucleatius declaramus.

Haec volumus, edicimus, statuimus, decernentes praesentes litteras firmas, validas, efficaces semper existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non [obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die vii Maii MDCCCCIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis status.*

LEGES

PONTIFICIO INSTITUTO BIBLICO REGENDO.

TIT. I. - *De studiis in Instituto peragendis.*

1. Peragendorum in Instituto studiorum materia ea in primis est quae ad academicos gradus, a pontificia Commissione biblica conferendos, requiritur. Fas praeterea erit de disceptationibus universis, ad profectum disciplinae biblicae pertinentibus, in Instituti ipsius scholis disserere.

2. Habendae in Instituto scholae triplicis generis sint: lectiones, exercitationes practicae, conferentiae publicae.

3. In lectionibus pars aliqua disciplinae biblicae, nec nimis amplis nec nimis arctis circumscripta limitibus, ratione scientifica alumnos proponatur, ut ita in studiis adiuventur et ad subsequentes labores fructuose exantlandos sedulo instruantur.

4. Practicae exercitationes triplicem habeant sibi propositum finem: *a) quod ad materiam studiorum,* viam sternere ad argumentum aliquod altius noscendum, subsidiis litterariis propositis, rationibus illustratis, difficultatibus solutis; ö) *quod ad formam,* edocere omnes familiarem que, institutione et usu, reddere scientificam methodum in studiis servandam; *c) quod ad praxim,* exercitationibus viva voce aut scripto habendis, alumnorum quoque excitare activam assiduamque operam eorumque facultates scientificas ac paedagogicas evolvere.

5. Conferentiae publicae occurrant in primis communi multorum necessitati atque utilitati. Hae tamen alumnis etiam Instituti multiplicem poterunt fructum afferre, quum rationem ipsis ostendant disputationes biblicas fmodo scientifico simul et populari, multorumque intellectui accommodato, pertractandi, suppeditentque provectioribus opportunitatem se practice exercitandi in hocfperutili dicendi genere, hac nostra potissimum aetate summopere necessario.

6. Pro universis biblicis studiis, tam in scholis quam privatim peragendis, Institutum alumnis offeret commodam laborum supellectilem omniaque eruditionis biblicae instrumenta. .

TIT. II. - *De regimine Instituti.*

7. Regimen Instituti spectat ad praesidem, qui, sui muneris vi, Instituti personam gerit.

8. Praeses a Summo Pontifice nominatur, audita relatione Praepositi generalis Societatis Iesu, qui tres pro eo munere candidatos ipsi proponet.

9. Praesidis adiutor et socius munere fungatur a secretis Instituti, et in rebus ordinariis vices gerat absentis vel impediti praesidis.

10. Pro bibliothecae cura gerenda et ceteris externis rebus ordinandis, bibliothecarius et custos aliique idonei socii designentur.

11. Praeses de omnibus gravioribus Instituti rebus ad Apostolicam Sedem referat, et ipsi Sedi regiminis sui rationem quotannis reddat.

TIT. III. - *De magistris Instituti.*

1% Lectiones, exercitationes et conferentiae certis temporibus habeantur ac dirigantur ab Instituti magistris. Hi vero vel ordinarii professores vel extraordinarii lectores erunt.

13. Professores ordinarii de consensu Apostolicae Sedis per Praepositum generalem Societatis Iesu nominentur.

14. Lectores extraordinarii, postquam plures per annos in officio docendi se probaverint, ad ordinarii professoris munus, servatis servandis, ascendere poterunt.

15. Magistri omnes etiam extra lectiones atque exercitationes practicas alumnis praesto erunt eosque in disciplinae biblicae studiis adiuvabunt ac dirigent. Scriptis quoque suis propositum Instituto finem assequendum curabunt, illudque maxime cavebunt, ne in varias ac dissitas doctrinae investigationes abstracti, maturo laborum suorum fructu destituantur.

TIT. IV. - *De celebrantibus Instituti scholas.*

16. Iuvenes studiis biblicis in Instituto operam navantes, ad tres classes pertinere poterunt; nam aut alumni proprie dicti erunt, aut auditores inscripti aut hospites liberi.

17. In numerum alumnorum proprie dictorum non admittentur nisi qui sint in sacra theologia doctores, cursum que philosophiae scholasticae integre absolverint. Alumni omnes ita expleant in Instituto regulariter studiorum cursum ut se ad periculum coram pontificia Commissione biblica faciendum parent.

18. Auditores inscribi possunt qui integrum philosophiae ac theologiae cursum absolverint.

19. Ceteris studiosis, tamquam hospitibus liberis, ad lectiones audiendas aditus pateat.

20. Alumni atque auditores frequentes assidue esse diligentiamque servare tam in lectionibus quam in exercitationibus Instituti teneantur.

TIT. V. - *De bibliotheca Instituti.*

21. Bibliotheca Instituti ita instruatur ut ordinariis studiis atque elucubrationibus tam doctorum quam discipulorum necessaria atque utilia praebeat litteraria subsidia.

22. Quare complectatur in primis opera sanctorum Patrum aliorumque interpretum catholicorum et praestantiorum acatholicorum de biblicis disciplinis.

23. Peculiari ratione bibliotheca instruatur praecipuis operibus encyclopaedicis et periodicis recentioribus ad Biblica pertinentibus.

24. Praeter magistros, Instituti alumni atque auditores ad usum bibliothecae ordinarium prae ceteris admittantur. Ordinario bibliothecae usu sint reliqui interdicti.

25. Quum biblioteca in id debeat maxime inservire ut studia ipso in Instituto peragantur, libros et scripta periodica in alium locum asportare nefas erit.

Ex aedibus vaticanis, die VII Maii a. MDCCCCIX.

De speciali mandato Sanctissimi

L. * S.

R. Card. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

II.

VENERABILIS FRANCISCUS DE CAPILLAS, SACERDOS PROFESSUS ORDINIS PRAEDICATORUM, ALIIQUE SERVI DEI DECLARANTUR BEATI.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Martyrum purpurata sanguine, vel a primordiis, Ecclesia iugiter labentibus annis mira fortitudinis exempla perhibuit, atque invictorum Christi militum, qui immortalis fidei veritatem vitae iactura testati sunt, nulla unquam aetas seriem conclusit. Sinarum quoque imperium a saeculo decimo septimo ad nostra usque tempora ferax martyrum exstitit, horumque fastorum gloriosas tabulas inchoavit, modo beatorum coelitum albo accensendus, venerabilis Dei famulus Franciscus de Capillas, sacerdos missionarius Ordinis Praedicatorum, qui iure ac merito Sinarum protomartyr appellari potest. Fortissimi autem huius Christi pugilis, in gloria socios volumus] plures non solum ecclesiastica dignitate insignes viros, sed etiam omnis conditionis cives, una cum nonnullis virilis animi foeminis, in odium fidei interfectos, cum saeviente in Sinis ac finitimis regionibus Cochinquinensi ac Tunquinensi, medio superiore saeculo, dira insectatione in Christi fideles, instaurari visa sunt antiqua exempla, hinc efferatae atrocitatis, illinc invictae fortitudinis ac constantiae. Et quidem placet Nobis uno eodemque triumpho, et Franciscum de Capillas, et strenuos hos heroas decorare, qui, licet post bina saecula, protomartyris vestigiis insistentes, eadem illa in terra, pro qua foecundanda ille passus fuerat, luculente probarunt, « vere sanguinem martyrum semen esse christianorum ». Horum de vita et gloriosa in conspectu Domini morte, summatim potiora iuvat attingere. Venerabilis Dei famulus Franciscus de Capillas ortum habuit anno MDCVII m oppiao *Baquerin de Campos,* Palentinae dioecesis intra fines. A piis honestisque parentibus ad virtutem et pietatem institutus, quum annum ageret aetatis suae decimum septimum, perfectioris vitae cupidus, Dominicianum Institutum amplexus est, atque in coenobio S. Pauli Vallisoletani cursum tyrocinii studiaque explevit. Vix diaconus, quum accepisset, sacros operarios desiderari in Philippinis insulis, eam petiit impetravitque missionem. Itaque anno MDCXXXI Manilam contendit: inde, sacerdotio auctus, missus est ad provinciam Cagaien., ubi annos

decem in salute earum gentium sic incubuit, ut apostolicos labores cum Instituti sui disciplina felicissime conciliarem Et quemadmodum pugil se ad futurum certamen gymnicis ludis exercet, ita venerabilis Dei Servus martyrium praesentiens corpus afflictabat, solitus quum vehementius dies aestuaret nudatos lacertos obiicere culi cum aculéis, brevi somno'indulgere stratis membris super lignea cruce, et in vicino valetudinario, ut aegrotis auxilio esset, dies noctesque versari. Interim fundendi pro Christo sanguinis desiderio actus, Chinense imperium adiit anno MDCXLII, ibique urbes *Fogan, Moyang, Tingteu* ac circumvicinas regiones maximo cum fructu èxcoluit, nullisque laboribus fractus innumeras animas Christo lucrifecit. Non diu tamen pax illa mansit, brevique Tartari, occupata per vim latissima provincia Fo-Kiensi et ipsa urbe *Fogan,* atro! christianae fidei bellum indixerunt. Sed ne belli quidem inter tumultus ab apostolatu cessit venerabilis Dei Famulus. Etenim dum *Fogan* urbem Tartari obtinerent, eamque obsidione cinctam, multa militum manu, Sinensis Pro-rex oppugnaret, Franciscus, qui se pro Ecclesiae necessitatibus victimam obtulerat, non dubitavit obsessae urbis moenia subire, ut sacri ministerii partes expleret. Comprehensum, dum, post Sacramenta infirmis ministrata, notas per devia latebras repetit, ad magistratum satellites deducunt. Interrogatus primum de fide : mox de praetorio in praetorium pulsus, gladio linguae antequam ferro passionem inchoavit: tot calumniis ac probris fuit impetitus. His brevi successit crudelissimum malleolorum Supplicium, quo patientis pedes duplici asse constringuntur usque ad ossium comminutionem. In eo terribili cruciatu quum fortis atleta ne leviter quidem ingemisceret, stupore perculsus qui aderat iudex: « Ergo, inquit, deliciis affluis »? Cui martyr: « In corpus quidem dolor cadit, sed animus gaudio cumulatur, quia sic « patienti similitudo est aliqua mihi cum Christo ». Ad haec, responsum decem ictibus clavae. Postridie, interrogatus iterum, flagris dilaceratus est ; deinde pene exanimis tractus in carcerem, ubi praecipui sontes, capitis damnati, detinebantur, sui adspectu eorum commiserationem excitavit. Quin et ipsi custodes ne innocens ille fame periret, quemadmodum imperatum erat, facilem aditum christiano cuidam praebuerunt, qui eidem cibos afferret ; quam pietatem vir Dei non tam in sui solatium, quam in eorum salutem convertit. Ita enim coecos oculos ad lucem veritatis reseravit, ut brevi career ille templum Dei viventis evaserit. Fustibus iterum post paucos dies caesus est, et cum quidam christiani nominis osor, e transfugis Sinis qui in urbe manserant, perfide incusasset venerabilem Dei Servum secreti cum obsessoribus commercii, Franciscus, dum in carcere orans dolorosa sanctissimi Rosarii mysteria recolit, accitur a militaris praesidii Tartarorum praefecto. Hic, ira flagrans, eum iubet flexis genibus

coram se sistere, terribili voce increpans. Cumque venerabilis martyr, divini Agni mansuetudinem imitatus, extrema illa convicia tacitus exciperet, seque totum Deo commendaret, gladio percussus evolavit in coelum decimo octavo kalendas februarias anno MDCXLVIII. Sacrum corpus extra moenia civitatis proiectum a Tartaris, duos menses coeli inclementiae iacuit obnoxium. Tandem, expugnata urbe a Chinensi Pro-rege, licuit collectas exuvias honore sepulcri decorare, capite seorsum collocato. Huius autem martyrii fama celeriter propagata variisque illustrata signis, Manilensem Episcopum movit, ut causae cognitionem a se incoeptam ad Innocentium PP. X re. me. decessorem Nostrum deferret flagitaretque, tum suo tum sacrorum praeconum atque fidelium nomine, Philippinas insulas et Chínense imperium incolentium, ut de beatorum martyrum honoribus venerabili Dei servo Francisco de Capillas decernendis ageretur. Arcano tamen Dei consilio causa haec intermissa iacuit ad praesens usque tempus, quo per sacrorum Rituum Congregationem est redintegrata ; ad finem adducenda una cum actis eorum fortium christiani nominis adsertorum, qui pariter, vel in Sinis vel in regno Annamitico, nuper elapso saeculo, sicuti inclyti Francisci protomartyris in passione imitatores fuerunt, ita illius, uti supra diximus, et in gloria comites esse censuimus. Medio enim saeculo decimo nono, martyrum annalibus nova accessit cruenta pagina indelebiiem gerens in fronte titulum, divinum illud vaticinium: « Tradent enim vos in conciliis, « et in synagogis suis flagellabunt vos, et ante reges et praesides ducemini « propter me, in testimonium illis et gentibus (Matth, x, 18) ». Hoc autem seri temporis testimonium, non solum a sacri ordinis viris, sed a cuiusque conditionis aetatisque hominibus atque etiam foeminis exhibitum, satis docet, nec ferro, nec igne, nec ullo insidiarum genere confringi posse Dei opus ; et, ubi actum de christiana fide clamitetur ab impiis, eam tum novis prodigiis, novoque sanguine revirescere. Primus in hac acie nobilissima venit ordine dignitatis venerabilis Dei servus Stephanus Theodorus Cuenot Episcopus titularis Metellopolitanus, natione Gallus, alumnus seminarii Parisiensis missionum ad exteras gentes, qui ad Annamiticum regnum profectus, ut per ea loca Christi fidem propagaret, tanto cum ardore operarii evangelici partes agere coepit, ut, annis sex vix elapsis, dignus haberetur, qui, in Vicarium apostolicum electus, episcopale etiam munus obiret. Quam deinceps dignitatem laboribus refertam ab anno MDCCCXXXV ad annum usque MDCCCLXI fortiter aeque ac sapienter, licet corpore infirmo, sustinuit, donec, furente in christianos persecutione sub imperatore Tu-Duc, comprehensus et in horridum elephantis stabulum coniectus, inter multiplices aerumnas ac dolores, nec sine suspicione propinati veneni, animam exhalavit, xviii kal. decembres anno MDCCCLXI, paulo ante latam in ipsum senten-

tiam, qua ad capitis obtruncationem damnabatur. Anno insequenti Ioannes Petrus Néel, Gallus, ex eodem seminario sacerdos, quum se contulisset ad. Sinense imperium apostolici ministerii causa, accusatus tamquam fidei praeco, catena vinctus ad praetorium traducitur ; inde ad equi caudam alligatus, tractusque violenter citato quadrupedis cursu, omne genus ludibriis ac poenis affectus, abscisso tandem capite occubuit. Sub idem fere tempus sacri praecones duo, genere Galli, seminarii Parisiensis missionum ad exteros et ipsi alumni, martyrii palmam adepti sunt. Horum alter est Petrus Franciscus Néron, qui in regno Annamitico apostolicis functus laboribus, in caveam detrusus est catenis oneratus, in qua nec stare poterat, nec recumbere. Post tres menses tam dirae captivitatis, virgis caesus est ; postridie eius verberationis alimenta afferentibus : « Nolite, inquit, appo« nere, ex hoc enim die nihil terrenum edam ». Exinde per dies viginti et unum alimento quovis abstinuit, nulla virium deminutione, donec, securi percussus, cursum gloriose consummavit. Alter, Ioannes Theophanes Venard, in Tunquinensi regione Christi fidem nuncians, quod crucem pedibus calcare renuisset, gladii pluribus ictibus peremptus est. His accedunt indigenae sacerdotes earum regionum septem, quibus caesis cervicibus iter patuit ad immortalem coronam. Sunt autem venerabiles servi Dei: Paulus Loc, Petrus Luu, Ioannes Hoan, Petrus Qui, Paulus Tinh, Laurentius Huong, Petrus Khanh. Reliqui e populo, plerique sacerdotum administri seu catechistae, variis damnati suppliciis, fidei testimonium sua passione ac morte firmarunt. Atque alii desecato collo, ut Matthaeus Nguyen medicus, Michael Ho Dinh Hy regio palatio praefectus, Franciscus Trung decurio, Petrus Van, Hieronymus Lou Tin Mey, Laurentius Ouang, Iosephus Tchang, Paulus Tchen, Ioannes Baptista Lo, Martinus Ou, Ioannes Tchang, Ioannes Tchen; alii gutture laqueo eliso, ut Iosephus Le Dang Thi centuno, Emmanuel Phung, Iosephus Tchang Ta Pong; alii verberibus exquisitisque tormentis ad mortem afflicti, ut Paulus Hanh, cuius femoris caro ter frigida forcipe, ter candenti est dilaniata ; alii denique in exsilium pulsi, ipsa morte peius malum, vix destinatum locum tetigerunt, fame, siti ac squalore confecti occubuerunt, ut Andreas Nam Thuong et Ioseph Luu. Nec defuerunt foeminae invicta fortitudine clarae, quales virgines duae Agatha Lin et Lucia Y, quibus fuit comes Martha Ouang vidua, omnes praeciso capite martyrii palmam assequutae; Agnes vero Le Thi Thanh, nupta Domino De, fracta violenter in crucem, tam saevis est caesa verberibus, ut paulo post animam efflaverit. Unanimis eaque constans fama de veri nominis martyrio ab atletis hisce singulis pro Christi fide suscepto, per eos maxime testata, qui conquisitas undique ipsorum reliquias pia veneratione adservarunt, quum signis pluribus confirmari visa fuerit, instituta de re actio

est penes Congregationem sacris tuendis Ritibus praepositum, atque huic causae illa addita est, iamdiu intermissa, de martyrio venerabilis Dei servi Francisci de Capillas. Itaque, iuridicis probationibus pro utraque causa accurate perpensis riteque absolutis, Nos, per decreta lata quarto nonas Augusti superioris anni MDCCCCVIII, sollemniter pronunciavimus, constare de martyrio et causa martyrii itemque de signis seu miraculis martyrium ipsum illustrantibus, tum venerabilis Dei servi Francisci de Capillas, tum venerabilium pariter servorum Dei Stephani Theodori Cuenot Episcopi Metellopolitani, ioannis Petri Néel, Petri Francisci Néron, Theophanis Venard, missionariorum apostolicorum horumque sociorum in odium fidei ab idololatris interfectorum. Ad actorum vero legitimam seriem perficiendam illud supererat discutiendum, num ipsi venerabiles Dei Servi inter beatos coelites tuto recensendi forent. Hoc quoad venerabilem Dei famulum Franciscum de Capillas, in generalibus comitiis sacrae ipsius Rituum Congregationis coram Nobis habitis die octavo kalendas decembres eiusdem anni, praestitit dilectus Filius Noster Iosephus Calasanctius S. R. E. Cardinalis Vives y Tuto, causae relator; quoad vero venerabiles Dei servos Stephanum Theodorum Cuenöt Episcopum, Ioannem Petrum Néel, Petrum Franciscum Néron, Theophanem Vénard, missionarios apostolicos, aliosque illorum in passione socios, iisdem in comitiis praestitit dilectus Filius Noster Dominicus S. R. E. Cardinalis ferrata, item relator, omnesque tum Cardinales sacris tuendis Ritibus praepositi, tum qui aderant patres Consultores, pro utraque causa, unanimi suffragio, affirmative responderunt. Nos vero Nostram aperire mentem distulimus, atque iterandas esse preces censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam divinae sapientiae praesidium Nobis eompararemus. Quod cum impense fecissemus, tandem idibus decembribus eiusdem superioris anni MDCCCCVIII, nempe Dominica Adventus Domini Iesu tertia, eucharistico litato sacrificio, accitis dilectis Filiis Nostris Iosepho Calasanctio Vives y Tuto S. R. E. Cardinali, et Dominico ipsius S. R. E. Cardinali Ferrata, utriusque causae relatoribus, simulque cia. me. Seraphino Cardinali Cretoni sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, nec non venerabili Fratre Diomede Panici Archiepiscopo titulari Laodicen., a secretis ipsius Rituum Congregationis, et R. P. Alexandro Verde sanctae fidei Promotore, ad sollemnem omnium dictorum martyrum beatificationem tuto procedi posse decrevimus, eamque sententiam Nostram, per bina decreta similiter idibus decembribus superioris anni data, evulgari iussimus. Quae cum ita sint, Nos precibus permoti tum universi Ordinis Praedicatorum, tum societatis Parisiensis pro missionibus exteris, tum sacrorum Antistitum et apostolicorum Vicariorum Tunquini, Cochinchinae et Sinarum imperii, qui illis in regionibus, Christi martyrum sanguine foecundis, dominico gregi advi-

gilant, de consilio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium sacris tuendis Ritibus praepositorum, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, facultatem facimus, ut tum venerabilis Dei servus Franciscus de Capillas, sacerdos missionarius Ordinis Praedicatorum, Sinarum protomartyr, tum venerabiles servi Dei Stephanus Theodorus Cuenot Episcopus Metellopolitanus, Ioannes Petrus Néel, Petrus Franciscus Néron, Theophanes Venard, missionarii apostolici, ac reliqui omnes illorum socii, quos supra recensuimus, in odium fidei ab idololatris nefarie interfecti, Beati nomine in posterum appellentur, eorumque corpora et lipsana seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra apostolica concedimus, ut de illis recitetur Ofiicium ac Missa de communi martyrum, iuxta rubricas Missalis ac Breviarii sive Romani sive Ordinis Praedicatorum, cum orationibus propriis per Nos adprobatis. Eiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri concedimus, quod ad venerabilem Franciscum de Capillas, in dioecesi Palentina in qua natus est, et in Vallisoletana, qua in Dominicianam familiam cooptatus, simulque in archidioecesi Manilensi in qua bonus operarius Christi apostolicos inchoavit labores, denique in Vicariatibus apostolicis provinciae Fokiensis, ubi martyrium fecit, simulque in domibus religiosis ac templis Ordinis Praedicatorum ubique terrarum sitis, etiam monialium atque utriusque sexus Tertiariorum ; quod vero ad venerabiles Stephanum Theodorum Cuenot Episcopum, Ioannem Petrum Néel, Petrum Franciscum Néron et Theophanem Vénard reliquosque martyrii comites, fieri concedimus similiter, in domibus ac templis societatis Parisiensis pro missionibus ad exteras gentes, ubique terrarum sitis, ab omnibus fidelibus, tam saecularibus quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur: et, quantum ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus, tum saecularibus, cum regularibus ad templa in quibus ipsorum Beatorum festum agitur confluentibus, servato decreto S. Rituum Congregationis n. 3862 *Urbis et Orbis,* edito die ix mensis decembris anno MDCCCLXXXXV. Tandem concedimus, ut supradictis in templis ubique terrarum exstantibus sollemnia beatificationis venerabilium eorundem Dei Servorum celebrentur, ad normam decreti seu instructionis S. Rituum Congregationis die xvi Decembris anno MDCCCCII editi, de triduo intra annum a beatificatione sollemniter celebrando, quod quidem statis legitima auctoritate diebus fieri praecipimus intra annum, postquam eadem sollemnia in vaticana basilica fuerint celebrata. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii

sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint, et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus in disceptationibus etiam iudicialibus fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xi Aprilis MDCCCCIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £8 S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

III.

CONCEDITUR INDULGENTIA PLENARIA PIO OPERI S. IOANNIS BAPTISTAE DE LA SALLE, A PARVIS TIROCINIIS, APUD FRATRES SCHOLARUM CHRISTIANARUM.

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam. — Nobis exponendum curavit dilectus filius Gabriel Maria, supremus Fratrum Instituti moderator, qui a Scholis christianis nuncupantur, pias ubique gentium, post exemplum a sancto fundatore in Gallus datum, conditas esse domos, vulgo *Petits Noviciats* appellatas, adolescentibus tum pietate tum congrua doctrina imbuendis, qui, cum animum ad religiosam disciplinam, Deo adspirante, adiicere videantur, inter tirones proprie dictos postea excipiuntur. Praeterea, sicut ab eodem dilecto filio compertum habuimus, quo huiusmodi domus maiora susciperent incrementa, pium fidelium opus, sub titulo S. Ioannis Baptistae de la Salle, quadraginta fere abhinc annis erectum fuit, atque a rec. me. Pio IX et Leone XIII decessoribus Nostris, per similes litteras compluribus indulgentiis locupletatum est; cuius operis sodales frugiferae illi a parvis tirociniis dictae institutioni multimodis favere student. Cum vero summus praefatus moderator supplices Nobis adhibuerit preces, ut hoc ipsum opus novis spiritualibus privilegiis augere dignaremur; Nos, qui probe novimus, non modo magni momenti beneficia in religionem ab eodem opere collata, sed etiam quantum eius sodales de Ecclesia meriti sint atque assidue mereantur, piis hisce votis ultro libenterque censuimus obsecundandum. Quare, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus ac singulis christifidelibus, qui, ad pium praedictum opus a S. Ioanne Baptista de la Salle utcumque pertinentes, memoratam institutionem, quae vulgo *Petits Noviciats* audit, atque in praesens ob temporum pravitatem maxime est necessaria, sive efiusis ad Deum precibus, sive alio quo ipsis placuerit modo, adiuverint, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti quamlibet ecclesiam vel

publicum oratorium, festis diebus Praesentationis Deiparae Virginis, supradictae institutionis Patronae, ac S. Ioannis Baptistae de la Salle, a primis vesperis ad occasum solis diei huiusmodi, devote quotannis visitaverint, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo praefatorum die id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, etiam animabus christifidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicabilem, misericorditer in Domino concedimus ac largimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xv Aprilis MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. |$j S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. AEMILIANUM MANACORDA, EPISCOPUM POSSANEN., OB L EXPLETOS ANNOS SACERDOTII.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Egregia tua sunt in ecclesiam Fossanensem merita : cui quidem diutius, quam tuorum decessorum quisquam, praees, utpote abhinc octo ferme lustris datus Episcopus. Hoc enim tam longo spatio, non solum omni ex parte satisfecisti sanctissimo officio, sed etiam pluribus vel religionis vel doctrinae vel publicae beneficentiae monumentis memoriam consecrasti episcopatus tui. Iure igitur tibi, quod quinquaginta sacerdotii annos compleveris, omnes tui propediem, ut audimus, gratum addictumque animum solemnibus significationibus demonstraturi sunt: quas etiam confines Episcopi praesentes honestabunt. Nos, quae Nostra est erga te caritas de teque existimatio, hoc fausto eventu cum gratulamur tibi vehementer, tum gaudemus tantis te frui filiorum studiis ; quo certe nihil est bono Pastori iucundius. Praeterea, ut ad tuam communemque laetitiam aliqua per Nos accessio fiat, tibi pote-

statem facimus, die istorum solemnium celeberrimo, rite populo benedicendi, Nostro nomine, plenamque admissorum veniam, ad Ecclesiae praescripta, tribuendi. Ipse autem divinis affluas muneribus, precamur; eorumque auspicem, tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem amantissime impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvn Aprilis MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

IL

AD R. P. D. ALOISIUM PELLIZZO, EPISCOPUM PATAVIUM, DE CORONANDA, NOMINE SUMMI PONTIFICIS, IMAGINE B. MARIAE CONSTANTINOPOLITANAE.

Yenerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Munus imponendi propediem auream coronam pervetustae imagini Mariae Constantinopolitanae, quae istic in amplissima et nobili aede Iustinae religiosissime colitur, a dilectis filiis, qui sacra solemnia curant, Nobis delatum esse, nosti. Equidem, pro Nostro in magnam Dei Matrem studio, mirifice gaudemus, dari Nobis occasionem eius ita honorandae: atque id muneris delegamus dilecto Filio Nostro Aristidi Cardinali Patriarchae Venetiarum; qui propterea, Nostro nomine, sanctum simulacrum rite coronabit. Haec autem solemnia, uti nuntiantur fore celeberrima ob frequentiam bonorum, qui etiam ex vicinia, praeeuntibus Episcopis regionis Venetae, confluent, ita cupimus optamusque sint valde fructuosa, et praesertim ad augendam vel excitandam pietatem populi in Virginem multum valeant. Itaque Nos, quo eadem augustiora faciamus, incolis et advenis, quicumque, mense maio vertente, aedem Iustinae adierint, et sacramento poenitentiae expiati sanctissimaque Eucharistia refecti ad altare Mariae Constantinopolitanae supplicaverint, damus, ut plenariam admissorum veniam impetrent. Praeterea sacerdotibus in singulos statae solemnitatis dies, exceptis festis Ascensionis Domini nostri et Pentecostes, ut Sacrum de beata Maria Virgine, ritu Nativitatis eius, ibidem faciant, concedimus. Auspicem interea divinorum munerum, ac testem singularis benevolentiae Nostrae, tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx Aprilis MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP, X

III.

AD R. P. D. GYRILLUM VIII, PATRIARCHAM ANTIOCHENUM, DE PROXIME HABENDA GRAECORUM MELCHITARUM SYNODO.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Datis haud ita pridem ad Nos litteris, eisque tuae erga personam Nostram et hanc Apostolicam Sedem observantiae reverentiaeque plenis, fecisti Nos certiores, te cum Episcopis et clero ditionis tuae sub sacra solemnia Pentecostes in synodum conventuros, ut de religiosis totius nationis vestrae negotiis communiter ageretis. Nos, quibus nihil tam gratum est, quam quidquid ad confirmandam catholicam unitatem pertinet, et perlibenter novum testimonium tuae nobiscum coniunctionis accepimus, et vehementer probavimus consilium vestrum; unde, praeter cetera com moda, hoc sequetur, ut necessitudinis, quae inter vos intercedit, arctius vincula adstringantur. Ceterum ea vos deliberaturos, quae universis Graecis Melchitis valde salutaria sint, confidimus; quo autem id eveniat felicius, impense vobis copiam divinorum munerum precamur. Quorum auspicem, et praecipuae benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis Frater, Episcopis ceteris omnique clero et populo patriarchatus tui apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII Maii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

SERMO

A PIO PP. X HABITUS IN AUDIENTIA DIEI X MAII MCMIX AD IUVENES FOEDERATOS CATHOLICARUM UNIVERSITATUM, POST II CONVENTUM ROMAE COACTUM.

Con vera soddisfazione accolgo i sentimenti e le proteste di devozione e di ossequio, che in nome vostro e dei vostri compagni mi avete dichiarato di professare verso questa Sede Apostolica. E questi mi riescono tanto più cari, perchè espressi da giovani, che consacrati allo studio per raggiungere il fine a cui mirano della vera scienza, si dichiarano seguaci della dottrina cattolica, riconoscono la necessità di unire in santo connubio queste due figlie di un medesimo Padre, la ragione e la fede, per cui tutti viviamo : questi due soli, che brillano sul cielo dell'anima nostra, queste due forze, che costituiscono il principio e il compimento della nostra grandezza,

queste due ali che innalzano alla conoscenza di tutta la verità, in una sola parola, la ragione, che è l'occhio dell'uomo che vede, aiutato dall'occhio di Dio, che è la fede. È quindi una dolce consolazione per Me il vedervi, o diletti giovani, che rappresentate l'età dei nobili sentimenti, delle azioni generose e delle splendide vittorie ; e rappresentante di Gesù Cristo, che trovava nella gioventù le sue delizie, com' egli una volta guardando un giovane: *intuitus eum, dilexit eum,* così io, nel riguardarvi, sento il bisogno di dirvi che vi amo, che apprezzo la vostra virtù, e che voi dovete avermi non come padre soltanto, ma come fratello e tenero amico. Per questo faccio mie le parole del più giovane degli Apostoli, del prediletto dal divin Redentore, che scriveva ai giovani: « Scribo vobis, « iuvenes, quoniam fortes estis, et verbum Domini manet in vobis, et vicistis « malignum (I Ioan. II) ». Siate forti per custodire e difendere la vostra fede, quando tanti la combattono e la perdono ; siate forti per mantenere in voi il verbo di Dio, e per manifestarlo colle opere, quando tanti altri l'hanno bandito dall'anima ; siate forti per acquistare la vera scienza, e per vincere gli ostacoli che incontrerete nell'azione a pro' dei vostri fratelli. Non abbiate paura che si voglia imporvi dei gravi sacrifìci, di proibirvi dei leciti sollazzi ; si vuole soltanto rendere veramente cara la vostra età, che è l'età delle belle speranze, di rendere splendida la vostra carriera, così che nell'autunno della vita possiate cogliere copiosi quei frutti, dei quali sono presagio i fiori della vostra primavera ; e quindi vi raccomando soltanto di esser forti per conservarvi figli devoti della Chiesa di Gesù Cristo, quando tanti purtroppo, senza forse saperlo, si mostrano ribelli, perchè il criterio primo e massimo della fede, la regola suprema e incrollabile della ortodossia è l'obbedienza al magistero sempre vivente e infallibile della Chiesa, costituita da Cristo *columna et firmamentum veritatis,* colonna e sostegno di verità. Gesù Cristo, che conosceva la nostra debolezza, che era venuto al mondo per evangelizzare, sopra tutto gli umili, ha prescelto per la diffusione del cristianesimo un mezzo assai semplice, adatto alla capacità di tutti e a tutti i tempi : un mezzo che non domanda nè erudizione, nè ricerche, nè cultura, nè raziocinio, ma soltanto buone orecchie per intendere e buon cuore per obbedire. Quindi S. Paolo dice: *fides ex auditu,* la fede viene non per gli occhi, ma per le orecchie, pel magistero vivo della Chiesa, società visibile, composta di maestri e di discepoli, di reggitori e di sudditi, di pastori e di pecore e di agnelli. Gesù Cristo istesso poi ai discepoli ha ingiunto di ascoltare le lezioni dei maestri, ai sudditi di vivere sommessi ai loro reggitori, alle pecorelle e agli agnelli di andar dietro docilmente ai loro pastori ; e ai pastori, ai reggitori e ai maestri ha detto : « Docete omnes gentes. Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.

« Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi ». Da questo voi vedete quanto sieno fuor di strada quei cattolici, che, in onore alla critica storica e filosofica e allo spirito di discussione che ha tutto invaso, mettono innanzi anche la questione religiosa, insinuando l'idea, che collo studio e colla investigazione noi dobbiamo formarci una coscienza religiosa conforme ai tempi, o come dicono, moderna. E quindi *con un sistema di sofismi e di inganni insinuano falso il concetto della obbedienza insegnato dalla Chiesa ; si arrogano il diritto di giudicare gli atti dell' autorità, persino deridendola ; si attribuiscono una missione che non hanno, nè da Dio, nè da alcuna autorità, per imporre riforme ; limitano l'obbedienza ai soli atti esteriori, se pur non resistono e si ribellano alla medesima autorità, contrapponendo il giudizio fallace di qualche persona senza autorevole competenza, o della propria privata coscienza illusa da vane sottigliezze, al giudizio e al precetto di chi per divino mandato è legittimo giudice, maestro e pastore. Deh ! cari giovani, ascoltate la parola di chi veramente vi vuol bene : non lasciatevi sedurre da certe apparenze ; ma siate forti a resistere alle lusinghe e alle proteste, e sarete salvi.

Ma dunque, si dirà, la Chiesa ufficiale vuole l'ignoranza, impedisce lo sviluppo degli studi religiosi ; la disciplina intollerabile impone il silenzio. No, no, cari giovani: la Chiesa, rappresentante di Gesù Cristo, colle stesse parole di lui ai giudei,] predica del continuo : « mea doctrina « non est mea, sed eius qui misit me » ; e soggiunge : « Si quis voluerit « voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego « a meipso loquar ». E quindi la Chiesa ha sempre onorato, come i primi Padri e Dottori, così gli scrittori di tutti i tempi, che studiarono, e pubblicarono opere per dilucidare la verità, per difenderla dagli attacchi degli increduli, e per mettere in luce la piena armonia della fede e della ragione. Per rendervi ragione della vostra fede, studiate le opere di questi sommi, che la Chiesa ha sempre onorati ed onora anche al presente, apologisti insigni della religione ; e non vi lasciate sorprendere da questi nuovi riformatori. Li chiami pure il mondo menti superiori, ingegni potenti, coscienze illibate, fulgide intelligenze ; ma Gesù li ha giudicati tutti con questa sentenza : « Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit, « qui autem quaerit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, et iniustitia in « illo non est ». Chi parla di proprio suo movimento, cerca la sua propria gloria; ed è verace soltanto e degno di fede,fichi cerca la gloria di colui, che lo ha mandato, ed è incapace di tradire i suoi uditori. Nè vi lasciate ingannare dalle subdole dichiarazioni di altri, che protestano ripetutamente di voler stare con la Chiesa, di amare la Chiesa, di combattere perchè il popolo non si allontani da essa, di lavorare perchè la Chiesa, compren-

dendo i tempi, si riaccosti al popolo e lo riguadagni. Ma giudicateli dalle loro opere. Se maltrattano e disprezzano i Pastori della Chiesa e persino il Papa; se tentano ogni mezzo per sottrarsi alla loro autorità, per eludere le loro direzioni, i loro provvedimenti, se non si peritano di innalzare la bandiera della ribellione, di quale Chiesa intendono questi parlare **f** Non certamente di quella stabilita « super fundamentum Apostolorum et Prophe- « tarum, ipso summo angulari lapide, Christo Iesu », e quindi dobbiamo aver sempre presente il monito, che faceva S. Paolo ai Galati: « quan- « d'anche noi o un Angelo del cielo evangelizzi a voi, oltre a quello che « abbiamo a voi evangelizzato, sia anatema ».

Vi incontrerete e purtroppo assai di frequente in tali apostoli di nuovo genere, perchè è impossibile, che, attesa la superbia della mente e la corruzione del cuore, manchino al mondo gli scandali; *Necesse est,* ha detto Cristo, *ut veniant scandala,* e Iddio li permette e li tollera per provare la fedeltà e la costanza dei giusti. Ma in faccia a questi scandali, per quanto dolorosi, non vi atterrite, nè vi disanimate, ma compatendo a questi poveri ciechi, che nella loro ignoranza o pervicacia, credendosi sapienti, *stulti facti sunt,* e pregando per loro, onde il Signore li illumini e li faccia ritornare all'ovile male abbandonato, voi siate forti e fedeli alle promesse fatte, nella vostra società troverete aiuto per scampare ai pericoli che vi circondano, e servendo agli interessi della religione e della Chiesa, provvederete al vero vostro bene. E perchè le mie esortazioni e i miei desideri abbiano da essere pienamente soddisfatti, vi imploro dal Cielo la copia dei divini favori, dei quali, come del mio specialissimo affetto, vi sia pegno l'apostolica benedizione, che di gran cuore impartisco a voi tutti, alle vostre famiglie, al vostro assistente ecclesiastico, al caro prof. Toniolo, all' Emo Cardinale Matti, qui presente, e a tutti della Federazione universitaria.

S. CONGREGATIO S. OFFICII-

i.

DE USU INSERENDI NUMISMATA CORONIS B. M. V. LOCO GRANULORUM MAIORUM.

Beatissime Pater,

P. Thomas Ioseph a divina Providentia, societatis divini Salvatoris, ad pedes S. V. provolutus, humillime exponit ut sequitur :

Ab aliquo tempore invaluit usus inserendi coronis B. M. V. loco granulorum, quae *Pater noster* designant, parva numismata B. M. V. - Quaeritur a multis fidelibus, utrum hic usus obstet lucro indulgentiarum, et utrum retineri possit, an non ?

Et Deus etc.

Die 13 Martii 1909.

S. Congregatio S. Officii respondendum censuit, *nihil esse innovandum.*

L. ££| S. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

II.

DECRETUM

DE TITULO MISSIONARII APOSTOLICI ET DE FACULTATIBUS IISDEM MISSIONARIIS TRIBUENDIS.

Feria IV, die 21 Aprilis 1909.

In Congregatione generali S. R. et U. I. habita ab Emis" ac Rmis DD. Cardinalibus inquisitoribus generalibus, quoad concessionem tituli Missionarii apostolici in locis iurisdictioni S. Congregationis de Propaganda Fide non subiectis, et facultates iisdem Missionariis elargiendas, praehabito voto RR. Consultorum, iidem Emi ac Rmi DD. decreverunt:

Cum ad honorem sacri ministerii nec non ad Apostolicae Sedis dignitatem omnino exigatur, ut nullus perinsigni Missionarii apostolici titulo decoretur, qui hac non fuerit undique dignus nuncupatione, vel illam nondum suis laboribus promeruerit, nullus sacerdos praefato titulo in posterum insignietur :

1.° nisi authenticum documentum exhibuerit, ex quo resultet, ipsum coram examinatoribus a legitimo superiore deputatis formale examen subisse

de competenti theologica et philosophica doctrina, deque peritia ad sancte, fructuose et decore praedicandum verbum Dei sacrasque dandas missiones; atque favorabile prorsus ab iisdem examinatoribus testimonium retulisse, et a superiore suo legitimam approbationem simul reportasse;

%° nisi ad excipiendas sacramentales utriusque sexus fidelium confessiones ab Ordinario loci, in quo moram nempe stabilem sive ultimam trahit orator, iam fuerit legitime approbatus;

3.° nisi saltem per decem annos sacris missionibus aliisque praedicationibus, ac praesertim extra limites interdum suae dioeceseos, cum laude vacaverit atque intenderit; de qua re Ordinarii locorum fidem indubiam in scriptis fecerint, testantes pariter, oratorem statutis ab Apostolica Sede circa sacram praedicationem normis constanter adhaesisse, et irreprehensis moribus apud populum se probasse;

4.° nisi commendatus fuerit per litteras, ad sacram Congregationem S. Officii directe transmittendas ab Ordinario loci, ubi habituale domicilium tenet orator; et si agatur de sacerdote regulari, consensus etiam et commendatio in scriptis, ut supra, sui superioris generalis accesserit.

Decreverunt insuper iidem Emi ac Rmi DD.:

5.° sacerdos, qui ab hac S. S. Congregatione Missionarii apostolici titulo decoratus fuerit, huiusmodi titulo et adnexis indulto et facultatibus nonnisi ad libitum Sanctae Sedis gaudere valeat, nec non sub directione et dependentia Ordinariorum locorum, in quibus missiones per eum fieri contigerit, quibus omnino parere debeat, ac licentiam prius cum facultatibus ab eis recipere;

6.° indultum et facultates ab hac eadem S. Congregatione una cum titulo Missionarii apostolici concedenda, illa tantummodo erunt, quae in elencho huic decreto adnexo continentur; ac praeter illa nullum peculiare privilegium, nulla habitus distinctio, neque ulla a proprio Ordinario exemptio tributa censeantur;

7.° super rescriptum huius S. S. Congregationis, quo alicui sacerdoti titulus Missionarii cum adnexis indulto et facultatibus tribuitur, litterae apostolicae in forma *Brevis,* vita naturali oratoris perdurante valiturae, expediantur.

Insequenti vero Feria V eiusdem mensis et anni, m solita audientia R. P. D. Adsessori impertita, facta de his omnibus relatione SSmo Dno nostro D. Papae Pio X, eadem Sanctitas Sua ea omnia, quae, uti supra, Emi Patres decreverunt, benigne approbavit et confirmavit.

L. © S. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis,*

INDULTUM ET FACULTATES

QUAE UNA CUM TITULO MISSIONARII APOSTOLICI A S. S. CONGREGATIONE S. OFFICII CONCEDUNTUR.

1.° Indultum personale altaris privilegiati quater in hebdomada, dummodo simile privilegium pro alia die obtentum non fuerit, atque intuitu huiusmodi indulti nihil praeter consuetam eleemosynam percipiatur;

%° facultatem benedicendi extra Urbem, ac de consensu Ordinarii, privatim quandocumque, publice vero tempore tantummodo Adventus, Quadragesimae, spiritualium exercitiorum ac sacrarum missionum, quo sacras conciones ad populum habebit, coronas, rosaría, cruces, crucifixos, parvas statuas ac sacra numismata, eisque adplicandi indulgentias apostolicas nuncupatas, ut in postremo elencho edito typis S. Congregationis de Propaganda Fide die 28 Augusti 1903, necnon adnectendi coronis precatoriis indulgentias a S. Birgitta dictas;

3.° facultatem benedicendi unico crucis signo, de consensu Ordinariorum, coronas iuxta typum coronarum SSmi Rosarii B. Mariae V. confectas, eisque adnectendi [indulgentiam quingentorum dierum, defunctis quoque adplicabilem, a christifidelibus lucrandam, quoties, aliquam ex eisdem coronis manu gerentes, orationem dominicam vel angelicam salutationem devote recitaverint;

4.° facultatem impertiendi cum crucifixo et unico crucis signo in postrema concione Quadragesimae, Adventus, s-acrarum missionum et spiritualium exercitiorum benedictionem nomine Summi Pontificis, cum adnexa plenaria indulgentia, ab universis christifidelibus lucrifacienda, qui, confessi ac sacra synaxi refecti, postremae eidem concioni adfuerint, et quinque saltem conciones praefatis temporibus habitas audierint ; facta etiam facultate fidelibus lucrandi indulgentiam ducentorum dierum, quoties alicui ex eisdem concionibus interfuerint;

5.° facultatem benedicendi cruces, tempore sacrarum missionum erigendas, eisque adplicandi indulgentiam trecentorum dierum, toties a christifidelibus lucrandam, quoties ipsi orationem dominicam cum angelica salutatione et *Gloria Patri* etc. in memoriam passionis D. N. Iesu Christi, ante quamlibet ex praefatis crucibus corde saltem contriti ac devote recitaverint;

6.° facultatem impertiendi christifidelibus morti proximis, servatis forma et ritu Constitutionis s. m. Benedicti XIV quae incipit *Pia Mater*, benedictionem cum adnexa plenaria indulgentia, lucranda ab iisdem fidelibus, qui, confessi ac sacra synaxi refecti, vel saltem contriti, SSmum Iesu nomen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint.

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

P ARMEN. ET ALIARUM

DE FACULTATE DISPENSANDI AB IMPEDIMENTIS MATRIMONIALIBUS IMMINENTE MORTIS PERICULO.

Ante editum decretum *Ne temere* diei n mensis augusti anno MDCCCCVII *De sponsalibus et matrimonio,* satis iam fuerat eorum necessitati provisum, qui miserrime in concubinatu viventes iidemque in gravissimo mortis periculo constituti, impedimento aliquo matrimonium dirimente prohiberentur, quominus rite nuptias inirent. Nam per litteras S. Officii datas die xx mensis februarii anno MDCCCLXXXVIII, et per sequutam declarationem die ix mensis ianuarii anno MDCCCLXXXIX, facultas Ordinariis concedebatur, quae parochis etiam subdelegari habitualiter posset, dispensandi in iis adiunctis ab impedimentis quoque publicis matrimonium ecclesiastico iure dirimentibus, excepto sacro presbyteratus ordine et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente.

Cum autem in art. VII praefati decreti *Ne temere* sancitum fuerit, « imminente mortis periculo, ubi parochus vel loci Ordinarius vel sacerdos « ab alterutro delegatus haberi nequeat, ad consulendum conscientiae et (si « casus ferat) legitimationi prolis, matrimonium contrahi valide et licite posse « coram quolibet sacerdote et duobus testibus » ; Ordinarius Parmensis ac plerique aliorum locorum Ordinarii a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum postularunt, ut, etiam hoc in casu, animarum saluti consuleretur, si forte dirimens aliquod impedimentum obstaret quominus matrimonium rite contraheretur.

Re mature perpensa in Congregatione generali diei vii mensis maii anno MDCCCCIX, et relatis omnibus SSmo D. N. Pio divina providentia Papae X, in audientia habita ab infrascripto eiusdem S. Congregationis a secretis die ix mensis maii anno MDCCCCIX, Sanctitas Sua, benigne excipiens votum Emorum Patrum, declarare dignata est ac decernere, quemlibet sacerdotem, qui ad normam art. VII decreti *Ne temere,* imminente mortis periculo, ubi parochus vel loci Ordinarius vel sacerdos ab alterutro delegatus haberi nequeat, coram duobus testibus matrimonio adsistere valide ac licite potest, in iisdem rerum adiunctis dispensare quoque posse super

impedimentis omnibus etiam publicis matrimonium iure ecclesiastico dirimentibus, exceptis sacro presbyteratus ordine et affinitate lineae rectae ex copula licita.

Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die xiv mensis maii anno MDCCCCIX.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. & S.

Ph. Giustini, *a secretis.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

DECRETUM

PRAEPOSITUM TYPICAE EDITIONI VATICANAE OFFICII DEFUNCTORUM CUM CANTU GREGORIANO.

De mandato SSmi Dñi nostri Pii Papae X, sacra Rituum Congregatio declarat ac statuit praesentem Officii defunctorum editionem vaticanam, quae cantum gregorianum exhibet, ab ipso SSmo Dno nostro feliciter restitutum, uti authenticam ac typicam habendam esse, atque ab omnibus Romanae Ecclesiae ritu utentibus in posterum observandam. Quaevis ideo eiusdem Officii nova editio, typis evulganda, huic adamussim conformis esse debet. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die ***m*** Maii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IL

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

DE MISSA CONVENTUALI APUD REGULARES, AC MISSA VOTIVA DIEI INFRA OCTAVAM.

R. P. Lucas a Maria SSma, Procurator generalis Carmelitarum Excalceatorum, sequentia dubia S. Rituum Congregationi pro opportuna solutione reverenter proposuit, nimirum :

I. An Religiosi, quorum constitutiones nihil disponunt circa Missam conventualem, teneantur dicere quotidie unam Missam conventualem, Officio

diei correspondentem, iuxta decretum generale S. R. G. sub n. 3757, diei 2 Decembris 1891 ?

II. Quatenus *affirmativo*- utrum certis anni diebus a rubrica praescriptis teneantur hanc Missam, etiamsi choraliter non dicatur, celebrare post Sextam vel respective post Nonam, si ob praescriptum constitutionum hae horae recitentur immediate ante prandium ?

III. Si infra octavam alicuius festivitatis seu mysterii petatur Missa votiva de eodem festo, celebranda die qua non recitatur Officium de octava, an huiusmodi Missa votiva celebrari debeat more festivo, vel more votivo ?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam Commissionis liturgicae suffragio, omnibusque accurate perpensis, respondendum censuit :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. Missa conventualis choraliter, id est cum assistentia communitatis omnino celebranda est, et quidem post recitatam [in choro respectivam horam canonicam ; ipsa autem Missa et horae eandem praecedentes congruo tempore persolvantur.

Ad III. More festivo, quamvis de diebus infra octavam nulla vel sola fiat commemoratio.

Atque ita rescripsit, die 14 Maii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

VERCELLEN.

REMOTIONIS A PAROECIA

(Sub secreto).

Edita est in hac causa sententia definitiva, cuius pars dispositiva est sequentis tenoris :

Ad dubium, *an constet de nullitate sententiae vel processus iudicialis, ita ut sit locus remotioni parochi Fantone a paroecia loci* ASIGLIANO, *vel privationi eiusdem beneficii parochialis in casu.*

RR. PP. respondere censuerunt: *constare de validitate sententiae, et*

locum esse remotioni parochi Fantone, cum reservatione annuae pensionis mille libellarum ad formam eiusdem sententiae archiepiscopalis die 21 Ianuarii 1908.

Die 12 Maii 1909.

M. Lega *Becanus, Ponens.*
Gustavus Persiani.
Constantinus Contini Riccardi.

L.)$j S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

L

AD R. D. MAURJTIUM DEMJMUID, MODERATOREM GENERALEM OPERIS A S. INFANTIA.

Monseigneur,

Le Saint Pére a été tres sensible, aux hommages et aux vceux qui lui ont été exprimes à l'occasion de son jubilé sacerdotal par le conseil general de l'CEuvre de la Sainte Enfance, et par vous méme, qui en ètes, depuis longues années, le très distingué et très zélé président.

Les sentiments d'entier dévouement à la sainte Eglise et à son auguste Chef, dont votre noble adresse était toute pénétrée, ont singulièrement réjoui le cceur du Souverain Pontife ; mais Sa Sainteté a été particulièrement touchée du don, que vous Lui avez fait, d'une précieuse chasuble brodée par les enfants des Orphelinats de la sainte Enfance en Chine. Ce témoignage de la piété filiale des pauvres petites Chinoises, qui doivent à votre (Euvre si exceliente la vie du corps et celle de Fame, a été plus agréable au Saint Pére que les cadeaux les plus ri ches et les plus artistiques, auxquels du reste ce merveilleux ornement ne la cède en rien pour le prix de l'étoffe et le goùt exquis du dessin. Aussi est ce de tout coeur, que le Saint Pére, avec ses meilleurs souhaits pour la prospérité croissante de votre OEuvre, si belle et si nécessaire, vous envoie pour vous mème, Monseigneur, et les membres du conseil general de FOEuvre, pour

tous ses associés et ses proteges, mais surtout pour les habiles brodeuses de ce magnifique ornement, une très affeetueuse et tres speciale benedictum.

Agréez, Monseigneur, l'expression de mes sentiments dévoués en notre Seigneur.

Rome, 29 Avril 1909.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. P. BERNARDINUM MATEU, MAGISTRUM PROVINCIALEM FRATRUM MINORUM IN CATALAUNIA, DE TERTII ORDINIS COMMENTARIO " REVISTA FRANCISCANA „.

Muy Reverendo Padre :

Su Santidad, se ha enterado con singular agrado de que, desde hace más de 30 años los religiosos de esa provincia vienen publicando la *Revista franciscana,* órgano de la tercera orden seráfica de Cataluña. El Augusto Pontífice, alaba los piadosos fines de dicha publicación, y pide al Señor produzca copiosos frutos á su mayor honra y gloria y bien de las almas. Y para impulsarles á trabajar cada vez con mayor empeño y solicitud en tan santa empresa, envia á V. R., al P. Director, redactores y lectores de la mencionada Revista con paternal afecto la benedición apostólica.

De V. R.

Roma, 30 de Abril de 1909.

seguro servidor

L. £8 S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD SPECTABILEM VIRUM SYNDICUM CIVITATIS " CORK „ IN HIBERNIA, OB CIVIUM EXHIBITA SUMMO PONTIFICI OBSEQUIA ANNO L SACERDOTII.

My dear Lord Mayor,

I am desired by the Holy Father to ask you to kindly convey to the members of the City Council His sincere thanks for the beautiful address presented to Hirn on their behalf by Mgr 0'Riordan, Rector of the Irish College on the occasion of His sacerdotal Jubilee. His Holiness cordially welcomed the warm sentiments of loyalty and attachment to the Holy See expressed on the part of Gentlemen composing a Council so catholic as that of the City of Cork.

Botti the very artisti c design and fine execution of the address were greatly admired by the Holy Father. His Holiness bestowed most graciously on you and on ali the members of the Corporation His paternal béné-diction.

I am, My dear Lord Mayor,

Rome, Aprii 30[th] 1909.

yours faithfully in J. C.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD R. P. D. LEONEM AMETTE, ARCHIEPISCOPUM PARISIEN., DE PROXIME HABENDO III CATHOLICO EVANGELII CONVENTU.

Monseigneur,

J'ai recu de Monsieur l'abbé Garnier, en date du 24 Avril, le projet de programme du III[e] congrès catholique de l'Evangile, dont votre Grandeur est le président honoraire, ainsi que les compte-rendus des deux congrès précédente. Après en avoir pris connaissance moi-mème, j'ai soumis le tout, de votre part, au Saint Pére. L'Auguste Pontife me charge de vous exprimer en son nom, ainsi qu'à tous les membres du comité d'honneur, ses vceux, pour la grande oeuvre que vous avez à cceur, de travailler à reconduir les ames à Jésus-Christ par l'Evangile.

Sa Saintété me charge surtout de vous témoigner sa haute approbation pour le noble but, que le IIP congrès se propose, cette année, de porter ses efforts sur l'oeuvre essentielle entre toutes : la régénération morale chrétienne de la famille, en ces tristes temps, où tant d'àmes sont exposées à perdre la foi. Cornine gage des faveurs divines pour l'heureuse réussite du congrès, et de ses travaux, le Saint Pére envoie de cceur la bénédiction apostolique à tous les organisateurs, coopérateurs de ce mème congrès, à tous ceux qui y prendront part et à leurs familles.

Je profìte de cette occasion pour renouveler à votre Grandeur l'expression des mes sentiments très dévoués en notre Seigneur.,

Rome, 6 Mai 1909.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. ^ S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

NOMINE

Il S. Padre, con Breve apostolico, si è degnato di nominare:

U Maggio 1909. — Il Rev. D. Elia Giovanni Giuseppe Morel, della società delle Missioni estere di Parigi, Arcivescovo di Pondichery;

— Il Rev. D. Dionisio Vismara, del Seminario delle Missioni estere di Milano, Vescovo di Hyderabad ;

— Mons. Pietro Andrea Vigano, già Vescovo di Hyderabab, Vescovo titolare di Ezani;

— Il Rev. D. Celestino Joussard, Vescovo titolare di Arcadiopoli, e Coadiutore del Vicario Apostolico di Athabaska con futura successione;

— Il Rev. D. Israele Audo, Vescovo di Mardin *Chaldaeorum*

8. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ORDINARIA

4 Maggio 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano si è tenuta la Congregazione ordinaria dei sacri Riti, nella quale, al giudizio degli Emi e Rmi Sigg. Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie : 1.° introduzione della causa di beatificazione e canonizzazione del servo di Dio Placido Baccher, sacerdote terziario Domenicano, rettore della vecchia chiesa del Gesù in Napoli ; conferma del culto da tempo immemorabile prestato al servo di Dio Federico da Ratisbona, degli Eremitani Agostiniani, chiamato Beato; 3.° intorno alla concessione del titolo di compatrona ugualmente principale, con S. Stefano protomartire, della beata Vergine di Oropa per la città e diocesi di Biella; 4.° intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore di S. Gundisalvo martire, per la chiesa di cui è titolare in Paolopoli nel Brasile ; 5.° dell' Officio e Messa, e dell'elògio da inserire nel Martirologio, in onore del beato Marco dei Marconi confessore, per la diocesi di Mantova e per l'Ordine di S. Girolamo; 6.° dell'Officio e Messa, con l'elogio da inserire nel Martirologio, in onore del beato Bartolomeo Fanti confessore, dell' Ordine Carmelitano, per la suddetta diocesi di Mantova e pel medesimo Ordine; 7.° dell'Officio e Messa, con elogio da inserire nel Martirologio, in onore del beato Gerardo Cagnoli confessore, dell'Ordine dei Conventuali; 8.° e finalmente intorno alla concessione ed approvazione del rito, con formóla speciale, nel benedire una nuova officina e macchina tipografica.

CONGREGAZIONE PREPARATORIA

18 Maggio 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Sigg. Cardinali, dei Rmi Prelati officiali, dei Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione nuova preparatoria, per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù del ven. Giovanni Nepomuceno de Eschiderer, Principe e Vescovo di Trento*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

f< Il S. Padre, con Breve apostolico, si è degnato denominare :

Protonotario apostolico ad instar participantium:

10 Maggio 1909. — Mons. Abdon Stengert, della diocesi di Culma.

Prelati domestici :

5 Maggio 1909. — Il Can. Agostino Massart, dell'archidiocesi di Cambrai; — Il Can. Luigi Cartón, della medesima archidiocesi.

6 Maggio — Il Can. Carlo Lucas, della diocesi di Evreux.

Cerimonieri pontifici soprannumerari :

1 Maggio 1909. — Il Rev. D. Vincenzo Misuraca.

3 Maggio. — Il Rev. D. Paolo Giobbe.

Sua Santità, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare:

19 Maggio 1909. — *V* Emo Sig. Cardinale [Pietro Gasparri, protettore dell'Ordine della Penitenza;

1 Maggio. — Il Rev. D. Amedeo Bernardini, scrittore nella S. Congregazione dei Sacramenti.

ONORIFICENZE

Sua Santità, con Breve apostolico, si è degnato di conferire ¡le seguenti onorificenze :

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio magno, con placca:

5 Maggio 1909. — Al Sig. Barone Cristiano de Berckheim, Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario.

La Commenda delV Ordine di S. Gregorio magno :

24 Aprile 1909. — Al Sig. Avv. Ippolito Maria Berlier de Vauplane; — Al Sig. Riccardo Tacconi.

5 *Maggio 1909.* — Al Sig. Cav. Prof. Domenico Camilli.

14 Maggio. — Al Sig. Ulderico Lampert, Rettore dell'Università cattolica di Friburgo.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio magno (classe militare) :

I Maggio 1909. — Al Sig. Carlo Kurten.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio magno (classe civile) :

23 Aprile 1909. — Al Sig. Avv. Giorgio Maria Armando Fresneau.

24 Aprile. — Ai Sigg.: Edgardo Bouvyer, Alfredo Gauvin, Avv. Giorgio Augusto Renato Giuseppe Conrairie, Carlo Jacquin de Margerie.

26 Aprile. — Ai Sigg. : Allerto Dutey-Harispe, Adriano Planté, Avv. Emilio Guiehenne, Giuseppe Des Bouillons, Adriano Ilari.

27 Aprile. — Ai Sigg.: Avv. Giorgio Martin, Bernardo D'Armagnac, Avv. Arturo Louet, Giovanni Keraly, Giuseppe Martin.

4 Maggio 1909. — Al Sig. Saverio Battez-Roger.

II Maggio. — Al Sig. Gaspare Kaciadourian.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro :

5 Maggio 1909. — Ai Sigg.: Dott. Angelo Vittadini, e Avv. Carlo Albertario.

8 Maggio. — Al Sig. Bogislao Niervitecki.

14 Maggio. — Al Sig. Prof. Cesare Fiorini.

N. B. — La nota dei decorati della Croce di Cavaliere di S. Silvestro, contenuta nell'ultimo numero del Bollettino, pagina 444, doveva terminare col nome del dott. Ignazio Serafini, esclusone il susseguente.

NECROLOGIO

4 Maggio 1909. — Mons. Francesco Giuseppe de Stein, Arcivescovo di Monaco e Frisinga.

14 Maggio. — Mons. Giuseppe Maria Aldanesi, Vescovo titolare di Dionisiade.

17 Maggio. — Mons. Paolo Fioravanti, Vescovo di Veroli.

20 Maggio. — Mons. Paolo Maria Barone, Arcivescovo di Siena.

MONITUM

Sacerdos Michael Pepe, e loco v. d. *Buzzi*, dioecesis S. Marci et Bisiniani, qui titulis abutitur Praelati et Cappellani secreti ad honorem SSmi D. N., Missarum eleemosynas, etiam ab exteris Episcopis, nulla sibi suffragante auctoritate, expostulavit pro Calabris sacerdotibus, terrae motibus nuper damno affectis. Nunc autem innotescat necesse est, praedictum sacerdotem, ad Summi Pontificis Familiam minime pertinere, neque illi, prout alii numquam ulli, memorata indebita ratione, Missarum eleemosynas quaeritare fas esse.

Annus I. - Vol. I. Die 15 Iunii 1909. Num. 11.

ACTA APOSMÄOEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

VEN. IOANNES EUDES, MISSIONARIUS APOSTOLICUS, INSTITUTOR CONGREGATIONIS IESU ET MARIAE ATQUE ORDINIS B. M. V. A CARITATE, RENUNCIATUR BEATUS,

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Divinus Magister, qui Ecclesiam proprio sanguine acquisitam perpetuo tuetur, religionis administros, ab ipso sal terrae nuncupatos, numquam evanescere sinit, quum hominesf sint illorum opera a culpae corruptione recreandi. Sanctos igitur viros miseratione sua identidem excitavit, qui cleri disciplinam ac mores, temporum pravitate collabentia, pro viribus instaurantes, aeternae animarum saluti uberiore cum fructu providerent. Inter hos iure meritoque est adnumerandus venerabilis Dei servus Ioannes Eudes, presbyterorum congregationis Iesu et Mariae inclytus fundator, qui homo vere missus a Deo, heroica virtute adlaboravit, ut damna religioni saeculo xvn in Gallus illata quam maxime sarciret. Ortum hic habuit xvni kal. dec. anno salutis MDCI in pago vulgo *Ri,* dioeceseos Sagiensis, ex Isaac et Martha Gorbin, piis honestisque parentibus, qui si filium impetrassent, se peregre iter facturos ad nostrae Dominae *de la Recouvrance,* ibique illum Deo consecraturos spoponderunt. Voti compotes, natum, indito ei nomine Ioanni, piaculari aqua protinus abluendum curarunt. Tam faustis ominibus vitam Ioannes ingressus, usque ab ineunte aetate accepta a parentibus virtutum documenta suis moribus optime expressit; pietate enim non minus quam modestia, praecipua animae custode, mirifice floruit, et in exemplum inter pueros enituit. Perspicuo illius virtutis argumento, egregium facinus fuit ab eo, vix decem annos nato, publice factum; cum enim aliquis e suis

aequalibus ipsi alapara duxisse!., Ioannes vivus vidensque in genua statim provolutus, aliam ex evangelii praecepto genam admovit. Ut vero studiorum laude exornaretur, pater eum pientissimo sacerdoti excolendum tradidit, quo usus magistro, non litteris modo, sed et potissimum in religione tantum profecit, quantum postea eius sanctitas declaravit. Mitem itaque Christum, quem adeo studiose imitabatur, amplecti atque eius immaculatis carnibus suavissime vesci discupiens, nimia perfusus est laetitia, quum duodecimum agens annum Sancta de altari primum libavit, sacro etiam chrismate inunctus. Tot tantique eius fuerunt memorabili illo die animi motus, ut angelus in divina abreptus videretur, tamque ei mira cum Christo coniunctio, ut paulo post perpetuae castitatis se voto obstringeret, seque totum Deo dicare constitueret. Exceptus deinde in collegium Cadomense, quod patres e societate Iesu, sanctorum altrice virorum, moderabantur, ibi pari ac maiore cum religione vitam exigens, tam frequenter caelesti intererat convivio, tamque tenero Deiparam Virginem amore prosequebatur, ab eo sponsam incenso cordis aestu electam, ut omnes illum *devotum Eudes* appellarent. Absoluto philosophiae curriculo, domum rediit, et cum parentes multum instarent, ut uxorem duceret, consilio suo exposito, omnibus precibus ab ipsis contendit, ut sibi potestatem facerent, se Deo ac beatae Virgini prorsus devovendi. Itaque Cadomum denuo reversus, ac theologiae opera data, cum profana et caduca fastidiret, Beruliiani Oratorii congregationem, ubi sacrum munus facilius exerceret, coepit cogitare. Optatis suis iterum adversum habuit patrem, sed ipse Dei vocem, quam naturae, satius audire ducens, adeo illum obtestatus est, ut tandem de huiusmodi congregatione adeunda filio assentiretur. In hanc igitur sodalitatem Parisiis cooptatus, cuius finis esse debebat tum sacras conficere expeditiones, tum ephebos in seminaria excipere eosque doctrina ac pietate instruere, recte putari potest, quanto studio venerabilis Dei Servus se gereret ad suam pariter atque aliorum salutem procurandam. Et re quidem vera omnigenae eius virtutes, summa animi demissione cumulatae, continuo ita eluxerunt, ut ei evangelici praeconis officium, priusquam sacros ordines iniret, delatum fuerit, quod exorsus, magnam sui exspectationem apud omnes concitavit. Sed tandem, exeunte anno MDCXXV, adfuit exoptatissima dies, qua venerabilis Ioannes sacerdotio Parisiis auctus, tanta religione primam Deo hostiam immolavit, ut maiore non posset. Novensilis vero sacerdos sive aspero vitae genere, sive susceptis laboribus fractus, in morbum incidit, ex quo paullatim in solitudine convalescens, se ad divinos libros perdiscendos applicuit, mox in gravius vitae periculum lapsurus. Cum enim per patris litteras certior factus esset de natali solo asiatica lue perculso, statim illuc advolavit, ac neque vigiliis, neque laboribus parcens, corpora

et praesertim animas aegrotantium summa ope reiecit. Satis erit dicendo, Ioannem Argentoni! civibus suasisse, ut solemnia vota beatae Virgini Mariae pro depellenda ingruente calamitate nuncuparent, qui reapse Deiparam praesentissimam experti, ab horribili flagello mirum in modum servati sunt. Sed in hoc gloriae campo venerabilis Dei Famuli virtus iterum fulsit; nam quadriennio post Gadomum eadem pestilentiä vexatum protinus accurrit, nova ibi praebens eximia caritatis documenta, et cum id unum cavendum existimaret, ne alios contagio laederet, intra dolium in agro pernoctabat, quem Sancti pratum postea dixerunt. Non multum abfuit, quin ob exantlatos labores denuo morbo correptus, e vivis excederet, ex quo vix dum relevatus, apostolicum munus incredibili cum alacritate suscepit, ac pagos, oppida et illustres etiam urbes non ìntermisse peragravit. Hoc modo plurimos annos usque ad extremam aetatem populos, pravis tunc moribus imbutos, ad christianae vitae decus adhortatus est, et propter laetos poenitentiae fructus, quos ipse ubique collegerat, cum divo Vincentio Ferrerio exaequatus fuit. Sacrorum Antistites non minus illius concionum vi, quam sanctimonia freti, Ioannem certatim advocabant, id sibi persuasum habentes, suos cuiusque dioeceseos fideles, qui ingenti numero Dei praeconem audituri confluerent, se tanti viri verbis exemploque ad bonam frugem recepturos. Neque alienum meminisse videtur, inter divinae legis nuncios adeo Ioannem tunc dein deque praestitisse, ut Olerius, S. Sulpitii societatis institutor, qui eum Parisios ad concionandum arcessierat, saeculi prodigium ipsum existimaret, et Galliarum regina, pariter ac Bossuetius, vir doctrina celeberrimus, sacris omnibus oratoribus eum in exemplum proponendum censerent. Sed venerabilis Dei Servus domus Oratorianae Cadomi rector renuntiatus, cum a supremis moderatoribus iuvenes obtinere minime posset, Ecclesiae devovendos, tunc haud parvo dolore sensit, huiusmodi Institutum a praecipuo suo officio omnino defecisse; quare post divinam opem precibus ieiuniisque imploratam, et consilia ex multis petita, demum a sodalibus, quibuscum ei viginti annos consuetudo fuerat, aegro quidem animo, discessu Quinque igitur cum sacerdotibus sociatus, VIII kal. apriles anno MDCXLIII, presbyterorum congregationem instituit, cui sanctissima Iesu et Mariae nomina dedit, et Cadomi primum seminarium aperuit, Baiocensis Episcopi auctoritate anno posteriore rite confirmatum. Incredibile dictu est, quam gravis invidia, cuius sancti non sunt insueti viri, venerabili Dei Servo ex eo tempore connata sit, praesertim a Iansenianis, ob immutatum eius erga Romanam Cathedram obsequium, sed pariter est admiranda summa animi demissio ac fortitudo, quibus Ioannes non semel omnia patienter perpessus, suos inimicos appellant fratres, ac pro eis Deo preces adhibuerit. Primum illud seminarium,

quod Ioannes, utpote consiliorum Petri Cardinalis de Berulle interpres ac velut haeres, ex Tridentini Concilii praescripto erexerat, complura sunt, Antistitum suffragio, multifariam secuta, cmibus cleri doctrinae ac pietati abunde consultum fuit; atque ita frugifera Eudiana congregatio non aliter ac sinapis granum, in arborem succrescens, longe lateque ramos brevi diffudit Praetereundum autem non est, venerabilem Dei Famulum sodalitatem etiam instituisse Filiarum B. M. Virginis a caritate, quarto eis addito voto, malis mulieribus ad honestam vitae rationem avocandis, quae quidem communitas, hunc sibi finem gloriae ducens, a rec. me. Alexandro VII decessore Nostro, Ioanne adhuc vivente, in religiosum Ordinem, nunc ubique gentium divulgatum, evecta fuit. His omnibus * societatem etiam nunc exstante m adiecit, cui titulus a Matris Dei admirabili corde, aliaque pietatis caritatisque condidit opera, fidelium sexui, aetati et conditioni accommodata, quibus spirituali eorum emolumento quam qui maxime prospexit. Verum enim vero ad Ioannis in Ecclesiam merita cumulus accessit, quum ipse, singulari erga sanctissima Iesu et Mariae corda flagrans amore, de liturgico eis cultu praestando, non sine aliquo divino afflatu, primus cogitavit. Cuius ideo suavissimae religionis tum pater existimandus est, quippe qui usque ab instituta sacerdotum congregatione solemnia sacrorum eorundem Cordium inter suos filios celebranda curavit; tum doctor, nam propria Officia et Missam in eorum honorem composuit; tum denique apostolus, toto enim est pectore nisus, ut saluberrimus ipsorum cultus in quemcumque locum evulgaretur. Inter haec, neque Dei verba ad populum facere desiit, neque multa et praeclara scripta, insignem redolentia pietatem exarare. Eum praestantiores Galliarum viri summa observantia prosecuti, ultro consulebant, et ipse Vincentius a Paulo, quo Ioannes, foecunda sanctorum necessitudine, familiariter utebatur, fructus ex eius missionibus affatim perceptos valde admiratus fuit. Praeclarissimus igitur vir, potius laboribus quam annis absumptus, 'cum sibi vitae finem adesse intelligeret, magis ac magis cupiit dissolvi et esse cum Christo. Priusquam vero infirmum corpus lecto reciperet, se ad filias nostrae Dominae a caritate contulit invisendas, eisque postremum vale dicto, ut rore coelestis gaudii perfunderentur, ominatus est. Itidem aeger ac valens se totum arbitrio Dei permisit, ex quo summa patientia in perferendis corporis cruciatibus usus, superorum tranquillitate frui videbatur. Ingravescenti autem morbo, Sacrorum ope praesidioque instructus, ac nobili^ filiorum circumdatus corona, quos lacrimas prae dolore effundentes aeternae vitae verbis alloquebatur, xiv kal. sept. anno MDCLXXX periucunda Iesu et Mariae saepe saepius nomina repetens, placidissime in Domino obdormivit. Religiosa eius familia, licet tam pretiosae patris morti invidendum putaret, in luctu

tamen ac moerore iacuit. Interim venerabilis Dei Servi clarum omnium praeconium, illustrius post obitum factum, populum tam ingenti numero allicit atque trahit, eius pedes osculari eique precaria serta ac numismata admovere cupientem, ut triduo tantum postquam illius spiritus in caelum advolaverat, sacrae eius exuviae efferri potuerint. Ex eo igitur tempore, cum sanctitatis fama in dies augeretur, atque ad eam accessisset prodigiorum celebritas, quibus Deus eam confirmasse ferebatur, illius beatificationis et canonizationis causa penes sacrorum Rituum Congregationem agitari coepta est, atque omnibus ad iuris normam absolutis, rec. me. Leo Papa XIII decessor Noster die festo, quo infans Iesu a tribus Sapientibus est adoratus, anno MCMIII, Ioannis Eudes virtutes heroicum attigisse gradum solemni decreto sancivit. Deinde quaestio de miraculis suscepta fuit, quae, ipso intercedente, a Deo patrata tradebantur, cunctisque rebus severissimo iudicio ponderatis, cum tria ex illis vera et explorata habita fuissent, Nos alio decreto Dominica secunda post Pascha superioris anni, quo die festum ob Crucem sacrosanctam Hierosolymis inventam celebratum est, de eorum veritate constare suprema auctoritate Nostra declaravimus. Illud unum supererai inquirendum, num venerabilis Dei Servus inter beatos caelites recensendus foret. Quod dubium propositum est a dilecto Filio Nostro Dominico S. R. E. Cardinali Ferrata, causae relatore, in comitiis generalibus coram Nobis habitis VIII kal. dec. superioris pariter anni, in quibus omnes, qui aderant, tum Cardinales, tum sacrorum Rituum Congregationis Consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos tamen in re tanti momenti Nostram aperire mentem distulimus, ut fervidis iteratisque precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quo facto, tandem Dominica tertia Adventus D. N. I. C, eucharistico litato sacrificio, adstantibus Cardinalibus Seraphino Cretoni cia. me. sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, et memorato Dominico ferrata causae relatore, nec non venerabili Fratre Diomede Panici Archiepiscopo Laodicensi, eiusdem Congregationis Secretario, et reverendo patre Alexandro Verde fidei Promotore, auctoritate Nostra pronunciavimus, tuto procedi posse ad venerabilis Dei servi Ioannis Eudes beatificationem. Quae cum ita sint, totius Galliae venerabilium Fratrum Nostrorum Antistitum et cleri, nec non congregationis Iesu et Mariae atque Ordinis B. M. Virginis a caritate vota implentes, praesentium tenore facultatem facimus, ut venerabilis Dei servus Ioannes Eudes, missionarius apostolicus, et earundem sodalitatum institutor, Beati nomine ¡in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lipsana seu reliauiae. non tamen in solemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, ac radiis imagines decorentur. Praeterea eadem apostolica auctoritate Nostra concedimus, ut de

illo recitetur Officium, et Missa quotannis celebretur, de communi Confessorum non Pontificum, cum orationibus propriis per Nos approbatis secundum rubricas Missalis et Breviarii romani. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri concedimus dumtaxat in dioecesi Baiocensi, itemque omnibus in templis et sacellis, quibus ubique terrarum utuntur presbyterorum congregatio Iesu et Mariae et universus Ordo Deiparae Virginis a caritate, idest religiosae sorores tum a refugio, tum a bono Pastore dictae, ab omnibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet, ab omnibus [sacerdotibus saecularibus et regularibus ad ecclesias in quibus festum agitur convenientibus servato tamen decreto S. Rituum Congregationis num. 3862 *Urbis et Orbis* diei ix Decembris anni MDCCCXCV. Demum facultatem impertimus, ut solemnia beatificationis venerabilis Dei servi Ioannis Eudes supradictis in templis celebrentur ad normam decreti seu instructionis S. Rituum Congregationis, die decimasexta Decembris anno MCMII, de triduo intra annum a beatificatione solemniter celebrando, quod quidem fieri praecipimus diebus, legitima auctoritate intra annum item designandis, postquam eadem solemnia in basilica vaticana fuerint celebrata. Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii praefatae Congregationis subscripta sint, et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xi Aprilis MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. ✠ S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

IL

SUPPRIMITUR ABBATIA S. MAURI IN GALLIA ET ERIGITUR NOVA S. MAURITII IN DIOECESI LUXEMBURGENSI, AD HANC OMNIBUS IURIBUS ET PRIVILEGIIS TRANSLATIS.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Retulit Nobis dilectus filius Paulus Renaudin, Ordinis S. Benedicti, Abbas S. Mauri in Gallia, se, quum e sua abbatiali domo iniuria exactus sit, novum hunc monasterium, in locò vulgo *Olervaux,* dioeceseos Luxemburgensis, sub titulo et patrocinio S. Mauritii, condendum curare, ut sua monastica familia in aedibus regularibus,

secundum conditiones iure requisitas, deinceps habitare queat. Nos autem, qui summo dolore affecti sumus ob religiosos Ordines in Gallus vexatos, grato iucundoque accipimus animo, eos alibi florere, ut damna religioni illata quam maxime sarciantur. Quare, cum compertum habeamus, novum id monasterium venerabilis Fratris Antistitis Luxemburgensis suffragio condi, illudque dilectissimam in Christo filiam Nostram Mariam Annam, Magnam Ducissam Regentem, peculiari benevolentia fovere; Nos, dum veterem abbatiam S. Mauri in Gallus, apostolica auctoritate Nostra, praesentium tenore, prorsus abolemus, et abolitam esse declaramus, novae memoratae abbatiae, quae sub tituto S. Mauritii, in loco ^vulgo *Clervaux* dioeceseos Luxemburgensis, instituitur, eadem auctoritate Nostra canonicam erectionem in perpetuum conferimus, atque ad eam omnia et singula transferimus iura ac privilegia, quibus antiqua S. Mauri abbatia in Gallus gaudebat, ita quidem, ut nullum omnino vinculum inter exstinctam in Gallus abbatiam, et novam supradictam domum permaneat. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque speciali licet atque individua mentione dignis in contrarium facientibus quibuscumque. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die III Maii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £ß S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

III.

INDULGENTIAE CONCEDUNTUR PIO OPERI " HORAE SANCTAE PERPETUAE DE GETHSEMANI „ IN CIVITATE TOLOSANA.

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam. — Relatum est Nobis, in sacello S. Ludovico Andegavensi dicato civitatis Tolosanae, pium precationum opus sub titulo *Horae sanctae perpetuae de Gethsemani,* inde ab anno MDCCCCVII, canonice erectum fuisse, cuius finis est, Domino nostro Iesu Christo in horto de Gethsemani oranti honorem non intermissa tribuere prece. Devota haec exercitatio, usque ab anno MDCCCLXXXV, a viris religione pietateque prae-

stantibus proposita atque in magnam Galliarum partem brevi propagata, nunc quamplurimos complectitur sodales, quibus sua cuique precationis hora adsignatur, ut una cum Christo in monte Olivarum preces Deo Patri effundente, diu noctuque continenter oretur. Quo vero frugifera huiusmodi consociatio maiora in Deo suscipiat incrementa, Nos illius moderatoris ac sodalium votis benigne exceptis, caelestibus eam thesauris, quorum dispensatores divina providentia constituti sumus, libenti quidem animo locupletamus. Quare, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus ac singulis christifidelibus, qui dictum pium opus in posterum ingredientur, die primo eorum' ingressus, si, vere poenitentes et confessi, sacram synaxim sumpserint, plenariam ; atque in eodem opere tam descriptis quam pro tempore describendis sodalibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes ac sacra communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium submisso animo susceperint, etiam plenariam; necnon, iisdem sodalibus, vere quoque poenitentibus ac sacra communione refectis, qui propriam, si habeant, secus parochialem respectivam ecclesiam, vel publicum oratorium, die festo memorati operis titulari, a primis vesperis ad occasum solis, devote cruotannis visitaverint, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, item plenariam; sodalibus denique, qui, singulis mensibus, in quibus, semel saltem in hebdomada, piam huiusmodi horae sanctae exercitationem confecerint, admissorum confessione expiati ac caelestibus epulis refecti, ecclesiam, ut praefertur, visitaverint, ibique ut supra oraverint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus ac largimur. Insuper dictis sodalibus, qui, corde saltem contrito, quoties vel e consociationis praescripto preces recitaverint, vel in eiusdem pii operis coetus convenerint, trecentos dies ; quoties vero quodlibet pietatis opus ad praedictae sodalitatis finem exercuerint, sexaginta dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis, in forma Ecclesiae consueta, relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias ac poenitentiarum relaxationes, excepta plenaria indulgentia in mortis articulo lucranda, etiam animabus christifidelium, quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem

prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die VIII Maii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £8 S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

EPISTOLAE

I.

AD R. P. DIONYSIUM SCHÜLER, MINISTRUM GENERALEM ORDINIS FRATRUM MINORUM, OB SEPTIES CENTENARIA AB ORDINE CONDITO SOLEMNIA.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Recte vos constituistis festo solemnique ritu propediem exitum celebrare saeculi septimi, postquam beatissimus Franciscus, votis nuncupatis, initium Ordinis vestri feliciter posuit. Aequum est vos, hanc respicientes temporis diuturnitatem, sancte gratulari Deo, qui Assisiensem pauperculum eiusque progeniem praecipua quadam benignitate semper fovit; consentaneum agitare laetitias, quod ipsius Institutum adeo vetustatem non sentit, ut late in orbe terrarum, quasi recens, vigeat; utile et frugiferum, domesticos evolvere fastos, et merita recolere virtutesque maiorum. Nobis quidem ista solemnia sciatis pergrata accidere, praesertim quia occasionem praebent profitendi, non modo quanta simus erga vos benevolentia, sed etiam quantum, communis salutis causa, vobis tribuamus. Etenim Instituta Franciscana, ex quo extiterunt, eam vim beneficiorum pepererunt Ecclesiae, ut persequi omnia longum sit ac pene infinitum. Omnino apparet, postremis aetatibus, quum vulgo christiani sensus et spiritus quodammodo hebescerent, Dei providentis nutu subvenisse Franciscum, qui, prae se gerens ipse expressam similitudinem Iesu Christi, homines ad sapientiam Crucis voce et exemplo revocaret. Vir sane mirabilis; qui quum paupertatem in sponsae loco diligeret, perfectae laetitiae fructum ex molestiis contumeliisque peteret, seque et alumnos suos ceterorum hominum fratres haberet minores; tum ea erat divini abundantia amoris, ut tenero germanitatis sensu omnia, quaecumque a Deo sunt, complecteretur. Itaque, Francisci opera, felicius fortasse, quam umquam alias, post aetatem Apostolorum, mundus impugnari coepit: excitato enim studio bonorum caelestium et immortalium, quiescere passim aviditates vel habendi haec fluxa et caduca, vel praestandi inter se, vel

inhonestis voluptatibus potiundi ; diligentior esse vulgo divinarum custodia legum ; denique perfectionis christianae species, oblata in sanctissimo viro, capere plurimos et adducere, ut ei se in disciplinam traderent. Hinc illa nata, Assisiensi patriarcha, familia Fratrum ; quae quidem e latebris humilitatis atque e squaloribus poenitentiae tam multos tamque nobiles submisit populo christiano Antistites doctoresque, evangelio praecones, fidei martyres, caelo cives. Hanc familia subsecuta devotarum Deo virginum, a quibus, abditis primo in sacris claustris, longe lateque bonus Christi diffusus odor, mox in lucem praeterea vitae actuosae progressis, optima etiam ministerio sacerdotum adiumenta praebita. Accessit huc sodalium Ordo tertius, mirifice factus ad sanctitudinem morum in universitate christiani generis instaurandam ; quippe utrumque sexum recipiens, nec ullum vitae statum aut conditionem excludens. Quo quidem instituto commode iis consultum est omnibus, qui, quum non possent, utpote invocati divinitus, sequi Franciscum in coenobiis, vellent tamen, ipso duce, sua quisque officia servantes, ad caelum tendere. Enimvero Institutum huiusmodi ubi primum per Italiam regionisque finitimas propagatum est, brevi christianarum virtutum cultus privatim publiceque revixit; et deinceps, quotiescumque floruit, similes usquequaque provenere fructus: itaque, si nihil praeterea Franciscus egisset Ecclesiae causa, ipsum ob hanc unam rem in viris de Ecclesia singulariter meritis numerandum, verissime dixeris. Equidem optamus petimusque a Deo, ut saecularia solemnia proxima universae soboli Assisiensis Patris bono esse emolumento velit; atque optata votaque Nostra, ipso deprecante Francisco, eventura confidimus: sed praecipue velimus, ex his solemnibus sodalitas tertii Ordinis capiat incrementum. Nam quid optabilius per haec tempora, quum et in convictu domestico, et in rationibus civium mutuis, et in administratione reipublicae tantus incessit neglectus aut contemptus institutorum christianorum, quid, inquimus, optabilius, quam ut ea magis magisque invalescat sodalitas, quae per omnes civitatum venas possit sapientiae disciplinaeque christianae spiritum diffundere? Iure igitur decessor Noster fel. rec. Leo XIII singularem quandam curam et diligentiam ad instaurandum tertium Franciscanum Ordinem adhibuit, cuius etiam leges sapientissime temperavit. Nos vero, praeclaram occasionem nacti, idem Decessoris urgemus propositum; vosque, quotquot estis, quibus Francisci gloria atque adeo communis salus est cordi, etiam atque etiam hortamur, curetis diligenter, ut alii multi tertio huic Ordini dent nomen, et, qui iam dederint, ii sedulos tanti magistri se alumnos praestent. Quo autem auspicatius et maiore cum celebritate saecularis ista agatur solemnitas, de sacrae indulgentiae muneribus, quorum penes Nos est dispensatio, haec ultro largimur, lucranda

in quibuslibet trium Franciscalium Ordinum templis, ubi scilicet, ob memorati eventus faustitatem, conciones de rebus divinis, aut novendiales vel in triduum supplicationes fiant. Quisquis igitur his concionibus aut supplicationibus interfuerit, toties ei licebit, quoties interfuerit, de poenalium dierum numero septingentos expungere ; semel vero plenariam peccatorum veniam, statutis conditionibus, adipisci. Omnibus praeterea, qui vel coenobiis Fratrum Minorum eorumque missionum domibus praesunt, vel sodalitia Tertiariorum gubernant, vel a sacris sunt sanctimonialium sororumque Franciscalium cuiusvis Instituti, sodaliumve Tertiariorum una conviventi um, damus, ut semel per ea solemnia in sua quisque aedef, rite populo nomine Nostro benedicant. Atque his pontificalis benedictionis indulgentiaeque muneribus volumus sanctimoniales Franciscanas in claustris degentes frui, si, quum nequeant in publico, tamen in privato suo sacrario novendialem honori Francisci, patris legiferi, supplicationem obeant. Divinae interea benignitatis auspicem, Nostraeque paternae caritatis testem, tibi, dilecte fili], universisque et singulis, quibus praesides, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv Aprilis MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

II.

AD ARCHIEPISCOPUM BAMBERGENSEM CETEROSQUE EPISCOPOS BAVARIAE, OB EPISCOPALEM CONVENTUM PRISINGAE CELEBRATUM.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Rescribentes ad epistolam, quam vos Frisinga sub initium vestri conventus ad Nos misistis, primum omnium non possumus quin queramur, quod ex vestro numero his paucis diebus unus decesserit, et quidem ille ipse Archiepiscopus Monacensis, qui eam Nobis epistolam reddendam curavit. Cui Nos venerabili Fratri ut introitum in caelestem patriam maturemus, supplices Deo sumus; quamquam illum pro suis meritis eo iam pervenisse, sperare licet. Deinde scire vos volumus, quae scripsistis, ea Nobis grata accidisse. Nimirum gaudemus, quod Bavarorum in Nos pietas per solemnia sacerdotii Nostri tam pulchre patuit: gaudemus maxime quod vos, huius pietatis suasores et duces, omnem eam diligentiam officii ostenditis, quam tempora requirunt. Itaque de Nostra superioris anni exhortatione ad clerum catholicum, certum habemus, id quod promittitis, sedulo vos curaturos, ut ea vestris clericis, praesertim adolescentibus, uberrime proficiat.

Quod autem attinet ad annuos conventus, quos habere instituistis, laudamus vestrum studium, quum Nobis morigerandi, tum communibus ecclesiarum vestrarum rebus communiter consulendi. Ac de Frisingensi conventu id praecipue Nobis probatur, deliberasse vos, quo pacto in puerili institutione iura sacrae potestatis integra praestaretis. Etenim ad salutem puerorum nimium quantum interest, elementorum scholas inspectioni et vigilantiae subesse parochorum : quam inspectionem qui de medio sublatam volunt, ideo volunt, ut liberius teñeras mentes ea fingant disciplina, quae spiritu christianae religionis careat. Vos vero horum comprimere conatus perseverabitis, consentientibus, ut putamus, bonis omnibus; eo magis quia vobis in hac causa ipsae civiles leges suffragantur. Ceterum pro pietatis officiis, quae Nobis et nuper praestitistis et in hunc annum pollicemini, gratias vobis ingentes agimus : rogamusque Deum, ut praemiis vos bonitatis suae remuneretur. Quorum auspicem, **et** benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx Maii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

III.

AD ARCHIEPISCOPUM MUTINENSEM CETEROSQUE EPISCOPOS REGIONIS AEMILIANAE, OB ANNUUM PERACTUM NUPER CONVENTUM.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem, - Gratum Nobis fuit officium communium litterarum, quas, annuo peracto conventu, nuper dedistis ad Nos, obsequii pietatisque vestrae declarandae causa. Ex eis cognovimus, commoveri vos, ut diligentes Episcopos decet, his vel cleri vel christiani populi temporibus: ac propterea omnem dare et daturos operam, ut istic, et qui sunt e sacro ordine, dignis floreant virtutibus, sacraque iuventus ad doctrinae integritatem vitaeque sanctimoniam sedulo excolatur; et qui de grege catholicorum sunt, ii non solum cognita probe habeant praecepta fidei, vivantque congruenter, sed etiam collatis inter se viribus elaborare pro religione instituant. De his rebus vos nempe ducitis ea perstudiose vobis observanda, quae Nos litteris encyclicis ediximus. Recte quidem: sed vobis epistolam quoque credimus usui esse posse, quam venerabiles Fratres, Episcopi provinciae utriusque subalpinae anno proximo ex aede Mariae Solatricis, quo convenerant, circum suas dioeceses miserunt. Ibi enim accurate et apte de iisdem rebus agitur: religiosae puerorum institutioni, qui scholas publicas frequentant, ex adiun-

ctis rerum providetur: maximeque, de erroribus Modernistarum, quidam notantur fontes, quas ne adeant clerici, praesertim adolescentes, cavendum est. Pro faustis autem ominibus, quibus Nos in hunc annum episcopatus vicesimum prosecuti estis, gratias vobis agimus, vicissimque copiam divinorum munerum et cupimus et imploramus. Horum auspicem, eandemque benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxi Maii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

IV.

AD R. P. D. STANISLAUM TOUCHET, EPISCOPUM AURELIANENSEM, OB FELICITER EXPLETA B. IOANNAE DE ARC AURELIAE SACRA SOLEMNIA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex eis litteris, quibus Nos diligenter certiores facis, quemadmodum sacra solemnia in honorem beatae Ioannae istic acta sint, magnus accedit cumulus ad summam laetitiam, quam nuper hic Nobis tanta Gallorum frequentia et pietas dedit. Nimirum laetamur de isto, quem narras, splendore et celebritate festorum : sed multo laetamur magis, quod illa bonorum consensio ad custodiendam tuendamque religionem patriam, cuius consensionis in tota Gallia conciliatricem Puellam magnanimam speramus fore, insignis in istis caeremoniis exstiterit. Id enim agnoscimus ex accenso studio ac pietate populi, qui quidem per eos dies, ut scribis, quum Antistites atque administri sacrorum officiis fraternae caritatis inter se certarent, non solum cum clero mirifice visus est cohaerescere, sed etiam ad mensam eucharisticam, qua maximum continetur vinculum catholicae unitatis, plurimus confluxit. Itaque tibi et gratias agimus, qui iucundo Nos nuncio affeceris, et gratulamur, qui in iis rebus, quas nunciasti, magnam pro tua diligentia partem habueris. Quod autem addis, Nostrum in gentem vestram amorem optimo cuique non dubie apparuisse hoc tempore, Nos valde delectat: imploramusque Deum, ut Gallos omnes adducat, quicumque memoriam Ioannae de Arc rite colunt, ut, Iesu Christi Vicario religiose obtemperantes, efficienter communi saluti studeant. Auspicem interea divinorum munerum, ac testem singularis benevolentiae Nostrae, tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxiv Maii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

QUO CUILIBET SACERDOTI CONCEDITUR FACULTAS IMPERTIENDI APOSTOLICAM BENEDICTIONEM RELIGIOSIS MULIERIBUS IN ARTICULO MORTIS.

Die 1 Aprilis 1909.

Quum religiosis mulieribus ad instituta votorum tum solemnium tum simplicium pertinentibus benedictionem apostolicam in articulo mortis impertiri nonnisi ordinarius earum confessarius, iuxta vigentem in praesens disciplinam, regulariter permittatur; ne forte, hoc quavis; ex causa impedito, supremo huiusmodi spirituali solatio illae destituantur, sanctissimus D. N. D. Pius PP. X, oblatis sibi ad rem precibus ex animo annuens, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii concessa, benigne indulgere dignatus est, ut, quandocumque alius quilibet sacerdos ad extrema sacramenta religiosis mulieribus votorum tum solemnium tum simplicium ministranda rite vocetur, eisdem animam agentibus apostolicam etiam benedictionem, etsi aliunde hac facultate non polleat, impertiri valeat, ad normam, ceteroquin, apostolicae Constitutionis s. m. Benedicti XIV, quae incipit *Pia mater,* et servata forma in Rituali romano praescripta. Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

L. £¡3 S. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

S. CONGREGATIO CONCILII

HIEROSOLYMITANA ET ALIARUM

DE SUPPRESSIONE DIERUM FESTORUM, ABSTINENTIAE ET IEIUNII.

Die 3 Aprilis 1909.

POSTULATA. - Vix ac ad tramitem Constitutionis *Sapienti consilio,* huic S. Congregationi quidquid ad Ecclesiae 'praecepta refertur tributum fuit, plures tum circa suppressionem vel translationem quorundam dierum festorum, tum circa legem abstinentiae a carnibus et ieiunii, iuxta hodiernos mores temperandam, Episcoporum petitiones fuerunt oblatae, quarum praecipuae subnectuntur.

I. Patriarcha Latinus Hierosolymitanus,, attentis fidelium paupertate ac magno festorum numero, petit supprimi festa sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi, S. Ioannis evangelistae, et inventionis S. Crucis extra urbem Hierosolymitanam, feriam secundam post Pascha et post Pentecosten; itemque transferri solemnitatem SSmi Corporis Christi et Purificationis B. **M.** V. in Dominicam proxime sequentem.

II. Vicarius Apostolicus Aegypti, quum obligatio audiendi Sacrum festo S. Marci evangelistae (25 Aprilis) non observetur, ab eadem postulat dispensationem pro omnibus catholicis sui Vicariatus.

III. Archiepiscopus Bononiensis petit, ut in sua dioecesi, religiosas et sociales ob rationes, supprimantur saltem feria secunda post Pascha et Pentecosten, dies Nativitatem Domini immediate subsequens, atque festa S. Annae (26 Iulii) et S. Silvestri (31 Decembris), quae in eadem dioecesi, secus ac in ceteris Italiae dioecesibus, observantur de praecepto.

IV. Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis, propter peculiaria dioecesis adiuncta, rogat, ut festum S. Bennonis, a die 16 Iunii, sublatis praescriptis et ab operibus servilibus vacandi Missamque audiendi et Missam pro populo applicandi, in Dominicam proxime sequentem in perpetuum transferatur.

V. Episcopi Aniciensis, Foroiuliensis et Tolonensis, atque Emus Archiepiscopus Mechliniensis nomine quoque Episcoporum suffraganeorum, attenta desuetudine ac consequenti praecepti transgressione, exposcunt abolitionem abstinentiae et ieiunii in pervigilio solemnitatis sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in Dominicam proxime sequentem iam translatae.

VI. Archiepiscopus Varsaviensis una cum Ordinariis eiusdem provinciae ecclesiasticae, attentis praesertim defectu olei et piscium, caeli asperitate et praxi iamdiu inolita, supplicat, ut I° usus lacticiniorum omnibus stricti ieiunii per annum diebus concedatur; 2° adips suilla, anserina, etc., feriis secunda, tertia et quinta in Quadragesima tamquam ciborum condimentum adhiberi possit; 3° carnium usus permittatur: *a)* omnibus Dominicis Quadragesimae, toties quoties cibi sumuntur; *b)* omnibus feriis secundis, tertiis et quintis Quadragesimae, unice in prandio *(diner)*, excepta feria quinta maioris hebdomadae; c) diebus Rogationum, toties quoties; *d)* omnibus diebus Sabbati per annum, quatenus non coincidant cum stricto ieiunio aliunde obligante.

VTI. Tandem Archiepiscopus de Manila aliique Episcopi suffraganei in Insulis Philippinis petunt, ut privilegia, quibus indigenae Philippini ex Bulla *Altitudo* Pauli III fruuntur, quoad ieiunium et abstinentiam, ad omnes ibidem commorantes extendantur; innuentes tamen, Delegatum apostolicum,

vi specialis facultatis pontificiae, iam concessa declarasse Insulis Philippinis indulta Bullae *Cruciatae.*

VOTUM. — Hisce super postulatis exquisitum fuit votum unius ex Consultoribus, quod heic summatim refertur.

Quoad abolitionem vel translationem festorum, antequam ad singulas petitiones examinandas ipse descendat, praemittit in primis retinendum esse principium, quod a Patribus inculcatum et traditum est, scilicet festa necessaria esse praesertim pro imperfectis, tepidis et negligentibus christianis, uti habent Origenes contra Celsum, *lib. VIII, n. 32,* Chrysostomus et alii. Quare motivum, quod saepe invocatur pro diminutione festorum, scilicet exinde multiplicari peccata, quia multi negligunt praecepto satisfacere, non videtur solido niti fundamento. Profecto aetas nostra a Christo longe abest, et plerique, etiam fideles, practico cuidam materialismo dant operam, unice intendentes ea quae mundi sunt, caelestium prorsus immemores. Ab hoc periculo retrahere debet fideles Ecclesia; quod obtineri non poterit, nisi eorum animos renovando ad principia evangelica et ad memoriam rerum caelestium per celebrationem praesertim dierum festorum, qui christianos conquiescere faciant a temporalibus et excitent ad caelestia. Exinde multi quidem peccabunt, sed multi etiam, et forte plures, salvabuntur[; qui autem peccabunt, sua culpa interibunt; qui salvabuntur, salutem adipiscentur industria et cura Ecclesiae. Ambigendum tamen non esse subdit, Romano Pontifici ius esse et officium, ut, si quando necessitas quaedam urgeat aut periculum immineat, praeceptum ipsum observandi dies festos aut imminuat aut moderetur, quemadmodum semper fecit Ecclesia, v. g. Alexander III, *cap. 3, tit. IX, lib. II ¡Decretalium,* et Urbanus VIII Constitutione *Universa* diei 24 Sept. 1642. Adnotat tandem, sibi non videri conveniens aut decens, Ecclesiam nimium, quoad hoc, suam legislationem civili coaptare. Verum quidem est, haud parvum esse inconveniens si Gubernium civile non admittat nec recognoscat dies festos ab Ecclesia praeceptos; attamen ex una parte plures a praecepto excusabuntur, ex altera fideles amant videre Ecclesiam independentem in exercitio suae potestatis.

Item Consultor haud facile admittit festorum, praesertim solemniorum, in Dominicam proxime sequentem translationes, quas a necessitatibus inductis a revolutione Gallica ortum priorem habuisse censet. Hae enim translationes non solum contrariae sunt Liturgiae, quia fere supprimuntur Officia dominicalia et destruitur antiquissima et omnium pulcherrima pars Liturgiae, sed etiam antiquae menti Ecclesiae, quia, stante speciali Liturgia *de Tempore*, festa Sanctorum celebrari non potuerunt. Usus autem, non quidem transferendi dies festos ad proximam diem dominicam, sed assi-

gnandi diebus dominicis fixis aliquam festivitatem, inolevisse putat ex causa substituendi breviora Officia festiva longiori Officio dominicali.

His praehabitis, primo transit ad singulas petitiones circa festa Domini. Ad haec itaque festa reducuntur dies Nativitatem Domini immediate sequens, nec non feria secunda Paschatis et Pentecostes, circa quas petitur abolitio praecepti feriationis, quae in quibusdam supra memoratis dioecesibus adhuc viget. Iamvero, quamvis in antiqua Ecclesia actus pietatis et devotionis fidelium in ipsa prima eorundem festorum die finem non habuerint, tamen, quum secunda illa dies generatim hodie non amplius observetur, hanc abolitionem concedi posse in casu retinet Consultor. — Item concedendam non ambigit abolitionem festi inventionis S. Crucis pro Patriarchatu Latino Hierosolymitano, excepta tamen urbe Hierusalem. — E contra non admittit translationem festivitatis Corporis Christi in Dominicam sequentem, praesertim quoad Patriarchatum Hierosolymitanum. Rationes enim, quae ad hunc diem festum introducendum Urbanum IV moverunt, gravissimae sunt, inter quas eae praesertim eminent, ut refundatur haereticorum perfidia et insania, et fideles valeant in humilitate spiritus et animi puritate ea instaurare, quae ex negligentia vel fragilitate humana erga hoc SSmum Sacramentum minus plene gesserunt in Missarum officiis et in Eucharistiae sumptione. Quae omnia applicationem non dubiam hac etiam nostra aetate inveniunt, et multo magis in urbe Hierosolymitana.

Relate ad festa beatae Mariae Virginis, Consultor contrarium se ostendit translationi festi Purificationis ad Dominicam sequentem, praecipue Hierosolymis, quum in Oriente antiquissima sit huius festi celebratio, quod potius uti festum Domini habitum fuit, et praeterea eadem servetur ipsa die secunda Februarii ab omnibus Orientalibus, non solum catholicis, sed etiam schismaticis.

Quoad superius memorata Sanctorum festa, adlectus vir, stantibus circumstantiis et causis ab Episcopis oratoribus allatis, facile concederet abolitionem vel translationem, quum minoris momenti ea sint, et plerumque nec antiquitate nec significatione praestent.

Transiens demum ad petita indulta circa ieiunium et abstinentiam a carnibus, fatetur ipse, se non valde acclinem esse hisce dispensationibus concedendis, et refert quae sacra Scriptura et Patres de ieiunio loquuntur, exemplum primitivae Ecclesiae praesertim quoad ieiunium quadragesimale, nec non quae Benedictus XIV statuit in suis Constitutionibus *Non ambigimus* diei 30 Maii 1741, et *Libentissime* diei 24 Iunii 1745, ad sartam tectamque custodiendam ieiunii legem. Nec ex adverso eum movet praetextus imminutae valetudinis ad abroganda ieiunia. Nam et im minuti o ista valetudinis non probatur, quum statisticae tradant imminutum numerum

mortuorum; et praeterea male habentibus praesto sit dispensatio, si iam non eousque perveniant, ut a lege deobligentur. Quod maxime pro abstinentia[1] locum habet, eo vel magis quod mirum videretur, si Ecclesia nunc in ea relaxanda nimis facilem se praebeat, quum medici, ab antiqua sua praxi recedentes, saepe saepius iniungant, ob ipsam corporalem valetudinem, abstinentiam a carnibus et a vino, multas infirmitates excessui praecipue nutritionis et comestionis carnium adscribentes.

Descendens deinde ad singulas petitiones in casu, favorabilem se praebet abrogationi ieiunii in vigilia sanctorum apostolorum Petri et Pauli, prout postulatur ab Episcopis Aniciensi et Foroiuliensi et ab Emo Archiepiscopo Mechliniensi; eo quod, quum in his locis festivitas SS. Apostolorum translata sit in Dominicam infra octavam, iam minus congruere videtur huic vigiliae ieiunium. Item plus minusve assentit petitionibus Archiepiscopi Varsaviensis, sive quia rationes adductas invenit graves et iustas, sive etiam quia, quae petuntur, iamdiu obtinent aliis in regionibus, quae minorem habent huius relaxationis necessitatem. Relinqueret tamen vetitum usum lacticiniorum tribus in anno diebus, nempe vigilia Nativitatis Domini, et Assumptionis B. V., nec non feria sexta hebdomadae maioris, qua in feria prohiberet etiam condimenta ex lacticiniis.

Consultor denique Episcopis Philippinis responderet, ut gaudeant impetratis. Nam qui non sunt sacerdotes *cum sola Cruciata* possunt edere ova ac lacticinia quibuscumque diebus ; et *cum Cruciata* et *summario carnium* ova, lacticinia et carnes omnibus diebus, exceptis quoad carnes die Cinerum, singulis feriis sextis per Quadragesimam, quatuor postremis diebus hebdomadae maioris, et vigiliis Nativitatis et Pentecostes, Assumptionis B. M. V. et sanctorum apostolorum Petri et Pauli. Constitutio autem Pauli III *Altitudo* concessit, ut tantum in vigilia Nativitatis et Resurrectionis D. N. I. C, et omnibus sextis feriis Quadragesimae ieiunare teneantur, utque, « quadragesimalibus et aliis prohibitis anni temporibus, lacticiniis, ovis et « carnibus tum temporis dumtaxat vesci possint, quum ceteris christianis, « ob aliquod sanctum opus obeundum, similibus cibis vesci posse a Sede « Apostolica pro tempore fuerit concessum ». Porro, cumulando haec indulta, fideles in Insulis Philippinis ieiunarent tantummodo novies in anno, septies scilicet in sextis feriis Quadragesimae, nec non in vigilia Nativitatis et in Sabbato sancto; semper autem, his quoque diebus, edentes ova et lacticinia. Haec autem concessio videtur exorbitans, sive quia, praeter hos dies ieiunii et abstinentiae, non aliis diebus a carnibus abstinerent quam die Cinerum, feria quarta et quinta hebdomadae maioris et vigiliis Pentecostes, Assumptionis B. M. V., et SS. Petri et Pauli; sive etiam quia non verificantur causae, ob quas Paulus III indultum Indis concessit, scilicet

« propter novam ad fidem eorum conversionem, et ipsius gentis infirmi-
« tatem ».

RESPONSA. - Emi Patres S. Congregationis Concilii, in plenario coetu diei 3 Aprilis 1909, propositis postulatis respondere censuerunt:

Ad I. *Consilium dandum SSmo pro gratia iuxta petita, quoad festa sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi, S. Ioannis evangelistae, et inventionis S. Crucis extra urbem Hierosolymitanam, nec non feriam secundam post Pascha Resurrectionis et feriam secundam post Pentecosten; quoad translationem solemnitatis SSmi Corporis Christi et Purificationis B. M. V., non expedire.*

Ad II. *Consilium dandum SSmo pro gratia iuxta petita, translato tamen festo S. Marci in Dominicam proxime sequentem.*

Ad III. *Supplicandum SSmo pro gratia iuxta votum Archiepiscopi.*

Ad IV et V. *Consilium dandum SSmo pro gratia iuxta petita.*

Ad VI. *Supplicandum SSmo pro gratia iuxta petita, excepta feria sexta in Parasceve.*

Ad VII. *Non expedire.*

Facta autem SSmo D. N. Pio PP. X relatione die 5 Aprilis eiusdem anni, Sanctitas Sua responsiones Emorum Patrum approbavit, et gratias iuxta eorundem votum concedere dignata est.

L. ✠ S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

RATISBONEN.

DECRETUM CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVO DEI FRIDERICO A RATISBONA, ORD. EREMIT. S. AUGUSTINI, BEATO NUNCUPATO.

Causa de cultu immemoriali, praedicto servo Dei Friderico exhibito, ad sacram Rituum Congregationem delata est, una cum actis processualibus in ecclesiastica Curia Ratisbonensi adornatis. Super vita ac gestis eius pauca quidem nota sunt; plura tamen super enunciato cultu ex processu eruuntur. Ratisbonae ortus, et lustrali aqua in sacro fonte ablutus, in domesticis aedibus pueritiam exegit, ingenui animi candore ac simplicitate praestantem. Deo servire unice intentus, mundo eiusque blanditiis et illecebris valedicit, et penes Eremitas Augustinianos ingressum petit, atque obtinet. Quum

nec genere nec doctrina polieret, fratribus operariis adnumeratur. Intimus officio, sed excellens virtute, seniores ac digniores sanctimoniae laude aequat vel superat, caelestibus etiam charismatibus donatus. In lignaria officina coenobii, dum fmdendis securi truncis incumbit, mentem ad superna elevans, se coram divino tabernaculo sistere cogitat, sacroque mysterio ac cibo refici vehementer cupit. Humilis ac laboriosus operarius dignus habitus est mercede sua, magna nimis. Ut enim documenta narrant, ecce Angelus apparet et Friderico panem vivum et vitalem ex altaris convivio allatum reverenter ministrat. « Beatus ille servus, quem quum venerit dominus eius « invenerit vigilantem »! Caritatis igne incensus, sicut in Deum ita et in proximum, Servus Dei alterum accipit praemium ex divino testimonio. Nam, dum ad sustentandos pauperes, quosdam panes ex monachorum cistellis susceperat atque scapulari involutos ad ostium distribuendos ferebat, illi occurrit Prior, sciscitans quid ferret. Et Fridericus, potius facto quam verbo respondens, aperto scapulari, lignorum fragmenta ostendit, quae mox, mutata specie ac in veros panes reversa, egenis famelicis satiandis ab ipso porriguntur. Altera die, dum in cella vinaria pro sodalibus potum educit e dolio, Fridericus, extemplo a Priore vocatus, dimissa amphora, dolium relinquit cum foramine aperto, et Praesidem promptus adit. Attamen vinum haud effusum, sed veluti congelatum intra dolium cum omnium admiratione reperitur. Quem prodigiosum eventum idem Prior promptae obedientiae fratris adscripsit, illumque postea mentione dignum existimavit atque opportune retulit lordanus de Saxonia in suo opere *Vitae Fratrum Eremitarum S. Augustini* (lib. II, cap. 3, *de virtute et efficacia fructuque verae et sanctae obedientiae).* Pius ac studiosus cultor decoris divinae domus, alterum quoque favorem caelestem meruisse fertur, friderico enim aram Dei adornanti, hiemali tempore, vernantes, lectissimae ac suaviter olentes rosae angelicis manibus offeruntur. Demum inter cetera misericordiae opera praestat recensere aegrotorum curam: quod caritatis officium exercens Fridericus, quadam die, diuturno labore defessus, ad aegroti lectum somno correptus est. Tunc in somnis vidit Angelum dormientis locum munusque assumere. Quum autem experrectus esset, aegrotum invenit integre sanaturn, sine dubio, ab eodem Angelo, salutis medico ac curatore. Quod attinet ad praecipuum causae obiectum seu cultum immemorialem, complura producta sunt in sessionibus et in actis processus argumenta, ex quibus nonnulla iuvat summatim delibare. Atque imprimis imago Servi Dei, albo habitu induti ac stantis elatisque manibus orantis, eiusque duodecim miraculorum, expressa ex antiquiori tabula, quae erat in loco sacro; et ad Friderici sepulcrum apposita a Priore Corrado Schleier an. 1481, et repetita a Felice Milensio Augustiniano in opere *De monac. Erem. S. Augustini,*

an. 1613, et a Matthaeo Redero, Soc. Iesu, in libro *Bavarta sancta*, an. 1615. In huiusmodi tabula Dei Famulus gloriola et aureola in capite ac prodigiis ab eo gestis decoratus exhibetur cum sequenti inscriptione: « Anno Dom. MCCCXXIX «obiit frater Fridericus,laicus devotus, in die S. Andreae, cuius meritis « haec divina potentia peregit miracula ». Exstant posteriores imagines, uti an. 1637 cum nimbo, et an. 1684 cum titulo Beati ceterisque cultus signis, occasione inventi eius corporis, aliaeque similes. Insuper in codice latino regiae bibliothecae Monacen, n. 14892, circa an. 1514, et sequenti conscripto a Dionysio Menger bibliothecario et Priore monasterii Ratisbonensis S. Emmeram, Eremitarum Discalceatorum, Servus Dei honorifice commemoratur, atque in calendario ipsius monasterii, ad an. 1519, post diem et annum emortualem, legitur: « Beatus frater Fridericus, conversus Ordinis Fra- « trum Eremitarum S. Augustini, sepultus in sinistro cornu altaris Corporis « Christi eiusdem monasterii ». Inscriptio nominis in calendario, titulus Beati, locus insignis ad sepulturam simplici converso assignatus, uti publicae venerationis indicia, inter cetera, sunt recensita. Sicuti vero exordium et progressum, ita continuationem cultus usque in praesens, ad normam decretorum s. m. Urbani Papae VIII, acta processualia pluribus allatis argumentis comprobare studentium exhumationibus ossium, quae saeculis xvii, xvm et xix rite peractae sunt, tum ex scriptoribus idoneis et fide dignis, qui titulum Beati Friderico tributum, annuentibus Ordinariis, cum fama prodigiorum et cum publica imaginum ac reliquiarum veneratione, accurate describunt; prouti fit in doctis suffragiis ad enunciatum finem prolatis. Quibus actis processualibus cum subsequente sententia favorabili Rmi Ordinarii Ratisbonensis Romam ad sacram Rituum Congregationem trasmissis ac recognitis, quum omnia in promptu essent, ut de cultu immemoriali confirmando ageretur, instante Rmo P. Augustino Zampini, Ordinis Eremitarum Augustinianensium postulatore generali, communia vota ipsius Ordinis et civitatis ac dioeceseos Ratisbonensis depromente, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Dominicus Ferrata, huius causae ponens seu relator, in ordinario sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanum coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *an sententia iudicis a Rmo Dno Episcopo Ratisbonensi delegati, super cultu ab immemorabili tempore exhibito praefato Servo Dei seu super casu excepto a decretis s. m. Urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem eiusdem Eminentissimi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae fidei Promotore, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu confirmandam esse sententiam, si Sanctissimo placuerit.* Die iv Maii MCMIX.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum sacrae eiusdem Congregationis ratum habuit et probavit, die xn, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

h. 93 **S.** •

f D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IL

NEAPOLITANA

DECRETUM INTRODUCTIONIS CAUSAE PRO BEATIFICATIONE ET CANONIZATIONE VENERABILIS SERVI DEI PLACIDI BACCHER, PRESBYTERI SAECULARIS E TERTIO ORDINE S. DOMINICI, RECTORIS VETERIS ECCLESIAE SS. NOMINI IESU DICATAE IN URBE NEAPOLITANA.

Dives in misericordia Deus congruentem temporibus conferens opem, in sinu Ecclesiae suae opportune suscitat sacerdotes, Christi spiritu plenos, qui evangelii praedicatione aliisque ministerii et caritatis operibus divinae gloriae et proximorum saluti assidue incumbunt. Inter hos merito recensetur servus Dei Placidus Baccher, sacerdos saecularis e tertio Ordine S. Dominici, qui ad sacram aedem a *Iesu veteri* nuncupatam Neapoli regendam destinatus, multiplex atque apostolicum opus libenter suscepit, et per annos ultra quadraginta usque ad vitae exitum sanctissime explevit. In praefata civitate ex Vincentio Baccher, Ordinis Constantiniani equite, et Catharina Cinque, uxore piissima, die VII Aprilis anni MDCCLXXXI natus, eadem die in paroecia SS. Iosephi et Christophori baptizatus est. A primaeva aetate, posthabitis puerilibus ludis ac oblectamentis, pietatis et abstinentiae simul praebuit indicia. Rudimentis studiorum privatim imbutus, sacerdoti doctrina et religione praestanti Raphaeli Schiairo traditur, superioribus disciplinis instituendus. Eo praeceptore, studiis ac virtutibus valde profecit ; dumque ingenium suum litterariis exercitationibus acuebat, animum devotis lectionibus sacrisque caeremoniis recreabat, sive in domestico sacello, sive in publico templo. Absoluto litterarum curriculo, illustre collegium, quod patres Ordinis Praedicatorum moderabantur, huic novo discípulo patuit, veluti amplior religionis ac scientiae palaestra. A schola matutina ad ecclesiam se conferebat, ut sacrosancto Missae sacrificio adsisteret precibusque vacaret, non minus sibi delectationem quam adstantibus admirationem salutariter excitando. Memoratu dignus est amor quo aestua-

bat in SSmum Eucharistiae sacramentum, cum constanti desiderio hunc panem angelicum frequenter recipiendi, simulque filialis affectus erga Deiparam Virginem magis in dies invalescens per devotam ac quotidianam Rosarii recitationem. Sicut aurum in igne probatur, ita virtus in tribulatione agnoscitur et perficitur. Neque defuere Servo Dei spiritus angustiae et corporis afflictationes. Opera enim Novatorum, invecta in civilem ordinem perturbatione, ipsius familia, ne a iurata Regi fide descisceret atque a suo statu declinaret, perduellium minis ac persecutioni obnoxia in carcerem coniecta fuit. Ab ea seiunctus, aequalem vim, iniuriam carcerisque squalorem subiit Placidus, cui, in summa inopia et aiflictione,.unicum relictum fuit levamen ac subsidium, B. Mariae Virginis corona precatoria. Haec illi vigorem ac constantiam addidit ad custodis carceris eiusque uxoris vexationes superandas et praesentem calamitatem invicto animo tolerandam. Quin imo misericors Deus, qui dilectos suos angustiis et tribulationes oppressos benigna miseratione erigit ac solatur, Famulum suum in medio carceris et certaminis non dereliquit, sed caelestibus auxiliis ac peculiari consolatione sustentavit. Fertur quoque ipsa beatissima Virgo miro circumfusa splendore eidem apparuisse, neque solum proximam libertatem, sed etiam sacerdotium et regimen illustris ecclesiae Neapoli suscipiendum praedixisse. Constans in proposito, et subversorum sive blanditias sive minas respuens, in carcerem magis asperum atque horridum traducitur, cum facinorosis ac damnatis ad supplicium sociatus. In iudicium deductus, dum sententiam capitis exspectabat, remissionis decretum ac libertatis veniam inopinato consequutus est. Rursus quaesitus, ut ante iudices severiores effectos sisteret, opitulante beata Virgine, ex eorum manibus ereptus est, liber et incolumis. Divini beneficii memor adolescens, clericali militiae iam inclinatus, ecclesiasticis disciplinis addiscendis in collegio patrum S. Dominici sedulam dat operam, dignusque est habitus, qui per singulos gradus ad minores et maiores Ordines eveheretur. Sacerdotio auctus, primum Sacrificium Deo devotissime obtulit die xxx Maii anni MDCCCVI in ecclesia S. Luciae ad Montem, religiosis Alcantarinis concredita. A legitima auctoritate ad ministerium evangelicae praedicationis exercendum statim missus, qua scientia, qua eloquentia, quo studio atque animi fervore huiusmodi ofificium constanter usque ad mortem impleret, non minus ex concursu fidelium cuiusvis gradus et ordinis ad conciones, quam ex ubere gratiae et veritatis fructu, quem ipsi percipiebant, inferre licet. Verum, Deo ita disponente, pius ac doctus sacerdos prae ceteris electus est, ut ecclesiae veteri a SSmo Nomine Iesu nuncupatae praeponeretur. Regina enim Carolina Annuntiata, quum illam ecclesiam, tempore subversionis desertam, incultam suisque bonis spoliatam, etiam post ordinem restitutum in ma-

ximo periculo esse prospiceret, ut in profanum usum vel theatrum convertentur, divino cultui servandam voluit, cum interventu ecclesiasticae auctoritatis, et sub regimine clarissimi sacerdotis Placidi, qui munus gerendum suscepit, praehabito etiam consilio ac beneplacito tum B. Francisci Bianchi, e congregatione Clericorum regularium S. Pauli Barnabitarum, tum P. Salvatoris Pignataro sui confessarii, postea Archiepiscopi S. Severinae. Totus verbo Dei praedicando intentus caelestem doctrinam in audientium mentes infundebat, eorumque corda ad timorem et amorem Dei, necnon ad omnia pietatis christianae exercitia frequentanda mire inflammabat. De Christo patiente ac de Virgine perdolente sermonem habens, praesertim infra Dominicae Passionis hebdomadam ac diebus bacchanalium in fletus gemitusque dissolvebatur. Neque solum verbis et lacrimis, sed plerumque virgis ac loris, quibus corpus suum verberabat, adstantes ad vitam poenitentem ac meliorem agendam movebat. Inter beatos coelites S. Aloisium Gonzaga et S. Ianuarium Episcopum martyrem peculiari devotione ac cultu prosequebatur. Insuper omni studio satagebat, ut pueri et iuvenes, illius patrocinio et exemplo, integram piamque ducerent vitam, et Neapolitani cives praecipuum suae urbis patronum solemni ritu ac supplicatione colerent, eiusque sacras exuvias, prodigiosum sanguinem atque argenteum simulacrum veluti pretiosum gratiarum thesaurum sancte ac fidenter custodirent. Quod egit Servus Dei ad honorandam Immaculatam B. Mariae V. Conceptionem, eo potissimum consilio, ut Neapolitanoruii) mores emendaret et ad virtutem alliceret, haud facile verbis exprimi potest. Praevium novendiale, pervigilium atque festum ipsius Virginis Immaculatae missionis sacrae locum tenebant, atque innumeri fideles rite expiati ad sacram synaxim accedebant. Neque umquam ab illorum civium memoria excidet simulacrum Immaculatae Conceptionis super ara maiori memoratae ecclesiae expositum, quod, adstante clero ac populo frequentissimo atque utriusque Siciliae Rege cum familia, auctoritate et decreto Rmi-Capituli vaticani, die xxx Decembris a. MDCCCXXVI, ab eiusdem Capituli delegato, Cardinali Ruffo Scilla, aurea corona decoratum fuit. Neapolitanis beatissimae Virgini constanter devote auspicatissima illa dies solemnitatis et laetitiae praebuit etiam incrementum pietatis et cultus erga dulcissimum immaculatae Conceptionis mysterium, dignaque laus tribuenda est Placido, illius sacrae caeremoniae auctori praecipuo, atque Deiparae Virginis Immaculatae amantissimo filio. Verum, dum piissimus rector, tertio Ordini S. Dominici etiam adscriptus, studiose curabat, ut in suo templo sacrae conciones ac functiones rite ac devote peragerentur, atque altaria, supellectiles aliaque omnia munda et nitida forent, domum enim Dei et locum orationis ac oblationis decet sanctitudo, lethali morbo corripitur.

Quo in dies ingravescente, Placidus se suosque filios spirituales ac patriam Christo Deo et Virgini Matri Immaculatae ceterisque sanctis patronis enixe commendat. Demum, Sacramentis Ecclesiae refectus ac meritis et virtutibus dives, die xix Octobris, in festo Puritatis B. Mariae Virginis, anno MDCCCLI in caelestem patriam evolavit. Exanime corpus in privato sacello S. Aloisii per tres dies mansit expositum, continentibus omni ex ordine civibus et Rege eiusque filiis atque etiam Infante Hispaniae cum familia tunc Neapoli degente. Omnes certatim suam existimationem et venerationem in Dei Famulum demonstrabant. Idem corpus in ecclesiam delatum solemnique funere honoratum, prope altare Immaculatae Conceptionis humatum est. .Obitum sacerdotis vere apostolici celebritas et fama sanctitatis subsequuta est in dies magis clara ac diffusa etiam in exteras regiones. Hinc super ea processus ordinarius informativus in ecclesiastica Curia Neapolitana confectus est atque sacrae Rituum Congregationi iuxta morem exhibitus. Peracta autem revisione scriptorum Servi Dei, quum nihil obstaret, quominus ad ulteriora procedi posset, instante Rmo P. Mauro Maria Kaiser, Ordinis Praedicatorum et huius causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum sacrorum Antistitum, necnon Capitulorum et Ordinum Religiosorum, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Praenestinus, eiusdem causae ponens seu relator, in ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit : *an signanda sit commissio introductionis causae in casu, et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae fidei Promotore, omnibus diligenter perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.* Die iv Maii MDCCCCIX.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationis Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum sacrae eiusdem Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est commissionem introductionis causae praefati venerabilis servi Dei Placidi Baccher, presbyteri saecularis e tertio Ordine S. Dominici, rectoris veteris ecclesiae SSmo Nomini Iesu dicatae in urbe Neapolitana, die xn, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ffi S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen.-, *Secretarius.*

III.

DECRETUM

CIRCA EMOLUMENTA PERCIPIENDA A CHORALIBUS OCCASIONE PROCESSUUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X per decretum generale S. R. G. diei 13 Iulii anni 1904, de dispensatione a choro, qua fruuntur sive operam navantes conficiendis processibus sive testes in causis beatificationis et canonizationis, statuit atque indulsit, ut chorales omnes et singuli in casu habeantur tamquam praesentes in choro, mutato officio ; et ideo omnia percipiant emolumenta etiam eventualia. Hinc a sacra Rituum Congregatione expostulatum est: an inter emolumenta percipienda comprehendantur quoque ea quae vulgo *falle* vocantur, non obstante quacumque antiqua atque etiam immemoriali consuetudine contraria?

Et sacra eadem Congregatio, exquisito Commissionis liturgicae suffragio, re accurato examine perpensa, rescribendum censuit: *Affirmative,* sunt enim praesentes.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 25 Maii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. STANISLAUM TOUCHET, EPISCOPUM AURELIANENSEM, OB TRIDUANA SOLEMNIA B. IOANNAE DE ARG FELICITER AURELIAE ACTA.

En ce jour solennel, memorable, où Orléans tressaille enthousiaste, et répète les échos des fétes de St-Pierre à Rome pour la béatificátion de l'héroine nationale francaise, Jeanne d'Are, voyant réunis autour de son digne Evèque, Monseigneur Touchet, LL. EE. les Cardinaux Lucon, Andrieu, et Coullié absent, mais présent de cceur, quarante-huit Archevéques et Évèques, pour solemniser le *triduum* en l'honneur de la Pucelle d'Orléans, aujourd'hui la Bienheureuse, le Saint-Pére Pie X, touché des sen-

timents de foi, de fidélité, exprimes par très noble dépeche, bénit avec efíusion de cceur Cardinaux, Archevéques, Eveques, tous les fideles, les pélerins, et prie le Ciel, que la bienheureuse Jeanne d'Are soit toujours Fange tutélaire de la France. ,

Rome, 8 Mai 1909.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD RR. PP. DRÖDER, HÉCTOR ET SCHWANE, E CONGREGATIONE OBLATORUM B. M. V. IMMACULATAE, OB EDITUM OPUS " GOFFINES HANDPOSTILLE „.

RR. Patres,

Munus, quod beatissimus Pater mihi detulit, libentissime expleo, gratias plurimas vobis persolvens pro volumine ad eandem Sanctitatem Suam misso, quod inscribitur *Gofftnes Handpostille,* quodque debita ecclesiastica adprobatione praeditum est. Hoc etiam vobis laeto animo significare propero, illud filiale atque devotum obsequium gratum ac iucundum Summo Pontifici obvenisse. Ipse enim in eam spem adductus est, ut haec nova aucta editio tam noti auctoris, Gonfine, sancti evangelii veritates nec non liturgicos ritus explanans atque dilucidans familiis christianis, maxime eisdem profectura sit, easque a venenatis pascuis arcere ac servare possit. Sanctitas igitur Sua, de istis laboribus, a vobis in laudabilem finem exantlatis, ex corde gratulatur, simulque benevolentis animi Sui testem, aeternorumque auspicem bonorum, apostolicam benedictionem peramanter vobis impertitur. Gratulationes denique meas addo, et pro altero eiusdem operis exemplari, benigne mihi exhibito, grates quam maximas vobis persolvo, dum, sensus existimationis in vos meae confirmans, permanere gaudeo vobis

Romae, die 11 Maii 1909.

addictissimus

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD SPECTABILEM VIRUM CAROLUM WOESTE, MINISTRUM STATUS ET PRAESIDEM FOEDERATIONIS SOCIETATUM CATHOLICARUM IN BELGIO.

Monsieur le President,

J'ai eu le plaisir de recevoir par Fentremise de Mgr le Nonce apostolique de Bruxelles, Fadresse à Sa Sainteté de la federati on des cercles

catholiques, des associations constitutionales et catholiques, et des associations ouvrières catholiques de la Belgique, réunis à Marche pour leur 40e assemblée genérale. Je me suis empressé de déposer cette adresse entre les mains du Saint Pére. Ce nouveau et constant témoignage de ferme et sincère foi catholique, d'entière soumission aux enseignements de l'Eglise, de profond dévouement au Saint Siège, qu'une fois encoré la noble et vaillante Belgique vient d'exprimer au Souvrain Pontife, a été pour son cceur paternel le sujet d'une vive joie. Vous avez voulu choisir cette année la ville de Marche, comme le siège de votre assemblée, surtout pour y célébrer l'anniversaire de ce jour memorable, qui vous réunissait, il y a 25 ans, dans cette mème ville, pour former alors le dessein magnanime de travailler de toutes vos forces à redonner le pouvoir aux catholiques et coopérer ainsi au vrai bonheur de la Belgique ! Le Seigneur a couronné d'un plein succès vos généreux efforts ! En exprimant sa haute satisfaction à vous, Monsieur le President, aux membres de la fédération des associations catholiques, pour les ceuvres admirables que vous avez su accomplir pour le bien de l'Eglise et de leur pays, durant ces 40 ans d'un apostolat intense, Sa Sainteté est persuadée que vous suivrez toujours les traces d'un passe si glorieux pour la Belgique ! G'est dans ces vues et ces sentiments que le Souvrain Pontife vous exprime sa reconnaissance pour le sincère hommage de votre dévouement filial. Comme gage de son affectueuse bienveillance et des faveurs divines sur vous et sur vos ceuvres, le Saint Pére envoie de tout cceur la bénédiction apostolique à vous, Monsieur le President, ainsi qu'à tous les membres de la fédération. Veuillez agréer, Monsieur le President, l'expression de mes sentiments très distingues.

Rome, le 13 Mai 1909.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. $ S.

IV.

AD R. D. LAURENTIUM DOGT. WERTHMANN, PRAESIDEM FOEDERATIONIS OMNIUM CATHOLICAE CARITATIS INSTITUTORUM IN GERMANIA.

Revme Domine,

De mandato beatissimi Patris, tibi libenter significo, Sanctitatem Suam, praeter eos sensus quos tibi et peregrinantibus, a te ductis, in audientia diei 16 huius mensis, viva voce exprimere dignata est, maxima quoque in existimatione habere societatem omnium congregationum, operum, atque

institutorum, caritatis catholicae, quae in Germania mirum quantum, te praeside, floret. Summo autem Pontifici, non solum admirationi, sed etiam solacio est, pespicere, societatem istam omnium Germaniae Episcoporum adprobatione, auxilio et pleno favore gaudere, eandemque in qualibet christianae caritatis manifestatione, nec non in quovis Germaniae universae loco, uberrimos fructus adferre, et magis magisque in dies augere atque floresceret

Qua de re summopere gaudens, beatissimus Pater, dum vota suscipit pro benemeritae praedictae societatis incremento ac prosperitate, ad hunc finem tibi, omnibus congregationibus, operibus, institutis ad societatem pertinentibus, nec non illorum membris atque sociis, ac praeterea pauperibus, orphanis, puellis, aegrotis, ceterisque omnibus, qui ab eadem societate adiuvantur et consolatione adficiuntur, petitam apostolicam benedictionem, iterum iterumque effuso animo, impertitur. Hanc occasionem nactus, sensus existimationis in te meae confirmo, et permanere gaudeo tibi

Romae, die 21 Maii 1909.

addictissimus

L. £8 S. > R. CARD. MERRY DEL VAL.

APPENDIX

DECRETA INEDITA SS. CONGREGATIONUM CONCILII ET RITUUM.

I.

DUBIA

CIRCA DECRETUM DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO.

Ad S. Congregationem Concilii proposita fuerunt sequentia dubia :

I. Utrum sub art. IX, § 2, decreti Afe *temere*, in exceptione: « *nisi pro « aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede statutum sit* », comprehendantur instructio S. Congregationis pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis anno 1844 pro imperio Russiaco et regno Poloniae: « Respondendum « oretenus, matrimonia mixta, quae in Russiaco imperio et in regno Polo- « niae inita sint praeter formam a Tridentino Concilio praescriptam, esse « prudenter dissimulanda, et, quamvis illicita, pro validis habenda, nisi

«tamen aliud obstet dirimens canonicum impedimentum », et extensio declarationis Benedictinae ad Poloniam in imperio Russiaco, a Pio VI, 2 Martii 1780 facta.

II. Utrum, attenta praefata instructione S. Congregationis pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis anni 1844, et extensione declarationis Benedictinae, a Pio VI, anno 1780 facta, matrimonia mixta, post decretum *Ne temere*, incipiendo a Paschate anni 1908, contracta coram ministro acatholico in imperio Russiaco pro validis habenda sint.

Die 8 Iulii 1908.

Sacra Congregatio Concilii Tridentini interpres, ad supra relata dubia respondendum censuit :

Ad I. *Negative.*

Ad II. Provisum in primo.

Facta postmodum relatione SSmo D. N. Pio PP. X, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare dignata est.

VINCENTIUS CARD. EPISC. PRAENEST., *Praefectus.*

L. S. B. Pompili, *Secretarius.*

IL

BERGOMEN.

DE RELIQUIIS S. CRUCIS ET SANCTORUM, DE " CREDO „ IN MISSA NON EXPOSITIS RELIQUIIS INSIGNIBUS, ET DE FUNDO COLORATO ALBARUM.

Rmus Dnus Iacobus Maria Radini Tedeschi, Episcopus Bergomensis, quae sequuntur dubia huius sacrae Congregationis iudicio reverenter subiecit, videlicet:

I. An reliquia sacrosanctae Crucis D. N. I. C. et reliquiae Sanctorum in eadem theca includi atque exponi possint super parvo throno corona in parte superiore ornato?

II. An recitari debeat *Credo* in Missa, quando reliquiae insignes Sanctorum, de quibus festum agitur, in ecclesia non exponuntur?

III. An toleranda sit consuetudo utendi fundis rubri vel violacei coloris in fimbriis et manicis albarum?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito suffragio Commissionis liturgicae, omnibusque accurate perpensis, respondendum censuit:

Ad I. *Negative,* et reliquia sanctae Crucis includatur et exponatur in theca separata.

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. Detur decretum n. 4048 *Minoricen.,* 24 Novembris 1899, ad VIL

Atque ita rescripsit, die 25 Maii 1906.

A. CARD. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*

L. *fß* S. f D* Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL S. OFFIZIO

Die 18 Martii 1909.

Litterarum apostolicarum in forma *Brevis* d. d. 31 Octobris 1908, quibus conceditur plenaria indulgentia universis christifidelibus in piam associationem adlectis, cui titulus *Gebets Kreuzzug,* pro recitatione cuiusdam orationis ad repellendas haereticorum insectationes, authenticum exemplar ad hanc S. Congregationem S. Officii transmissum fuit.

In quorum fidem etc.

L. S. * A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

Il S. Padre' con decreto concistoriale, da spedirsi per Bolla, si è degnato di nominare:

8 Maggio 1909. — Il Rev. D. Giuseppe Cordoba, canonico della metropolitana di Morelia, Vescovo di Tamaulipas nel Messico.

1 Giugno 1909. — Il Rev. D. Patrizio Mac Kenna, professore di sacra teologia nel collegio di Maynosthe, Vescovo di Clogher in Irlanda.

5 Giugno. — Mons. Prospero Scaccia, Vescovo di Tivoli, Arcivescovo di Siena.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari:

27 Febbraio 1909. — Il Rev. D. Francesco Kamprath, dell'archidiocesi di Vienna.

16 Maggio 1909. — Il Rev. D. Giorgio Bezendek, della diocesi di Lavant.

27 Maggio. — U Rev. D. Luigi Sambale, della diocesi di Breslavia;

— Il Rev. D. Antonio Cestone, dell'archidiocesi di Conza e Campagna;

— Il Rev. D. Angelo Raffaele Acocella, della medesima archidiocesi ;

— Il Rev. D. Antonio Rigoni, della diocesi di Modrussa;

— Il Rev. D. Giuseppe Franciskovic, della medesima diocesi ;

— Il Rev. D. Giuseppe Kupka, della diocesi di Brünn;

— U Rev. D. Carlo Sentroul, dell' archidiocesi di S. Paolo nel Brasile.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari:

8 Marzo 1909. — Il Sig. Visconte Patrizio de Wall, della diocesi di Saint-Claude.

8 Maggio 1909. — S. E. il Principe Don Carlo Gonzaga;

— Il Sig. Conte Imbert de la Phalecque, della diocesi di Fréjus.

Camerieri d'onore in abito paonazzo :

27 Maggio 1909. — Il Rev. D. Ettore Andreani, della diocesi di Massa Carrara ;

— Il Rev. D. Tommaso Buholzer, della diocesi di Basilea e Lugano.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario:

27 Maggio 1909. — Il Sig. Guglielmo Steffen, della diocesi di Bressanone.

NECROLOGIO

1 Maggio 1909. — Mohs. Aristide Golfleri, Vescovo di Città di Castello.

23 Maggio. — Mons. Sante Mei, Vescovo titolare di Sebastopoli.

30 Maggio. — Mons. Francesco Garcia y Lopez, Vescovo titolare di Lorima e Ausiliare di Valenza.

3 Giugno 1909. — Mons. Apollinare Wnukowski, Arcivescovo di Mohilew.

2 Maggio 1909. — Mons. Luigi Pizzicaria, Cappellano comune soprannumerario di Sua Santità.

25 Maggio. — Mons. Pietro Wenzel, Protonotario apostolico soprannumerario e Sotto-archivista della S. Sede.

Annus I. - Vol. I. Die 1 Iulii 1909. Num. 12.

ACTIIPOSTOLIGAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. THOMAM KENNEDY, EPISCOPUM TITULAREM ADRIANOPOLITANUM, RECTOREM COLLEGII FOEDERATARUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS CIVITATUM, OB QUINQUAGESIMUM A CONDITO COLLEGIO EXEUNTEM ANNUM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Exeunte anno quinquagesimo post conditum Collegium, cui tu tam sapienter praees, gratum Nobis est, quod significas de solemnibus, quae in proximos dies celebrare constituistis. Nos quam istud Collegium habeamus earum, non te fugit; qui plus semel Nos audisti, quum diceremus valde Nobis probari fructus uberes, quos peperisset vel sanae eruditionis, vel sanctae disciplinae. Etenim in foederatis civitatibus superioris Americae quum prosperus, divino beneficio, sit rei catholicae status ; ad eum parandum sane non parum contulit romanum hoc pietatis doctrinaeque domicilium: ubi adolescentes delecti, advigilante Iesu Christi Vicario, rite exculti sunt in suarum spem dioecesium, qui deinceps in omni sacri ministerii genere sese utilissime exercuerunt. Horum bene multos, ex eisque Archiepiscopos et Episcopos non paucos, mox, ut intelligimus, faustus iste eventus Romam evocabit, ut tecum et cum alumnis tuis communem agant, gratulantes Deo, laetitiam. Itaque laetitiae vestrae Nos venimus in partem perlibenter: quumque gaudemus, optimum Institutum et opinione bonorum, et crescente in annos singulos alumnorum numero, florere; tum divinae benignitatis eidem opem precamur, unde Romani Pontificis et venerabilium ex America Fratrum cumulate satisfacere votis perseveret. Auspicem divinorum munerum ac testem

singularis benevolentiae Nostrae, tibi, venerabilis Frater, Collegio tuo et omnibus, qui istis solemnibus intererunt, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die II Iunii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

IL

AD R. P. HONORATUM DEL VAL, DE EIUS VULGATO OPERE " SACRA THEOLOGIA DOGMATICA „.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Summus Ordinis tui magister grato Nos dono nuper affecit, oblatis tuis voluminibus de *sacra theologia dogmatica,* quae in usum Academiarum edidisti. Nos, quum ei ob pietatis officium egerimus praesenti gratias, restat, ut tibi de hoc studiorum tuorum munere gratulemur. Quamquam enim in genere elaborasti multorum scriptionibus iam trito, non tu tamen vulgare confecisti opus, sed eiusmodi, ut compluribus acri iudicio viris plane egregium videatur. Qui quidem, quum te diiaudant, quod, probatissimis usus auctoribus, Augustino praesertim ac Thoma, incorruptae doctrinae copiam perspicue presseque exponas; tum vero in quaestionibus novis, quas progressio eruditionis excitat, sollertiam efferunt tuam, pulchre conciliantis cum germana scientia fidem. Horum igitur laudes Nos libenter cumulamus Nostris : teque, ut ingenii doctrinaeque tuae fructus ad incrementa sacrae theologiae conferre pergas, hortamur. Auspicem autem divinorum munerum, tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem paterna cum caritate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xiv Iunii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

SERMO

A PIO PP. X DIE XIII IUNII MCMIX HABITUS AD EPISCOPOS AMERICAE SEPTENTRIONALIS ET AD ALUMNOS PONTIFICII COLLEGII ILLIUS REGIONIS IN URBE, OB QUINQUAGESIMUM ANNUM AB EIUSDEM COLLEGII INCOEPTIS.

Non posso esprimervi, venerabili Fratelli e figli diletti, la consolazione che provo, nel rivedervi in questa solenne ricorrenza del cinquantesimo anniversario della istituzione del Collegio pontificio dell'America

del Nord, perchè la vostra presenza mi richiama alla mente il bene, che ha fatto, che fa e che farà alla vostra nazione questo Seminano. È certo infatti, che l'integrità e la purezza della cattolica dottrina, avvalorata dall'esempio salutare di virtuosi direttori e maestri, e dall' emulazione coi compagni di tutte le nazioni del mondo, influiscono mirabilmente alla buona preparazione dei giovani al Santuario. Se poi si aggiunga, che a Roma tutto parla della religione, e il sepolcro degli Apostoli, e la tomba e il sangue e le reliquie dei Martiri, e le sante memorie dei Pontefici, e le basiliche e tutti gli altri monumenti cristiani di venti secoli, che s'incontrano ad ogni passo, ognuno vede, come tutto questo concorra alla perfetta formazione dei giovani, per essere apostoli a diffondere colf esempio e colla parola il regno di Gesù Cristo. E che il Collegio Americano del Nord abbia corrisposto a questa aspettazione, lo prova il fatto del bene immenso portato agli Stati Uniti dagli alunni di questo Istituto; perchè, se fra i settanta milioni di abitanti che conta attualmente l'America del Nord circa la quarta parte è cattolica, questo felice successo lo si deve specialmente all'opera dei primi educati del Seminario Urbano di Propaganda, e di tutti gli altri (più che 600), venuti successivamente nel Collegio.

Ne è a dire, che tanti milioni di cattolici siano cattolici soltanto di nome, perchè la loro fede è fede viva, accompagnata dalle opere, che si manifesta nella vera pietà, col concorso alle sante funzioni, colla frequenza ai santi sacramenti e colla generosità, colla quale, non solo i ricchi, ma anche i poveri artieri, operai e contadini mettono in serbo una parte del guadagno settimanale, per portare, la festa, il loro obolo pel culto cattolico, pel mantenimento del clero, per le scuole, per gli asili e per tutte le altre opere di carità e di religione tanto fiorenti. Della fede viva di quei cattolici parlano con mirabile eloquenza i templi magnifici, che sorgono come per incanto, nei quali si spendono milioni di dollari, le Università e le altre scuole superiori, e questo istesso Collegio, nel quale, se furono fatte spese ingenti pel fabbricato e per la villeggiatura, e se al presente sono raccolti più che 140 alunni, non pochi lo devono alla generosità dei loro connazionali cattolici. E, oltreché per tutte queste opere, qui sento bisogno di manifestare la viva mia gratitudine, anche per le cospicue offerte, che vengono dalle diocesi del Nord dell'America, per sovvenire all' augusta povertà del Vicario di Gesù Cristo, e in modo particolare per quelle larghissime, spedite nell'ultima catastrofe del terremoto, dandomi così il conforto, non solo di riconoscere la fede da cui sono animati, ma ancora di sovvenire a tanti poveri miei figli, e a provvedere, specialmente di chiese, tutte le diocesi che ne restarono prive.

Con questa istituzione poi si è provveduto al bene delle anime, anche

perchè i giovani qui educati, insieme ai rappresentanti di tutto il mondo, ritornando alla loro patria, sono gli apòstoli più adatti ad evangelizzare un popolo, formato dai figli di tutto il mondo; e con questa mirabile fratellanza della carità di Gesù Cristo concorrono al vero bene della società.

Mentre pertanto ringrazio il Signore di aver benedetta e fecondata questa santa istituzione, mando un saluto di gratitudine e di affetto a tutti i presenti e lontani, Vescovi, sacerdoti ed alunni, che concorrono alla floridezza di questo Collegio, facendoli certi, che è un' opera voluta dal Cielo, per la quale non mancheranno le divine retribuzioni.

E a voi, cari giovani, caldamente raccomando di continuare, come avete fatto fin qua, a corrispondere alle sollecitudini dei vostri Vescovi e Superiori, per essere un altro giorno veri apostoli nella vostra patria, e procurare ad essa, colla luce del Vangelo, ogni migliore prosperità. Siate amanti dello studio, ma alla dottrina mettete per base la virtù, memori del decreto del Concilio di Aquisgrana: *tam vita quam doctrina debet clarere ecclesiasticus doctor, nam doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit.*

Ricordatevi, che la scuoia di Propaganda che frequentate ha fatto gli apostoli, che portarono la luce del Vangelo in tutto il mondo; e la casa che abitate conserva ancora il profumo di quelle virtù, di cui aveva pieno il cuore S. Francesco di Sales, che in essa aveva celebrato tante volte la santa Messa. La scienza e la pietà di quel Santo vi sieno sempre compagne, pel felice compimento della vostra carriera.

Venerabili Fratelli, cari sacerdoti, ritornando nel vostro paese, assicurate tutti i vostri confratelli, che mi sono compiaciuto di questa singolare dimostrazione, che li ringrazio tutti della loro cooperazione per la floridezza del Collegio, e manifestate a tutti i fedeli la mia gratitudine, pel loro amore alla Chiesa ed al Papa, assicurandoli, che faccio per essi i voti più caldi di terrena e di celeste felicità, della quale sia pegno la benedizione apostolica.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

I.

INDULGENTIA ADNECTITUR CUIDAM INVOCATIONI IN DEFUNCTORUM LEVAMEN.

Die 18 Martii 1909.

SSmus Dominus noster D. Pius divina providentia PP. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, indulgentiam trecentorum dierum, animabus igne Purgatorii detentis tantummodo adplicabilem, benigne concessit, toties ab universis christifidelibus acquirendam, quoties ipsi, corde saltem contrito ac devote, sequentem invocationem recitaverint: *Pie Iesu Domine, dona eis* (vel ei) *requiem sempiternam.* Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. ✠ S. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

II.

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE RECITANTIBUS ORATIONEM PRO CONVERSIONE IMPERII SINENSIS ET MONGOLIAE.

Die 27 Maii 1909.

SSmus Dominus noster D. Pius divina providentia PP. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, universis christifidelibus, corde saltem contrito ac devote infrarelatam precem pro conversione imperii Sinensis ac Mongoliae recitantibus, indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque adplicabilem, pro qualibet vice, benigne concessit; iis vero, qui eandem orationem quotidie per integrum mensem recitaverint, atque una eiusdem mensis die, cuiusque arbitrio eligenda, confessi ac sacra synaxi refecti, aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, plenariam indulgentiam, adplicabilem ut supra, clementer elargitus est; tandem indulsit, ut praefatae indulgentiae acquiri etiam valeant a christifidelibus illiteratis, vel ab iis, qui prae manibus dictam orationem non habent, dummodo eius loco ad intentio-

nem conversionis memoratarum gentium orationem dominicam cum angelica salutatione et *Gloria Patri* etc. bis recitent, ceteris adimpletis conditionibus.

ORATIO

Domine Iesu Christe, unice Salvator universi generis humani, qui « iam «dominans a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terra- « rum », aperi propitius sacratissimum Cor tuum etiam miserrimis imperii Sinensis nec non Mongoliae incolis, qui adhuc in tenebris et in umbra mortis sedent, ut, intercedente piissima Virgine Maria, matre tua immaculata, et sancto Francisco Xaverio, relictis idolis, coram te procidant, et Ecclesiae tuae sanctae aggregentur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen. — *Pater, Ave* et *Gloria.*

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. £ß S. • A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis»*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

SENOGALLIEN.

DE IURE NOMINANDI AD QUOSDAM ALUMNATUS GRATUITOS IN SEMINARIO.

Die 27 Maii 1909.

SPECIES FACTI. — Summus Pontifex Pius IX, apostolicis litteris *Cum ad christianae* diei 20 Aprilis 1857, duodecim instituit gratuitos alumnatus in Senogalliensi seminario, ius faciens nominandi, pro tertia eorum parte, Episcopo ; pro alia similiter tertia, primogenito familiae Mastai-Ferretti ; pro reliqua, municipio eiusdem civitatis. Conditiones autem apposuit, ut « clerici nominandi pauperes sint, ex civilibus praesertim familiis ad ege- « statem redactis, et ex legitimis parentibus, nullam sordescentem artem « exercentibus, noti, ac sano praeterea corpore, lingua minime impedita, « adspectu non deformi, atque bonis moribus praediti, *ac prima saltem « tonsura insigniti,* litterarum rudimenta bene noscant, et quorum indoles « ac voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo esse insér- « vituros »,

Hae omnes conditiones usque ad haec tempora fideliter observatae fuerunt. Sed cum per *Normas* (part. I, art. 12) a Pio PP. X pro seminariis Italiae, die 18 Ianuarii 1908 statutas, praescriptum fuerit ut tonsura nonnisi in Propedeuticae anno conferatur, dubium exortum est, an adhuc teneat obligatio praesentandi iuvenes tonsura insignitos. Et comes Hieronymus Mastai-Ferretti mense Iunio 1908 recursum habuit ad S. Congregationem Episcoporum et Regularium, ut rem dirimeret, supposito praesertim iure acquisito patronorum alumnos citius nominandi. E contra Episcopus, rite de suo voto rogatus, nihil innovandum esse censuit, etiam ob gravia inconvenientia secus oritura.

Verum, cum vi nuperrimae Constitutionis *Sapienti consilio* haec quaestio remissa fuerit ad S. Congregationem Consistorialem, huius Emi Patres, omnibus hinc inde deductis aliisque sedulo perpensis, in plenis comitiis diei 27 Maii 1909 responderunt: *Servetur in omnibus praescriptum Constitutionis* Cum ad christianae *diei 20 Aprilis 1857.*

Facta vero SSmo D. N. Pio PP. X relatione die 29 Maii 1909, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.

L. jjj S. Carolus Perosi, *Substitutus.*

II.

ROMANA

DUBIA DE COMPETENTIA IUDICANDI ET DE IURE ADVOCANDI.

Vi Constitutionis *Sapienti consilio* restitutis vel potius noviter institutis tribunalibus S. Romanae Rotae et Signaturae Apostolicae, quae sequuntur dubia exorta sunt circa competentiam propriam SS. Congregationum et Tribunalium :

I. Utrum restitutio in integrum adversus sententiam alicuius S. Congregationis, editam ante Constitutionem *Sapienti consilio*, sit concedenda ab ipsa sacra Congregatione, quae sententiam tulit, vel a sacra Rota, vel ab Apostolica Signatura.

II. Utrum adiutores Auditorum S. Rotae agere possint munus advocati in aliqua causa, quae agitur apud S. Rotam, vel apud Apostolicam Signaturam.

III. Quaestione aliqua ad sacram aliquam Congregationem delata, et una ex partibus dissentiente quominus ibi res disciplinari seu administrativo modo dirimatur, dubium de competentia ita excitatum, a quonam et quomodo definitiva et inappellabili sententia sit resolvendi^m,

IV. Et si res sit apud S. Rotam, dubium de eius competentia a quonam et quomodo definitiva pariter et inappellabili sententia sit resolvendum.

Et Emi Patres S. Congregationis Consistorialis, votis Consultorum aliisque perpensis, in pleno conventu diei 3 Iunii 1909 respondendum censuerunt:

Ad I. Ab Apostolica Signatura, de commissione Sanctissimi.

Ad II. *Negative* in utroque casu.

Ad III. Servetur dispositio *Normarum peculiarium Ordinis* (seu *Regolamento), cap. I, num. 3, et cap. III, num. 10.* Quod si Congressus dubitet de sua competentia, rem deferat ad S. Congregationem Consistorialem pro dubii definitione, iuxta *num. 2, cap. I* earundem *Normarum.* Si vero Congressus decernat, causae- cognitionem ad se competere, et una ex partibus recursum ad SSmum Dominum contra Congressus resolutionem interponat, de commissione ipsius SSmi quaestio de competentia pariter a S. Congregatione Consistoriali dirimatur.

Ad IV. Firmo quod S. Rota, quum sit appellationis tribunal, videre nequit de instantiis in primo gradu, nisi ex commissione SSmi, in casu quo recursus penes S. Rotam interpositus fuerit contra aliquem Episcopi seu Ordinarii actum, de quo disceptetur vera ne sit sententia, an potius decretum seu dispositio disciplinaris ; dubium de competentia dirimatur iisdem, cum proportione, servatis regulis ac in praecedenti responsione.

Facta vero de his omnibus relatione SSmo D. N. Pio PP. X in audientia diei 11 Iunii 1909, Sanctitas Sua supra relatas resolutiones Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. & S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

ROMANA ET ALIARUM

DUBIA CIRCA DECRETUM DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO.

In plenariis comitiis a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum habitis, die 18 mensis Iunii anno 1909, sequentia proposita fuerunt dirimenda dubia, nimirum :

I. Num responsum S. Congregationis Concilii diei °*28* Martii 1908 ad II: «Exceptionem valere tantummodo pro natis in Germania ibique

« matrimonium contrahentibus », ita sit intelligendum, ut in quovis casu ambo coniuges debeant esse nati in Germania, seu respective in regno Hungariae.

H. An post extensionem Constitutionis *Provida* ad regnum Hungariae, Germaniam inter et Hungariam, quoad validitatem clandestinorum mixtorum matrimoniorum, reciproca relatio habeatur, ita ut duo coniuges nati ambo in Germania matrimonium mixtum clandestinum valide ineant etiam in regno Hungariae, et, viceversa, nati ambo in regno Hungariae valide contrahant clandestino quoque modo in Germania.

III. Num saltem natus in Germania cum nato in regno Hungariae mixtum matrimonium valide ineat sive in Germania sive in regno Hungariae.

Et Emi Patres ad huiusmodi dubia ita respondendum censuerunt :

Ad **I.** *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Negative.*

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. © S.

Ph. Giustini, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO CONCILII

i.

PAMPILONEN.

DE PARTE LEGATI, PRO RATA INCOLARUM, TRIBUENDA ECCLESIAE FILIALI E DUABUS MATRICIBUS DISMEMBRATAE.

Die 22 Maii 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Fernandus Lopez, marchio a Fonte Gallano, supremo quo decessit elogio Pampilonae anno 1815, de quatuordecim millibus et quingentis *pesos,* quos tamquam censum redimibilem, bonis immobilibus regni impositum, possidebat, quatuor millia pauperibus civitatis Pampilonensis attribuit; pro qualibet nempe ex quatuor paroeciis millenos ; ita quidem distribuendos, ut paullatim pars redempta erogaretur, percepto interea annuo reditu, qui in unius Missae celebratione, et iuxta dispositum ut supra, impendi deberet. In casu porro totalis cènsus exstinctionis, voluit ut parochi, pro Missis sex, sibi sex *pesos duros* retinerent.

Quoad interpretationem huius testamenti nulla orta est quaestio inter parochos usque ad annum 1905. Hoc anno enim parochus S. Augustini, qui nihil huc usque acceperat ex legato Gallano, cum eius ecclesia erecta fuerit inTparoeciam anno 1881, seu 66 annis post testamentum, ad tramitem resolutionis huius S. G. in *Bergomen.* 25 Iunii 1904, expostulavit ut quinta pars legati sibi cederetur pro pauperibus suae paroeciae, et, quoniam anno 1897 forma censuaria mutata fuit a Deputatione Provinciae Navarrensis in viginti obligationes valoris unamquamque quingentarum libellarum, aequaliter inter quatuor parochos distributas, ideo petiit, ut sibi attribueretur quinta pars ex dictis obligationibus : et ad hoc recursum habuit ad Curiam Pampilonensem. Haec autem, die 3 Novembris anno 1906, decrevit, totam sortem tunc exsistentem in quinque aequales partes dividi debere, pro singulis Pampilonae paroeciis; mandans, ut unusquisque ex quatuor antiquioribus parochis traderet parocho S. Augustini quintam partem de obligationibus, a Deputatione provinciali Navarrae, tamquam bonorum conversione acceptis, relicta ab hoc ultimo parte, quae ob conversionem ceteris deberetur. •

Ad tramitem huius decreti, parochi S. Saturnini, S. Nicolai et S. Ioannis Baptistae unam ex illis obligationibus dederunt parocho S. Augustini. At parochus S. Laurentii, non acquiescens decreto, recursum habuit ad hanc S. Congregationem, quaerens: 1.° an, ex quo Deputatio Navarrae tradiderit quinque titulos 500 pesos nominalium, tempus advenerit luitionis, a clausula testamentaria praevisae, ita ut ipse bene partem titulorum erogaverit ; et 2.° an queat obligari parochus S. Laurentii ad tradendam parocho S. Augustini quintam partem residui sortis, si responsum ad 1um dubium *affirmative* se habet, aut valorem unius actionis, si *negative.*

Episcopus Pampilonensis, in suo voto, nullo niti fundamento sustinet huius parochi argumentationem, veluti deducitur ex interpretatione clausulae testamentariae, et ideo non recte egisse dictum parochum, « cum pro« prio marte, luendo legatum, inter pauperes partem sortis distribuit, quia « legatum perpetuum est constitutum, ratione legatorum, et in favorem « pauperum omnium futurorum temporum ; nam iuxta mentem testatoris « perseverare debebat census, donec a censuario tueretur ». Ideo, concludit, damnum pauperibus illatum esse omnino a parocho reparandum, mensura et modo ab hac sacra Congregatione determinandis.

Siquidem ex verbis testamenti: « es mi voluntad destinar como des« tino de ellos (14,500 pesos) cuatro mil pesos fuertes para socorrer los « pobres de esta ciudad », evidenter manifestum fit, testatorem voluisse « socorrer los pobres », non alicuius paroeciae sed totius civitatis. Ergo in dubium revocari non potest, quod omnes omnino pauperes civitatis

Pampilonensis vocati sunt in legati Gallano participationem. Quod si vocantur quatuor parochi in administrationem ipsius legati, id factum est unice ex eo, quia tunc tota civitas divisa erat in quatuor paroecias memoratas; ideo singulis parochis aequalis data est portio in administrationem. Cum igitur pauperes, qui ab anno 1881 adscripti sunt novae paroeciae, scilicet S. Augustini, cum et ipsi sint de civitate Pampilonensi, evidenter vocantur in participationem legati, et quidem ea quantitate et mensura a testatore inducta. Nec refert, illos dismembratos fuisse ab una vel altera paroecia, nam ii ius habent ad legatum, non quatenus sunt istius vel illius paroeciae, sed quatenus pertinent ad civitatem Pampilonensem: et hoc ius eis competit sive ad reditus annuales sive ad ipsam sortem, si casus venerit, in quo, iuxta assertionem parochi S. Laurentii, ipsa sors pauperibus distribui debeat.

Quaestio proinde a partibus fuse discussa circa interpretationem illius clausulae « llegado el caso de la luición, reciban cada uno etc. » videtur otiosa, cum nullimode mutet conditionem eorum, qui vocati sunt ad participationem legati. Interim ad rem Episcopus animadvertit, « non praescribi « a fundatore legati eiusdem luitionem quovis tempore faciendam, sed tan- « tum eam acceptandam esse, si fiat; omnia enim quae in clausula con- « tinentur, dispositiva tantum aut directiva videntur, non praeceptiva. Ait « enim, *que llegado el caso de la luición, reciban cada uno de los mismos « párrocos la cantidad respectiva.* Haec autem verba indicant, luitionem « imponendam esse, non quaerendam, ac, semel imposita, parochos reci- « pere debere summam, quae illis daretur. Disponitur igitur a fundatore, « quid sit faciendum a parochis, si luitio eis imponatur, sed non datur « illis optio, ut per se faciant .... Cum redemptio aut luitio legati facta non « sit a censuario, videtur censum impositum permanere, praesertim cum « loco illius traditae sint legatariis novae obligationes, quae apprime locum « census tenere possint, et revera teneant, nam impositio censualis reman- « sit, et nomen tantum immutatum est, ideoque in hac nova forma impo- « sitionis perseverat mens testatoris et finis ab eo intentus, quorum virtute, « dum luitio non fieret, reditus pecuniae impositae pauperibus civitatis « Pampilonensis elargiantur, modo in fundatione disposito ».

At ex altera parte parochus S. Laurentii negat, testatorem vocasse ad legati participationem omnes in genere pauperes civitatis, sed taxative vocasse pauperes quatuor paroeciarum, quas nominavit, cum eis attribuit aequalem partem legati, scilicet: « Mil pesos para la parroquia de S. Satur- « nino, otros mil para la parroquia de S. Juan Bautista, mil para los de « S. Lorenzo, y los mil para los de S. Nicolás ». Non autem nominatim unamquamque paroeciam indicasset, sed dixisset, legatum esse dividen-

dum inter paroecias civitatis simpliciter, si omnes etiam futuras paroecias vocare in beneficium voluisset. Ex facto igitur, quod erecta fuerit nova paroecia, dismembratis duabus S. Ioannis et S. Nicolai, id tantum effici potuit, ut, quod praedictis ecclesiis matricibus spectat, cum ecclesia filiali dividendum sit, non vero ut immutetur status ceterarum paroeciarum, quae dismembratae non fuerunt. Absurdum quiddam insuper esset alienatio sortis, a testatore iuxta modum imposita, si eius proprietas in paroeciis subiiceretur variationibus futurarum circumscriptionum; excludit igitur possibilitatem immutationis in distribuendi ratione.

Perpetuitatem legati, quam Episcopus allegat, excludit parochus, eo quod evidenter agitur in testamento de sortis erogatione, constituta tantum reditus erogatione ad modum provisionis transeuntis; ex quo sequitur, totalem erogationem in actum deducendam fuisse, vix possibilis fuerit comperta. Quod profecto accidit anno 1907, cum tituli vinculo soluti parochis dati sunt, quorum usum parochus S. Laurentii, iuxta testatoris voluntatem, unus rite intellexit. His innixus parochus S. Laurentii petit, ut Curiae decretum reformetur.

Episcopus demum in aliis litteris, insistens in conclusionibus supra relatis, addit: « Surgit adversus exsecutionem decreti haec invincibilis « difficultas: parochus S. Laurentii iam alienavit tres partes legati e « quinque, quas pro suis pauperibus possidebat; si unam tradit parocho « S. Augustini, una tantum superest pro suis pauperibus, qui ita priva- « rentur beneficio legati Gallano, quod iniustum videtur ». Verum relate ad haec Episcopi verba observari potest, pauperes S. Laurentii, cum consumpserint partem sortis capitalis, pro hac parte amisisse ius ad annuos reditus, ac ideo non videtur eis aliqua irrogari iniuria, si pauperibus S. Augustini attribuatur pars sortis a decreto statuta.

RESOLUTIO. — In generali conventu, habito die 22 Maii 1909, Emi Patres S. Congregationis Concilii respondendum censuerunt:

Decretum Ordinarii non sustineri, et paroeciae S. Augustini attribuendam esse partem legati Gallano, pro rata incolarum, ex summa assignata paroeciis S. Ioannis et S. Nicolai. Et ad mentem.

Haec autem Emorum Patrum resolutio a SSmo D. N. approbata fuit in audientia R. P. D. Secretario, sequenti die concessa.

L. ✠ S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

II.

RUREMONDEN.

IRREGULARITATIS

CONCEDITUR DISPENSATIO SACERDOTI OB BRACHII DEXTERI AMPUTATIONEM IRREGOLARI.

Die 22 Maii 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. - Sacerdos Leonardus Penders, usque ad kalendas apriles huius anni in dioecesi Ruremondensi parochus, supplici libello nunc exponit, se paucis abhinc mensibus ita infeliciter iuxta cursum viae ferreae cecidisse, ut currus dexterum eius brachium contriverit: quod deinceps fere totum a chirurgis debuit amputari. Postquam convaluit, ficticium brachium sibi comparavit, ita ut nunc omnino decenter in publicum procedere ac plura munia sacerdotalia obire possit in orphanotrophio, ad quod ab Episcopo fuit deputatus. Petit proinde ut, non obstante amputatione brachii, S. Sacrificium litare sibi liceret. Episcopus Ruremondensis, oratoris preces, viso testimonio sacrae Liturgiae lectoris in suo seminario, illum enixe commendare non dubitat. Testimonium autem dicti lectoris sacrae Liturgiae, circa modum quo orator Missam celebrare valet, sic se habet: « Brachium « ficticium ei fere nihil in actionibus auxilii affert, sed efficit ut decentius « ad altare in conspectu populi prodire possit. Debet omnia facere mediante « uno brachio sinistro; se signare, signare librum, cruces formare, exter- « gere calicem, offerre et elevare hostiam et calicem, etc. Satis decenter et « accurate tamen omnia peraguntur ». Et prosequitur, exponens quo modo in singulis Missae caeremoniis se gerere posset.

Hisce praehabitis, ex officio advertitur in primis, translaticium esse in iure, ab altaris ministerio illos arcendos esse, qui tali corporis vitio laborant, ut absque irreverentia divinis, vel populi scandalo, in suscepto vel suscipiendo ordine haud valeant ministrare, uti constat ex *cap. 2, de clerico aegrotante,* et alio *cap. Fxposuisti* 6, *de corpore vitiatis,* continentibus *capp. 1 et 2* eiusdem tituli, et *can. 3, dist. 55.* Quibus iuris principiis adhaerens, haec S. G. in *Augustana* die 19 Decembris 1772, et in *Firmana* die 14 Iunii 1823, aliisque quampluribus resolutionibus, petitam dispensationis gratiam denegavit. In themate praeterea causae canonicae pro gratia exulare videntur, nempe necessitas aut evidens ecclesiae utilitas, de quibus nec verbum in oratoris precibus occurrit.

Ex adverso vero animadvertitur, quod licet indubii iuris sit, quod corporis vitio laborantes ab altaris ministerio arceri debeant, tamen Sum-

mus Pontifex, rationabilibus concurrentibus causis, dispensationem ab huiusmodi irregularitate concedere solet. Sic in *Geruntina,* 29 Aprilis 1788, solvit quendam sacerdotem, qui universae laevae manus digito s in licita venatione perdiderat; in *Patavina,* 18 Augusti 1827, quidam sacerdos, cui laeva manus ad carpum usque abscissa fuerat, dispensationem obtinuit; in *Bergomen.,* 28 Novembris 1852, preces sacerdotis, qui, securae mortis vitandae causa, brachii sinistri amputationem tulerat, dimissae fuerunt sequenti rescripto: « Dummodo celebret in oratorio privato, et, si Episcopo videatur, « cum adsistentia alterius sacerdotis vel diaconi, pro gratia dispensatio^ « nis, facto verbo cum SSmo ». Pariter in *Gallien.,* 9 Septembris 1882, sacerdos, cuius laeva manus amputata fuerat, gratiam dispensationis consecutus est, sub conditione tamen adsistentiae sacerdotis in Missae sacrificio; in *Barbastren.,* 12 Septembris 1868, Iosepho Salas, tertia dexteri brachii parte carenti, dispensatio ac rehabilitatio indultae sunt, iuxta votum Emi Vicarii Urbis, ut nempe publice celebraret in sua paroecia, alibi vero, ubi notus non esset, privatim.

In themate praeterea agitur de sacerdote promoto, qui citra omnem culpam, sed, miserrimi infortunii causa, incidit in irregularitatem. Accedit, quod deformitati ficticio bracino satis consultum est: quod nullam irreverentiam vel populi admirationem ex Missae celebratione orituram testatur Episcopus cum Liturgiae magistro.

RESOLUTIO. - Emi Patres S. Congregationis Concilii, in plenario coetu diei 22 Maii 1909, respondendum censuerunt:

Dummodo celebret in oratorio privato, et, si ita Episcopo videretur, cum adsistentia alterius sacerdotis vel diaconi, pro gratia dispensationis, facto verbo cum Sanctissimo.

Facta autem relatione SSmo Dno, die 23 Maii eiusdem anni, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbavit, et, iuxta eandem, dispensationem concedere dignata est.

L. 83 S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

QUO SPECIALES CLAUSULAE APPONUNTUR INDULTO SAECULARIZATIONIS, VIRIS RELIGIOSIS DEINCEPS CONCEDENDO.

Ex audientia SSmi, die 15 Iunii 1909.

Quum minoris esse soleat aedificationis, salvis extraordinariis nonnullis casibus, quod in officiis dioecesanis eminere conspiciantur, qui, vel in aliquo Ordine regulari vota solemnia professi, indultum saecularizationis sive perpetuae sive ad tempus obtinuerint, vel in Instituto aliquo religioso, emissis votis perpetuis, ab istis dispensati fuerint; ne alii inde Religiosi induci possint, ut varios egrediendi claustra praetextus exquirant, quod nimis frequens accidere experientia docet, sanctissimus Dominus noster Pius Papa decimus decernere dignatus est, ut omnibus deinceps rescriptis, quibus saecularizatio perpetua vel ad tempus, aut votorum perpetuorum relaxatio, prout supra, sacerdotibus et clericis in sacris ordinibus constitutis conceditur, adnexae intendantur, licet non expressae, sequentes clausulae, quarum dispensatio Sanctae Sedi reservatur :

Vetitis, absque novo et speciali Sanctae Sedis indulto:

1.° quolibet officio, et, quoad eos qui ad beneficia habilitati sunt, quolibet beneficio in basilicis maioribus vel minoribus, et in ecclesiis cathedralibus ;

2.° quolibet magisterio et officio in seminariis clericalibus maioribus et minoribus aliisque Institutis, in quibus clerici educantur, nec non in Universitatibus et Institutis, quae privilegio apostolico gaudent conferendi gradus academicos in re philosophica, theologica et canonica;

3.° quocumque officio vel munere in Curiis episcopalibus ;

4° officio Visitatoris et Moderatoris domorum Religiosorum utriusque sexus, etiamsi agatur de congregationibus mere dioecesanis;

5.° habituali domicilio in locis, ubi exstat conventus, vel domus religiosa Provinciae, vel Missionis, cui sacerdos vel clericus saecularizatus, vel a votis perpetuis solutus, ut supra, adscriptus erat.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, eodem die 15 Iunii 1909.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S. D. Laurentius Janssens, O. S. B., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

ROMANA

CIRCA PRIVILEGIA EXTERNAE SOLEMNITATIS SS. CORDIS IESU ET S. ALOISII GONZAGA.

Circa privilegia respectivae Missae propriae in externa solemnitate de S. Aloisio Gonzaga confessore et de sacratissimo Corde Iesu, quae indulta fuere per decreta sacrorum Rituum Congregationis n. 3918, diei 27 Iunii 1896, et n. 3960 *Romana,* 23 Iulii 1897, nuper ab eadem sacra Congregatione exquisitum fuit: Quaenam sint Dominicae, feriae, vigiliae et octavae, quae excludunt Missas lectas proprias in utraque solemnitate praedicta?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis liturgicae voto, ita respondendum censuit: Sunt Dominicae privilegiatae I et II classis, feria IV Cinerum, feriae maioris hebdomadae; vigiliae Nativitatis Domini et Pentecostes; octavae Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi.

Atque ita rescripsit, die 16 Iunii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

ASCULANA IN PICENO

MATRIMONII

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno sexto, die 28 Maii 1909, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, ponens, *Ioannes Prior et Ioseph Mori, Auditores de turno, in causa* Asculana in Piceno - Matrimonii, *instante pro appellatione defensore Vinculi adversus sententiam Curiae Asculanae, inter Iacobum Angelini, repraesentatum per procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, et Silviam Angelini, contumacem, interveniente et disce-*

plante in causa Vinculi defensore ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.

Si quae causa decreti *Ne temere* opportunitatem demonstrat, haec procul dubio est. - Asculo Piceno, anno 1897, inter Silviam Angelini, triginta et septem annos natam, et Iacobum Angelini, undeviginti annorum, nuper Seminario egressum atque in ipsius blandirías lapsum, convenit de matrimonio, trina praevia denunciatione omissa, ex improviso, vulgo *di sorpresa* coram parocho necopinante, celebrando, quod « matrimonium appellatur *« clandestinum secundum quid* » (Pichler, *Ius can., lib. IV, tit. III, n. i).*

Fortiter enim obsistebant huic matrimonio Iacobi parentes. Quare repente, die 12 Iunii, Silvia et Iacobus, duobus testibus Iosepho Nardini et Casimiro Nardini adscitis, sub lucem, sacrarium ecclesiae S. Martini (in S. Venantio Asculi Piceni) ingressi, parochum Raphaelem Cori, qui proprius Iacobi parochus erat, quique, Missam celebraturus, sacras vestes induebat, subito et improviso adorti sunt.

Ad huius genua se provolvens Silvia ait: « questo è mio marito ». Num vero Iacobus et ipse, ante vel post Silviam, suum accipiendi Silviam in uxorem consensum aliqua saltem ratione manifestum fecerit ; num item hunc consensum, a Iacobo forte patefactum, parochus quacumque demum ratione perceperit, ex infra dicendis constabit.

Quum parochus, ausa sentiens, subito verbis increpasset, Iacobumque obiurgasset, Silvia et Iacobus e sacrario illico excessere.

Deinde, veluti fugam capientes, voluptuarium iter Romani versus aggressi sunt, connubium instaurantes vel contubernium continuantes.

Quare nulla civilis, quam dicunt, caeremonia ausa illa comitata est. Nulla autem proles - quantum ex actis constat - ex illa vitae consuetudine est suscepta.

Quum brevi Silvia et Iacobus Asculum reversi essent, Iacobus, utpote aetate ad id tempus pupillari, a matre, iudicis ope, in custodiam corrigendis adolescentibus destinatam missus fuit, ubi eum facti statim poenituit.

Interea mater, supplici dato libello, die 2 Novembris 1897, apud Asculanam Curiam expostulavit, ut matrimonium filii sui nullum declararetur ob defectum consensus ex ipsius parte.

.Processus, die 7 Martii 1898 inchoatus', per annos fere novem protractus fuit; dumque Asculi, in Curia, consulebatur, Silvia alii viro, civili, ut aiunt, foedere, coniuncta est.

Tandem die 18 Septembris 1906, Asculanae dioecesis Ordinarius, data sententia, declaravit et pronunciavit, *non constare de validitate matrimonii initi die 12 Iunii 1897,* etc.

Ab hac sententia Vinculi defensor ex officio, ad tramites Constitutionis Benedicti XIV *Dei miseratione*, appellavit die 26 Septembris ad S. Concilii Congregationem.

Ex voto cl. Consultoris acta processus suppleta sunt; sed antequam S. Congregatio Concilii sententiam ederet, S. R. Rota instaurata est, et ad hunc S. Ordinem quaestio deducta, proposito dubio: *an constet de matrimonii nullitate in casu.*

FACTUM QUOD SPECTAT. — Summa quaestio, factum quod attinet, in qua tota causa vertitur, est, an Iacobus Angelini (nam de Silvia nullum dubium est) suum contrahendi matrimonii cum Silvia Angelini consensum verbis expresserit, vel saltem, quacumque demum ratione, significaverit seu patefecerit, *praesente parocho*, (nam de ceteris testibus non disputatur); isque illius consensum audierit vel saltem aliqua ratione perceperit, intellexerit, ad tramitem capitis *Tametsi* Conc. Trid., *sess.* xxiv, *de ref. matrim.*

Quomodo autem res se habuerit, primo quidem accipiendum est ab ipso parocho.

Parochus enim, quamvis iure non sit testis *infallibilis* consensus sponsorum, ceu eum inducit sententia Asculanae Curiae ex Clericati auctoritate, certe tamen est *testis ex officio* et *qualificatus* (Pichler, *Ius can., lib. IV, tit. III, n. 19), testis auctorizabilis pro Ecclesia* (Benedictus XIV, *de syn. dioec, lib. XIII, cap. XXIII, 6), testis omni exceptione maior* (Reiffenstuel, *lib. IV Decret., tit. III, § II, n. 104),* testis, *cuius auctoritati multum tribuitur in iure* (Sánchez, *de matrim., lib. III, disp. XLI, n. 5),* cuius proinde testimonii tanta est auctoritas, ut bene Pirhing cum ceteris doceat: « defectus aliorum « testium supplet auctoritas parochi (arg. cap. *Cum esses 10, de testam.) » (Ius can., lib. IV, tit. III, § II; 24).*

Res autem ipsa, iuris praesumptioni perfecte respondet. Nam parochus Raphael Cori, qui ceterum *venerandus sacerdos* ab Asculanae dioecesis Ordinario appellatur, sua vitae honestate, sua aetatis gravitate, tantae auctoritatis testis est quam qui maxime.

Quod autem, iure, in parochi probitate « maximum veritatis funda- « mentum » statuendum est (Benedictus XIV, *loc. cit.),* re, ad illius testimonium causa omnis, vel fere omnis, redigatur oportet.

At enim, parochus, ita testimonium, iuramento praestito dixit: « La « mattina del 12 Giugno 1897 ero in sacrestia, e mi preparavo a celebrar « la santa Messa. Udito un calpestio di persone che venivano, vidi la Silvia « Angelini venire avanti con due persone, e messasi in ginocchio disse ad « alta voce: *signor parroco, questo è mio marito.* Allora io guardai dal- « F altra parte, e vidi Giacomo Angelini, al quale dissi: *che sono queste*

«cose che fate, e perchè, signor Giacomo, sei qua venuto? Confuso, senza « proferir parola, se ne andò. Escludo che Giacomo, prima che la Silvia « parlasse, mi abbia toccato la spalla e detta parola alcuna, come neppure « la disse dopo, e non avvertii che egli muovesse le labbra per parlare, « o facesse qualche altro cenno; capii però che erano venuti per contrarre « matrimonio ».

Ex quo testimonio liquido patet:

1.° Iacobum suum consensum non modo verbis non expressisse vel enuntiasse: « senza proferir parola », « escludo che Giacomo prima ... abbia « detta parola alcuna, come neppure la disse dopo », sed ne ullo quidem signo patefecisse, vel ulla quavis ratione consensum illum manifestum fecisse, praesente saltem parocho, seu quantum parocho patuit: «non « avvertii che egli muovesse le labbra per parlare, o facesse qualche altro « cenno »;

2.° Iacobum sane suum consensum non patefecisse, quia parochus, suo quod erat officio, Silviam et Iacobum ab actione graviter mala avertendi, Iacobum verbis increpavit et obiurgavit, atque adeo ipsum avocavit et removit a patefaciendo, quacumque ratione, suo in matrimonium consensu;

3.° parochum verba a Iacobo forte prolata et consensum exprimentia non tantum non audivisse, sed ne ulla quidem ratione illius consensum percepisse vel intellexisse; idque non ob aliquod corporis vitium, ut ecce ob surditatem (quamquam revera gravi surditate laborasset): non iterum quia suam ignorantiam vel inconsiderantiam affectaverit, de quo nec vola nec vestigium; sed quia Iacobum, ne suum consensum enuntiaret, indicaret, quoquo modo patefaceret, avocavit.

Nec officit illud, « capii però che erano venuti per contrarre matri- « monio », sicut nec officit quod parochus, non tantum ex antecedentibus et subsequentibus, sed ex concomitantibus quoque compererit, sponsos animum habuisse matrimonium contrahendi. Nisi enim quis velit coniecturis ex vano se dare, ex his in subiecta materia hoc unum sequitur, parochum ideo potuisse Iacobum avocare, et reipsa avocasse, a suo manifestando consensu, quia intellexit « che erano venuti per contrarre « matrimonio », quia nempe praesensit vel sensit consilium matrimonii attentandi. At vero consilium tantum distat ab incepto et a facto, quantum mens interior ab externa actione.

Videndum equidem est, an testimonia ceterorum, quotquot facto aderant, valeant tantam illius testimonii auctoritatem infirmare vel labefactare.

Siquidem praeter parochum et Silviam Angelini lacobumque Angelini, matrimonium attentantes, facto aderant Ioseph Nardini et Casimirus Nar-

dini, testes a Silvia quaesiti, Marcus Esposito et Carola Angelini, de illorum comitatu, Aloisius Marocchi, aedituus, et Aemygdius Benigni, adolescens Missae inserviturus, fortuito praesentes.

Primo quidem Iacobus haec testatus est: « Mi pare che nell'entrare « in sacrestia... lo (parochum) abbia salutato con le parole: *Buon giorno!* « Intanto la Silvia disse: *questo e mio marito.* Non ricordo però se io abbia « ripetuto: *questa è mia moglie* - perchè tanta era la foga degli affetti da « cui era allora agitato. Certo poi che il parroco cominciò a sgridarmi, « ma non ricordo che io abbia proferito le espressioni: *quel che è fatto* è *« fatto, e mi sta bene.* Ripeto che non ricordo di aver detto: *questa è mia « moglie* - ma può essere che io lo abbia detto, quando il parroco gri- « dava ».

Tantum igitur abest quin Iacobus parochi testimonium infirmet, dum hypothesim seu coniecturam profert: «può essere che io lo abbia, etc. » ut potius illud confirmet. Etenim:

1.° ait se, an consensum praestiterit, nullam conscientiam nullamque memoriam retinere;

2.° consonat vero cum parocho, omnino excludens, se quomodocumque suum consensum patefecisse *ante* verba a Silvia prolata (de quo statim), atque ubi inducit parochum verbis ipsum mcrepantem, statim ac Silvia loquuta est;

3.° quin immo, quamvis Iacobus coniectaverit, seipsum fortasse verba consensus protulisse dum parochus clamabat, « quando il parroco gridava », tamen optime perspicitur, parochum non potuisse illa audire; nam ipse et graviter surdus erat, et dum Iacobus forsan loquebatur, elata voce Iacobum pro munere suo, increpando, clamorem tollebat.

Equidem ex adverso Silvia Angelini testata est, Iacobum verbis manifeste enuntiasse, et quidem ante seipsam, suum consensum. Verum:

1.° mira profecto nec ulla ratione veri similia profert, dum inducit Iacobum ante seipsam suum patefacientem consensum: nam Silvia, ut asserit testis de visu fideque dignus, Aemygdius Benigni, « dirigeva la « scena », et Iacobus de seipso ait: « dalla Silvia mi facevo guidare in tutto « e per tutto »;

2.° in iis omnibus rerum adiunctis, de quibus collatio et, ut ita dicam, testium contentio fieri potest, Silvia commenticii coarguitur, ut ecce dum ait, se tantum post aliorum consilia Iacobo concessisse; dum asserit, testes ab ipso Iacobo adscitos fuisse; dum tradit, Iacobum quoque marte suo currum pretio conduxisse, etc.;

3.° denique, quod magni momenti est faciendum, Silvia, postquam iactasset coram Asculana Curia sui matrimonii cum Iacobo validitatem,

alii viro, civili, ut aiunt, foedere, pendente adhuc causa, se coniunxit. Quin etiam pensanda sunt quae habentur in *actis.*

Succedunt Ioseph Nardini et Casimirus Nardini, testes adsciti.

Hi profecto, hucusque non sunt testes sacramentales, sed testes a Silvia quaesiti, ut sui male ausi participes forent: quod si illud ausum verum matrimonium est, omnes quotquot aderant, vel fortuito et per accidens, testes aequaliter sacramentales dici possunt, quippe qui « possunt « *aequaliter* intelligere ac testari de iis, quae geruntur »; idque exploratum planumque est (Pirhing, *Ius can., lib. IV, tit. III, § III, 23;* Schmalzgrueber, *Ius eccles., lib. IV, tit. III,* § 5).

Age vero, de hisce testibus Silvia ait: « Dei due testimoni, uno è il « marito di mia sorella, cioè Giuseppe Nardini, l'altro il fratello di lui ». Porro, quidquid generatim et iuris principia quod spectat, sentiendum sit de vi fidem faciendi propinquorum vel necessariorum, tamen in specie facti testes gravissimi, qui res personasque in subiecta materia bene noverant, non eos faciunt, hoc ex capite, a quavis suspicione immunes. Sed tamen, tantum abest quin his duobus testibus prae ceteris fides tribuenda sit, ut, ne in his quidem, de quibus profecto consensus exspectandus erat, non tantum inter se dissentiant, sed nec quisque sibi constet.

Etenim, ut cetera praetermittamus, iuxta Iosephum Nardini, Iacobus pavidus et tremulus est « con voce tremolante », nihilominus animosus et procax, « rispose : *quel che ho fatto, mi sta bene »;* iuxta Casimirum Nardini vero Iacobus imperterritus traditur dixisse quoque: « testimoni avete « udito? » sed tamen pavidum dixeris: « Giacomo non rispose affatto ».

Quid sentiendum de testimonio Marci Esposito? Marcus Esposito et Carola Angelini (soror haec Silviae) erant de comitatu, sed, minime sacrarium ingressi, ad ostium stabant. Marcus quidem bene vidit omnia, ilio excepto, quod faciliter videre potuisset : « non saprei dire se Giacomo etc. » et optime audivit Iacobum dicentem: « questa è mia moglie ». Carola vero nihil vidit, nihil horum audivit, non certe quia non nimium attendit, sed quia - ait ipsa - ad ostium stabat,nec sacrarium erat ingressa: « non entrai; « *così* nulla vidi, nulla intesi, etc. ».

Deveniendum nunc ad testes Aloisium Marocchi et Aemygdium Benigni. Erant hi profecto fortuito tantum praesentes, sed quum nullimode suspecti esse possint, ceteris praestantiores iure habentur. Marocchi, vix aliqua auditus difficultate laborans, (ut fidem faciunt ipsius uxor Maria Gemmi, Romanus Bellini, D. Iacobus Cherubini, Nicolaus Garofali), non solum testatur: « non udii affatto che Giacomo parlasse », sed etiam: « Gia« como non disse parola »; Item Aemygdius Benigni, aetate plus quam idoneus testis, in suis iteratis testimoniis, non sibi contradi cens, sed immo

sua dicta magis magisque obfirmans, haec inter alia testatur: « non avendo «ascoltato da Giacomo nè le parole del consenso> nè visto altro segno « esterno, etc. ». Et dignissimum quidem notatu est, quod ipse asserit: « Il curato disse press' a poco così: *Fortuna, che mi sono voltato a tempo «a rimproverare Giacomo, ed impedire così che egli manifestasse il suo «consenso ».*

Igitur, ceterorum qui facto aderant testimonium, non modo parochi testimonium nulla ratione infirmare [potest, sed potius, qua opus foret|, fidem ipsi et vim addit. Quod autem parochus iureiurando afiirmavit, sua ratione agendi iam confirmaverat; nam, postquam opportuna percontatus esset ex testibus Marocchi et Benigni, nihil de illo male ,'auso in tabulas matrimoniorum retulit (quod secus gravis [culpa noxaque esset), adeo Ut Silvia ipsa inducat Iacobum parocho dicentem: « Io (matrimonium) « faremo un' altra volta »

Quod autem testes *de relato* spectat, isti quidem diversa, pro diversa fonte, referunt, ideoque nullam maiorem prae ipsorum fonte fidem merentur. Quapropter, si velimus omnes et singulos testes *de relato* recensere atque inspicere, omissis iis qui plus minusve incerta referunt, ut David Monachesi, Guido Valentini, Carola Angelini, Dominicus Cinciripini, Aloisius Chiodi, Nicolaus Garofali, Sac. Ioseph Prosperi; quum pro praestito a Iacobo, vel audito a parocho consensu, stent: 1. Maria Ripani-Nardini, 2. Napoleo Lacchè, 3. Philippus Angelini: ex ! adverso vero stent, directe quidem 1. Maria Laureti, 2. Franciscus Giorgi, 3. Ioannes Angelini, 4 Aloisius Capponi, 5. Henrica Angelini-Capponi, 6. Nazarenus Mari, 7. Nazarenus Alessandrini, 8. Nazarena Mandolesi, 9. Maria Gemmi, et indirecte saltem Romanus Bellini et sacerdos Ioannes Cherubini (de Ioseph Pierucci et de Canonico Vincentio Tommasini dicemus statim), planum est concludere, hac tantum ratione: *saltem* omnino incertum et dubium esse, an Iacobus consensum suum patefecerit, vel an parochus consensum ipsum perceperit.

Quod si - dato et non concesso quod Iacobuslsuum consensum patefecerit - parochus consensum hunc non audivit, non percepit, pro certo prorsus habendum est, hoc evenisse, non quia vel ignorantiam vel inadvertentiam affé etaverit, sed quia surditate et quidem gravi laborabat, de quo vitio satis superque testantur Aemygdius Benigni, Nicolaus Garofali, Nazarena Mandolesi, et praesertim canonicus Vincentius Tommasini.

Verum, si testes eorumque testimonia per eribrum veluti cerñamus, animumque referamus ad testimonia Francisci Giorgi, Ioannis Angelini, Aloisii Capponi, Henricae Angelini-Capponi, et potissimum advocati Nazareni Alessandrini et Mariae Gemmi, ad priorem conclusionem omnino deve-

mendum est, nempe Iacobum suum consensum non manifestasse nullaque ratione patefecisse.

Neque difficultatem ullam facessunt testimonia Iosephi Pierucci, canonici Vincentii Tommasini et Napoleonis Lacchè; Nam, praeterquam quo d ex testibus Pierucci et Tommasini, parochus vel omnino non audivit, vel non bene audivit, in priore testimonio minime affirmatur, Iacobum loquutum fuisse, in altero autem agitur de sponsis et non de Iacobo ipso, Multoque minus tantum tribuendum est procaci cuiusdam coqui testimonio, qui ad id tempus Silviae famulus fuerat, ut illud comparare liceat parochi probitati et auctoritati. Satis superque enim illud tollit et elidit suo testimonio Nazarena Mandolesi, parochi famula.

Ius QUOD ATTINET. — Suis hisce finibus facto circumscripto, iuris quaestio facilis admodum et expeditissima est.

Primo quidem, ius naturale quod spectat, «ad valorem matrimonii «non est satis, ut contrahentes in obligationem coniugalem de praesenti « consentiant, sive internum consensum habeant, sed iure quoque naturali « requiritur ut exprimant hunc consensum, eumque mutuo acceptent, prout « constat ex cap. *Licet, de sponsa duorum,* ubi, postquam dictum est, matri« monium contrahi per legitimum consensum de praesenti inter virum et «mulierem, sub iungitur: *ita ut unus alterum cum mutuo consensu verbis « consuetis expresso recipiat:* vel aliis signis externis, ut supra dictum est. « Ratio est, jquia nullus humanus contractus iniri potest, nisi utriusque con« trahentis voluntas exprimatur, et mutuo sibi innotescat. Tanner, *tom. IV, « dis. 8, q. 3, dub. 5, n. 88* » (Pirhing, *Ius can., I. IV, tit. II, sect. III, § III, 82).*

Ex iure autem canonico, « qui aliter quam praesente parocho, vel « alio sacerdote, de ipsius parochi seu ordinarii licentia, et duobus vel « tribus testibus matrimonium contrahere attentabimt, eos sancta Synodus « ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit: et huiusmodi contractus « irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit et « annullai » (Conc. Trid., *loc. cit.).*

Quum igitur Iacobus vel suum consensum verbis aut aliis signis externis non expresserit, vel saltem illum non expresserit, non patefecerit praesente parocho, quaestio soluta est.

Quod si illud assumere velimus, Iacobum quidem suum consensum verbis expressisse, eodem deveniendum est; nam est omnino compertum, parochum huiusmodi consensum non audisse, neque ulla ratione percepisse vel deprehendisse; idque non *affectato ei consulto,* sed ob corporis vitium, surditatem nempe. Nam revera surdus graviter erat, et, dum Iacobus fortasse loquebatur, elata voce Iacobum increpando, clamorem tol-

lebat; non utique ad hoc ut matrimonium redderet infectum, sed ut pro munere suo adolescentem ab actione graviter mala averterei

Seposita enim quaestione de ignorantia affectata, quae abs re omnino est, « ad valorem matrimonii requiritur parochi praesentia..... talis ut probe « intelligat...., ut bene intelligat quid agatur. Hinc utique invalidum foret « matrimonium contractum, praesente parocho.... ita distracto, ut non atten- « derit nec perceperit quid actum sit » (Reiffenst, *lib. IV, tit. III, § II, q. VI).* Et pro re nostra perspicue magis Pirhing: « Parochus et testes debent esse « praesentes matrimonio, non tantum physice, sive corpore, sed etiam mora- « liter, sive animo, cum advertentia scilicet.... ita ut intelligant quid agatur: « non enim censetur iure praesens, qui non adest more humano intelligens « et advertens quid agatur : *Coram Titio 209, ff. de V. S.* » *(lib. IV, tit. HI, § III, n. 22).*

Quin etiam, ne in peiore quidem, ut aiunt, hypothesi, quod dubium sit, an Iacobus consensum expresserit, vel an parochus illum perceperit, standum esset pro valore matrimonii. Nam si a iuris praesumptione: « in « dubio standum est pro validitate matrimonii », aliquando recedere aequum est (arg. ex *decr. S. Officii, die 18 dec. 1872),* quando nimirum quaestio agitur de facto, utrum scilicet matrimonium fuerit unquam contractum nec ne, in praesenti recedere necesse est. Et ratio est, quia rationes dubi- tandi - in data et non concessa hypothesi - levissimae et prorsus fútiles sunt: et quia iuris praesumptio, quae favor quidam est, suas radices capere non decet in facto ab Ecclesia sub gravi vetito. « Ius enim praesumit contra « illum qui adversus iura nititur: *reg.* Qui contra 82, *de reg. iur. in 6* » (Sánchez, *de matr., lib. III, disp. XLV, n. 1).* Et Card. De Lugo: « Licet causa « matrimonii secundum se favorabilis sit, sed tamen matrimonium clande- « stinum, quale erat illud sine denunciationibus praemissis et parocho invito « praesente, non est favorabile, sed odiosum, nec in eo locum habent quae « in favorem matrimonii inducta sunt, ut notant doctores etc. » *(De iur. et iust., XXII, n. 24).*

Non leviter tandem hac in causa disputatum est, an, potissimum ex S. Congregationis Concilii resolutionibus, validum habendum sit matri- monium, quum, etsi parochus sponsi verba non audiverit, huius con- sensus.... per alia, idest per testimonium duorum, in quorum ore stat omne verbum, iuxta iuris communis dispositionem, probatus est, vel quum testes praesto sunt, qui huiusmodi mancum parochi testimonium com- plere valeant.

Verum, 1.° ut illud praetermittamus, resolutiones S. Congregationis non facile esse trahendas de casu ad casum, eo vel magis, quod rationes, nec in facto nec in iure continent, verba *ex aliis* vel *per alia* intelligenda

sunt de *signis* vel indiciis, ex quibus parochus, etsi verba non audierit, consensum tamen percepit, ut habetur praesertim in *Sarzanen. - Matrimonii,* die 15 Februarii 1648, cuius resolutio ita proposita est: « matrimonium « sustineri etiamsi parochus non intellexerit verba sponsae, dum tamen « de illius consensu ex aliis signis, iuxta iuris communis dispositiones, « legitime constet »;

2.° omnes allatae resolutiones vel agunt definite de parocho, qui, consensum etsi non audivit, ex aliis tamen signis ipse percepit, vel de parocho, qui, etsi revera consensum aliqua ratione perceperit, aftectavit tamen se non percepisse, vel obtestatus est, se nolle matrimonio adsistere, dum tamen revera adsistebat;

3.° probe distinguendum est inter probationem matrimonii et formam essentialem ipsius matrimonii, scilicet inter legis rationem et legem ipsam.

Nam, etsi, legis rationem quod spectat, « Tridentinum ideo requirit « testes, ut de matrimonio inito possit in iudicio fieri fides et probatio illius « legitima » (Pichler, *Ius can., lib. IV, tit. III, n. 25);* tamen, legem ipsam quod attinet, « praesentiam parochi et testium lex Tridentini requirit «tamquam formam substantialem ad valorem matrimonii...; nil autem « subsistit sine sua forma substantiali ..., et actus sine sua forma essen- « tiali nullus est, sicut homo sine anima » (Pichler, *loc. cit., n. 1 et 12;* Reiffenstuel, *Theol, mor., tract. XIV, dist. XIV, n. 136).* Quare, quum « praesentia parochi per illius verba: *Qui aliter* etc., requiratur, non tam- « quam forma extrinseca, vel solemnitas accidentalis, aut ad probationem, « sed tamquam forma substantialis et solemnitas intrinseca, quae *per « aliud suppleri nequit »; arg. 2, Inst. de auct. tut.* (Pichler, *loc. cit., n. 12),* sicut praesentia parochi et testium per aliud suppleri nequit, ita neque mancum parochi testimonium, seu, quod in idem recidit, defectus praesentiae parochi, vel quoad unum ex sponsis, suppleri potest per alios testes.

Quibus omnibus, tum quod factum tum quod ius spectat, perspectis ac mature perpensis:

Christi nomine invocato, solumque Deum prae oculis habentes, Nos, infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes, ad propositum dubium, dicimus, pronuntiamus atque definitive sententiamus: *constare de matrimonii nullitate in casu,* statuentes praeterea expensas esse compensandas inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3,*

sess. xxv, *de reform.* Concilii Tridentini*iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede tribunalis sacrae Romanae Rotae, die 28 Maii 1909.

Ioannes Prior.
L. S. Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

' : L

AD R. P. D. IOSEPHUM MARIAM BOFF, ADMINISTRATOREM APOSTOLICUM DIOECESIS CLEVELANDENSIS.

Dear Monsignor,

I ha ve received and duly presented to the Holy Father the beautiful address, so kindly forwarded by you, conveying, on the part of the clergy, secular and regular, the religious and the laity of the diocese, their united expression of loyalty to the Holy See and of deep satisfaction at the manner in which the vacancy in the chief pastoral **Charge** of your important diocese has been filled.

His Holiness was deeply touched by this graceful act, which is as cònsoling and gratifying to Him **as** it is complimentary |to the Right Rev. Monsignor Farrelly to whom it must bring encouragement in taking up the high and responsible duties placed upön him. It is also a guarantee that the new Bishop will have in Cleveland pastors and a flock in every way worthy of the zealous care which he will give to all matters connected with their spiritual welfare.

To you to the clergy, secular and regular, to the religious and to the faithful of the diocese His Holiness sends very affectionately the Apostolic Benediction.

I am yours very sincerely in J. C.

Rome, May 7-1909.

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. P. D. PHILIPPUM ALLEGRO, EPISCOPUM ALBINGANENSIÜM, IN EIUS TRICENNIO EPISCOPATUS.

Illme ac Rme Domine,

Te, aetate aeque ac meritis onustum, in eo esse ut solemnia celebres episcopalis ministerii tui, singulari quadam paterni^ Sui [animi voluptate excepit Sanctitas Sua. Laetitiam huius diei tricesimae annualis recordationis gaudio cumulatam, beatissimus Pater laetis iisque pontificia plenis benevolentia prosequitur ominibus : teque, quem coelestibus gratiis in dies auctum ornatumque desiderat, una cum clero ac populo tuae tradito pastorali vigilantiae, amantissime in Domino benedicit. Hanc ego nactus occasionem, studium in te meum confirmo, quo me tibi profiteor

Romae, die 19 Maii 1909.

addictissimum

L. jjj S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD PRAESIDEM SODALITII URBANI A S. PETRO, ANNO XL AB EIUSDEM INSTITUTIONE.

Illmo Signore,

In questo giorno, che ad un tempo istesso è sintesi di un passato luminoso, ed auspicio di non men lieto avvenire^ per una istituzione, alla quale numerosi giovani cattolici hanno consacrato tanta parte dei loro affetti e delle loro energie, non può mancare l'implorato conforto ;della parola dell'augusto Pontefice. Egli, colla mente, e col cuore di padre, è in mezzo agli amati suoi figli, e divide con essi le gioie di questa festa ben augurata. Ricorda nei medesimi quel primo nucleo di volonterosi, che, quarant'anni or sono, raccolti per la prima volta sotto la invocazione del Principe degli Apostoli, inauguravano in quest'alma città la loro benefica missione. E mentre prega Iddio, che colla sua grazia renda ognora più feconde quelle sante iniziative, ai loro successori^ agli eredi dei loro nobili propositi affida le sorti di un' istituzione, fondata per essere un apostolato perenne in mezzo alla gioventù romana, fónte] ubertoso di quella cristiana carità, che, mentre solleva il povero, gli addita fiduciosa migliori destini in una vita avvenire. E pieno l'animo di speranza, che la sua parola abbia un' eco potente nei cuori di tutti i soci, ed accenda il loro animo adf opere

sante e gloriose, unisee ben volentieri la Sua alla benedizione, che quarant' anni or sono scendeva sopra i fondatori del benemerito Circolo : e come quella fu felice augurio di rapido sviluppo, così questa sia arra sicura di una docile e costante operosità, consacrata tutta alla religione ed alla carità di Cristo, ed in esse e per esse alla divina gloria. Mi valgo ben volentieri dell'occasione per professarmi

della S. V. Dima

Roma, 30 Maggio 1909.

affezionatissimo

L. £ß S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD R. D. ROBERTUM DU BOTNEAU, PAROCHUM ECCLESIAE " NOTRE DAME DES SABLES D'OLONNE „ IN GALLIA, OB GREGORIANUM COETUM IBI COADÜNANDUM.

Monsieur le Curé,

C'est avec plaisir que le Saint-Pere a pris connaissance de votre louable initiative d'inaugurer un congrès grégorien le mois prochain aux Sables d'Olonne. Sa Sainteté le Pape Pie X, qui a tant à cceur de-voir fleurir partout la musique sacrée d'après les directions pontificales, si propre à rehausser la splendeur du eulte divin, et à favoriser la piété des fideles, me **Charge** de vous exprimer sa satisfaction pour la belle oeuvre, que votre **zèle** a entreprise. Le Souverain Pontife a l'espoir, que ce congrès, qui s'annonce si bien sous le patronage [de* l'Evèque de Lucon, sous la présidence de Dom Pothier, le vaillant et vènere maitre de chant grégorien, avec l'encouragement d'un grand nombre d'Evèques de France, aura un heureux resultat, et donnera un nouvel élan en faveur de la musique sacrée. Aussi à l'occasion surtout du 50ME anniversaire de votre **Ordination** sacerdotale, coincidant avec l'ouverture [du congrès, le Saint Pére vous envoie de cceur la bénédiction apostolique, comme témoignage de sa paternelle bienveillance. Sa Sainteté bénit aussi les Évèques, le clergé, toutes les personnes, qui prendront part au congrès, et qui en ont favorisé l'initiative, implorant sur tous les plus ahondantes faveurs divines. Je pronte de cette occasion pour vous exprimer, Monseigneur, mes sentiments dévoués en notre Seigneur.

Rome, le 14 Juin 1909.

L. © S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE^

Con decreto concistoriale, da spedirsi per Bolla, è stata fatta la provvista delle seguenti Chiese:

12 Giugno 1909. — Mons. Luigi Spandre, Vescovo titolare di Tiberiade ed Ausiliare di Torino, è stato traslato alla sede cattedrale di *Asti.*

21 Giugno. — Mons. Alfonso De Wächter, Vicario generale di Malines, è stato promosso alla chiesa titolare vescovile di *Dionisiade,* e deputato Ausiliare dell'Emo Card. Mercier, Arcivescovo di Malines;

— Mons. Riccardo Collins, Vescovo titolare di Selinonte, è stato traslato alle sedi cattedrali unite di *Hexham* e *Newcastle;*

— A Mons. Francesco Mac Cormack, già Vescovo di Galway e Kilmacduagh, è stato assegnato il titolo arcivescovile di ***JSisibi.***

23 Giugno. — Mons. Lorenzo Chieppa, Vescovo di Cariati, è stato trasferito alla sede cattedrale di *Lucera;*

— Mons. Giuseppe Leo, Vicario generale di Cariati, è stato promosso alle sedi cattedrali unite di *Nicotera* e *Tropea.*

26 Giugno. — Mons. Francesco Beltinger, Decano della Cattedrale di Spira, è stato promosso alle sedi metropolitane unite di *Monaco* e *Frisinga.*

Con decreto concistoriale del *25 Giugno 1909,* Mons. Emanuele San Roman y Elena, Vescovo titolare di Milasso, è stato deputato Amministratore Apostolico delle unite diocesi di *Calahorra* e *Calzada.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si^è degnato di nominare:

Protonotari\apostolici ad instar participantium:

18 Maggio 1909. — Il Rev. D. Andrea Cornud, Vicario generale di Algeri.

27 Maggio. — Il Rev. D. Costantino Margiotta, dell'archidiocesi di Monreale.

8 Giugno 1909. — Mons. Filippo Roncari, Prelato domestico di S. S., già rettore del Seminario delle Missioni estere di Milano.

15 Giugno. — Mons. Francesco Bulic, direttore del museo archeologico di Spalato ;

— Mons. Girolamo Moscovita, Decano capitolare di Spalato.

Prelati domestici :

27 Maggio 1909. — Il Rev. D. Teofilo Matuszewski, Canonico della metropolitana di Varsavia.

7 Giugno 1909. — Mons. Luigi Colson, della diocesi di Troyes.

12 Giugno. — Mons. Camillo Lamenti, Sottosegretario della S. Congregazione di Propaganda Fide;

— Il Rev. D. Giovanni I. Prendergast, Vicario generale dell' archidiocesi di S. Francisco di California.

15 Giugno. — Il Rev. Dott. D. Riccardo Bergamo, arciprete di Montagnone, della diocesi di Padova.

17 Giugno. — Il Rev. D. Andrea Panzoni, parroco di S. Giustina in Padova.

18 Giugno. — Il Rev. D. Isacco Patrizio Whelan, rettore della chiesa cattedrale di Newark.

11 S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare :

12 Giugno 1909. — S. E. Rma il Sig. Cardinale Gaetano De Lai, protettore della congregazione delle Ancelle (schiave) del sacro Cuore di Gesù, aventi la casa madre in Cordova nell'Argentina;

— S. E. Rma il Sig. Cardinale Domenico Ferrata, protettore dell' Istituto delle Figlie di S.fMaria della Provvidenza.

17 Giugno. — S. E. Rnia il Sig. Cardinale Gaetano De Lai, tra i Cardinali protettori della pontificia Accademia teologica.

21 Maggio 1909. — Mons. Mariano Ugolini, Sotto-archivista della S. Sede.

7 Giugno. — Il Rev. D. Giuseppe Pizzardo, Segretario di 2 * classe, destinandolo alla Nunziatura di Monaco in Baviera.

19 Giugno. — Il Rev. P. Ludovico Billot, S. L, Consultore della S. Congregazione del S. Offizio.

L'Ululo e Rmo Mons. Antonio Perathoner, dottore in sacra teologia, cappellano maggiore di Sua Maestà apostolica e cerimoniere ecclesiastico della Corte d'Austria, è stato nominato Uditore della S. Romana Rota, in sostituzione di Mons. Giovanni De Montel, ora Decano emerito dello stesso tribunale.

ONORIFICENZE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con ¡Breve pontificio, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran. Croce dell'Ordine Piano ;

11 Giugno 1909. — A S. E. Don Giovanni d'Alareào Velasques Sarmento Osorio, ex-ministro degli esteri presso la nazione portoghese.

La Commenda dell'Ordine di S.. Gregorio magno, con placca:

19 Giugno 1909. — Al Sig. Paolo Calon, presidentejgenerale del Consiglio della società di S. Vincenzo de'Paoli.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio magno :

4 Giugno 1909. — A Sir Vincenzo Nash, della diocesi di Limerick.

5 *Giugno.* — Al Sig. Avv. Antonio Gastaldi, di Venezia.

19 Giugno. — Al Sig. Luigi Francesco Eligio Le Sergeant, Visconte d'Hendecourt, vicepresidente del Consiglio della società di S, Vincenzo de' Paoli.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro:

15 Giugno 1909. — Al Sig. Antonio Arceri, Guardiano amministratore della confraternita del prezioso Sangue a S. Nicola in Carcere, in Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

19 Giugno 1909. — Al Sig. Alfonso Prospero Devaux, Vice tesoriere generale del Consiglio della società di S. Vincenzo de'Paoli.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio magno:

4 Giugno 1909. — Al Sig: Felice Sourbets, della diocesi di Aire.

9 Giugno. — Al Sig. Lorenzo Fabacher, dell'archidiocesi di Nuova Orléans.

19 Giugno. — Al Sig. Avv. Francesco M.[c] Gloin, presidente della società dello Spirito Santo, neh" archidiocesi di Nuova Orléans.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro.

5 Giugno 1909. — Al Sig. Narciso Sicars y Salvado, di Barcellona;

— Al Sig. Giuseppe Wicke, di Vienna;

— Al Sig. Avv. Raffaele Arcella, della diocesi di Lecce.

La Santità di nostro Signore si è degnata di conferire

La *Croce "pro Ecclesia et Pontifice.„:*

9 Marzo 1909. — Alla Contessa Maria Roero di Morjticello, di Torino.

15 Maggio 1909. — Al Rev. D. Giuseppe Bolzoni, di Borgo SADomr'no.

27 Maggio. — Al Sig. Giovanni Battista Berruti, di Torino.

28 Maggio. — Al Sig. Francesco Renaud, di Lione.

29 Maggio. — Al Barone Ottone de Stengel, di Würzburg.

"31 Maggio. — Al Sig. Luigi Lefebvre, di Cambrai.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare :

; Camerieri segreti soprannumerari :

7** Giugno **1909. — Il Rev. D. Giuseppe Pizzardo, della diocesi di Savona.

***11** Giugno.* — Il Rev. D. Edoardo Boravski, dell'archidiocesi di Leopoli;

— Il Rev. D. Valentino Wolez, della medesima archidiocesi;

— Il Rev. D. Gaetano Malchiodi, della diocesi di Piacenza;

— Il Rev. D. Pietro Hopmans, della diocesi di Breda;

— Il Rev. D. Giovanni Luigi de Santiago, della diocesi di Fortalezza (Brasile)

— Il Rev. D. Miceno Clodoaldo, della medesima diocesi;

— Il Rev. *D.* Giuseppe Ferreira da Ponte, della medesima diocesi;

— Il Rev. D. Patrizio Fischer, della diocesi di Monterey los Angeles;

— Il Rev. D. Polidoro Giustino Stockman, della medesima diocesi;

— Il Rev. D. Luigi Evangelisti, di Roma.

***14** Giugno.* — Il Rev. D. Giacomo Connolly, dell'archidiocesi di Nuova York;

— Il Rev. D. Daniele L M. Mackin, della medesima archidiocesi;

— Il Rev. D. Giacomo V. Lewis, della medesima archidiocesi.

***19** Giugno.* — Il Rev. D. Enrico Felici, beneficiato camerlengo della basilica Liberiana.

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario:

12** Giugno **1909. — Il Sig. Giuseppe M[a] de Urqujo e Ibarra, di Bilbao.

Cameriere d'onore in abito paonazzo :

11** Giugno **1909. — Il [Rev. D. Giuseppe Bernat, della diocesi di Leitmeritz.

Cappellano comune soprannumerario:

14** Giugno **1909. — Il Rev. D. Pasquale Gatacchio.

NECROLOGIO

4** Giugno **1909. — Mons. Geremia Doyle, Vescovo di Lismore (Australia).

***5** Giugno.* — Mons. Giuseppe Tommaso Duhamel, Arcivescovo di Ottawa.

***24** Giugno.* — Mons. Pietro Monti, Arcivescovo titolare di Antiochia di Pisidia, e Commendatore di S. Spirito.

6 Giugno. — Mons. Federico Polidori, Sommista nella S. Congregazione del S. Offizio.

Annus I. - Vol. I. • Die 15 Iulii Í909. Num. 13.

\i;T.\ AI'USTIILHIAK SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. GUSTAVUM IOSEPHUM WAFFELAERT, EPISCOPUM BRUGENSEM, DE EDITIS MEDITATIONIBUS THEOLOGICIS GALLICE CONVERSIS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — *Meditationes theologicas,* quae a te latine conscriptae iam in Collationibus Brugensibus prodierunt, easdem mox, ut nuntias, editum iri conversas gallice, Nobis quidem pergratum est. Ita tuus iste labor, quum clero plurimum profuerit, proderit etiam eruditioribus e populo; quibus quidem expedit christiana dogmata eorumque nexum altius nosse, quo catholicam fidem et constantius retineant, et cum vitae sanctimonia felicius coniungant, et ab impugnationibus validius defendant. Nos autem non modo id consilii vehementer probamus, sed, ut constet etiam opus tuum magni a Nobis fieri, damus libenter, ut in Nostro nomine appareat : frugiferum vero ipsum esse, uti cupimus, velit, precamur, Deus. Cuius auspicem munerum, ac testem benevolentiae Nostrae, tibi, venerabilis Frater, tuoque gregi apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvn Iunii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

II.

AD R. P. DESIDERÁTUM CASTELAIN, PRAEFECTUM PROVINCIAE PARISIENSIS SODALITATIS ALPHONSIANAE, PROPTER OBLATA VOLUMINA EX OPERIBUS ACHILLEI DESURMONT EDITA.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Accepimus, quae tu egregio viro, sodali tuo, Francisco Xaverio Reuss mandaveras ut Nobis traderet, volumina, ad hanc diem, te curante, edita ex operibus Achillei

Desurmont; sena scilicet, quae de vita christiana sunt; bina, quae de caritate sacerdotali: ac scito, Nobis eum tuum hoc officium, tum ipsum maxime munus placuisse. Etenim inter eos, qui nostra memoria sempiternam hominum salutem dicendo scribendo quaesiverunt, clarum nomen istius est auctoris: qui ubertate ingenii, copia doctrinae, studio divinae gloriae praeditus, vestigiis sanctissimi patris sui legiferi Alphonsi felicissime institit; cuius quidem doctrinas, quoad vixit, magno cum lucro animarum illustravit. Itaque non solum familiae Alphonsianae, cuius provinciam Gallicam diu gubernavit, insigni fuit emolumento, sed etiam multo latius profuit Ecclesiae; quum et per Galliam fere omnem alibique crebras ad utrumque clerum, exercendi spiritus causa, conciones habuerit, et graves subinde libros de rebus asceticis ac de theologia pastorali confecerit. Horum omnium editionem adornare librorum, quos vel iam ipse vulgavit, vel in suis scriniis reliquit, id quod tu facis, optimum consilium fuit; recte enim speras, uberes inde in commune sequuturos fructus. Quare tibi, dilecte fili, et alteri sodali, cuius opera sollertiaque in hoc negotio uteris, gratias non mediocres agimus; vobisque, auspicem divinorum munerum, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXIX Iunii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

III.

AD R. P. D. FRANCISCUM CICERI, EPISCOPUM PAPIENSEM, OB CELEBRATAM SYNODUM DIOECESANAM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Pietatis et obsequii significatio, quam tu clerusque tuus, quum synodum dioecesanam celebraretis, Nobis dedistis per communem epistolam, consentanea plane fuit ei tantae necessitudini, qua vos cum Vicario Iesu Christi coniunctos esse scimus. Equidem habebamus certum, quae Nos proximo tempore, vel homines sacri ordinis exhortando ad custodiam officii, vel errores teterrimos recentiorum damnando, ediximus, iis vos magna obtemperaturos et voluntate et fide. Sed tamen hoc Nobis animi vestri testimonium vehementer placuit: in quo exhibendo, commode vos memoriam revocastis sanctissimi Ticinensium Episcopi, Theodori; cuius profecto in Apostolicam Sedem mirifice observantia ac studium eluxit. Ipse igitur patronus caelestis, quemadmodum, credimus, in primis ope sua fecit, ut integram ista dioecesis retineret laudem sentiendi agendique ad praescripta Romani

Pontificis; sic, precamur, faciat in posterum, vobisque maxime copiam divinorum munerum conciliet. Quorum Nos auspicem eandemque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxix Iunii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

HOMILIA

SS. D. N. PII PP. X HABITA INTER SACRUM SOLEMNE, POST RELATOS IN SANCTORUM CAELITUM ALBUM BB. VIROS, IOSEPHUM ORIOL ET CLEMENTEM MARIAM HOFBAUER, XIII CAL. IUN. ANNO MCMIX.

Venerabiles Fratres, dilecti filii. — Ad hodiernam celebritatem Christi se caelo inferentis ea verba maxime pertinent, quae, quasi *epinicio,,* divinis laudibus permiscentur: *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* (Eph. iv, 8). Quibus verbis, et suffecta veteri servitud libertas filiorum Dei, et addita dona sanctitatis efferuntur. Duplici hac sorte Deus frui voluit Sponsam suam, adhibita identidem opera illorum, *quos praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui* (Rom. VIII, 29). Quid enim est aliud captiva ducta capti vitas, nisi a peccati servitute liberatio ? Quid vero sancti homines impensiore studio curarunt, quam ut a cervicibus iugum servile deiicerent, vel daemonum fraudibus vel suis cuique cupiditatibus impositum ? Satis esto duos immortales contueri Viros, qui, divina Providentia sic disponente, modo in sanctorum caelitum album per ministerium Nostrum relati sunt. Compertum est enim, quot ex Orci faucibus eripuerit Barcinonense decus, Iosephus Oriol, cuius magnitudo caritatis, quum in ceteris miseriis relevandis, tum vero maxime in sanandis animis patuit. Nec minus id praestitit Alphonsianae familiae amplificatur illustris, Clemens Maria Hofbauer, qui et exemplo adolescentiae suae per corruptae aetatis pericula ductae, et frugiferi deinde sacerdotii labore id potissimum egit, ut solutos culpae nexibus duceret ad altiora captivos.

Ascendens autem Christus in altum, humanam naturam non modo vinculis expedivit, sed supernae gratiae donis cumulavit. *Accipietis,* inquit, *virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos* (Act. I, 8). Exinde *renovata est facies terrae;* in novo quasi caelo sancti discurrerunt ignes, dati in lucem gentium ; hoc est mirae virtutis homines, in quibus *sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis* dona eminerent. Iam, si *Christi ascensio nostra provectio est,* ut habet S. Leo Magnus (Serm. i,

de ascens. Dñi), interest plurimum videre, quam sibi viam illi muniverint, qui cum ipso ascenderunt. Nullam certe dubitationem habet quod Augustinus affirmat : *Cum Christo non ascendit superbia, non avaritia, non luxuria* (Serm. IT, de ascens. Dñi). Contra vero *assument pennas sicut aquilae* (Isai. XL, 31), qui eorum, quos hodie colimus, animi demissionem, humanarum rerum contemptum, vitae integritatem fuerint imitati, hoc maxime tempore quum *homo peccati, filius perditionis... adversatur, et extollitur supra omne, quod dicitur Deus* (II Thess, II, 4) ; quum tum alte defixa in animis est *radix omnium maiorum cupiditas* (i Tim. vi, 10) ; quum commune est in societate hominum, res omnes quaestu aut voluptate, non iustitia aut honestate, metiri. Quamobrem, si sua cuique salus, si publicum bonum, si catholici nominis honos cordi est, *imitari ne pigeat quos celebrare delectat* (S. Aug. XLVII, de Sanctis).

Tu vero, clementissime Deus, per exoratos a Nobis novos Caelites, quos tuo sancto replesti Spiritu, da gratiae robur, ut eorum vestigia sequamur, aemulemur caritatem ceterasque virtutes, eundem animum induamus, quo ipsi sanae doctrinae Ecclesiaeque libertatis ac iurium impavidi propugnatores exstiterunt. Da ut ad meliora consilia se referant captivi quamplurimi, qui, *quasi velamen habentes malitiae libertatem* (i Petr. II, 16), haud meminerunt quae, Te auctore, Scripta sunt : *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas* (II Cor. III, 17) ; atque etiam : *Ecce, qui elongant se a te, peribunt.* (Ps. LXXII, 27). Nos vero, et Nobiscum facientes, tutare ab hostium insidiis ; largire ut ex profectu sanctarum ovium solatia percipiamus; Petri naviculam, infirmitati Nostrae commissam, et omnes in ea congregatos dirige ad portum salutis et pacis, per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, cui Tecum et cum eodem sancto Spiritu laus esto, et honor et gloria sempiterna.

SERMO

A PIO PP. X HABITUS AD LEGATIONEM EXTRAORDINARIAM IMPERII TURCARUM, IN AUDIENTIA DIEI IV IULII MCMIX.

C'est avec une satisfaction toute particulière que Nous accueillons aujourd'hui 1'Ambassade extraordinaire, que Nous envoie Sa Majesté Imperiale Mahommed V Empereur des Ottomans, pour Nous remettre Ses lettres autographes et Nous annoncer Son avènement au Troné.

Nous apprécions hautement cette marque de bienveillance et d'amitié de la part de Sa Majesté le Sultan, et Nous vous prions, monsieur l'Am-

bassadeur, de manifester à votre auguste Souverain les sentiments de notre très vive reconnaissance.

Nous sommes heureux que cette honorable mission ait été confiée à des représentants aussi distingues, et il Nous a été surtout agréable d'entendre de votre bouche le témoignage que vous avez rendu à la fidelité et au dévoùment des sujets catholiques de l'Empire Ottoman. Veuillez, monsieur l'Ambassadeur, assurer Sa Majesté, votre auguste Souverain, que parmi les populations soumises à Son sceptre, à l'avenir comme par le passe, tous Nos fils de l'Eglise catholique se feront un devoir d'étre toujours Ses meilleurs sujets et de se montrer dignes de la protection et de la liberté que Nous invoquons pour eux.

Nous prions le Très-Haut de prolonger les jours de Sa Majesté Imperiale, et d'accorder à la nation Sa gràce en abondance, bonheur et prospérité.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

BAIONEN. IN GALLIA

DECRETUM QUO TITULI EPISCOPALES LASCURRENSIS ET OLORONENSIS ADDUNTUR ECCLESIAE BAIONENSI.

Lascurrensis et Oloronensis dioeceses antiquitate, historia virisque memoriae dignis illustres olim in Gallia fuisse ecclesiastica monumenta testantur, donec sub initio transacti saeculi, suppresso titulo, Baionensi dioecesi, magna ex parte, addictae fuere. Quod quidem recolens R. P. D. Franciscus Maria Gieure, hodiernus Episcopus Baionensis, humiles Apostolicae Sedi preces exhibuit, ut sua ecclesia, supradictorum quoque titulorum addito nomine, augeri posset. Quas quidem preces benigne excipiens SSmus Dominus noster Pius PP. X, de apostolicae potestatis plenitudine decrevit, ut in posterum Baionensis ecclesia additis quoque Lascurrensi atque Oloronensi titulis ornetur, itemque eius Episcopus iisdem adiectis titulis in posterum honestetur, veluti ab interitu vindicatis insignium illarum sedium nomine et memoria. Super hisce autem idem SSmus Dominus praesens edi iussit consistoriale decretum, perinde valiturum ac si super iisdem apostolicae sive sub plumbo sive sub annulo Piscatoris litterae

expeditae fuissent. Quibuscumque in contrarium facientibus, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die ***m*** Iunii 1909.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO CONCILII

NULLIUS CLUNIEN.V

MISSARUM PRO POPULO

DE APPLICATIONE MISSAE PRO POPULO QUOAD CLERUM CASTRENSEM IN HISPANIA.

Die 22 Maii 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Episcopus titularis Sionensis, Praepositus ordinarius pro clero castrensi in Hispania, supplici oblato libello ad S. Congregationem Concilii, exposuit, « castrensem clerum hispanicum, vi dudum « receptae consuetudinis, festis quibusque diebus Missam applicare pro « populo, quum se minime exclusum putet a generali praescriptione, facta « iis qui curae vacant animarum. Verum cum gravi et rationabili dubio « circa praedictam obligationem det locus, tum natura ipsa privilegiatae « iurisdictionis castrensis, tum in clero castrensi defectus canonicae institutionis parochorum, tum demum carentia huiusmodi obligationis in « Bullis institutionis castrensis, Episcopus orator implorat hac de re decla« rationem iuris constitutivam ».

Ex voto alterius ex Consultoribus sequentia perpenduntur:

Tota quaestio ab hoc pendere videtur, utrum scilicet inter parochos aliosque curam animarum gerentes, qui sacrosanctum Missae sacrificium tenentur applicare pro populo, adnumerari debeat clerus etiam castrensis hispanus. Ille, qui primum locum obtinet in clero castrensi, vocatur Capellanus maior, seu Vicarius generalis et Ordinarius (iuxta praescriptiones Clementis XIII in apostolicis litteris anno 1762 ad Carolum III datis), qui est Archiepiscopus Toletanus pro tempore, Patriarcha Indiarum : cui proinde detegantur facultates a Summo Pontifice. Dependentes ab hoc Vicario, ab eoque instructi, subdelegatis facultatibus, clerum castrensem efformant plures presbyteri. Nunc autem Vicarius supremus et Capellanus maior exercitus

et classis Hispaniae est quidem Archiepiscopus Toletanus pro tempore, ast nomine tantum atque honoris causa, quum de facto tota iurisdictio castrensis exercetur ab alio, qui Pro-vicarius generalis appellatur, et inde ab anno 1892 est Episcopus Sionensis. Huic postrema prorogatio facultatum ordinariarum facta fuit a Pio PP. X, ad septennium, vi Brevis *Tuae maiestatis* diei 21 Iulii 1904 ad regem Alphonsum XIII. Idem vero Pro-vicarius habet, per diversas regiones regni Iberici, octo Sub-vicarios seu Tenentes vicarios et plures alios capellanos, a Sub-vicariis immediate dependentes, tum maiores tum minores. Horum autem omnium acceptatio, in proprium munus possessio, attributiones, stipendia, iura, ascensus, privilegia, gratiae, exemptiones, poenae, ipsaque definitiva dimissio aut expulsio pertinent ad Regem vel ad Gubernium; atque ad actum deducuntur per decreta, leges, dispositiones, instructiones, ordinationes organicas, editas a Rege vel a Gubernio, maxime vero a suprema auctoritate militari; cum clerus castrensis iam inde ab anno 1532, scilicet a suis primordiis, exercitui incorporatus fuerit, cum eoque quid unum efficiat.

Eiusmodi clerus usque ad annum 1644 Episcoporum ordinariorum respectivi loci iurisdictioni obnoxius fuit, sicut ceteri aliarum regionum militares cleri; quo anno Innocentius X, per Breve diei 26 Septembris, independentem ab Episcopis ordinariis clerum castrensem hispanicum declaravit, sub rege Philippo IV. Clemens autem XII, per Breve *Quoniam in exercitibus,* die 4 Februarii 1736 Philippo V datum, « Capellano maiori exer« cituum, ab eodem Philippo rege pro tempore deputato », concedebat facultates amplissimas sexdecim paragraphis comprehensas, ad septennium. Numerus autem primus, qui iurisdictionem castrensem immutavit, largitur auctoritatem « administrandi omnia Sacramenta, etiam ea quae nonnisi « per parochialium ecclesiarum rectores ministrari consueverunt, praeter « Confirmationem et Ordinem, reliquasque functiones et munera paro« chialia obeundi ». Attamen, quae ad matrimonium pertinent, speciali exceptioni subiacent: « Quod si ex tempore matrimonium inter personas, quarum « altera militaris sit, seu ad dictos exercitus pertineat, ibique occasione « stationum praefatarum commoretur, altera vero parochi loci subdita repe« riatur, contrahi contingat; eo casu, nec parochus sine sacerdote huiusmodi, « nec vicissim sacerdos sine parocho, celebrationi huiusmodi matrimonii « assistat aut benedictionem impertiatur; sed ambo simul, atque aequaliter, « stolae emolumenta, si quae licite percipi solent, accipiant et inter se « dividant ».

Utrum autem utriusque, parochi scilicet et capellani castrensis, assistentia requiratur tantum ad liceitatem vel etiam ad validitatem Sacramenti, non una est sententia. Nil autem hodie immutatum est, in casu, per recens

decretum *de sponsalibus et matrimonio,* iuxta declarationem huius sacrae Congregationis diei 1 Februarii 1908. Quum autem, quando agitur de Sacramentorum validitate, tutior pars semper sit sequenda, praestat (saltem quoadusque auctoritativa decisio non intervenerit) utriusque, parochi scilicet et capellani castrensis, adsistentiam exigere. Notandum tamen est, huiusmodi restrictionem iuris in parocho esse odiosam, non item vero in capellano castrensi, cuius tunc primum iurisdictio creabatur, ac proinde aliquibus limitibus poterat coarctari absque iuris praeexistentis subtractione.

Quinam vero sint, qui iurisdictioni castrensi subsunt, declaratur a Leone XIII in Brevi ad Alphonsum XII regem misso, sub die 11 Septembris 1883, his verbis: « Quatuor personarum classes Vicariatui generali « subiici, et pro subiectis habendas esse auctoritate apostolica, tenore prae- « sentium, statuimus, decernimus, definimus; ita quidem ut prior classis,ratione « servitii activi militaris, complectatur omnes et singulas personas, quae ad « militiam activam pertinent. Altera servitii eas comprehendat, quae regios « exercitus sequuntur, et iis inserviunt. Tertia, ratione loci, ex illis consti- « tuatur, quae degunt in locis militari imperio subiectis. Quarta denique ex « illis, quae apud ipsum Vicariatum muneribus fungantur. . . . Quod si nihilo- « minus aliquod adhuc oriri dubium contingat, utrum aliqua aut aliquae « personae sint aut non sint castrensi iurisdictioni subiectae..., Maiesta- « tis tuae erit declarare, utrum persona aut personae, super quibus dubium « oritur, in praefatis quatuor classibus comprehendantur, ad hoc ut sint « aut non sint castrensi iurisdictioni subiectae ». Citatum Breve Leonis XIII confirmatum fuit, immo de verbo ad verbum literaliter insertum in ultima septennali prorogatione facultatum castrensium, concessa a Pio PP. X per citatum Breve 21 Iulii 1904: quinimo Sanctitas Sua primam personarum iurisdictioni castrensi subiectarum classem nova additione auxit per haec verba: « Expresse declaramus per praesentes, de[apostolicae Nostrae pote- « statis plenitudine, castrensi iurisdictioni obnoxios omnes et singulos « legitimos virorum militarium filios, qui quavis de causa cum parentibus suis cohabitent, licet, iuxta ^tenorem Hispaniae legis, e minoribus « excesserint ».

Hisce positis, nulla est imponenda obligatio, nisi de ea certo constet, cum materia obligationis sit strictae interpretationis, et, saltem, in obscuris semper minimum est sequendum *(Reg. iurisl30 in VI).* In casu autem, nedum iura sunt obscura, sed absolute tacent. Quare nulla potest adesse obligatio, quae ex definitione Iustiniani nihil aliud est quam iuris vinculum. Iamvero praeceptum divinum applicandi pro populo intimatur a Tridentina synodo *(Sess. 23, cap. 1 de ref ormi)* directe et primario Episcopis, deinde « curatis inferioribus, et aliis quibuscumque qui beneficium aliquod ani-

« marum curam habens obtinent ». Plura item habentur de eodem praecepto SS. RR. Congregationum, maxime vero huius S. C. decreta, et litterae apostolicae; inter quas principem locum obtinent Benedictina Constitutio *Cum* •*semper,* 19 Aug. 1744, et Pii IX *Amantissimi Pastoris,* 3 Maii 1868. Quum igitur tres classes catholici gregis Pastorum praecepto festivo teneantur, videlicet Episcopi, parochi et reliqui beneficium cum cura animarum habentes, videndum utrum inter has classes reperiantur, nec ne, capellani quicumque clerum castrensem hispanum efformant. Atque in primis, praetermisso Capellano maiore, qui Vicarius generalis dicitur tantum ad honorem, sermo occurrit de Pro-vicario, qui est verus Ordinarius totius cleri et iurisdictionis castrensis in Hispania.

Dioecesanus Episcopus, qui actu praeest subditis, potestate ordinaria fruitur universali ad omnia negotia; episcopalis nimirum ordinaria potestas, neque tempore, neque restrictionibus coarctatur, et, servatis servandis, Episcopus est Princeps suae dioecesis. E contra Pro-vicarii castrensis hispani iurisdictio est temporalis, idest septennii spatio definitur; quo transacto, Romanus Pontifex posset eandem iurisdictionem vel diminuere, vel totam penitus subtrahere, eas tantum facultates prorogando, quae sub aliis paragraphis citatorum apostolicorum Brevium indulgentur, quaeque communes esse possunt capellanis militaribus aliarum nationum. Quo etiam dato, Capellanus maior seu Pro-vicarius generalis castrensis adhuc talis permaneret, quamvis potioribus privilegiis diminutus. At si Episcopo dioecesano auctoritas, annorum limitibus, eodem modo circumscriberetur, et deinde amplius non protraheretur, manifeste patet quod Episcopus dioecesanus amplius manere nequiret, atque suum esse, uti talis, omnino amitteret. Praeterea Capellanus maior castrensis haud omnia peragere posse videtur; nam in ipso primo numero Brevis apostolici Clementis XII, iurisdictio ordinaria conceditur utique, sed « praeter Confirmationem et Ordinem ». Quae quidem Sacramentorum collationis limitatio gravissima est, cum sint Confirmatio et Ordo sacramenta proprie episcopalia, maxime Ordo. Et haec consideratio maius pondus accepit ab ultima concessione a Pio PP. X anno 1904 elargita, scilicet « castrensi iurisdictioni « obnoxios (esse) omnes et singulos legitimos virorum militarium filios, « qui quavis de causa cum parentibus suis cohabiten!, licet, iuxta tenorem « Hispaniae legis, e minoribus excesserint ». His Ordinarium castrensem praeesse tamquam subditis, manifestum est; at Ordines et Confirmationem posse administrare haud aeque manifestum est, etiamsi idem Ordinarius episcopali dignitate praefulgeat. Nam hoc ex pontificiis litteris neque expresse neque tacite insinuatur, et ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, maxime in materia Sacramentorum. Praeterquam-

quod deesse eidem Ordinario castrensi videtur causa verae propriaeque ecclesiasticae iurisdictionis, quae oritur vel a Papa, vel a canone seu lege, vel a consuetudine. Iamvero, Ordinarius castrensis quam habet a Summo Pontifice iurisdictionem, limitatam vidimus, et proinde non ordinariam: non habet autem a canone vel consuetudine, quia officium eiusdem non est institutione ecclesiasticum, sed a Rege pro tempore persona Ordinarii castrensis deputatur ex adducto Brevi Clementis XII anno 1736. Eo vel magis quod in controversia, utrum aliqua persona subsit nec ne castrensi iurisdictioni, decisiva sententia spectat non ad Ordinarium castrensem, sed ad Regem hispanum, ex citata dispositione Leonis XIII anno 1883. Quod est inauditum, immo iniuriosum esset de Episcopo aut Ordinario dioecesano. Quum igitur potestas iurisdictionalis Ordinarii castrensis limitibus rerum ac temporis sit restricta, quumque in semetipsa causam verae propriaeque iurisdictionis haud exhibeat, sequitur, eundem Vicarium seu Pro-Vicarium castrensem hispanum haud pollere vera propriaque ecclesiastica iurisdictione, qualem sortiuntur Episcopi ordinarii dioecesani, ac proinde minime comprehendi in prima parte allegatae obligationis Tridentinae. Superfluum autem non videtur innuere, quod non est necesse, Pro-vicarium castrensem Hispaniae Episcopum esse; quum plures praeteriti temporis Ordinarii castrenses episcopali dignitate caruerint.

Quae vero de Ordinario castrensi dicta sunt, de eiusdem potioribus administris, sive Adsessoris, sive Sub-vicarii, sive Tenentis vicarii nomine insignitis, adamussim aptanda sunt. Sunt enim ipsius quasi Vicarii generales, per militares districtus distributi, qui propterea maiore iurisdictione frui non possunt quam ipse Ordinarius castrensis, quia: « nemo plus iuris « ad alium transferre potest, quam sibi competere dignoscatur » *(Reg. iuris 79 in VI).* Neque igitur huiusmodi maiores administri, seu Assessores et Tenentes generales ordinaria proprie sumpta iurisdictione ornati sunt, ac ideo praecepto de applicanda pro populo Missa non vinciuntur.

Sequuntur, in citato loco Tridentino, parochi per verba *curatis inferioribus* indicati. At capellani castrenses hispani non sunt veri parochi. Nam 1.° Paroecia est verum ac proprium beneficium, atque opus habet canonica institutione et possessione. E contra « pei parroci castrensi non « concorrono le circostanze di giurisdizione ordinaria, istituzione canonica, « titolo perpetuo, riscossioni di decime e simili ». - 2.° Paroecia requirit concursum synodalem praeceptum a Concilio Tridentino *(cap. 18, sess. 24 de reform.)*: qui concursus, ut sit legitimus, pluribus iisque rigidis legibus vallatur per decreta S. C. Concilii. Atqui pro clero castrensi statutum est a Clemente XII, esse debere « sacerdotes probos, idoneos per ipsum Capel- « lanum maiorem praevio diligenti ac rigoroso examine repertos ac appro-

« batos, quatenus iam ab aliquo suo Ordinario approbati non essent ». Huiusmodi autem examen idem esse ac concursum synodalem Tridentinum, singulis vicibus praemittendum, nemo certe affirmavit. - 3.° Parochus esse nequit « nisi qui, cum 25 annorum aetatem attigerit, et scientia et « moribus commendatus exsistat » *(cap. Cum in cunctis 7, de elect.).* Nulla autem aetas assignatur muneri castrensi suscipiendo. - 4.° Paroeciam debere esse canonice erectam, maxime vero ad effectum obligationis Missae pro populo, definivit S. C. de Propaganda Fide, die 23 Martii 1863, ad I; et deinde per litteras encyclicas ad Delegatos apostolicos orientales, 3 Novembris 1882. Contra vero clerus castrensis nullas habet paroecias canonice constitutas, et insuper habet subditos milites, qui conditione sua perpetua vagantur atque multitudinem fluxam et ita variantem constituunt, quae utrum esse possit obiectum verae iurisdictionis paroecialis, satis ambigimus. - 5.° Parochus et paroecia aegre concipi possunt absque propria, certa et quidem parochiali ecclesia (Barbosa, *de off. et potest, parochi, part. I, cap. i),* in qua tantum ecclesia et non alibi celebrari debere Missam parochialem, iubet haec sacra C. in *Lucana,* 15 Septembris et 17 Novembris 1629. Ast castrensis clerus ecclesias non habet, sed his capellanis, parochi locorum debent, vigore Brevis citati Clementis XII, templa propria patefacere, ut « Missam... celebrare, ac, in vim earundem facultatum, « Sacramenta etiam parochialia ministrare valeant ». - 6.° Parochi non faciunt fructus suos, nisi resideant, applicent pro populo, concionentur, Officium divinum recitent; et debent pro rata restituere, ex citato loco Concilii Tridentini. Haec autem omnia clero castrensi nemo umquam intimavit, neque in posterum intimare posse putamus; cum v. g. ipsa residentia ad quatuor menses huiusmodi clero valeat dispensari a militari auctoritate, iuxta tenorem regii decreti 5 Iunii 1905. - 7.° Sub eadem poena non faciendi suos, et restituendi fructus, tenentur parochi, intra duos a possessione menses emittere professionem fidei *(cap. 12, sess. 24 de reform.);* dum clerus castrensis edendae professionis obligationem numquam persensit aut cogitavit. - 8.° Parochus est inamovibilis: at « il Pro-vicario generale « castrense, quando lo ritiene necessario, li trasloca da un destino all'altro, « e forzatamente essi debbono cambiare di situazione... In tal modo i par- « roci militari non sono inamovibili ». Tandem ipsa restrictio facultatis, quoad matrimonia contrahenda, haud parvi momenti dubitationem invehit de iurisdictione castrensi, quod non sit parochialis. Necesse enim est, ut singulis vicibus capellanus castrensis iurisdictionem petat, et obtineat, a proprio Tenente vicario.

Neque capellani castrenses considerari debent, ut saltem curam animarum habentes. Nam Tridentina lex *(loc. cit.)* loquitur in hac tertia parte

«de aliis quibuscumque, qui *beneficium aliquod curam animarum habens « obtinent* », et non simpliciter « de aliis quibuscumque, qui curam anima- « rum obtinent ». Et inter duas has enunciationes pergrande intercedit discrimen, quibus confusis, orta esse videtur aequivocatio et dubitatio, quasi isti secundi teneantur ad omnia, quibus obligantur illi primi, et ideo etiam ad applicandum pro populo. Ipse Benedictus XIV, in memorata Constitutione *Cum semper,* non loquitur et definit, nisi de curam habentibus vi beneficii; agit scilicet de applicatione pro populo in Missa *parochiali,* et de applicatione pro benefactoribus in Missa *conventuali* facienda. Iamvero Missa parochialis est propria tantum illorum, qui sunt vere parochi, habentque paroeciam cum ecclesia parochiali; Missa conventualis est propria tantum Capitulorum. Unde praefata Constitutio est solum de beneficiatis et non de aliis; de reliquis autem qui curam animarum detinent sine beneficio, nec verbum habet: ita ut illa dictio « omnibus animarum « curam gerentibus », ibidem expressa, intelligi debeat tantum de parochis, vicariis perpetuis, oeconomis spiritualibus, et non ultra. Quare frustra illa Benedictina Constitutio obiicitur, sicut etiam vane recursus habetur ad encyclicas litteras Pii IX *Amantissimi Pastoris,* die 2 Maii 1868, quae aliae non sunt, nisi declaratio novaque inculcatio Constitutionis Benedictinae.

Quae cum ita sint, superest inquirendum, utrum clerus castrensis sit de numero eorum qui habent beneficium ; nempe utrum capellanía castrensis sit beneficium ecclesiasticum. Quae quidem sola enunciatio ex dictis patet. Etenim in capellanía castrensi ne imago quidem residet ecclesiastici beneficii ; cum sit munus et officium aequiparatum muneribus et officiis militaribus. Deest institutio canonica, possessio, fidei professio, residentia, recitatio divini Officii (quatenus ex officio imposita), desunt ecclesiasticae sanctiones, poenaeque. Ergo nec Missa pro populo adesse potest. « Iura (ad rem ait Suarez, *de Rei., tom. 4, tract. 8, lib. 2, c. 3, n. 7)* « generaliter loquuntur (idest quando non ponuntur particulares disposite tiones, quae in materia nostra desunt) de omnibus dignitatibus ecclesia- « sticis, habentibus curam animarum adnexam ». Ceterum, capellanías castrenses haud considerari tamquam beneficia ecclesiastica, certum est apud Hispanos, etiam v. gr. ex regio decreto 30 Ianuarii 1801 ius fit clero castrensi, post 25, aut 20, aut 15 annos exhibiti muneris, ascendendi ad beneficia ecclesiastica, servitio praestito competentia.

Praeterea in decreto Urbani VIII edito anno 1625, ad IV: « Sacerdotes, « quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu capellae, «legati aut salarii (eleemosynae), si eleemosynas pro aliis etiam Missis « celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfa- « cere ». Radix igitur et ratio obligationis pro applicanda Missa, iuxta cita-

tum decretum est quadruplex, nempe beneficium, capella, legatum, eleemosyna. Atqui nulla ex primis tribus rationibus inest clero castrensi.

Consuetudo contraria, quae *praeter legem est,* decem annorum spatio iam praescripta fuisset, si fuisset constans, universalis, pacifica, et (quod caput est) cum animo obligationis imponendae (Glossa in cap. *Cum tanto 11, de consuetud.).* « Consuetudo (ait S. Thomas, I. 2.ae, q. 97, art. 3), re ipsa « fit lex communitatis approbantis actus repetí tos populi, et inde obliga« tionem imponentis ad eiusmodi actus postea ponendos ». Iam vero, ceteris praetermissis, auctores non desunt, quibus arrisit sententia deobligans capellanos castrenses hispanos ab applicanda Missa, v.gr. Mack, *Tesoro del sacerdote, 12 ediz., pag. 447;* Moran, *Theol, mor., lib. 6, tract. 4, p. 343;* Várela, *Lux canonica, n. 4, tom. 3.* Non inest igitur huic consuetudini, quamtumvis constanti et universali, pacifica possessio, et ideo intentio obligatoria. Immo idem Ordinarius castrensis in supplici libello fatetur, gravia dubia animis capellanorum castrensium alte insidere. Deficientibus itaque consuetudini memoratae necessariis conditionibus a iure requisitis, ipsa consuetudo corruit.

Neque maioris ponderis videtur difficultas a quibusdam obiecta, quod, nempe, si clerus castrensis non obligatur ad Missam pro populo, subditi eiusdem cleri privantur beneficio ab applicatione sancti sacrificii ipsis proveniente. Nam haec in primis non esset ratio sufficiens ad imponendum huiusmodi onus. Deinde innumerabilis exstat fidelium multitudo, qui in regionibus S. C. de Propaganda subiectis, ubi paroeciae non sunt canonice institutae, nullum habent parochum ordinarium, et proinde privantur fructu applicationis pro populo. At quia (ut dicitur) sunt oves Petri, Summus Pontifex pro iis etiam celebrat. Sed non est verum id quod supponitur, scilicet subditi capellanorum castrensium manere absque fructu applicationis pro populo: si enim capellanus castrensis non est eorum ordinarius parochus, est equidem verus eorumdem pastor parochus domicilii; qui applicat pro suo universo populo, qui procul dubio constat ex praesentibus et absentibus suis fidelibus.

Ex altero autem voto, aliunde quaesito, haec eruuntur:

1.° Exsistunt de facto paroeciae militares ; 2.° iurisdictio castrensis est *personalis,* et paroeciae militares, consequenter, accidentaliter tantum quamdam habent iurisdictionem territorialem; 3.° paroeciae castrenses non sunt canonice erectae, neque parochi militares iurisdictionem habent canonicam; sunt insuper amovibiles; 4.° decretum anni 1817 iam cognitum fuit capellanis castrensibus, dubia autem ex litteris encyclicis Pii PP. IX renovata sunt; 5.° Summus Pontifex Pius IX noluit in paroeciis castrensibus considerare conditiones, aliis paroeciis proprias, sed tantummodo

factum curae animarum et necessitatis, in qua versantur praecipue milites, divini implcrandi auxilii.

RESOLUTIO. — Emi Patres S. Congregationis Concilii, in generali coetu diei 22 Maii 1909, ad propositum dubium : *an clerus castrensis in Hispania teneatur Missam pro populo applicare in casu,* respondendum censuerunt : *ex deductis non constare de obligatione.*

Pacta autem in audientia diei 23 eiusdem mensis et anni SSmo relatione, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare dignata est.

L. ✠ S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

S. CONGREGATIO INDICIS

DECRETUM

QUO PROHIBENTUR QUIDAM LIBRI.

Feria II, die 5 Iulii 1909.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium a SSmo Domino nostro Pio PP. X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorundemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio apostolico vaticano die 5 Iulii 1909, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

IOSEPH TURMEL, *Histoire du dogme de lapapauté ; des origines à la fin du IVe siede. Paris, Alphonse Picard et Fils, 1908.*

— *Histoire-du dogme du péché originel. Macon, Protat Frères, 1900.*

— *L' Eschatologie à la fin du IVe siede. Ibid., 1900.*

GUILLAUME HERZOG, *La sainte Vierge dans Vhistoire. Paris, Emile Nourry, 1908.*

ROMOLO MURRI, *Battaglie d'oggi. 4 voi. Roma, Società I. C. di cultura, 1903-4.*

— *Democrazia e cristianesimo ; i principii comuni (Programma della Società nazionale di cultura). Roma, Società nazionale di cultura, 1906.*

— *La vita religiosa nel cristianesimo ; discorsi. Ibid., 1907.*

— *La filosofia nuova e l'enciclica contro il modernismo. Ibid., 1908.*

SOSTENE GELLI, *Psicologia della religione; note ed appunti. Roma, Società nazionale di cultura, 1905.*

FILOSOFIA DELLA FEDE ; *Appunti.* Stampato in Roma, tip. dell'Unione cooperativa editrice, s. a.

FORTUNATO Russo, *La Curia romana nella sua organizzazione e nel suo completo funzionamento ; diritto e psicologia. 2a ediz. Palermo, tip. Gazzetta commerciale, 1908.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

TELESPHORUS SMYTH-VAUDRY decreto S. Congregationis, edito die 4 Ianuarii 1909, quo liber ab eo conscriptus notatus et in Indicem librorum prohibitorum insertus est, laudabiliter se subiecit. Etiam auctores librorum sub pseudonymis LEFRANC et JÉHAN DE BONNEFOY evulgatorum, et ab hac S. Congregatione decretis dierum 11 Decembris 1906 et 4 Ianuarii 1909 prohibitorum, his decretis laudabiliter se subiecerunt.

Quibus SSmo Domino nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae, die 6 Iulii 1909.

F. CARD. SEGNA, *Praefectus.*

L. ^ S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

L

URBIS ET ORBIS

OFFICIUM, MISSA AC ELOGIUM DE S. PAULINO, EPISCOPO NOLANO CONFESSORE, PRO ECCLESIA UNIVERSA.

IN BREVIÀRIO ROMANO

DIE 22 IUNII

IN FESTO S. PAULINI EPISCOPI CONFESSORIS

Duplex.

Omnia de communi Confessoris Pontificis, praeter sequentia:

ORATIO.

Deus, qui omnia pro te in hoc saeculo relinquentibus, centuplum in futuro et vitam aeternam promisisti : concede propitius ; ut, sancti Pontificis Paulini vestigiis inhaerentes, valeamus terrena despicere, et sola coelestia desiderare : Qui vivis et regnas.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

(Ex Brevi Pii Papae X, diei 18 Sept. 1908).

Lectio IV.

Pontius Meropius Anicius Paulinus, anno reparatae salutis trecentesimo quinquagesimo tertio, a clarissima civium romanorum familia, Burdigalae in Aquitania natus, acri fuit ingenio ac moribus suavibus. Ausonio magistro, eloquentiae ac poeseos laude excelluit. Praenobilis ac ditissimus, honorum cursum ingressus, fiorenti aetate, senatoria dignitate potitus est. Dein Italiam petiit consul, et Campaniam provinciam nactus, sedem Nolae statuit. Hic divino lumine tactus,, ob coelestia signa, quae Felicis presbyteri martyris sepulchrum illustrabant, verae Christi fidei, quam iam animo eogitabat, impensius adhaerere coepit. Fasces igitur ac securim nulla caede maculatam deposuit, et reversus in Galliam, variis aerumnis ac magnis terra marique laboribus iactatus, oculo capitur, sed a beato Martino Turonensi Episcopo sanitati restitutus, lustralibus baptismatis aquis a beato Delphino Burdigalensi Antistite abluitur.

Lectio V.

Divitiis quibus abundabat spretis, bona vend.id.it pretiumque pauperibus distribuit, et uxorem linquens Tberasiam, mutata patria, et ruptis vinculis carnis in Hispaniam secessit, venerandam sequutus, ac toto sibi pretiosiorem orbe, Christi pauperiem. Barcinone dum Sacris devote adstaret, solemni die dominicae Nativitatis, repentino admiratae plebis tumultu correptus, ac frustra reluctans, a Lampidio Episcopo presbyter ordinatur. Inde redit in Italiam, et Nolae, quo sancti Felicis religione ductus fuerat, penes illius sepulchrum monasterium condidit, et adscitis sociis, coenobiticam vitam aggreditur. Hic vir iam senatoria et consulari dignitate praeclarus, stultitiam crucis amplexus, toto fere orbe admirante, vili indutus tunica, vigilias inter ac ieiunia, in assidua coelestium rerum contemplatione dies noctesque defixus manebat. Sed, percrescente sanctimoniae fama, ad Nolanum Episcopatum evehitur, atque eodem in pastorali munere obeundo, miranda pietatis, sapientiae, ac potissimum caritatis exempla reliquit.

Lectio VI.

Haec inter, sapientia referta, de religione ac fide pertractantia, ediderat scripta, saepe etiam, numeris indulgens, concinnis carminibus sanctorum acta concelebraverat, summam christiani poetae famam adeptus. Quotquot sanctitate ac doctrina praestantissimi viri eo tempore erant, tot sibi amicitia atque admiratione devinxit. Quamplurimi ad eum, ceu ad christianae perfectionis magistrum, undecumque confluebant. Vastata a Gothis Campania, facultatem omnem, ne relictis quidem sibi rebus ad vitam necessariis, in alendos pauperes et captivos redimendos contulit. Postea vero Vandalis easdem regiones infestantibus, cum ab eo posceret vidua ut filium sibi redimeret ab hostibus captum, consumptis bonis omnibus in officio pietatis, se ipsum pro illo tradit in servitutem, atque in vincula coniectus in Africam rapitur. Tandem, non sine praesenti Dei ope, libertate donatus et Nolam reversus, dilectum ovile bonus pastor revisit : ibique annum agens septuagesimum octavum aetatis suae, placidissimo exitu obdormivit in Domino. Corpus, prope sancti Felicis sepulchrum conditum, postea, Longobardorum tempore, Beneventum, atque, Othone tertio Imperatore, Romam ad Basilicam sancti Bartholomaei ad insulam Tiberinam translatum fuit. Pius vero Papa decimus iussit sacras Paulini exuvias Nolae restitui, et festum ipsius ad ritum duplicem pro universa Ecclesia evexit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio VII.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam *(cap. 12).*

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis : Nolite timere, pusillus grex, quia com placuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia sancti Paulini Episcopi.
(De Gazophylacio).

Potuérat, dilectissimi, Dominus omnipotens aeque universos divites facere, ut nemo indigeret altero ; sed infinitae bonitatis consilio sic paravit misericors et miserator Dominus, ut tuam in illis mentem probet. Fecit miserum, ut agnosceret misericordem; fecit inopem, ut exerceret opulentum. Materia divitiarum tibi est fraterna paupertas, si intelligas super egenum et pauperem, nec tibi tantum habeas quod accepisti, quia ideo et illius partem tibi in hoc saeculo contulit Deus, ut tibi deberet, quod de suis donis tuo voluntario affectu indigentibus obtulisses, ac te vicissim in aeterna die de illius parte ditaret. Per ipsos enim nunc accipit Christus, et tunc pro ipsis rependet.

Lectio VIII.

Refice esurientem animam, et non timebis in die mala ab ira superventura. Beatus enim (inquit), qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberavit eum Dominus. Operare igitur et excole hanc regionem terrae tuae, frater, ut germinet tibi frugem fertilem, plenam adipe frumenti, magno cum foenore centesimum tibi fructum multiplicati seminis afferentem. In huius vel possessionis vel negotiationis appetitum et studium sancta et salutaris est avaritia; nam talis cupiditas, quae regnum coeleste meretur et bonum perenne desiderat, radix bonorum est. Tales igitur divitias concupiscite, et huiusmodi possidete patrimonium, quod in centenos fructus vobis creditor pensitet, ut vestros quoque vobiscum bonis perennibus augeatis haeredes. Possessio enim haec vere magna et pretiosa est, quae possessorem suum non cumulo saeculari onerat, sed reditu ditat aeterno.

Lectio IX.

Verum, dilectissimi, non solum ut bona aeterna quaeratis, sed ut mala innumera vitare mereamini, praesenti sollicitudine et sedula operatione iustitiae providete. Magno enim adiutorio atque praesidio nobis opus est, et multarum atque indeficientium orationum patrociniis indigemus. Adversarius enim noster non quiescit, et in nostrum pervigil nostis interitum obsidet omnes vias nostras. Multae praeterea nobis in hoc saeculo cruces, innumera discrimina, morborum labes, febrium ignes et dolorum tela grassantur in animas, cupiditatum faces accenduntur, ubique praetenti latent laquei, undique stricti horrent gladii, inter insidias et pugnas vita transigitur, et per ignes doloso cineri suppositos ambulamus. Igitur, priusquam in aliquam tantarum aegritudinum labem casu vel merito actus incurras, festina medico susceptus et carus Heri, ut in tempore necessitatis paratum habeas remedium salutis. Aliud est, quando tu solus oras pro te, et aliud quando multitudo pro te apud Deum trepidai

IN MISSALI ROMANO

Missa Sacerdotes, *ut in Missali romano, cum Epistola et Evangelio propriis* **(22** *Iunii), et cum Orationibus sequentibus:*

ORATIO.

Deus, qui omnia pro te in hoc saeculo relinquentibus, centuplum in futuro et vitam aeternam promisisti : concede propitius; ut sancti Pontificis Paulini vestigiis inhaerentes, valeamus terrena despicere, et sola coelestia desiderare : Qui vivis et regnas.

SECRETA.

Da nobis, Domine, perfectae caritatis sacrificium, exemplo sancti Pontificis Paulini, cum altaris oblatione coniungere : et beneficentiae studio sempiternam misericordiam promereri. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO.

Tribue nobis, per haec Sancta, Domine, illum pietatis et humilitatis affectum, quem ex hoc divino fonte hausit sanctus Pontifex tuus Paulinus : et ipsius intercessione, in omnes, qui te deprecantur, gratiae tuae divitias benignus effunde. Per Dominum.

IN MARTYROLOGIO ROMANO

Die ***22*** *Iunii.*

Apud Nolam, Campaniae urbem, natalis beati Paulini, Episcopi et confessoris, qui ex nobilissimo et opulentissimo factus est pro Christo pauper et humilis, et quod supererai, seipsum, pro redimendo viduae filio, quem Vandali, Campania devastata, captivum in Africani abduxerant, in servitutem dedit. Claruit autem, non sqlum eruditione et copiosa vitae sanctitate, sed etiam potentia adversus daemones: cuius praeclaras laudes sancti Ambrosius, Hieronymus, Augustinus et Gregorius scriptis suis celebraran t. *Eius corpus Beneventum, inde Romam translatum, iussu Pii Papae decimi Nolae restitutum fuit.*

DECRETUM

SSrñus Dnus noster Pius Papa X, ex sacrorum Rituum Congregationis consulto,, ac referente infrascripto Cardinali eidem sacro Coetui Praefecto, suprascriptum Officium itemque Orationes proprias, Missae de S. Paulino Episcopo confessore inserendas, necnon verba emendanda in elogio Martyrologii romani, iuxta litteras apostolicas in forma Brevis datas, sub die 18 Septembris anno superiore, in posterum universim adhiberi mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 9 Iunii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £ß S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

II.

ATREBATEN.

DE MISSA IN HONOREM B. M. V. DE " LOURDES „ , DE ORATIONE CONCURRENTIBUS DUOBUS PESTIS DOCTORUM ECCLESIAE IN VESPERIS, DE RESPONSORIA PRIMI NOCTURNI DOMINICAE IMPEDITIS, DEQUE PROTONOTARIO APOSTOLICO AD INSTAR IN PONTIFICALIBUS CELEBRANTE.

Onesimus Machez, ordinatur kalendarii dioecesani, et magister caeremoniarum ecclesiae cathedralis Atrebatensis, a sacra Rituum Congregatione, de licentia sui Episcopi, insequentium dubiorum elucidationem humillime postulavit, nimirum:

L Sacerdos, qui, voto fidelium aut propriae devotioni satisfacturus, celebrat Missam in honorem B. M. V. Immaculatae de *Lourdes,* potestne, diebus non impeditis, secluso indulto apostolico, dicere more votivo Missam propriam Apparitionis (11 Februarii)? - Et quatenus *negative,* debetne sumere Missam festi Conceptionis Immaculatae (8 Decembris) ?

IL Quando, propter translationem, concurrunt in Vesperis duo festa Doctorum Ecclesiae, quorum eadem est Oratio *Deus, qui populo tuo,* numquid, si fiat commemoratio sancti Doctoris Episcopi, potius eligenda est Oratio *Exaudi* de Communi confessorum Pontificum, quae recitatur in festis SS. Leonis, Athanasii ac Basilii magni ?

III. Iuxta rubricas generales Breviarii, tit. xxvn, n. 7, responsoria primi nocturni Dominicae, in qua primo ponuntur, si in Dominica propter festum impediantur, alia die, in Officio feriali, ante alia responsoria recitanda sunt. Cum autem nonnulla initia habeant eadem responsoria, quod evenit exempli gratia pro quatuor libris Regum et duobus Machabaeorum, debetne rubrica sic intelligi, ut quoties reponitur initium uniuscuiusque libri, toties etiam iteranda sint responsoria primi nocturni, non obstante in casu verborum uniformitate?

IV. Protonotarius apostolicus *ad instar* celebrans in Pontificalibus, et Caeremonialis Episcoporum praescriptionibus inhaerere cupiens, i.° debetne in Vesperis albam induere, more Episcoporum, quamvis associatus a presbyteris, non dalmáticas, sed pluvialia gerentibus? 2.° debetne post psalmos eiusdem Officii capitulum ipse cantare ? 3.° similiter in Vesperis, post thurificationem altaris, debetne in cornu epistolae mitram assumens *per breviorem* ad sedem accedere; vel, nudo capite, in medium altaris reversus, descendere, et post reverentiam in plano mitram accipiens, repetere viam per quam eo venerat?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis liturgicae suffragio* omnibus sedulo perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. Quoad primam partem, *affirmative;* et quoad secundam, provisum in prima.

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. *Negative,* et sufficit, ut impedita semel reponantur infra eam hebdomadam, in qua primum de feria fieri contigerit, iuxta rubricas Breviarii, tit. xxvn, n. 7.

Ad IV. Quoad 1.um induat rochetum, amictum, crucem pectoralem et pluviale. Quoad 2.um *affirmative.* Quoad 3.um ad primam partem *negative,* et ad secundam *affirmative,* iuxta Motu-proprio SSmi Dñi nostri Pii Papae X *Inter multiplices,* 21 Februarii 1905, III, 48.

Atque ita rescripsit, die 25 Iunii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ffi S.

f *D.* Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

CAMERACEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno sexto, die 19 Iunii 1909, RR. PP. DD, Guilelmus Sebastianeiii, Ponens, *Seraphinus Many et Franciscus Heiner, Auditores de turno, instante pro appellatione Vinculi defensore Curiae Cameracensis adversus sententiam ab eadem Curia prolatam* nullitatis matrimonii, *inter Ioannem Cordier, repraesentatum per legitimum.procuratorem loachim Antonelli-Costaggini advocatum, et Mariam Nicolle, quae tamen iuridice conventa reposuit, se nihil habere quod deduceret et confidere iustitiae tribunalis; interveniente et disceptante in causa Vinculi defensore ex officio, sequentem tulerunt sententiam.*

Ioannes Cordier, oppidi *Ausbers,* cum coepisset, ineunte an. 1904, frequentare domum propriae sponsae Mariae Nicolle, quae cum parentibus vitam degebat in urbe S. Audomari, in suis, quae habebat cum sponsa, colloquiis, quemdam aerem et foetidum odorem percepisse affirmat ab illa

manantem. Quo propterea pertaesus, voluit ut de hac re medici consulerentur. Consilium idcirco requisitum est doctoris Bachelet, cuius opera iam familia Nicolle utebatur; sed peritissimus medicus de perfecta sanitate Mariae testimonium dedit. At cum iterum ioannes postea eundem odorem in illa persensisset, suae matri manifestavit, se nunquam Mariam Nicolle esse ducturum, nisi per aliam medicam consultationem certior factus esset, sponsam immunem esse ab infirmitate, quae ozaena nuncupatur. Qua de re, Maria Nicolle secundae inspectioni apud doctorem Lavrand se subiiciebat, qui tamen eam ozaenae expertem declaravit. Hoc in causa fuit, ut Ioannes Cordier suas curas animique anxietates circa morbi exsistentiam deponeret, et die 26 Aprilis matrimoniale foedus in maiori ecclesia Audomarensi rite contraheret cum Maria.

Verum postridie a coniugii celebratione et in ipso voluptuario itinere, quod aggressi sunt neo-coniuges, uxor, uti asserit vir, rursus ingratum odorem afflare coepit, adeo ut cogitatum fuit iter arctare, ut Maria novis doctorum consultationibus subiceretur. At non idem fuit peritorum iudicium, qui in diversas abierunt sententias. Rebus sic stantibus, coniugalis vita iam ab initio haud iucunda fuit, et vir duos post menses a contracto matrimonio separationem tori decernit; atque deinde, cum aliquantisper eius uxor ad parentes divertisset, per contnmeliosam epistolam eidem praecepit, ut ad coniugalem domum non amplius reverteretur. Non dubitavit tunc mulier civile adire tribunal, a quo die 23 Februarii 1905 divortii sententiam obtinuit, ob iniurias a marito acceptas. Cogitans interea Ioannes Cordier de suae uxoris morbo, cuius absentiam ut conditionem *sine qua non* dicit apposuisse in matrimonio ineundo, Curiae Cameracensi supplicem misit libellum, ut suum cum Maria Nicolle matrimonium nullum declararetur, ob non impletam conditionem. Ordinarius Cameracensis processum de more instituit, atque sententiam actori favorabilem tulit. Contra hanc sententiam, uti par est, appellationem- interposuit ad S. Sedem Vinculi defensor Cameracensis. Hinc hodie apud hunc sacrum Ordinem novo examini controversia subiicitur, proposito dubio: *an constet de nullitate matrimonii, in casu.*

Ut matrimonium Cordier-Nicolle nulliter contractum fuisse dici possit, tria certo constare deberent: *a)* Mariam Nicolle morbo ozaenae revera laborasse; *b)* Ioannem Cordier huius infirmitatis absentiam tamquam conditionem *sine qua non* matrimonio apposuisse; c) hanc conditionem non fuisse revocatam ante matrimonii celebrationem. At actibus processualibus examinatis, ad primum quod attinet, periti, qui Mariam Nicolle inspexerunt, non in eandem devenerunt sententiam. Etenim doctores Bachelet et La-

vrand, quorum consultationibus, uti dictum est, usa est mulier antequam matrimonium contraheret, eam immunem a praesumpta infirmitate declarunt. Verum est, quod post initas nuptias doctor Lavrand in secunda sua inspectione contrarium tulerit iudicium, asserens, Mariam ozaena aftectam esse. At huic assertioni opponitur omnino declaratio medici Lermoyer, qui in peracta pariter post matrimonium visitatione, nulla symptomata praedicti morbi in Maria invenit, animadvertens, rhinitam atrophicam in illa prorsus abesse, ne sub larvata quidem forma. Consultus etiam fuit doctor Valentin, sed hic, quacumque ductus fuerit ratione, obiecit secretum professionale. Neque medicamina Mariae Nicolle a medicis praescripta proprie ozaenam convincunt; medicorum enim praescriptiones, praeterquam quod plerisque nasi infirmitatibus aptantur, concedi plerumque solent quotiescumque peritorum consilia circa praesumptos etiam tantummodo morbos expostulantur. Cum igitur medici concordes minime fuerint in probatis suis iudiciis, gravissimum dubium exsurgit de infirmitate mulieris; videlicet probatio morbi non certa, sed dubia et ambigua dici debet.

Quod si testes attendere velimus, qui super hac re excussi fuerunt, ad asserendam immunitatem mulieris est potius deveniendum. Nam lulianus Verschaeve, qui tum familiae Nicolle tum ioannis Cordier multa fruebatur amicitia, ex propria scientia sub iuramento deponit: « Pour ce qui « regarde Fodeur en question, je declare ne l'avoir jamáis constatée ni « avant le mariage, ni pendant sa durée ». Idem etiam et ex propria pariter scientia testatur parochus Lesenne. Ceteri vero testes nonnisi a Ioanne exsistentiam ozaenae didicerunt, et post contractum matrimonium. Hi proinde cum non fundentur in directa et propria facti cognitione, veri testes non sunt, nec veram probationem conficiunt.

Cum ex dictis de infirmitate mulieris certo non constet, ad ulteriora iam progredi supervacaneum foret. Verum, etiamsi daretur, Mariam Nicolle hoc morbo laborasse, cum non agatur de qualitate, quae redundet in personam, certe constare deberet, Ioannem hanc qualitatem in suo matrimonio apposuisse tamquam conditionem *sine qua non.* At ex actis id assequi nequit. Iudici enim percunctanti ioannes asseruit, se penitus ignorasse, quid esset matrimonium conditionatum, itemque, se numquam cogitasse, causam nullitatis exinde exsurgere potuisse ex suo conditionato consensu. At, quaeso, an nesciens conditionis valorem, nec etiam possibilitatem conditionem apponendi, ad effectum qui deinde necessario consequitur, potest dici quod matrimonium sub conditione contraxerit? Etenim impedimentum conditionis *sine qua non,* quod est iuris naturalis, unice dependet ab hominis voluntate, et in tantum exsistere dicitur, in quantum aliquo actu positivo ab illa intenditur. Praeterea, quod conditionem praefatam Ioannes

apposuerit non constat, nisi ex ipsius depositione, atque eiusdem famulae testimonio. At domesticorum depositio suspecta censeri debet respectu auctoritatis ac dependentiae; alii autem testes, qui ad sacrum tribunal vocati fuerunt, uti Iulianus Verschaeve, cuius opera Ioannes Mariam Nicolle cognovit et duxit; Franciscus Brisse, et Canonicus Boisleux, qui Ioannem cum Maria matrimonio iunxit, nonnisi post divortium civile certiores facti fuere a Ioanne de conditionato consensu. Si vero verba Ioannis Cordier, prouti a testibus referuntur, rite perpendantur, haec non arguunt positivam atque explicitam voluntatem ponendi conditionem *sine qua non,* a qua penderet matrimonialis consensus in coniugio, sed concludunt solummodo quamdam voluntatem interpretativam, quod scilicet Ioannes Mariae Nicolle numquam nupsisset, si morbo ozaenae eam affectam cognovisset. Sed voluntas interpretativa nequaquam attenditur in valore matrimonii, cum in rerum natura nihil operetur, ne deinceps innumera coniugia in irritum cedant.

Quod si admittere velimus, Ioannem hanc conditionem revera apposuisse, saltem constare deberet, ab apposita conditione eum non recessisse ante matrimonii celebrationem. At contrarium evincitur, primum ex eo quod post consultationem doctoris Lavrand, ante nuptias peractam, ille penitus e corde quemcumque timorem abiecit circa exsistentiam ozaenae, prouti sub iuramento his verbis deponit: «C'est ainsi que j'ai été rassuré, « que j'ai été conduit à me marier quand méme ». Quod concordat cum depositione iurata famulae Lemerre, quae iudici declaravit: « Pour moi, « il s'est marié bien convaincu que la maladie n'existait pas, sans quoi « il ne serait pas marie ».

Hinc cum Ioannis voluntas tota penderet a medica consultatione, ita ut eius propositum esset vel absolute non nubendi, si Maria Nicolle ozaena affecta declarata fuisset, vel e contra pure et simpliciter nubendi, si a morbo immunis fuisset existimata, quamlibet conditionem, si iam antea posita fuerat, a viro retractatam fuisse dicendum est. Quod manifestum ulterius fit ex agendi ratione ipsius Ioannis, qui, non obstante quod, vix celebrato coniugio, rursum foetidum persensisset odorem, matrimonium consummat, per duos menses vitae indulget maritali, propriam uxorem' subiicit novis medicorum consultationibus, per alios tres menses cubiculi separationem inducit, et tantummodo post civile divortium ab uxore obtentum recordatur appositae conditionis, et iudices ecclesiasticos adit, ut nullum declararetur coniugium. Haec agendi ratio gravem praesumptionem inducit, vel ipsum conditionem non apposuisse, vel si apposuerit, ab ea recessisse, antequam nuptiae celebrarentur.

Tandem praeteriri nequit, Pitonium in suis *Disceptationibus ecclesia-*

sticis (part. I, discept. LII, n. 33 ei sq.), contra Pignatelli aliosque, tenere, matrimonium, quod pure et simpliciter coram parocho et testibus celebratur, ab Ecclesia iudicari debere tamquam pure et simpliciter contractum. Etenim, cum coniugium ex Concilio Tridentino in facie Ecclesiae sit celebrandum, quidquid coram ipsa dictum non fuit, censetur non adesse in rerum natura; neque conditio in animo retenta aliquid operatur; praesumendus est enim recessus ab antecedenti tractatu et conventione. Quapropter, confitentes durasse in pristina voluntate, attendendi non sunt, nam verba prolata coram parocho et testibus fuerunt pura ac libera ; alias sacramentum iret in derisum et frustraretur ex pactis privatorum, in facie Ecclesiae non appositis, et, quod magis est, sub pallio matrimonii iniri possent concubinatus.

Haec aequo ac deliberato animo perpendentes, Nos infrascripti Auditores de turno, invocato Christi nomine, pro tribunali sedentes, ac splum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus ac sententiamus, *non constare de nullitate matrimonii initi inter Ioannem Cordier et Mariam Nicolle,* seu proposito dubio, *negative* respondemus, et proinde sententiam a Curia Cameracensi latam infirmamus, et pro infirmata haberi volumus ac declaramus. Ioannem praeterea Cordier in expensas iudiciales condemnamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV de reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede tribunalis sacrae Romanae Rotae, die 19 Iunii 1909.

Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens,*

h. £g S. Seraphinus Many.

Franciscus Heiner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

I.

AD R. P. D. IOSEPHUM BONNEFOY, ARCHIEPISCOPUM AQUENSEM, IN GALLIAE MERIDIONALIS NUPERRIMA CLADE.

Monseigneur,

Le Saint-Pere a été profondément peiné à la nouvelle de la catastrophe, qui vient de frapper le midi de la France, en jetant le deuil et la désolation dans plusieurs départements de toute cette région. Aussi l'auguste Pontife a-t-il pris une part très vive au desastre, qui afflige nombre de Pasteurs avec leurs peuples, et s'est empressé de prier Dieu pour les pauvres victimes, qui ont succombé, et pour Celles, qui survivent dans la douleur. Sa Sainteté me charge enfin de vous faire part, que dans le cas où Elle pourrait vous faire chose agréable en ces tristes circonstances, votre Grandeur n'aurait qu'à F exprimer en toute liberté. J'unis mes sentiments de profonde et cordiale Sympathie, et je vous prie, Monseigneur, d'agréer mes sentiments très dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 16 Juin 1909.

L. ✠ S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

II.

AD PROSPERUM KELLER, PRAESIDEM CONSOCIATIONIS " SOCIÉTÉ GENERALE D'ÉDUCATION ET D'ENSEIGNEMENT „ IN GALLIA.

Monsieur le President,

Le Saint-Pére vous remercie de la noble lettre que vous Lui avez adressée, avec le compte-rendu de l'assemblée annuelle de la Société générale d'éducation et d'enseignement. Sa Sainteté, qui déjà s'était grandement réjouie en vous voyant appelé à succèder à votre illustre pére dans la présidence de cette Société si meritante, n'a pu lire sans une profonde satisfaction le remarquable discours que vous avez prononcé en cette solennelle circonstance. Vos paroles en effet répondent complètement aux pensées et aux désirs du Souverain Pontife, qui est heureux de leur donner sa pleine et entière approbation. Rien ne Lui parait plus opportun et plus

pratique que d'appeler tous les gens de bien à s'unir sur le terrain nettement catholique et religieux, conformément aux directions pontificales.

Ce programme d'action si clair et si fécond, que déjà votre vènere Archevèque a encouragé en termes si éloquents et si autorisés, le Saint-Pére souhaite qu'il soit adopté par tous les bons Franjáis. C'est dans cette esperance, que Sa Sainteté vous accorde de tout cceur, monsieur le President, ainsi qu'à tous les membres de la Société genérale d'éducation et d'enseignement, sa plus affectueuse bénédiction.

Je profite bien volontiers de cette occasion pour vous exprimer, monsieur le President, mes sentiments très dévoués en-Notre-Seigneur.

Rome, le 19 Juin 1909.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

COMMISSIO DE RE BIBLICA

DE CHARACTERE HISTORICO TRIUM PRIORUM CAPITUM GENESEOS.

I. Utrum varia systemata exegetica, quae ad excludendum sensum litteralem historicum trium priorum capitum libri Geneseos excogitata et scientiae fuco propugnata sunt, solido fundamento fulciantur?

Resp. *Negative.*

IT. Utrum non obstantibus indole et forma historica libri Geneseos, peculiari trium priorum capitum inter se et cum sequentibus capitibus nexu, multiplici testimonio Scripturarum tum veteris tum novi Testamenti, unanimi fere sanctorum Patrum sententia ac traditionali sensu, quem, ab israelitico etiam populo transmissum, semper tenuit Ecclesia, doceri possit, praedicta tria capita Geneseos continere non rerum vere gestarum narrationes, quae scilicet obiectivae realitati et historicae veritati respondeant; sed vel fabulosa ex veterum populorum mythologiis et cosmogoniis deprompta et ab auctore sacro, expurgato quovis polytheismi errore, doctrinae monotheisticae accommodata ; vel allegorias et symbola, fundamento obiectivae realitatis destituta, sub historiae specie ad religiosas et philosophicas veritates inculcandas proposita; vel tandem legendas ex parte historicas

et ex parte fictitias ad animorum instructionem et aedificationem libere compositas?

Resp. *Negative* ad utramque partem.

III. Utrum speciatim sensus litteralis historicus vocari in dubium possit, ubi agitur de factis in eisdem capitibus enarratis, quae christianae religionis fundamenta attingunt: uti sunt, inter caetera, rerum universarum creatio a Deo facta in initio temporis; peculiaris creatio hominis; formatio primae mulieris ex primo homine; generis humani unitas; originalis protoparentum felicitas in statu iustitiae, integritatis et immortalitatis; praeceptum a Deo homini datum ad eius obedientiam probandam; divini praecepti, diabolo sub serpentis specie suasore, transgressio; protoparentum deiectio ab illo primaevo innocentiae statu; nec non Reparatoris futuri promissio?

Resp. *Negative.*

IV. Utrum in interpretandis illis horum capitum locis, quos Patres et Doctores diverso modo intellexerunt, quin certi quippiam definitique tradiderint, liceat, salvo Ecclesiae iudicio servataque fidei analogia, eam quam quisque prudenter probaverit, sequi tuerique sententiam?

Resp. *Affirmative.*

V. Utrum omnia et singula, verba videlicet et phrases, quae in praedictis capitibus occurrunt, semper et necessario accipienda sint sensu proprio, ita ut ab eo discedere numquam liceat, etiam cum locutiones ipsae manifesto appareant improprie, seu metaphorice vel anthropomorphice, usurpatae, et sensum proprium vel ratio tenere prohibeat vel necessitas cogat dimittere?

Resp. *Negative.*

VI. Utrum, praesupposito litterali et historico sensu, nonnullorum locorum eorumdem capitum interpretatio allegorica et prophetica, praefulgente sanctorum Patrum et Ecclesiae ipsius exemplo, adhiberi sapienter et utiliter possit?

Resp. *Affirmative.*

VII. Utrum, cum in conscribendo primo Geneseos capite non fuerit sacri auctoris mens intimam adspectabilium rerum constitutionem ordinemque creationis completum scientifico more docere; sed potius suae genti tradere notitiam popularem, prout communis sermo per ea ferebat tempora, sensibus et captui hominum accommodatam, sit in horum interpretatione adamussim semperque investiganda scientifici sermonis proprietas?

Resp. *Negative.*

VIII. Utrum in illa sex dierum denominatione atque distinctione, de

quibus in Geneseos capite primo, sumi possit vox *Yóm* (dies), sive sensu proprio pro die naturali, sive sensu improprio pro quodam temporis spatio, deque huiusmodi quaestione libere inter exegetas disceptare liceat ?

Resp. *Affirmative.*

Die autem 30 Iunii anni 1909, in audientia ambobus Rmis Consultoribus ab actis benigne concessa, Sanctissimus praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 30 Iunii 1909.

Fulcranus Vigouroux, P. S. S.

L. $| S. Laurentius Janssens, O. S. B.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

11 S. Padre, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, si è degnato di promuovere:

27 Giugno 1909. — Mons. Giovanni Fiorentini, parroco in diocesi di Modigliani alla sede cattedrale di *Tricarico.*

30 Giugno. — Mons. Giorgio Guglielmo Mundelein, Cancelliere della Curia di Brooklyn, alla chiesa titolare vescovile di *Lorima,* e ad Ausiliare del Vescovo di Brooklyn;

— Mons. Edmondo Michele Dunne, Cancelliere della Curia di Chicago, alla sede cattedrale di *Peoria;*

— Mons. Adolfo Turchi, Vicario generale dell'archidiocesi di Ancona, alla sede cattedrale di *Caiazzo;*

— Il Rev. D. Saturnino Peri, canonico della metropolitana di Cagliari, alla sede cattedrale di *Cotrone;*

— Il Rev. D. Salvatore Scanu, parroco nella diocesi di Bisarchio, alle sedi cattedrali unite di *S. Marco e Bisignano.*

3 Luglio 1909. — Mons. Giovanni Fedele Battaglia, già Vescovo di Coirà, alle chiesa titolare arcivescovile di *Cizico.*

12 Luglio. — Il Rev. D. Luigi Fantozzi, della congregazione del prezioso Sangue, alla sede cattedrale di *Ver oli;*

— Il Rev. D. Giustino Sanchini, arciprete parroco della Cattedrale di Rimini, alla sede cattedrale di *Città di Castello.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA

8 Giugno 1909. — Presso l'Emo e Rmo Sig. Card. Girolamo Gotti, Ponente, con l'intervento dei Rmi Prelati e Consultori teologi, si è tenuta la congregazione antipreparatoria dei SS. Riti, per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù del ven. servo di Dio, Antonio Maria Gianelli, vescovo di Bobbio, fondatore della congregazione delle Religiose, dette Figlie della Madonna dell'Orto.

CONGREGAZIONE PREPARATORIA

6 Luglio 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali, e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione nuova preparatoria per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù del ven. Francesco Maria Paolo Libermann, fondatore della congregazione del S. Cuore di Maria.

SACRA PENITENZIER1A

NOMINA

Il S. Padre, con biglietto dell' Emo Cardinale Penitenziere Maggiore, si è degnato di nominare:

18 Giugno 1909. — 11 Rev. P. Guglielmo Arendt, S. I., Teologo della sacra Penitenzieria.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium:

22 Giugno 1909. — Il Rev. D. Giuseppe Martinière, Vicario generale della diocesi di Dallas.

30 Giugno. — Mons. Paolo Dattola, Vicario capitolare dell'archidiocesi di Reggio Calabria.

Prelati domestici :

21 Giugno 1909. — Il Rev. D. Alessandro Giesswein, Canonico della Cattedrale di Giavarino;

— Il Rev. D. Giuseppe Pospisit, Canonico della Cattedrale di Brünn.

22 Giugno — Il Rev. D. Giuseppe Blum, Decano e rettore a Sherman in diocesi di Dallas;

— Il Rev. D. Luigi Granger, Decano a Marshèll nella medesima diocesi.

23 Giugno. — Mons. Mariano Ugolini, Sotto-archivista della S. Sede.

26 Giugno. — Mons. Antonio Perathoner, Uditore della S. R. Rota per FAustria-Ungheria;

— Il Rev. Can. Giuseppe Fogués'y Cogollos, Segretario di camera e governo del vescovado di Coria;

— Il Rev. D. Giuseppe Maria Serio, Segretario del Consiglio centrale del-FOpera della S. Infanzia nell'archidiocesi di Napoli.

30 Giugno. — Mons. Giovanni Mac Carthy, Vicario foraneo, e rettore della chiesa di S. Giovanni B. in Fresno, diocesi di Monterey-Los-Angeles (California) ;

— Il Rev. D. Luigi Polanco, Canonico della Cattedrale di Lima;

— Il Rev. D. Giacomo Tovar, Canonico della medesima Cattedrale;

— Il Rev. D. Carlo Garcia Trigoyen, Canonico della medesima Cattedrale.

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

28 Giugno 1909. — S. E. Riña il Sig. Card. Ottavio Cagiano de Azevedo, Protettore dell'Istituto delle Suore Francescane della famiglia di Maria.

29 Giugno. — S. E. Rma il Sig. Card. Pietro Respighi, Protettore dell' Arciconfraternita dei SS. Angeli Custodi in Roma.

11 Giugno. — Il Rev. P. Leopoldo Fonck S. I., Professore di sacra Scrittura, Preside del pontificio Istituto Biblico.

28 Giugno. — Francesco Vagni, Segretario di seconda classe di Nunziatura, destinato all' Internunziatura del Chile.

ONORIFICENZE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

4 Luglio 1909. -j A S. E. Galib Pacha, Ambasciatore straordinario di S. M. I. il Sultano presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell"Ordine di S. Gregorio magno:

26 Giugno 1909. — Al Sig. Alberto Fejo da Rocha, Visconte della Torre, Segretario generale degli affari ecclesiastici nel Portogallo.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro:

4 Luglio 1909. — A S. E. Emin Effendi, Inviato straordinario di S. M. **I.** il Sultano presso la Santa Sede.

La Commenda Piana:

30 Giugno 1909. — Al Sig. Conte Carlo du Laurent, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro :

1 Luglio 1909. — Al Sig. Cav. Giuseppe Langeli.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe civile:

22 Giugno 1909. — Al Sig. Sigismondo Nentwig, dell'archidiocesi di Vienna.

25 Giugno. — Al Sig. Alberto Arnoldo Giovanni Margry, Direttore della Gioventù cattolica di Rotterdam in diocesi di Haarlem.

26 Giugno. — Al Sig. Bertram C. A. Windle, Presidente del Collegio della Regina in diocesi di Cork (Irlanda).

30 Giugno. — AI Sig. Giovanni Tommaso Trumble, di Londra.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro:

1 Luglio 1909. — Al Sig. Alessandro Cremonesi, Consigliere della Società romana per gl'interessi cattolici.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare :

Camerieri segreti soprannumerari:

25 Giugno 1909. — TI Rev. D. Gulielmo J. White, Rettore della chiesa della Visitazione in Brooklyn;

— Il Rev. D. Edoardo J. M. Goldrick, Rettore della chiesa di S. Cecilia in Brooklyn;

— Il Rev. D. Pietro Pomarez, Canonico della chiesa arcivescovile di Ancona.

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario:

25 Giugno 1909. — Il Sig. Geraldo Marco Borden, dell'archidiocesi di New-York.

Cameriere d'onore in abito paonazzo :

25 Giugno 1909. — Il Rev. D. Edoardo Lancelle, dell'archidiocesi di Cambrai.

NECROLOGIO

21 Febbraio 1909. — Mons. Giovanni Lodovico Vey, Vicario Apostolico del Siam e Vescovo titolare di Gerasa.

26 Marzo 1909. — Mons. Giuseppe Adolfo Gandy, Arcivescovo di Pondichery.

12 Maggio 1909. — Mons. Domenico Marengo, Arcivescovo di Smirne.

3 Luglio 1909. — Mons. Rodesindo de La Lastra, Vescovo di Paraná.

Annus I. - Vol. I. Die 1 Augusti 1909. Num. 14.

AGTOPOSTOPAÍ^EIÍ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

ECCLESIA S. IUSTINAE VIRGINIS ET MARTYRIS IN CIVITATE PATAVINA EVEHITUR AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Neminem latet inter sanctiores illustrioresque catholici orbis ecclesias, iure meritoque esse accensendum celeberrimum templum, quod in honorem sanctae Iustinae virginis et martyris extat Patavii, et ab immemorabili, sicut constat ex scriptis atque a populari traditione, basilicae titulo gaudet. Etenim eadem ecclesia tum structurae praestantia, tum artium monumentis, tum religiosis thesauris quibus pollet, digna habita fuit quae, inter ampliores mundi basilicas inscripta, undecimum obtineret in vaticano templo locum. Haec etiam ecclesia, historicis memoriis summopere insignis, merito potest incunabulum catholicae fidei in civitate Patavina appellari. Eadem perillustribus ornatur Sanctorum exuviis, quas inter sunt corpora sancti Prosdocimi, primi Antistitis Patavini ac discipuli sancti Petri apostoli, sancti Mathiae apostoli, sancti Lucae evangelistae, et sanctae Iustinae virginis et martyris Patavinae, itemque innumerorum Sanctorum memoria nobilitatur, quorum lypsana congesta iacent in coemeterio sive puteo sanctorum Martyrum, qui Christi fidem effuso sanguine asseruerunt. Denique meminisse iuvat extare in eodem templo Constantinopolitanae Virginis sacellum, sic appellatum ab imagine Deiparae, quam divinitus servatam ab incendio iconoclastarum divus Urius presbyter Constantinopoli adduxit Patavium, et quam antiqua civium religione spectatam, nuper die xxni elapsi mensis Maii S. R. E. Cardinalis Cavallari, Venetiarum

Patriarcha, ad hoc per Nos delegatus, universo adstante Veneto Episcopatu, "solemni ritu diademate auxit. Haec quidem animo repetentes libentissime excepimus exhibitas Nobis preces ab Antistite Patavino, quibus idem Episcopus Nos flagitábat, ut perillustri illi templo, basilicae minoris titulum apostolica auctoritate addere dignaremur. Quare ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, ecclesiam sanctae Iustinae virginis et martyris in Patavina civitate sitam, basilicam minorem declaramus, constituimus, illique honores omnes, facultates ac praerogativas concedimus, quae minoribus almae huius Urbis basilicis de iure competunt. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si seGus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xxv Iunii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

IL

INDULGENTIA CONCEDITUR RECITANTIBUS IACULATORIAM PRECEM IN HONOREM SS. SACRAMENTI.

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Nobis ex nativo supremi Apostolatus officio, nihil antiquius sit, quam, ut fidelium pietas erga Sacramentum divini amoris magis ac magis amplificetur, pias preces quae christianorum animos excitant, ad tantum Mysterium rite recolendum, coelestium munerum, quorum dispensationem Altissimus Nobis concredidit, accessione pro re ac tempore locupletare satagimus. Hoc ducti consilio, de apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, universis christifidelibus ex utroque sexu, qui ubique terrarum, et quocumque idiomate, dummodo versio fidelis sit, contrito saltem corde ac devote sequentem iacula-

tori am precem recitent: *O Iesu in sanctissimo Sacramento, miserere nobis,* quoties id agant, toties-in forma Ecclesiae consueta, de numero poenalium dierum centum expungimus. Porro largimur fidelibus ipsis, si malint liceat, partiali eadem indulgentia functorum vita labes poenasque expiare. Praesentibus perpetuo valituris. Sed praecipimus ut authenticum praesentium litterarum exemplar transmittatur ad S. S; Officii Congregationem, secus praesentes nullae sint: simulque ut praesentium litterarum exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die vi Iulii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. *f$* S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

S. CONGREGATIO S. OFFICII

I.

INDULGENTIA ADNECTITUR CUIDAM ORATIUNCULAE AD IESUM.

Die 1 Iulii 1909.

SSmus D. N. D. Pius div. prov. PP. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, universis christifidelibus sequentem oratiunculam *Iesu Christe, Fili Dei vivi, lux mundi, te adoro, tibi vivo, tibi morior. Amen,* corde saltem contritis ac devote recitantibus, indulgentiam centum dierum, semel in die lucrandam, defunctis quoque adplicabilem, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L.HBS. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

II.

INDULGENTIA CONCEDITUR RECITANTIBUS QUANDAM ORATIONEM PRO CONVERSIONE IMPERII IAPONENSIS.

Die 8 Iulii 1909.

Sanctissimus D. N. D. Pius div. prov. PP. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque adplicabilem atque semel in die lucrandam, benigne concessit universis christifidelibus corde saltem contrito ac devote recitantibus sequentem orationem pro conversione Imperii Iaponensis : *O Maria, fulgida Stella matutina, quae iam primum terris apparens, proximum Solis iustitiae et veritatis ortum significasti, Imperii Iaponensis civibus suaviter illucescere dignare, ut mox discussis mentium tenebris, Lucis aeternae Candorem, Filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum fideliter agnoscant. Amen.* Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. S. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

ROMANA

DE COMPETENTIA CIRCA COMPOSITIONES ECCLESIASTICAS.

Die 8 Iulii 1909.

In Congregatione generali, die 8 Iulii 1909 habita, propositum fuit etiam sequens dubium: *Utrum facultas admittendi ad compositionem eos, qui bona ecclesiastica quaecumque occuparunt, aut detinent, privative tribuenda sit sacrae Congregationi Concilii, an potius, quando agitur de bonis ad Ordines aut religiosas familias pertinentibus, eadem facultas reservanda sit sacrae Congregationi de Religiosis.*

Hac super re rogatus fuit de suo voto unus ex Consultoribus, qui, inter alia, animadvertit, Ecclesiam in concedendis compositionibus inten-

dere primario, quo consulat conscientiae ac spirituali fidelium saluti, et, nonnisi secundario, bono temporali piarum causarum, ecclesiarum et Ordinum religiosorum, quibus bona ipsa spectant; harum autem causarum iuribus satis provideri ex eo quod compositio non conceditur, nisi requisito singulis vicibus ipsarum consensu, eoque ab ipsis concesso vel saltem a SSmo suppleto.

His aliisque sedulo perpensis, Emi Patres sacrae Congregationis Consistorialis supra relato dubio respondendum censuerunt: *affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Facta vero insequenti die relatione SSmo, ipse memoratam resolutionem ratam habuit et confirmavit.

L. S. Carolus Perosi, *Substitutus.*

II.

Ut infra relatum decretum SS. Rituum Congregationis *de usu linguae slavonicae in sacra liturgia* omnibus pateat, atque ab omnibus, ad quos spectat, praesertim ecclesiasticis utriusque cleri viris, quocumque sublato praetextu, sancte religioseque sub gravi obedientiae vinculo observetur, sacra Congregatio Consistorialis de speciali mandato SSmi D. N. Pii Papae X illud inserendum iubet in *Commentario Officiali de Apostolicae Sedis actis.*

Datum Romae ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die ***m*** Iulii 1909.

L. S. Carolus Perosi, *Substitutus.*

DECRETUM

DE USU LINGUAE SLAVONICAE IN SACRA LITURGIA.

Acres de liturgico palaeoslavi seu glagolitici sermonis usu controversias, quae diu iam in provinciis Goritiensi, Iadrensi et Zagrabiensi dioeceses plures commoverunt, compositas atque adeo sublatas omnino esse oportuit, post ea quae sacrum hoc Consilium itemque illud extraordinariis Ecclesiae negotiis praepositum, Pontificis Maximi nomine et auctoritate, decreverat. Sed tamen nondum ipsas conquievisse dolendum est; siquidem hic sermo etiamnunc multifariam contra praescriptum usurpatur in perfunctione sacrorum ; id quod non modo magnam affert et admirationem et offensionem pietati publicae, verum, cum gravi etiam caritatis pacisque

christianae detrimento, Christi fideles fidelibus, vel intra domesticos parietes, hostiles facit.

Tanta obtemperationis debitae oblivio quantae sit aegritudini SSmo D. N. Pio PP. X, facile aestimari potest; isque, apostolici officii sui esse intelligens, huiusmodi controversiis imponere finem, nuper huic sacrae Congregationi mandavit, ut, datis ad Rmos Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios ceteros provinciarum memoratarum litteris, quaecumque decreto diei 5 Augusti 1898 aliisque deinceps praescripta fuissent, omnia, nonnullis opportune mutatis, revocaret, eaque sancte inviolateque, onerata ipsorum Antistitum conscientia, observari iuberet.

Primum igitur, quum eo ipso decreto cautum fuerit, ut Ordinarii singuli indicem conficerent atque exhiberent omnium suae dioecesis ecclesiarum, quas certum esset privilegio linguae glagoliticae in praesens uti; quumque ei praescriptioni satisfactum non sit, quippe talis index, licet studiose expetitus, desideratur tamen adhuc, eumdem sacra haec Congregatio praecipit ut Ordinarii omnes intra mensem Iulium anni proximi Apostolicae Sedi exhibeant, his quidem legibus confectum:

ut eae dumtaxat ecclesiae, tamquam hoc privilegio auctae, notentur, in quibus non coniectura aliqua sed certis monumentis ac testibus constiterit, linguam glagoliticam ab anno 1868 ad praesens tempus sine intermissione in sacris peragendis adhibitam esse;

ut, eiusdem privilegii nomine, nullae istis adscribantur ecclesiae, ubi in solemnibus Missis latina lingua celebrandis Epistolam et Evangelium cantari glagolitice mos fuerit, eoque minus ubi ista sermone croatico vulgari canantur.

Praeterea sacra haec Congregatio, quae infra scripta sunt, approbante item Summo Pontifice, religiosissime observanda edicit:

I. Quandoquidem Apostolica Sedes de usu glagoliticae linguae liturgico opportunum factu censuit, certis terminare finibus quod olim indulserat, usus huiusmodi considerari et haberi ab omnibus debet ut privilegium *locale,* quibusdam adhaerens ecclesiis, minime vero ut *personale,* quod ad nonnullos sacerdotes pertineat. Quamobrem sacerdotes, qui palaeoslavicae dictionis periti sint, eam adhibere non poterunt, Sacrum facientes in ecclesia, quae hoc privilegio careat.

IL Semel confecto et publicato ecclesiarum privilegiatarum indice, nulli prorsus licebit in aliis ecclesiis, quacumque causa aut praetextu, linguam palaeoslavicam in sacram liturgiam inducere. Si quis vero, saecularis aut regularis sacerdos, secus fecerit, aut id attentaverit, ipso facto a celebratione Missae ceterorumque sacrorum suspensus maneat, donec ab Apostolica Sede veniam impetrabit.

III. In ecclesiis, quae privilegio fruuntur, Sacrum facere et Officium persolvere publica et solemni ratione, permissum exclusive erit palaeoslavico idiomate, quacumque seclusa alterius linguae immixtione, salvis tamen praescriptis ad § XI huius decreti. Libri autem ad Sacra et ad Officium adhibendi characteribus glagoliticis sint excusi atque ab Apostolica Sede recogniti et approbati : alii quicumque libri liturgici, vel alio impressi charactere, vel absque approbatione Sanctae Sedis, vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubicumque populus sacerdoti celebranti respondere solet, aut nonnullas Missae partes canere, id etiam nonnisi lingua palaeoslavica, in ecclesiis privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat, poterit Ordinarius, fidelibus exclusive permittere usum manualis libri latinis characteribus, loco glagoliticorum, exarati.

V. In praefatis ecclesiis, quae concessione linguae palaeoslavicae indubitanter fruuntur, Rituale, slavico idiomate impressum, adhiberi poterit in Sacramentorum et Sacramentalium administratione, dummodo illud fuerit ab Apostolica Sede recognitum et approbatum.

VI. Sedulo curent Episcopi in suis Seminariis studium provehere cum latinae linguae, tum palaeoslavicae, ita ut cuique dioecesi necessarii sacerdotes praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante ordinationem sacram, designare clericos, qui latinis vel qui palaeoslavicis ecclesiis destinentur, explorata in antecessum promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat ecclesiae necessitas.

VIII. Si quis sacerdos, addictus ecclesiae, ubi latina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire, quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio, Missam solemnem ibi celebrare Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica : attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere latina lingua.

Sacerdos vero, palaeoslavici idiomatis ecclesiae adscriptus, cui forte latinae ecclesiae deservire contigerit, non solemnem tantummodo, sed privatam etiam Missam celebrare itemque Horas canere tenebitur latina lingua; relicta illi solum facultate Officium privatim persolvendi glagolitice.

IX. Licebit pariter sacerdotibus, latini eloquii ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia, quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latino idiomate. Sacerdotes vero, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem hoc idiomate ne privatum quidem Sacrum facere poterunt in ecclesiis, ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit in Missa solemni Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorumdem cantum latino ecclesiae ipsius idiomate absolutum, huiusmodi praxis servari poterit. In Missis autem parochialibus

fas erit post Evangelii recitationem illud perlegere vulgari idiomate^ ad pastoralem fidelium instructionem.

XI. In ipsis paroeciis, ubi viget linguae palaeoslavicae privilegium, si quis fidelis ostenderit se cupere aut velle, ut Baptismus vel Sacramenta cetera, Matrimonio non excepto, sibi suisve administrentur secundum Rituale romanum latinum, et quidem publice, eademque lingua habeantur rituales preces in sepultura mortuorum, huic desiderio aut voluntati districte prohibentur sacerdotes ullo pacto obsistere.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus quae stricte liturgicae non sunt, lingua slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fidelium commodum et utilitatem, servatis tamen generalibus decretis huius sacrae Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum, ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum et hymnorum, quibus populus indulget in propria ecclesia: ad hoc ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel paroeciam, in nullam offendant precationum aut canticorum, diversitatem.

XIV. Pii libri, in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum, *ad usum tantummodo privatum christifidelium,* ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Datum Romae ex Secretaria sacrorum Rituum Congregationis, die 18 Decembris anno 1906.

S. CARD. CRETONI, *S. R. G. Praefectus.*

L. % S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., & *B. G. Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

L

DECRETUM

QUO ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA SUB TITULO MAGNI NAMAQUALAND.

In generalibus comitiis huius S. Congregationis de Propaganda Fide, habitis die 28 superioris mensis Iunii, examini subiecta fuit postulatio Rmi Vicarii apostolici Fluminis Orange in Africa australi, ut territorium dictum *Grand Namaqualand,* ditioni Imperii Germanici subiectum et suo Vicariatui adnexum, ab hoc seiungeretur et in independentem Praefecturam apostolicam erigeretur. Confinia autem praefati territorii haec sunt, nempe: ad Septentrionem gradus 23 latitudinis australis, ea lege ut civitas *Rehoboth* cum suo territorio ad novam pertineat Missionem; ad Orientem gradus 20 longitudinis orientalis *Greenwich;* ad Occidentem Oceanus; et ad Meridiem flumen *Orange.* Porro Emi Patres, re mature perpensa, censuerunt supplicandum Summo Pontifici, ut praefata regio, limitibus supra descriptis, in Praefecturam apostolicam sub titulo Magni Namaqualand erigatur, curisque missionariorum Instituti Oblatorum S. Francisci Salesii concredita servetur.

Quam Emorum Patrum sententiam per infrascriptum huius S. Congregationis Secretarium, in audientia hesterna die habita, SSmo D. N. Pio div. prov. PP. X relatam, Sanctitas Sua benigne adprobare ratamque habere dignata est, praesensque ad id S. Congregationis decretum confici mandavit.

Datum Romae ex aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 7 Iulii 1909.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. £g S.

Aloisius Veccia, *Secretarius.*

II.

DECRETUM

QUO VICARIATUI APOSTOLICO FLUMINIS ORANGE ADDUNTUR QUATUOR DISTRICTUS.

Cum in generalibus comitiis huius S. Congregationis de Propaganda Fide, habitis die 28 superioris mensis Iunii, Emi Patres statuissent, regionem dictam *Grand Namaqualand* separandam esse a Vicariatu apostolico Flu-

minis Orange et in Praefecturam apostolicam independentem erigendam: simul censuerunt, addendos esse praefato Vicariatui Fluminis Orange sequentes quatuor Districtus: nempe Kenhardt, Van Rhyns Dorp et Fraserburg, qui pertinent ad Vicariatum apostolicum Districtus occidentalis Promontorii Bonae Spei, et Gordonia, qui pertinet ad Vicariatum apostolicum de Kimberley in Orangia.

Quam Emorum Patrum sententiam per infrascriptum huius S. Congregationis Secretarium, in audientia hesterni diei, SSmo D. N. Pio div. prov. PP. X relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est: praesensque ad id sacrae Congregationis decretum confici mandavit.

Datum Romae ex aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 7 Iulii 1909.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. j$j S.

Aloisius Veccia, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

RUBRICA ADDENDA IN MISSALI ROMANO.

Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V.

Si hac Dominica occurrat festum nobilius, eo anno festum SSmi Nominis Mariae celebretur die duodecima Septembris, tamquam in sede propria: sicubi vero die duodecima occurrat festum nobilius, festum SSmi Nominis Mariae transferatur in primam diem liberam iuxta Rubricas.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptam Rubricam inserendam Missali romano benigne approbare dignatus est. Die 14 Iulii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £& S.

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

ALEXANDRINA

EXPENSARUM IUDICIALIUM

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno sexto, die 14 Iunii 1909, BR. PP. DD. Michael Lega Decanus, Ponens, *Gustavus Persiani et Constantinus Contini- Riccardi, Auditores de turno, in causa* Alexandrina-Expensarum iudicialium, *inter Curiam Alexandrinum appellantem, repraesentatam per procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, ex una parte, et ex altera Alexandrum Cavalchini Garofoli baronem appellatum, repraesentatum per procuratorem Angelum D'Alessandri advocatum, sequentem definitivam tulerunt sententiam. ..*

In causa *Alexandrina-Iurispatronatus,* hic S. O., die 15 Martii currentis anni, ad dubium : *an constet de iuspatronatus favore baronis Cavalchini Garofoli, ita ut eidem praeiudicatum fuerit per decretum Episcopi Alexandrini in casu,* rescribere censuit: *constare de iurepatronatus favore baronis Cavalchini in casu, eidemque praeiudicatum fuisse per decretum Episcopi Alexandrini. Victum praeterea victor i in expensis condemnamus,* etc. Ab hac sententia Curia Alexandrina appellationem interposuit; attamen non integram sententiam per appellationem petiit infirmari, sed tantum quoad condemnationem expensarum; unde haec concordata fuit dubii formula pro praesenti actione: *An sententia rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, quoad condemnationem expensarum in casu.*

In solutionem huius quaestionis perpenderunt RR. Patres, de iure communi expensas iudiciales consideratas fuisse uti poenas temere litigantium et has, generali regula, sustineri a victo, seu victum victori in expensis condemnandum esse, quia victus praesumitur non habuisse iustam et legitimam litigandi causam, nisi revera probetur iustis et legitimis de rationibus litem instaurasse. Leg. *Eum quem temere 79, ff. de iudiciis ;* Leg. *Properandum 13, § 6,* Cod., *de iudic;* Instit., *de poena temere litig., %lin fin.,* ita ex iure civili romano, quod firmavit ius canonicum, cap. *Finem litibus 5, de dolo et contum.;* cap. *Contumax, de poenis.* Ad rem Leurenius *(For. eccles., tit. 27, lib. II, q. 994 sq.)* tradit: « Temere litigare dicitur, non qui « dolo et malitia, ut calumniatores solent, sed qui imprudenter et incon-

« sulto, hoc est, non adhibita diligentia, sine praevio causae examine con- « silioque, adversario litem movent, vel ab eo motam sibi suscipiunt ». Et Reiffenstuel *(Ius can. univ., tit. 27, lib. II, n. 180)* docet: « Tametsi autem «quaenam sint iustae causae litigandi et a refusione expensarum excu- « santes, neque in iure expressum, neque generali regula a doctoribus defi- « nitum sit; adeoque id relinquendum iudicis prudentiae et arbitrio, ex « causarum et personarum in iudicio victarum qualitatibus diiudicandum; « enumerantur tamen ab Abbate, *loc. cit., n. 25;* Menochio, *n. 2* et aliis « passim earum causarum plures, v. g. primo dum litigans habuit pro se « doctoris alicuius classici alteriusve iuris periti excellentis sententiam, « saltem ubi ea verisimili ratione nititur, et torrenti aliorum auctorum non « obluctetur ». Conveniunt in eandem sententiam Schmalzgrueber *eodem tit. 27, lib. II, n. 121 sq.;* Bouix, *de iudiciis, lib. II, pag. 242;* De Angelis, *Praelect. iur. can., lib. Il, tit. 27, de expensis.*

Haec de iure communi; nam de stilo huius S. T. contraria obtinuit regula, nempe *victum* semper condemnari *victori* in *expensis,* uti testatur De Luca, *Relat. Cur., disc. 32,* referens *n. 103:* « Condemnat semper in expensis « victum, non reflectendo ad distinctionem, quae desuper per doctores « traditur, per iustam et iniustam litigandi causam ». Quem stilum idem De Luca improbat, *de iudic, disc 39, n. 11,* scribens : « Mihi vero nunquam « placuit iste stilus circa expensas, quoniam cum revera ista sit species « poenae, hinc irrationabiliter videtur ut ei subiacere debeat ille, qui nul- « latenus delinquens vel criminosus dici potest; quodque aequalis debeat « esse conditio iniuste ac temere litigantis, et eius qui ex iusta causa, « agendo vel excipiendo, sua iura tueri curavit ». Quin vero recenseamus innumeras decisiones, quibus ista regula firmatur, iuvat referre *decis. 270, part.XVI,* ubi, *n, 2 sq.,* legitur: « . . . . atque condemnatione secuta in qua- « tuor dictis sententiis, omnino debentur a victo (expensae iudiciales), et « sunt reficiendae actori per test, in Leg. *Properandum* etc . . . . . . Haecque «procedunt indistincte, sive victus habuerit causam legitimam et iustam « litigandi, sive non, de stilo quem observat Rota, et constat ex *decis. 246, « lib. H* coram Picteo (iuxta impressionem venetam) ; ex *decis. 136* coram « Varallo ; ex *decis. 74* coram Celso etc. ». Verum adverti debet, quod refi- ciebantur tantum expensae quas, uti ait De Luca, *disc. 32 cit., vivas appel- lamus,* consistentes in registris, citationibus, notis sententiarum et similibus; uti explicat *decis. 583 inter Recent., part. XVIII, tom. 2;* quocirca non com- prehendebantur propinae, uti refert etiam De Luca, *disc. 32 cit.,* nec hono- raria, *saltem integra,* advocatorum et procuratorum, quae dicebantur expensae extraiudiciales. Inquam *saltem integra;* nam aliqua pars hono- rariorum in sacra Rota reficiebatur, uti patet ex *decis. 168, n. 8, part. IX,*

tom. I. Et De Luca, *de iudic, disc. 39 cit., n. 17:* «. . . . atque appellantur « expensae *vivae,* factae scilicet pro actis iudicialibus tantum; istae solum « veniunt in huiusmodi condemnatione. . . .; non autem aliae longe maio- « res, quas litigantes pati oportet in advocatis, procuratoribus, sollicitato- « ribus, agentibus, copistis, muneribus etiam licitis et solitis et similibus; « atque respectu advocatorum et procuratorum ac copistarum in Rota « solum habetur stilus decernendi quamdam modicam summam scutatorum « decem pro qualibet instantia ».

Nihilominus praestat hic recolere, S. Rotae constantem omni tempore fuisse stilum dirimendi causas ex aequitate, potius quam ex stricto iure, temperando scilicet iuris rigorem et causas dirimendo *arbitrio boni viri.* Hinc etiam quoad expensas iudiciales, raro tamen, sed ex gravissima aequitatis ratione, rigorem iuris temperavit, vel expensas compensando, vel dimidiando, vel ratam tantummodo partem victori refici statuendo, uti evincitur ex *decis. 82, n. 5, part. XVII,* imo ipsum victorem condemnabat in expensis, si, qui obtinuit sententiam favorabilem, convincitur de fraude et mendacio, producendo ad ultimum nova documenta, ita ex *cit. decis. 82,* et notat Ridulphinus, *Praxis iud., part. I, cap. 13, n. 609,* citans *decis. 750, part. I.*

Neque ab hoc stilo, aequitati innixo, deflexit hic O. postremis hisce temporibus, quum a. 1834 editus est *Codex Gregorianus,* seu *Regolamento legislativo e giudiziale per gli affari civili, .emanato dalla Santità di N. S. Gregorio Papa XVI,* in quo vieti conditio, quoad expensas iudiciales, peior reddebatur, per § *605* statuentem: « Ogni sentenza definitiva condannerà « il soccombente alle spese », et in § *1173* declaratur: « Sotto il nome di « spese si comprendono anche gli onorari degli avvocati e le funzioni dei « procuratori ». Ceterum mens non fuerat Pontificis, has leges edentis, abrogare speciales constitutiones et consuetudines, quibus regebatur S. Rota.

Nam in *sect. V, tit. XI legum processualium,* feruntur *Disposizioni speciali sui modo di procedere nei tribunali delia S. Rota e della piena Camera;* et cum nihil praescribatur de expensis iudicialibus, in § *1044,* seu ultima, edicitur: « In tutto ciò che non è altrimenti ordinato in questa « sezione, sono mantenute le forme particolari di procedere, vigenti nel « tribunale della S. Rota, in quanto possono conciliarsi colle leggi gene- « rali e comuni a tutti i magistrati giudiziari ».

Qualecumque vero fuerit harum legum obiectum et propositum, hae procul dubio nostrum tribunal non attingunt, quod Constitutione *Sapienti consilio* in exercitium revocatum fuit, ei attributa certa competentia, quam nec ita determinatam nec ita amplam unquam habuit anteactis temporibus.

Etenim ob mutatas temporum et populorum conditiones, S. Rotae

non amplius deferuntur dirimendae contentiones mere civiles, uti antea fiebat, praesertim in ditione pontificia, sed illi attributae sunt quaestiones forum ecclesiasticum tantummodo respicientes, iudiciali forma definiendae, quaeque iampridem solitum fuerat cognitioni SS. Congregationum deferre.

Praeterea perpensum fuit, nedum competentiam, tum ordinariam tum extraordinariam, seu ex pontificiis commissionibus derivantem, vi Constitutionis *Sapienti consilio,* fuisse mutatam, sed etiam huius S. O. intimam constitutionem eiusque procedendi rationem in novam formam esse redactam; mutatis vero substantialiter S. Tribunalis competentia eiusque ordinatione, necesse est, ut mutatae fuisse censeantur illae regulae processuales ex consuetudine seu ex stilo inductae, quae non amplius respondent novae Tribunalis constitutioni. Stilus enim seu regulae processuales se habent ad materiam et ad formam iudiciorum, veluti media ad finem.

Re sane vera, Constitutio *Sapienti consilio,* dum innuit regulas iuxta quas reguntur processus in S. Rota, numquam mentionem facit de veteri stilo huius S. O., sed aperte significat, sequendum esse ius commune, ubi desit certa praescriptio *Legis propriae.* Ita in *can. 19, § 1, Lex propria* cavet: « . . . . Turnus autem, assumpta causa, procedit ad eius examen iuxta ordi« narias iuris normas ; § 2 . . . . S. Rota servare in primis debet commis« sionis formam iuxta tenorem rescripti, et in reliquis iuxta regulas iuris « communis et sibi proprias procedere ». Quod vero istae regulae propriae contineantur in *Lege propria,* patet ex *can. 43,* ubi de Signatura Apostolica ita praescribitur : « In reliquis quae necessaria sunt ad iudicii expe« ditionem, et non sunt in praecedentibus canonibus cauta, servari in primis « debent (a Signatura Apostolica), *congrua congruis referendo,* regulae, *pro « S. Rota statutae,* et deinde normae iuris communis ». Et ad ipsas expensas iudiciales quod attinet, revocatur ius commune in *n. 13, cap. III,* in Appendice *Legis propriae,* hisce expressis verbis : « Harum omnium (de expensis « iudicialibus) taxarum motio seu liquatio facienda est ad tramitem iuris « communis a Praeside tribunalis » ; et antea, *n. 6, cap. I,* cautum est : « A (Praeside tribunalis), ... tribunalis iura iuxta communes normas, ei « prae oculis habenda sunt, in taxatione expensarum ».

Quapropter specialis ratio taxationis expensarum quae habebatur, uti explicavimus, in S. Rota, explicite repellitur a *Lege propria;* ratio autem taxandi expensas disiungi non potestà ratione condemnationis in expensis; quare, uno mutato, et alterum necessario mutatum fuisse concludere oportet.

Occasione sententiae *Aléxandrinae,* subiectae hodierno iudicio appellationis, in qua, per condemnationem in expensis, et vetus stilus et forma condemnationis servabatur adamussim, RR. PP. DD. Auditores universi, adunati in *Rotam memorialium,* ad examen revocarunt quaestionem an

vetus stilus rotalis, *quo victus victori in expensis condemnabatur,* adhuc vigere dicendus esset, et RR. PP. censuerunt, praehabitis animadversionibus modo explicatis, et in primis perpensa aequitate, cui se conformare usque solemne fuit huic S. O., dictum stilum non amplius suam vim retinere, sed procedendum esse iuxta normas iuris communis, vi cuius condemnatio in expensas est poena temere litigantis. Et huic regulae iam paruit hoc S. Tribunal in *Segusina,* diei 6 Aprilis 1909.

Hisce positis, a RR. PP. Auditoribus de turno perpensum fuit, an Curia Alexandrina iustam et legitimam habuerit litigandi causam, adeo ut eximenda sit a condemnatione expensarum. Iamvero ipse appellatus, Cavalchini Garofoli baro, fatetur, se ad comprobandum iuspatronatus, antequam iudicium apud hunc S. O. instauraretur, attulisse Bullam Leonis X *Sincerae devotionis,* qua Ioanni Luchino de Arnutiis iuspatronatus concedebatur; et istud documentum exhibuisse, veluti unicum fundamentum suae petitionis. Verum ex hoc titulo non poterat evinci iuspatronatus ; quia Hadrianus VI, Bulla *Accepto,* omnia privilegia iurispatronatus, ob augmentum tertiae partis dotis, concessa revocaverat; et, cum iuspatronatus praefato Luchino concessum fuerit praecise ob huiusmodi augmentum, Episcopus retinuit eiusmodi privilegiatum ius, in casu, fuisse revocatum, aut saltem, exstincta familia, seu agnatione de Arnutiis, ad heredes non transiisse.

Quae Episcopi opinio gravissimorum doctorum auctoritate fulciebatur. Siquidem, facta distinctione inter patronatum ex fundatione vel dotatione, et patronatum ex privilegio, *primum* admittunt transire ad heredes etiam extraneos, non vero *alterum.* Docet Pitonius *(discept, eccles., vol. III, disc. 33, n. 91):* « Limitetur Ancharani theorica, quando ageretur de iurepatronatus « concesso ex privilegio ; ea ratione quod praeallegata theorica locum habet « in patronatu ex fundatione et dotatione competenti, ubi subintrat pro- « visio legis, admittens heredes etiam extraneos ; secus in quaesito ex pri- « vilegio, qui non habet aliam legis provisionem, quam illam, quae datur « in privilegio; et sic forma concessionis non potest transgredi; nam privile- « gium non extenditur de persona ad personam, neque de casu ad casum ».

Item Barbosa, *ius univers., lib. III, cap. 12, § 254.* In eandem sententiam descenderunt duo iurisconsulti, quos non praetermisit consulere Episcopus, ne temere agere videretur.

Neque obstat, eundem Episcopum non latuisse, quasi tercentenariam possessionem iurispatronatus, ex qua, vi praesumptionis iuris, haberetur melior titulus de mundo, seu titulus fundationis aut dotationis. Ipse enim retinere potuit, hanc longam possessionem enervari ex eo, quod initium sumeret ex titulo infecto, iuxta tritum effatum : *melius est non habere titulum, quam habere vitiosum,* quod valet etiam pro centenaria praescriptione.

Ad rem De Luca, *de iure patron., Summ:, n. 50-51,* tradit: « Ubi constet « de explicito titulo fundationis vel dotationis, tunc non cadit quaestio circa « probationem . . . . Ubi vero titulus explicitus non habetur, unde propterea « ad praesumptionem seu adminiculativam probationem recurrere oportet, « si adest immemorabilis vel centenaria bene probata, absque eo quod « constet de initio infecto incompatibili, planum est, sufficientem probatio-« nem resultare etiam fundationis vel dotationis ». Item Pitonius, *de controv. patron., alleg. 66, n. 40.*

Quod vero familia de Arnutiis, post Constitutionem Hadriani VI, dotis augmentum contulerit, sufficiens ad retinendum iuspatronatus, uti decisum, fuit ab hoc S. O. coram Dunozotto, an. 1648, haec est quaestio facti et non iuris; iudex autem in his controversiis, ea quae sunt facti et pertinent ad probationes, ex suo officio, nec perquirere nec supplere debet, quod exploratissimi iuris est.

Neque difficultatem facere visae sunt extraiudiciales assertiones panditae in litteris datis ab Episcopo Alexandrino, quae affirmare videntur iuspatronatus in appellato barone Garofolo; nam praeterquam quod istae assertiones sunt hypotheticae, seu dato at minime concesso controverso iure, eaedem se referebant potissimum ad statum facti, vi cuius beneficium obtinebatur a sacerdote per patronum praesentato ; sed maxime proficiscebantur ab animo vehementer a litigiis alieno. Reapse Curia hanc litem non instituisset, nisi ad hoc fuisset adducta ab ipso patrono, qui contendebat, beneficium esse vacans ob separationem factam titulorum praebendalium.

Hisce omnibus attente et mature perpensis, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, pro tribunali sedentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, *appellatam sententiam esse infirmandam, et expensas tum primi iudicii tum praesentis appellationis esse compensandas;* seu proposito dubio ita respondemus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam SS. Canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV de reform.* Conc. Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, 14 Iunii 1909.

M. Lega *Decanus, Ponens.*
L. ✠ S. Gustavus Persiani.
Constantinus Contini-Riccardi.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

II.

ADI AGEN.

NOMINATIONIS AD PAROECIAM

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno sexto, BR. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Ioseph Mori, Auditores de turno, in causa* Adiacen. — Nominationis ad paroeciam, *inter sacerdotem Ioannem Casabianca actorem appellantem et Curiam Adiacensem conventam appellatam, repraesentatam per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, interveniente et disceptante in causa Promotore iustitiae pro iuris et legis tutela, die 21 Iunii 1909 sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Rmus Dnus Aloisius Olivieri, Episcopus Adiacensis, sacerdoti Ioanni Casabianca die 4 Ianuarii 1902 ita scripsit: « Je viens de vous proposer « à F agrément du Ministre des cuites pour la cure de St. Roch d'Ajaccio. « Voyez si vous avez quelqu'uh qui puisse faire accueillir au plustòt votre « nomination ». Gubernium Gallicum tamen, quod eiusdem sacerdotis ad munus Vicarii generalis promotioni assensum recusaverat, nihil respondit ; sed, mortuo Episcopo, litteris Decano Capituli Adiacensis missis, ipsum certiorem' facit, Episcopum defunctum nomina pro octo curis proposuisse, et quaerit « quaenam ex hisce nominationibus sustineantur, vel quaenam « sint nomina quae substituere velis ». Iussu Vicariorum capitularium rescripsit Decanus, auctoritatem dioecesanam omnes antiquas nominationes servare, una sola excepta, nempe sacerdotis Casabianca ad curam sancti Rochi Adiacensis. Rescissa conventione napoleonica per legem anni 1905 separationis ecclesiarum a Statu, sacerdoti Peretti collata fuit paroecia S. Rochi, qui, paulo post, mortem obiit. Reclamavit sacerdos Casabianca, titulum iuridicum ad dictam paroeciam sibi vindicans ratione suae nominationis ab Episcopo defuncto Gubernio factae, nec ab eodem reiectae, quem titulum proinde, ut ait, a die conventionis disruptae definitivum evadere necesse fuit. Recursu facto ad S. Sedem, causa delata fuit in primo gradu iudicanda ad Forum metropolitanum Aquense, quod die 10 Iunii anno 1908 sententiam sacerdoti Casabianca adversam tulit, contra quam appellavit. Causa in secundo gradu huic sacro Ordini nunc dirimenda proponitur dubiis sequentibus:

I. *An sacerdos I. F. Casabianca canonice nominatus fuerit, et instituendus sit parochus ecclesiae S. Rochi in casu.*

II. Et quatenus *affirmative: an, et in qua mensura, Curia Adiacensis teneatur erga eundem refectioni damnorum in casu.*

Quod de meritis sacerdotis Gasabianca, et eiusdem dotibus canonicis ad curam parochialem requisitis, ex attestationibus in actis abunde constet; quod Episcopus Adiacensis defunctus, Rmus Dnus Olivieri, intentionem habuerit eum ad paroeciam S. Rochi promovendi, ac si e vivis sublatus non fuisset ante resolutum conventum a Republica Gallica, hodie de facto praefato beneficio actor frueretur; quod, si eidem Gubernio non fuerit grata persona, inde hoc tantum erui possit eum consocium fuisse aliorum plurium integerrimae famae sacerdotum, Patres nullatenus in dubium vocant. Haec omnia vero, quae in decursu litis sunt allata, etsi iri honorem vertant sacerdoti actori, extra ambitum sunt quaestionis dirimendae, quae eo unice spectat, ut definiatur utrum ipse ad paroeciam S. Rochi titulum canonicum possideat. Ideo nec inquirendum censuere Patres de ratione agendi Vicariorum capitularium, num ipsi videlicet ex motivis legitimis, an potius ut arbitrii Gubernii mos gereretur, nomen praefati sacerdotis excluserint; quaestio in linea disciplinari potius quam iudiciali tractanda.

Quod facta substantialia spectat, quae in causa allegantur, nulla habetur inter litigantes discordia. Episcopus admittit, nomen sacerdotis Casabianca Gubernio Gallico propositum fuisse a suo Praedecessore ad curam parochialem S. Rochi, licet huius praesentationis in archivio dioecesano nullum exstet vestigium. Genuinitatem epistolae, qua Rmus Dnus Olivieri, Episcopus Adiacensis, eidem sacerdoti notitiam praesentationis factae communicavit, ultro admittit, atque implicite fatetur, eandem praesentationem nunquam fuisse ab Episcopo revocatam, neque a Gubernio positive reicit tam, licet Minister cultus auctoritati dioecesanae facultatem fecerit generatim substituendi alia nomina illis, quae pro diversis curis ab Episcopo defuncto potestati civili iam fuerant significata; atque huic epistolae, uti concedit actor in causa, responderunt Vicarii capitulares mediante Capituli Decano, se nolle sustineri nominationem ab Episcopo factam ad curam parochialem S. Rochi, pro quai aliam praesentationem, se proxime facturos declararunt.

Legis dispositio, qua nominationes ad curas parochiales sub regimine concordatario in Gallia moderabantur, in capite decimo conventus napoleonici invenitur, cuius textus in versione latina ita sonat: « Iidem Epi-« scopi ad paroecias nominabunt, nec personas seligent nisi Gubernio « acceptas ». Eadem legis dispositio in Bulla Pii VII *Ecclesia Christi* hisce verbis repetitur: « Ius nominandi parochos ad Episcopos pertinebit, qui « personas non seligent nisi iis dotibus instructas, quas Ecclesiae, canones « requirunt, atque (ut tranquillitas eo magis in tuto sit) Gubernio acceptas ».

Quod respicit horum iuris capitum interpretationem, conveniunt partes

in asserendo, validitatem nominationis ab Episcopo factae a Gubernii beneplacito nullimode pendere. Et recte quidem ; facultas enim limitandi exercitium potestatis Episcopi in paroeciis conferendis, auctoritati civili a S. Sede concessa,* cum de re spirituali agatur quae ex natura sua Ecclesiae dominio subiicitur, est stricte interpretanda. Praeterea historice constat, primum Gonsulem in concordato componendo institisse, ut alia formula in articulo j decimo adhiberetur, scilicet: «Nominationes non erunt validae, nisi « postquam a Gubernio fuerint approbatae », quam formulam, « nonnisi « post conatus inauditos », Apostolicae Sedis Delegatus repellere potuit (Card. Mathieu, *Le concordat de 1801, pag. 261;* Bouix, *de parocho, part. III, cap. I, sect. V).* Unde plenum ius habebant Episcopi conferendi paroecias.

Uti scribit Bouix *(loc. cit.),* « patet lingua gallica primum exscriptäm « fuisse articuli huius formam. Unde sequitur, voces illas *Episcopi ad « paroecias nominabunt* eo sensu intelligendas esse, qui nominationis vocabulo in dicto idiomate inhaeret. *Porro nominare ad aliquod munus* apud « Gallos sensu obvio designat actum auctoritatis, vi cuius potest quis hoc « munere legitime fungi; ita scilicet ut, facta nominatione, nihil aliud requi« ratur ».

Non pro arbitrio tamen poterant Episcopi conditionem in articulo decimo conventionis positam negligere, etiamsi validitas nominationis ab illa non penderet ; privilegia enim in concordatis Statui civili a Romano Pontifice concessa, quidquid sit de natura obligationis ab ipsa S. Sede assumpta, in ordine ad tertias personas strictum ius constituunt.

Sacerdos Casabianca quam maximum tribuit pondus epistolae Rmi Dhi Olivieri, quam supra retulimus, qua dicit probari, nominationem ipsius iam factam fuisse, simul et notitiam eiusdem nominationis sibi esse communicatam; Episcopus e contrario contendit, ibi quaestionem tantummodo fuisse de nominatione facienda, vel de actuali designatione Gubernio personae: postea canonice nominandae.

Tota litis quaestio itaque, admissa ab utraque parte plena potestate Episcopi nominandi ad curas, agitur de statuendo quonam actu Episcopus hanc potestatem exerceret, utrum scilicet per praesentationem nominis candidati Gubernio, uti contendit sacerdos Casabianca, an postea, uti contendit Episcopus Adiacensis, qui dicit, praesentationem nominis auctoritati civili non fuisse nisi praeludium quoddam ad veram nominationem, quo certior fiebat Episcopus, candidatum acceptum fuisse Gubernio, prout exigebat ius concordatarium.

Cum observantia sit optima legum interpres, ad hunc fontem interpretationis utraque pars confugit, quam plurima afferens testimonia Episcoporum', Vicariorum generalium, Cancellariorum dioecesum Galliae. Ast

perpauca illorum de observantia proprie dicta agunt; ut plurimum non aliud referunt nisi sententias de valore iuridico actus praesentationis candidati auctoritati civili, quae ad triplicem classem reducuntur.

Prima sententia dicit, praesentationem Gubernio fuisse nominationem conditionalem, et ita a Vicario generali Niciensi declaratur: « Propositio « candidati ad curam parochialem ab Episcopo Gubernio facta sub regimine « concordatario nominationem constituebat conditionalem, sub conditione « nempe acceptationis ex parte Gubernii ». Ex illis, qui huic sententiae subscribunt, alii conditionem exhibent tanquam suspensivam, alii tanquam resolutivam.

Altera sententia maxime favet sacerdoti Gasabianca, et declarat, praesentationem nominis potestati civili fuisse veram et canonicam nominationem, praesentato plenum ius ad beneficium eonferentem. Ita Vicarius generalis Senonensis scribit: «Archiepiscopus Senonensis (litteras prae« sentationis ad curas Gubernio mittens) intendebat veram nominatio« nem facere, ita ut si acceptatio ex parte Ministri non fuisset neces« saria ad hoc ut sacerdos nominatus beneficiis civilibus a concordato « recognitis frui potuerit, idem nominatus curae possessionem sumere « potuerit, quin ullus novus actus administrationis archiepiscopalis inter« venisset. Acceptatio Gubernii superveniens non erat nisi formalitas admi« nistrativa, quae nihil institutioni canonicae addebat ». Item Vicarius generalis Tolosanus: « Archiepiscopus (litteras praesentationis ad curas Gu« bernio mittens) non intendebat, nisi approbationem petere nominationis « iam factae; ita ut haec nominatio plenum effectum sortiri potuerit sine « ullo novo actu administrationis ecclesiasticae, nisi leges ecclesiastico« civiles submissionem huius nominationis approbationi publicae potestatis « exiguissent. At superveniens acceptatio Gubernii non erat nisi formalitas « administrativa, quae nihil, institutioni canonicae addebat». — « Prae« sentatio sacerdotis (ait Vicarius generalis Sancti Deodati) Ministro cultus « ab Episcopo facta, verae nominationi pro interesse habente aequivalebat, « atque eidem ius conditionale, nedum reale et absolutum, conferebat ». — « Episcopi nostri (scribit Cancellarius a secretis dioeceseos Petricoricensis) « procul dubio praxim habebant vere et realiter nominandi parochos, quum « eorumdem promotionem Ministro cultus praesentabant ». Eandem sententiam repetunt plures alii testes e Curiis Galliae.

Tertia sententia de valore iuridico actus praesentationis Gubernio toto coelo a praecedente differt, et ita exprimitur ab Episcopo Molinensi, olim Vicario generali archidioeceseos Cameracensis: « Sub regimine concor« datario titulus nominationis canonicorum titularium et parochorum, Mi« nistro cultus ab Episcopo missus, non est habitus nisi propositio quae

« nullum conferebat ius interesse habenti, cui saepe ne communicata qui-« dem fuit ≫. Fere iisdem verbis eandem sententiam proferunt Archiepiscopi Gamberiensis, Auxitanus, Parisiensis, Rhedonensis, Episcopi Blesensis, Virodunensis, Nanceyensis et Tullensis, Foroiuliensis, Nivernensis, Tarantasiensis et Maurianensis; necnon Vicarii generales Ebroicensis, Baionensis, Albiensis et Montis Albani ; quibus adiungendi sunt Vicarii generales dioeceseos Adiacensis, ubi nata est praesens controversia.

Prima sententia, quae statuit praesentationem nominis Gubernio fuisse veram nominationem canonicam sed conditionalem, quae valida erat si a Gubernio acceptata fuerit, si ab eodem reiecta, invalida, procul dubio respuenda est, quippe quae formulam napoleonicam instauret: « Nomina-« tiones non erunt validae, nisi postquam fuerint a Gubernio approbatae »; quae, uti vidimus, a Delegato Sedis Apostolicae reiecta fuit; et insuper strictae interpretationi, quam exigit hoc privilegium Gubernio a S. Sede concessum, opponitur. At ista sententia de nominatione conditionari minime cohaeret cum thesi sacerdotis Casabianca, qui, simul cum fautoribus secundae sententiae, tenet praesentationem candidati Gubernio fuisse nominationem canonicam sensu absoluto, plenum ius ad rem conferentem, etiam ante acceptationem ex parte Gubernii. Conditio acceptationis afficiebat, iuxta illum, non ipsam nominationem sed institutionem subsequentem, prout declarat articulus organicus undevigesimus: « Episcopi nominabunt « et instituent parochos. Non manifestabunt tamen eorum nominationem, « nec institutionem canonicam dabunt, nisi postquam haec nominatio a « primo Consule fuerit acceptata ». Uti scripsit sacerdotis Casabianca patronus: « Beneplacitum Gubernii est simplex conditio suspensiva, non in « ordine ad nominationem, sed tantummodo in ordine ad institutionem ». Et iterum: « Pro iis, quos Episcopi eligunt, conditio suspensiva est bene-« placitum, necne, Gubernii Reipublicae; Gubernio annuente, candidatus « instituitur in beneficium ; Gubernio renuente, Episcopi alium eligent et « praesentabunt. Quodsi Gubernium neque acceptet neque recuset sacer-« dotem nominatum, ... tunc perdurat ex parte candidati ius ad rem, vi « nominationis ab Episcopo factae ».

Nil mirum si in articulis organicis, qui a S. Sede constanter reprobati fuerunt, a iure ecclesiastico alienum quid reperiatur. Sed praescindendo a fonte suspecto, unde derivatur haec explicatio, hanc secundam sententiam haud minus erroneam esse ac primam, ostendit ipsa praxis, iuris principiis illustrata. In huiusmodi praxi unum emicat factum principale, ab omnibus admissum, et testimoniis utrinque allatis probatum, nempe reiecto candidato a potestate civili, vel omnino neglecto, solebat Episcopus alium vel etiam tertium candidatum proponere,,,quin

ulla aprilis proposito; tanquam ihiuriam passo, fieret reelamatio. Ita testatur Episcopus Molinensis, et cum eo alii Episcopi testes: «Episcopus « rem agebat cum Ministro cultus. Quodsi iste assensum denegaverit, « vel responsum nimis tardaverit, Episcopus alium vel etiam- tertium « candidatum praesentare, se liberum fuisse ducebat. Hoc nunquam « protestationi cuicumque ex parte interesse habentium ortum- dedit ». Ipse sacerdos Gasabianca etiam fatetur, quod nihil opponendum habuisset, si tempore concordatario ipsius nominatio a Gubernio reiecta fuisset, et ab Episcopo vel Vicariis capitularibus deserta. Ex omnium sententia¿ in hypothesi reiectionis definitivae candidati ex parte Gubernii, beneficium erat vacans. Candidatus, qui prius, iuxta hanc secundam sententiam, ius perpetuum ad beneficium habebat, per definitivam reiectionem ex parte Gubernii hoc ius amisit. At quonam iure amisit? Quis eum destituit? Certe, non Respublica; quae, si potestatem instituendi parochos non habuit, multo minus potestatem, quae longe maior est, destituendi habere poterat (Leurenius, *Forum benef., part. II, sect. 2, cap. 2, q. 726, n. 8;* Card. De Luca, *de benef., disc. 65, n. 5).* At neque ipse Episcopus; qui libere instituere potest, libere tamen destituere nequit, sed tantummodo, prout acriter instat actor in praesenti causa, in casibus a lege determinatis, propter graves culpas iuridice probatas. Hypothesis igitur iuris perpetui ad beneficium, ex facta praesentatione Gubernio adquisiti, eo ipso destruitur quod, ad amissionem eiusdem iuris post reiectum a Gubernio candidatum explicandam, necessario exigit in Episcopo abnormem privandi potestatem, quae ipsi nec a iure communi, nec a iure concordatàrio tribuitur. Huius itaque facti, ab omnibus admissi, et tempore concordatario haud certe rari, carentiae nempe cuiuscumque iuris ad beneficium in candidato definitive a Gubernio reiecto, non alia potest dari explicatio, nisi quod illud ius nunquam habuit. Praesentatio candidati Gubernio, ideoque, nihil aliud erat quam simplex propositio nominationis, eo fine facta, ut Episcopus ^certior fieret, utrum persona accepta fuerit Gubernio necne, ut asserunt quam plures Galliae 'Episcopi, quorum sententiam supra memoravimus:

Haec sententia quam maxime consonat terminis Bullae *Ecclesia Christi:* « Episcopi personas non seligent, nisi iis dotibus instructas quas E'c- « clesiae canones requirunt, atque (ut tranquillitas magis in tuto sit) «Gubernio acceptas»; Sicut praesumitur praevia cognitio ab Episcopo haberi de exsistentia in nominando dotum canonicarum, ita simili n:.odo praeviam cognitionem verba plane innuunt haberi de facto, utrum persona nominanda accepta sit Gubernio necne. Huius autem facti berta notitia tantummodo ab ipso Gubernio desumi poterat. Idem clarius elucet ex epistola Cardinalis Consalvi ad Summum Pontificem Pium Vii: « Bra-

« mava pertanto, *scribit,* il Governo medesimo, che le nomine venissero «assoggettate alla sua approvazione. Si è combinato l'articolo in guisa di « salvare dette nomine ai Vescovi, Io che fìssa in loro un tal diritto libero, «e di ammettere la riserva, che *non sceglieranno i pastori, se non dopo « d'essersi assicurati che godono la fiducia del Governo* ». Quod repetit idem Apostolicae Sedis Delegatus in nota transmissa ad dominum Bernier, presbyterumqui pro parte Gubernii agebat: « Les Evéques qui nommeront « à toutes les cures, *ne choisiront les pasteurs, qu'après s'ètre assurés* qu'ils « sont doués des qualités requises par les lois de l'Eglise, et *qu'ils jouis- « sent de la confiance du gouvermment* ». Non erat Gubernii acceptare vel recusare nominationem canonicam ab Episcopo iam factam, sed tantummodo significare, utrum persona, de cuius nominatione agebatur, accepta sibi fuerit necne, quod in praxi idem erat ac acceptare vel recusare nominationem quamdam propositam.

Quod scribit Card. Gavagnis de nominationibus ad sedes episcopales sub regimine conventus napoleonici, de nominationibus sub eodem regimine ad curas parochiales, proportione servata, haud inepte applicatur' « Recentiore aevo, *dicit,* ad difficultates vitandas sive Pontifici, qui ex officio « institutionem negaret, sive Gubernio, sive personae nominatae repulsam « referentibus, *in usu venit ut ante formalem nominationem, consilia con-? « ferrentur inter Gubernium et S. Sedem de persona proponenda.* Quamvis « id in conventione cautum non fuerit, tamen optime inductum est, ut « difficultates amice componantur et ex praevia intelligentia et tuto ac «¡decore ex utraque parte procedatur, ideoque valde inconvenienter ab « hac methodo recederetur » *(De concordato napoleonico, pag. 18).* Maiori forte ratione exigebatur huiusmodi praevia intelligentia in nominationibus ad paroecias, cum hic non tantum de tuto ac decore procedendo ageretur, sed et de continendo intra iuris limites actionem episcopalem. Nam si Episcopus, antequam de acceptatione Gubernii certior factus fuerat, nominationem, formalem fecisset, quae postea ab eodem fuisset repulsa, in dilemmate ppsitus, **vel** Gubernio ius suum denegare, sustinendo nominationem factam, vel nominatum iure adquisito arbitrarie privando, ultra vires agere fuisset coactus.

Item positive ostendit praxis, quod nonnisi post significatam acceptationem Gubernii solebant Episcopi nominationem canonicam facere. Litterae eniiUj .provisionis beneficii, quarum exemplar in actis habetur ex ipsa dioecesi Aphacensi, quaeque, post receptum assensum Gubernii, ab Episcopo exaratae fuerunt, terminis constant qui formalem nominationem canonicam procul dulció constituunt, simulque assensum Gubernii iam datum fuisse supponunt, quae proinde confirmant nominationem seu collationem bene-

ficii, non ante acceptationem Gubernii sed post eandem, fuisse factam: «Parochialem ecclesiam S____tibi, *Gubernio annuente,* contulimus et *oonfe-« rimus,* ac de illa, illiusque iuribus universis per praesentes litteras provi-« dimus et providemus... ». De huiusmodi litteris testatur Vicarius generalis Baionensis: «Titulus canonicus curarum inamovibilium, beneficium, cu-« ram et potestatem conferens, neque subsignationem neque datam recepit, « antequam receptum fuerit decretum, quo significabatur acceptatio ex parte « Praesidis Reipublicae ». Item Vicarius generalis Camberiensis, olim eodem munere functus in dioecesi Gorisopitensi: « Nominatio nec publicata fuit, « nec actu authentico candidato tradita, nisi post receptas litteras publice « scriptas, quibus confirmatum fuit, nominationem fuisse a Gubernio acce-« ptatam ».

Aliquantulum ab hac praxi recedit, quod refert Cancellarius a secretis de dioecesi Petrocoricensi, nempe: « Titulus ecclesiasticus quo institue-« bantur, quamvis post acceptationem Gubernii subscriptus, datam fere-« bat diei praesentationis »; cuius singularis facti non est nobis ratio reddenda.

Quae de praxi hucusque attulimus, confirmant sensum, quem exigere censemus actus praesentationis candidati Gubernio; cetera, quae deponuntur in attestationibus nobis exhibitis, haud difficulter cum hoc sensu et interpretatione conciliantur. Quamvis nobis non sit ostensum exemplar formulae, a Rmo Dno Olivieri adhibitae in litteris praesentationis Gubernio missis, haud immerito praesumitur, eandem fuisse ac illam in actis a sacerdote Casabianca exhibitam, quae alibi in Gallia adhibebatur. Quodsi in hac formula de *nominatione* iam facta mentio fiat, recolendum nobis est, talem formulam adhibuisse plures Episcopos, qui prorsus negant, illam praesentationem fuisse nominationem canonicam; neque repugnare ut hoc vocabulum sensu latiori sumatur, pro designatione nimirum personae postea canonice nominandae, quae est et ipsa quaedam nominatio. Praeterea non desunt exempla litterarum, ab Episcopis Reipublicae Ministris transmissarum, quorum duo ex ipso Adiacensis dioeceseos archivio producta, annorum 1845 et 1888, i. e. longe ante exortam praesentem controversiam, in quibus eadem *nominatio* vocatur *praesentatio, translationis propositum, propositio.* In iisdem litteris revocat Episcopus praesentationes seu *nominationes* iam factas, et alias substituit. In ipsa epistola Rmi Dñi Olivieri, quam tanti facit actor in causa, vox *nominatio* in contextu occurrit « je viens de vous proposer », qui indicat quaestionem esse de nominatione proposita.

Sacerdos Casabianca vero exemplum recens affert nominationis in civitate Adiacensi, sacerdotis Fontanacci nimirum, ubi titulus canonicus

ad beneficium, ait, a nullo fonte derivari potuit nisi a praesentatione Gubernio facta ab Episcopo, Rmo Dno Olivieri. Significata enim acceptatione ex parte Gubernii duos menses post obitum Episcopi, mense videlicet Iulii anno 1903, Vicarii capitulares, qui facultates a S. Sede nominandi ad curas vacantes solummodo mense Octobris subsequentis obtinuerunt, ipso mense Iulii in possessionem beneficii nominatum immiserunt. At hanc beneficii collationem, licet bona fide peractam, patet fuisse nullam, ^t sanatione indiguisse, quod intellexerunt postea ipsi Vicarii capitulares, cum facultates necessarias a S. Sede petierint. Quod Rmus canonicus Galloni in ritu installationis Episcopo defuncto, qui eum Gubernio praesentaverat, tanquam beneficii collatorii gratias retulit, eatenus rei veritati respondet, quatenus eidem Episcopo, utpote qui primum illum ad beneficium designavit, grati animi debitum rite rependere potuit.

Tandem oppositum est ab actore quod, significato Gubernii assensu, nunquam ausi sunt Episcopi a nominatione acceptata recedere, quod probare videtur ius ad beneficium iam fuisse adquisitum. Sed huius facti rationes dari possunt, quin ullum ius ad beneficium in candidato accepto agnoscatur. Deliberate enim selegerat eum Episcopus, et cur tam cito a proposito deliberato recedere vellet? Aliquando forte delectum ipsi candidato communicaverit, spem fundatam erigens beneficii obtinendi. Praecipua autem ratio in eo quaerenda est, quod ex consiliis inter Episcopum et Gubernium collatis, quibus nomen ex una parte propositum fuit, ex altera post inquisitionem factam acceptatum, implicitum pactum intervenit, quo se obligabat Episcopus candidatum acceptatum canonice nominare, ne auctoritas civilis, iuste quod suum erat expetendo, nimio incommodo gravaretur.

Porro pactum istud implicitum non exsistebat, nisi post consilia collata in eundem candidatum incidissent propositio Episcopi et acceptatio Gubernii, ac proinde nullam facit difficultatem, quod referunt Vicarii generales dioeceseos S, Deodati de modo agendi in eadem dioecesi: « Plures « sacerdotes, *aiunt,* ab Episcopo nominati ad curas decanales persistenter « sustinebantur, non obstante denegatione acceptationis ex parte Gubernii, « quod, resistendo fessum, eosdem post lapsum unius vel duorum anno- « rum tandem acceptavit ». Dum consilia adhuc conferebantur, rite conabatur Episcopus Gubernii oppositionem vincere, et suum intentum obtinere. Eodem modo insistere poterat Rmus Dnus Olivieri, ut acceptaretur a Gubernio nomen sacerdotis Casabianca ad curam parochialem S. Rochi, prout ipsi intentio insistendi adscribitur a teste Iosepho Bozzo-Costa. At si eius intentio fuisset, eo usque pertinaciam urgere ut, posthabito iure Status civilis, quo nonnisi persona Gubernio accepta seligi deberet, beneficium

actualiter eidem conferret, ius concordatarium violare manifeste intenderit, quod nefas esset sancto Episcopo imputare.

Defuncto Episcopo Adiacensi, Rmo Dno Olivieri, Vicarii capitulares, obtenta a S. Sede facultate nominandi ad curas vacantes, insistere etiam potuerint, ut nomen sacerdotis Casabianca ab auctoritate civili acceptaretur; de facto tamen illud, annuente Gubernio, retractarunt. Nam Ministro cultus, in litteris ad auctoritatem dioecesanam missis, petendi : «quaenam «ex hisce nominationibus sustineantur, vel quaenam sint nomina, quae « substituere velis », rescripserunt, nominationem sacerdotis Casabianca ad curam S. Rochi non sustineri. .

Quibus omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, *sacerdotem Ioannem F. Casabianca non fuisse canonice nominatum, nec instituendum esse parochum ecclesiae S. Rochi, in casu;* seu ad primum propositum dubium: *negative* respondemus; et ad secundum: *provisum in primo.* Expensas autem iudiciales praesentis instantiae decernimus inter partes haberi compensatas, et pro compensatis haberi volumus et mandamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV de reform.* Conc. Tridentini^ iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 21 Iunii 1909.

Ioannes Prior, *Ponens.*

L. S. Aloisius Sincero.

Ioseph Mori.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.* > ^ i >

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD IOANNEM LEROLLE, MUNUS EXPLENTEM PRAESIDIS GENERALIS ASSOCIATIONIS CATHOLICAE VULGO " JEUNESSE CATHOLIQUE FRANCAISE „.

Monsieur,

Au terme de votre mandat de President general de F association catholique de la Jeunesse francaise, vous avez bien voulu témoigner encoré votre entier dévouement à l'Eglise et au Saint Siege. Sensible à ce filial hommage, Sa Sainteté vous exprime, en cette circonstance, ses vifs remercíments et ses félicitations pour le zèle éclairé avec lequel vous avez accompli, avec Faide de Dieu et le bienveillant appui de F Autorità, le mandat, que l'association de la Jeunesse francaise vous avait confíe d'une voix unanime.

Le sincère, entier dévouement à l'Eglise et à la cause catholique, le vif intérét que vous avez sans-cesse témoigné à F association a laquelle vous avez consacré tous vos talents, durant les cinq années de votre mandat, sont aujourd'hui votre plus bel éloge et votre précieuse recompense. Aussi le Souverain Pontife a-t-il l'espoir que vous continuerez à apporter un sincère dévouement pour cette belle oeuvre, et que vous aiderez de vos conseils celui qui, ayant été appelé à vous succèder, saura marcher sur vos traces. G'est avec effusion de cceur que Sa Sainteté vous envoie la Bénédiction apostolique, comme gage de sa paternelle bienveillance.

Je suis heureux d'étre l'interprete des sentiments du Saint Pére à votre égard, et je pronte de cette circonstance pour vous offrir l'expression de ma haute considération.

Rome, 18 Juin 1909.

L. £ß S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

II.

AD R. P. SALVATOREM BRANDI S. I., MODERATOREM EPHEMERIDIS " CIVILTÀ CATTOLICA „, DE OPERE " MANUALE DI TEOSOFIA „.

Dal Vaticano, 22 Giugno 1909.

Reverendo padre,

L'augusto Pontefice ha ricevuto con piacere la prima parte del *Manuale di Teosofia* del P. Giovanni Busnelli S. L, edito a cura della *Civiltà cattolica.* Ed il dòtto lavoro, opportunissimo ai nostri giorni, nei quali le folli teorie

teosofiche minacciano contaminare la purezza della fede cattolica e turbare le coscienze anche in Italia ed in Roma, fa invero degna corona agli altri lavori, - tra cui l'egregia opera sul modernismo del P. Rosa S. I. - colla pubblicazione dei quali la medesima *Civiltà cattolica* si è lodevolmente proposta di celebrare il sessantesimo anno di sua gloriosa esistenza.

Il Santo Padre fa voti che le fatiche del P. Busnelli riescano utili a tante anime, da falsi apostoli insidiate nel più prezioso dei loro tesori. E mentre fa Suo il desiderio espresso dal eh. autore, che cioè « F esotica « pianta del buddismo, onde tanto si nutre la teosofìa, non trovi da poter « attecchire nel nostro terreno », con lui si rallegra che con tanta avvedutezza ed efficacia vi coopera, facendo servire ai bisogni del tempo i suoi studi e la sua penna, e di cuore lo benedice.

Profittando poi dell' occasione, Sua Santità è ben lieta di benedire ancora il Direttore e gli Scrittori tutti di codesto benemerito periodico, e di augurare ai medesimi che un passato cotanto glorioso e fecondo sia loro nuovo sprone a mantenersi sempre fedeli al programma inaugurato e seguito dagl' illustri predecessori, cooperando con alacrità alla maggior gloria di Dio.

Nel significare a V. P. questi benevoli sentimenti dell'Augusto Pontefice mi valgo dell' incontro per confermarmi con sensi della più distinta stima,

di vostra paternità

affmo nel Signore

L. jJiS. R. CARD. MERRY DEL VAL.

VICARIATUS URBIS

DECRETUM

UTERQUE CLERUS PROHIBETUR INTERESSE PUBLICIS KINEMAT0GRAPH1S IN URBE.

Una delle principali cure del nostro ufficio è quella di vigilare affinchè non s'introducano nel clero abitudini, che male si addicono alla santità e al decoro dello stato ecclesiastico. Essendoci noto pertanto come persone appartenenti al clero, così secolare come regolare, frequentino i pubblici cinematografi, dove non di rado si offendono la religione e la morale, abbiamo creduto nostro dovere informare di ciò il Santo Padre, invocando provvedimenti opportuni ed efficaci a togliere così grave abuso.

Nel nome quindi del Santo Padre, e con l'autorità di Lui per questo scopo concessaci, mentre ricordiamo al clero l'obbligo di non frequentare

i pubblici teatri, vietiamo in particolare agli ecclesiastici dell'uno e dell'altro clero di assistere agli spettacoli che si svolgono nei pubblici cinematografi di Roma, senza alcuna eccezione.

Per espresso volere dello stesso S. Padre, qualora, che Dio noi voglia, da ecclesiastici dell'uno e dell'altro clero si contravvenisse a queste disposizioni, procederemo contro i trasgressori con le pene canoniche, compresa la sospensione *a divinis.*

Roma, dalla nostra residenza, il 15 Luglio 1909.

PIETRO CARD. VICARIO.

L. © S.

Francesco Can. Faberi, *Segretario.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

Il S. Padre, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, si è degnato di promuovere:

12 Luglio 1909. — Il Rev. Can. D. Angelo Paino alla sede cattedrale di *Lipari.*

13 Luglio. — Mons. Giovanni Vaughan, Prelato domestico di S. S., alia sede vescovile titolare di *Sebastopoli,* e ad Ausiliare di *Salford.*

20 Luglio. — Il Rev. P. Gregorio Diamare, Priore claustrale, ad Abate ed Ordinario di *Monte Cassino.*

24 Luglio. — Il Rev. P. Giuseppe Abbet, Abate di S. Maurizio nel Valiese, a Vescovo titolare di Betlein.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico di numero partecipante:

7 Luglio 1909. — Mons. Giovanni Zani-Caprelli, di Roma.

Protonotari apostolici ad instar participantium:

6 Luglio 1909. — Mons. Patrizio J. Mac Ñamara, della diocesi di Brooklyn.

14 Luglio. — Il Rev. D. Giuseppe Rovetta, Abate di Montechiari in diocesi di Brescia.

15 Luglio. — Il Rev. D. Giacomo Federkiewicz, Decano infulato del Capitolo cattedrale di Premislia;

— Il Rev. D. Giuseppe Stachyrak, Prelato scolastico della Cattedrale della medesima diocesi.

Prelati domestici:

6 Luglio 1909. — Il Rev. D. Concezio Leopardi, Vicario generale della diocesi di Atri;

— U Rev. D. Raimondo Marchancoses, Vicario generale e rettore della chiesa di Albarrazin (Spagna);

— Mons. Carlo Kmoch, Canonico della Collegiata di Veteroboleslavia in diocesi di Praga.

8 Luglio. — Mons. Tommaso Taaffe, rettore della chiesa di S. Patrizio in Brooklyn.

9 Luglio. — Il Rev. D. Giacomo Flood, fondatore e parroco della chiesa di S. Giovanni evangelista in Nuova York;

— Il Rev. D. Francesco Wall, Presidente dell'associazione degli ex-alunni del Collegio dell' America del Nord (Stati Uniti).

13 Luglio. — Il Rev. D. Agostino Pieper, dell'archidiocesi di Colonia, Membro del Centro cattolico al Parlamento ih Germania;

— Il Rev. D. Carmine Garzone, arciprete-curato di Serra-Pratola in diocesi di Avellino.

15 Luglio. — Il Rev. D. Alfonso Fischetti, arcidiacono della Cattedrale e Pro-Vicario generale di S. Angelo dei Lombardi.

22 Luglio. — Il Rev. D. Giuseppe Sirois, Curato al Capo S. Ignazio neli'archidiocesi di Quebec.

Il S. Padre, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo e con Breve pontificio, si è degnato di nominare:

Cappellani comuni:

23 Giugno 1909. — Il Rev. D. Pasquale Catacchio, Officiale della Segreteria di Stato.

2 Luglio 1909. — Il Rev. D. Pio Rossignani, di Roma.

ONORIFICENZE

11 Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce di S. Gregorio magno, classe civile:

5 Luglio 1909. — A S. E. il Sig. Sergio Sazonow, già Inviato straordinario e Ministro plenipotenziario di Russia presso la S. Sede.

7 Luglio. — Al Sig. Conte Costantino Potocki, appartenente all'aristocrazia della Polonia.

La Commenda dell' Ordine di 8. Gregorio magno con placca, classe civile.

,.. *8 Luglio 1909.* — Al Sig. Giacomo J. Walsb, Decano della facoltà medica nell'Università di Fordham (Stati Uniti di America).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe civile:

8 Luglio 1909. — Al Sig. Francesco J. Quinlan, professore nella Università di Fordham (Stati Uniti d'America);

— Al Sig. Giovanni J. Dela n y, avvocato in Nuova York.

14 Luglio. — Al Sig. Giovanni Boyd Harvey, della diocesi di Newport.

17 I^uglio. — Al Sig. Conte Giovanni Czarnecki, dell'archidiocesi di Posen.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe civile:

2 Luglio 1909. — Al Sig. Alberto Frommer, maestro di cappella ia Cannes, diqcesi di Nizza.

7 Luglio. — Al Sig. Avv. Alberto Vanderheyde, di Ostenda in diocesi di Bruges;

; — Al Sig. Conte Filippo Pagani-Planca-Incoronati, di Roma.

8 Luglio. — Al Sig. Ippolito Suys, dell'archidiocesi di Malines;

— Al Sig. Edmondo G. Hurley,, Prof, di canto gregoriano in Nuova-York;

— Al Sig. Prof. Carlo Herbefmann, direttore dell' Enciclopedia cattolica (Stati Uniti d'America).

9 Luglio. — Al Sig. Beniamino Coleman, di Nuova York. .

12 Luglio. — Al Sig. Barone Giovanni Fernando Maria d'Huart, Presidente del Comitato cattolico di Maubenge in diocesi di Cambrai.

19 Luglio. — Al Sig. Maurizio Gilbert, industriale a Cuesmes-Ies-Mons in diocesi di Tournay.

Il Cavalierato di S. Gregorio magno, classe militare:

21 Luglio 1909. — Al Sig. Giovanni Vogelsang, Sergente maggiore della Guardia svizzera pontificia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro:

15 Luglio 1909. — Al Sig. Salvatore Fidanza, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare :

Camerieri segreti soprannumerari:

5 Luglio 1909. — Il Rev. D. Carlo Czernotzky, parroco di Leobschütz nell'archidiocesi di Olmütz;

Il Rev. D. Silvestro di Castro, dell'archidiocesi di Marianna;

— Il Rev. D. Giovanni Hromadka, dell'archidiocesi di Vienna;

— Il Rev. D. Giuseppe Farsky, dell'archidiocesi di Praga;

— Il Rev. D. Andrea Koestler, della medesima archidiocesi;

— Il Rev. D. Giuseppe Schmid, della medesima archidiocesi;

— Il Rev. D. Giuseppe Luigi de Sousa e Sa, dell'archidiocesi di Evora;

— Il Rev. D. Giuseppe Maria da Cruz Simeäo, della medesima archidiocesi;

— Il Rev. D. Giuseppe Bernardo d'Oliveira, della medesima archidiocesi;

— Il Rev. D. Giuseppe Manuel da Silveira Barradas, Vice-rettore del Seminario di Evora.

12 Luglio. — U Rev. D. Carlo Becker, della diocesi di S. Pietro del Rio Grande ;

— Il Rev. D. Pasquale Minichini, canonico e parroco della Collegiata di S. Michele in Nola.

Cameriere d'onore in abito paonazzo :

12 Luglio 1909. — Il Rev. D. Alfonso Frattari, della diocesi di La Piata.

NECROLOGIO

27 Giugno 1909. — Mons. Giuseppe Cotter, Vescovo di Winona.

9 Luglio 1909. — Mons. Giacomo Murray, Vescovo di Maitland (Australia).

16 Luglio. — Mons. Giovanni Shanley, Vescovo di Fargo (St. Un. d'Am.).

18 Febbraio 1909. — Rev. P. Giulio di Gesù e Maria, dei Minori, Consultore della S. Congregazione dell'Indice.

Annus I. - Vol. I. Die 15 Augusti 1909. Num. 15.

ACTA AP1)ST0LÌGAE1EI)1S

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

' I.

BEATUS IOSEPHUS ORIOL IN SANCTORUM CAELITUM ALBUM REFERTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS. SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Dominus Iesus coram Apostolis suis elevatus est, quamquam iam nubes susceperat eum ab oculis eorum, etiam tum tamen ipsi intuebantur in caelum euntem illum (Act. i, 9, 10). Utinam christifideles omnes ita mentis oculos perpetuo in caelum intentos haberent, ut quae sursum sunt quacrerent, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt saperent, non quae super terram (Col. III, 1, 2)!' Id sane fideliter praestitit Iosephus Oriol eoque alacrius, quanto propius ad vitae suae exitum appropinquabat. Hunc igitur, ad eximium christifidelium exemplum, auspicatissimo hoc die in Domino gaudemus, in Sanctorum eius numerum adscribere.

Luci editus est Iosephus tenui loco Barcinone, Catalauniae principe urbe, anno MDCL, ante diem ix kalendas decembres, ipsoque eo die est baptizatus. Ioannes Oriol pater eius, textor sericarius, sesquianno post vita functus est: mater autem Gertrudes Bugugnà, post biennium, ad onera domus sustentanda, iterum nupsit Dominico Pujolàr sutori. Qui, non aliter atque a se genitum, privignum dilexit, quem docilem, benevolum, pium experiebatur. Quare eum, ut copia esset litteris dandi operam,, sacerdotibus ecclesiae sanctae Mariae a mari commendavit, in qua ipse paroecia degebat. Hi, ut per aetatem pueri primum licuit, eum ut eius aedis clericum animo libenti exceperunt eumque litterarum, musices ac religionis rudimentis coeperunt instituere: puer autem illorum curis respon-

dens alacriter disciplinam recipiebat, obsequenter obtemperaba!, pie ministrabat Sacrum agentibus, sacrarii curabat munditiam, altarium nitorem atque ornatum : si quid' vero temporis supererat, aequalium societate puerilibusque iocis posthabitis, ante SS. Sacramentum flexis genibus preces fundens, id absumebat.

Postea loci Iosephus in athenaeo Barcinonensi versatus est: utrum ipsorum sacerdotum sanctae Mariae a mari, an aliorum liberalitate ei id licuerit, incompertum est; nam studiorum sumptus sufficiendi nec matri nec vitrico copia erat. Adde quod vitricus ipso eo tempore a vita migravit, cum esset Iosephus duodecim vel tredecim natus annos: qui tum, relicta matre, domum concessit Catharinae nutricis suae, quae nupta erat Antonio Brughéra, in qua domo ab hominum oculis et conversatione remotus studiisque, precibus, piis commentationibus perpetuo intentus numquam e conclavi egrediebatur, nisi ut aedem Dei vel athenaeum peteret. Tum quid accidit miri: cum enim Antonius in tacitam suspicionem contra uxorem suam atque Iosephum veniret, hic iri prunas manus coniecit; cumque ex flagranti igne nihil accepisset nocumenti, uno facto monstravit, et hominis occultas cogitationes sibi esse exploratas ac nulli admodum noxae se affinem esse. Ea in domo morbis quibusdam Iosephus tentatus est praesertimque nervorum gravi quadam contractione, ob quam diu in lectulo decubuit, lux ato femoris osse, cum tam acribus et continuis doloribus, ut nihil umquam quietis vel solatii esset. Humanis subsidiis frustra adhibitis, tandem Iosephus, eis abiectis, Deo se totum permisit atque necopinato ex tanta aegrotatione evasit: ita sese ad intermissa studia referendi potestas fuit.

In Barcinonensi athenaeo sanctus Iosephus latinis litteris, philosophiae ac theologiae dedit operam, antecessoribus aeque atque condiscipulis dilectus et in praecipua existimatione habitus. Anno MDCLXXIV, kalendis Augusti, annos tres et viginti natus, ad doctoris theologi dignitatem promotus est : nec tamen studia deposuit, theologiae morali ac haebraicis litteris incumbens, quas disciplinas se potissimum in proximorum utilitatem sperabat fore collaturum. Iamdudum enim in ordinem sacerdotum optabat adscribi, facultatibus omnibus niti ad augendam Dei gloriam hominumque salutem procurandam. Igitur sacerdotio initiatus est, anno MDCLXXVI, ante diem III kalendas iunias; tantoque fervore in aede sanctae Mariae a mari Sacro primum est operatus, ut angeli speciem conspicientibus praeberet.

Tunc, ut vetulae parentis sublevandi egestatem sibi potestas fieret, a Thoma Gasnèri munus delatum eius filios instituendi excepit in eiusque lautam ac sumptuosam domum^ relicta Catharina nutrice, quicum tredecim annos manserat, transtulit domicilium. Ibi nonnullum contigit prodigium,

quo sancti Oriol posthac vivendi ratio immutata est. Nam, domini mensae eo considente, iucundioribusque quibusdam appositis epulis, bis terque ex illis sanctus vir sumere frustra est periclitatus ; quippe occulta quaedam atque insuperabilis vis eius brachium retinuit. Ex hoc cum nutus divinus ille portendi sibi intellexisset, ut asperiorem vitam iniret, ab illo anno MDCLXXVII, perduri ieiunii initium fecit, ex quo, usque ad obitum, nihil umquam relaxavit. Mansit Iosephus in Gasneriana ea domo novem annos, usque ad annum MDCLXXXVI, quo, ante diem xn kalendas februarias, mater eius Gertrudes Bugugnà e vivis erepta est. Post unum ac viginti dies, peregrinationem ille pedibus capessivit, ad beatorum Apostolorum sepulcra; cumque consisteret in Urbe, a venerabili Innocentio XI Summo Pontifice beneficiarius electus est insignis aedis Barcinonensis sanctae Mariae regum dicatae vulgoque *a Pinu* appellatae, ante diem ix kalendas februarias anni MDCLXXXVII. Eodem anno, ante diem in idus iunias, Barcinonem reversus, suscepit beneficii onera in iisque usque ad mortem, quindecim fere annos, permansit.

Dictu incredibile est, qua religione ac sedulitate sacris suis muneribus Iosephus satisfaceret. Praemissa admissorum confessione, quotidie mira pietate atque animi applicatione Sacrum faciebat prolixaeque id preces praecedebant ac subsequebantur. A choralibus caerimoniis numquam aberat, nisi aegrotationis causa: princeps in chorum ibat oransque flexis genibus reliquorum adventum expectabat ; ultimus, divinis rebus peractis, excedebat; religionem eius, intentam mentem suspiciebant sodales pudebatque a pietate viri se longe distare ; commissis ab eis vel punctatoris, vel aegrorum curatoris muneribus eximia sedulitate, studio, caritate functus est. Propriam sibi parare domum numquam voluit, quamquam nec beneficii fructus erant impares, neque a ceterorum beneficiariorum consuetudine abhorrebat : contentus angusto conclavi fuit, domi chirurgi Padròs ac, isto functo vita, cum vidua uxore eius mansit, usquedum est postremo morbo correptus : ibi, contubernalium etiam ab oculis auribusque, quantum dabatur potestas, remotus, assiduis precibus et corporis acerrimis afliictationibus vacabat.

Namque unicae ei curae erat, a contemnendis saeculi huius rebus abstrahere animum ad Deumque totis intendere viribus. Ergo interdiu orabat noctuque, domi atque in sacris aedibus ; sub sensibus quae cadunt, non avocabant a Deo, sed ad eum et ad aeternas veritates rapiebant; nec cogitatione umquam sacrosancta Verbi Dei humanitas excidebat ac labores suscepti, voluntarii cruciatus morsque ultro subita, in mortalium redemptionem. Hisce perpetuis commentationibus flagrabat caritate animus, desiderio accendebatur adipiscendi sanctimoniam omnesque homines ad Deum

pertrahendi. Ex ea caritate omnes animi motus atque impetus existebant, omnes actiones prodibant; ita erga Deum magnanimus, ut ardua quaeque ad gloriam eius suscipere paratus esset; ita fidelis, ut confessariis auctoribus, nullum eius mandatum, per totam vitam, culpa gravi contempserit; ita ceterorum hominum studiosus, ut omnibus in rebus eis commodare exoptaret et quidvis sedulo vitaret, in quo illi possent offendi.

Omnes vero homines qui diligebat ac plurimo habebat in pretio, idem se aspernabatur et nihili faciebat. Si vituperabatur, si lacerabatur maledictis et contumeliis; in via publica huc illuc si per ludibrium iactabatur et impingebatur, ut si unus esset hominum vilissimus, haud sane indignitate rei stupebat; sed praeclare secum agi arbitrabatur, pemosci se ab hominibus, qui, ex meritis, ea se inclementia, iis opprobriis acciperent. Verum, nec maiorum iniuriis et vexationibus, neque laudibus suffragiisque bonorum, deterrebatur ab incepto, cum res erat de amplificanda Dei gloria vel proximorum commodis procurandis : quippe vituperationes contemnendas esse iudicabat, quod potius Deo, quam hominibus, est obsequendum; item abiiciendos plausus, Deo, cuius ipse vile instrumentum erat, non sibi debitos. Ita, hominum posthabitis aequo animo significationibus, Dei negotia acerrime gerebat. Verum sibi qui praeerant, in Dei ipsius eos habebat numero voluntatique eorum sedulo obtemperabat, quidquid duri atque asperi iuberent : ita Episcopo libenter paruit vetanti confessiones excipere ; nec aliter conscientiae moderatori, cum eum vetuit in posterum aegrotantes homines sanare: imo omnibus, etiam se humilioribus, dicto esse audientem gaudebat.

Voluptates, divitiae, corporis denique commoda odio inexpiabili habuit, quippe quae a Deo, quod est unicum bonum, se removissent ; in deliciis habuit paupertatem. In angusto conclavi sub tecto domicilium collocaverat, ubi, in modica et paupere supellectile, nullus ei lectus erat. Ad hoc conclave nemo umquam aspirabat : sibi ipse minister ac famulus munditias faciebat, componebat, manu sua lintea lavabat sarciebatque. Nec tamen cultus decentia negleptui erat, simul munditiae ac paupertati consulenti : per aestatem perque hiemem easdem vestes adhibebat. Beneficii fructus, quos non sibi, sed pauperibus debitos censebat, his dividebat, vix detracto, quod ad comparandum panem esset satis ; Captivis, aegrotantibus, ex amplo loco deiectis, mendicis, orbis, viduis, caecis, membris captis : hi liberorum erant in numero, his ipse caritate parens ; nec erat homini quies aut dormiendi potestas, nisi ultimum, qui supererai, minimum cuipiam pauperi ante donasset. Parente vita iuncta, cum libellarum Catalaunarum treeentarum undecim factus heres esset, ante diem xv kalendas augustas anni MDCXGi, quo eas die redegit, per publicas litteras attribuit, quae ad qua-

tuor menstrua Sacra celebranda essent, in animarum solatium inopum defunctorum.

Corpus capitalis nostis loco fuit: huic adversabatur et repugnabat, contundebat cupiditates, dolores ei inürebat acérrimos, nec ulla erat umquam vexandi remissio: his artibus motus incompositos cohibebat. Numquam animi gratia obambulabat vel confabulabatur cum hominibus; oblectamenta, solatia quaevis sibi denegabat; quidquid temporis non esset in gloriam Dei ac spirituali usui impensum, id dissipatimi arbitrabatur. Quare etiam somno adeo arctum imposuerat modum, ut duas horas singulis noctibus aegre concederet quieti, nullo tamen strato aut minus aspro cubitu conciliata^: nam sedens dormiebat vel raro iacebat, assulis tantum vel storea supposita. Noctis reliquum precibus absumebat vel carnes ea acerbitate caedebat, ut, tametsi remotum esset cubiculum, per totas aedes flagellorum strepitus resonaret. Ignem, ne in perfrigida quidem hieme, adhibebat; nudo capite gradiebatur, quum in summo algore, tum in sole ardentissimo. Numquam equo, numquam curru vectus est, etiam in longinquis ac difficilibus itineribus ; pedibus per urbem et agros ibat, nudis identidem plantis. Cibi potusque incredibilis fuit abstinentia: perpetuo quippe, eoque asperrimo, ieiunio usus est. Sitim aqua explebat; semel in die furfureum panem comedebat; diebus festis cum pane agrestes herbulas, nullo tamen condimento ; solemnissimis vero Paschatis aut Natalis Domini diebus, harencum vel sardinam vel esurialem aliam escam; fuit imo integra quadragesima, qua, praeter dies dominicos, nec potum biberit, nec cibum admodum ederit.

Haec omnia eximio erant hominibus exemplo, qui nec ullum factum eius conspiciebant, quod reprehenderent, nec incompositum aut indecorum gestum, nec verbum audiébant, in quo cuiusquam aures offenderentur. Namque nihil loquebatur, quod non esset sanctum aut necessarium vel utile, supervácaneis supersedens sermonibus temporique ac loco non consentaneis : quos si alii instituerent, aut tacebat aut ad fructuosa animae argumenta solerter traduce bat. Nec modo vulgus imperitum, sed homines etiam doctrina praediti atque acriore ingenio, verba eius obsequenter excipiebant, a quibus numquam humilitas deerat, mansuetudò, urbanitas ac prudentis hominis cogitata ratio. In terram oculos demittebat, haud tamen putide ac morose; a tristitia ita alienus erat, ut hilaris sanctus vocitaretur. Mulierum alloquia non fugiebat, at arbitris adhibitis ; illaeque eius sic conspectu commovebántur, ut si sermonem cum angelo haberent et castitatis modestiaeque in animo sensus excitarentur. Pueri diligebant occurrebantque in via, manum osculantes ; consurgebant, eo transeunte, opifices ac tabernarii ; sanctum praedicabant quum plebs christifidelium, tum specta-

bili loco homines atque ipse Barcinonensis Praesul. Quod si quis ingenue de sanctitate eius coram pertingeret extolleretque ieiunia, humiliter ipse silebat, nisi subiiceret, sanctos in caelo esse; poenas autem a se reposcere iis consentaneum esse, quibus admissa piacula sunt expianda.

Copia data, consiliis, cohortationibus homines Iosephus iuvabat: si alienam domum pedem inferebat, gloriam Dei incolarumque bonum persequebatur: in medium enim, quae imitarentur, spiritualia specimina proferebat vel sancti alicuius hominis historiam; catholicae fidei mysteria, potissimum SS. Trinitatis, enarrabat atque efferebat; excitabat ad celebranda Sacramenta ac reliquas caerimonias; pietatem, maxime in beatam Virginem fovebat, quae est caelestium omnium beneficiorum deprecatrix. Nec vero universis modo usibus, sed et cuiusque praecipuis scite prospiciebat: aut matri auctor, filiarum castum ac modestum curaret cultum, a choréis abalienaret, a consuetudine hominum nimiisque sermonibus; aut tristiores deprehensas quaspiam puellas, maxime unum omnium docebat hilaritate perpetua frui, qui Deum e cogitatione mentis numquam dimittat; aut quorum animos de assequenda aeterna salute anxios cernebat, spem iubebat tenere in memoriamque reducebat, ea potissimum causa, ut salvi omnes homines fierent, Christum morti succubuisse; aut, laudibus pacem domesticam efferens, uxores in gratiam virorum, liberos parentum, sorores fratrum mira quadam industria reconciliabat.

Domorum tamen parietibus studium non continebat: per castra, per urbis portas ac moenia, militum praesidia obibat et, blande alloquens nummosque et munuscula impertiens, fidei christianae documenta tradebat. Lustrabat carceres et nosocomia, quumque captivorum atque aegrotantium sublevabat aerumnas, tum aeternarum veritatum memoriam referebat, excitabat ad calamitates vitae aequo animo alacrique tolerandas, mulieres hortabatur, ut pudice, verecunde aetatem agitarent. Vias plateasque percurrebat deductosque inde pueros cogebat in templum, ibique eis de rebus divinis loquebatur, docebat christianam catechesim, piis operibus exercebat. Nulla umquam quies, nulla remissio: Deo animaeque postquam vacaverat, quidquid supererat temporis et virium, totum id in proximorum utilitates conferebat. Potissimum vero incumbebat ad audiendas christifidelium confessiones; atque in eius spiritualem disciplinam multi sese tradiderunt inventique ex eis sunt qui, sanctimoniae tam probatum ducem constanter sequuti, christianarum virtutum fastigium attigerint.

Quanquam ea Iosephus aestuabat caritate, ut tot labores, quos sustentabat, tot, quos ultro subibat, cruciatus, quodvis oblectamentum, imo ipsa necessaria quies atque accommodatior cibus, quem naturae eripiebat, nihili faceret increbresceretque in diem desiderium, pro Deo asperiora aggre-

diendi, naturae tolerandi molestiora. Ergo vicem Christi martyrum invidebat ac beati Francisci Xaverii, cui tot hominum millia ad christianam fidem adducere contigit. Fuitque dies quidam, quo, animi fervorem lenire non valens, subito Barcinone egressus est; cumque flagranti facie, summa celeritate graderetur, duo sacerdotes occurrentes a necessario homine petierunt, numquid accidisse! mali vel quo tam festinanter adproperaret. Respondit, petere se Hierosolyma vel quocumque inventa foret copia infidelium, quos ad Christi fidem adigeret: eisque amice instantibus, fatebatur repentino animi impetu id se consilii arripuisse, non adhibuisse auctorem, rei certiorem fecisse neminem, nihil secum viatici, nihil pecuniae habere. Illi vero consilium quidem haud reprehendebant, at negabant ita praepropere ac temere esse id ineundum; cauto aiebant tanta in re opus esse; interim optimum videri, si Barcinonem reverteretur.

Ille quidem, qua docilitate erat, morem eis gessit ac rediit Barcinonem. Tametsi propositum non abiecerat; cuius per civitatem rumor cum pervagaretur, vulgo eum homines conveniebant, discidium illud, quod erant acerbissime laturi, precibus, rationibus, gemitibus ab eo deprecantes. Ipse contra abeundi ab eis veniam flagitare : infidelium insererentur, eorum fratrum, Dei, quem ignorarent, liberorum. Utinam permultos ex ipsis ad fidem perducendi fiat sibi locus ! Utinam inter apostolicos labores mors esset inventa. Quam viii pretio mercaturus paradisum esset, uno gladii ictu? Cur conabantur retinere ? Cur a spe avertebant tantam adipiscendi felicitatem ? Igitur, testamento facto, Barcinone profectus est anno MDCXCVI, ante diem iv nonas apriles. Ei erat constitutum ire Romam pedibus, ut fieret a Summo Pontifice potestas, sacram expeditionem in Iaponiam vel ad alios quosvis infideles obeundi. Massiliam vero cum advenisset et, ad curandos aegrotos in nosocomio, aliquanto constitisset, vehementer ipse aegrotavit; utque ex eo morbo est contra spem recreatus, iussus fuit a Virgine beatissima reverti Barcinonem. Navi vectus, eodem anno rediit, ante diem xi kalendas iunias exceptusque est summa cleri, familiarium civiumque omnium laetitia.

Hoc idem tempus velut novae cuiusdam aetatis sancto Dei famulo initium extitit. Qui enim res divinas perpetuo secum commentabatur atque in animo versabat, ad tam arctum cum Deo nexum pervenerat itaque amore divino totus rapiebatur, ut identidem, quid ageret quidve loqueretur, sibi conscius non esset. Quare aliquando, animi impetum temperare non valens, cum beato Paulo imprudens exclamabat, cupere se dissolvi et esse cum Christo; ita aliquando cogitabundus erat et a corpore veluti seiunctus, ut, mirantibus qui circum erant, nec quod audiebat perciperet, nec quod respiciebat videret; aliquando sodalium atque amicorum nec opinato interpel-

dabat sermones secumque de divinis rebus loquebatur; vel, ex improviso illis relictis, huc illuc gressu temere tendebat. Haec potissimum everiiebant, si quando Christi e cruce pendentis oculis simulacrum obiectum toleratorum, ad redimendos homines ab eo cruciatuum memoriam in animum referebat.

Flagrantissima caritas nequibat in interiore animo contineri seseque extrinsecus proripiebat, impetu eius vocis, oculis ardentibus in caelum sublatis, corporis membris tum inquietis, tum vero immotis. Sacram Eucharistiam cum ad aegrotantes vel in solemnibus supplicationibus prosequebatur, consistebant homines mirantibusque oculis vultum eius intuebantur, quem modo ex laboribus, ieiuniis, afflictationibus decolorem et exsanguem conspexerant, tunc repente rubescentem atque flagrantem. Cum vero ad altare litabat, tum hominem totum aestuantem videres et novam quamdam formam induentem, tremulam audires vocem, adstantes cerneres, tali conspectu permotos, ex eo oculos non deiicere: qui praestolabantur donec, sacrificio absoluto, gratias Deo ageret, tum que venerabundi accedebant, ut sancti viri manum oscularentur. At non modo in membra corporis caritatis intestina flamma erumpebat et efíundebatur, sed in alios quoque propinquitate aut contagione transfundebatur eosque occupabat atque invadebat. Saepius aegrotantes homines experti sunt accedentes, ut ope eius morbis liberarentur; quibus quum imponere! manus aut eos cruce signaret, novo quodam aestu se pervadi sentiebant animamque praecludi vel horrore membra concuti vel viribus defici et animo relinqui.

Namque Deo placuit, suo numine huius fidelis servi sanctimoniam coram hominibus significare; eumque in hoc mundo ex iis gaudiis, quibus caelites perimuntur, aliquid praegustare. Nocte feriae quintae maioris hebdomadis, coram spina ex Domini nostri corona, cum sacerdotibus sodalibus dum preces fundit, conspexit sanguinis guttam, e Redemptoris fronte, in spinam manantem: quare, prae commotione animi, sibi temperare nequivit quin, quod oculis videbat, voce denunciarci. Saepius autem, aut in templo aut in cubiculo, precibus intentus, non animo modo, sed etiam corpore e terra rapiebatur itaque suspensus solidas horas immobilis manebat. Contigit id quoque in ea, quam narravimus, navigatione, qua Massilia Barcinonem revectus est. Super stega enim cum ferventissime precaretur, repente sursum elatus est: obstupuere nautae et remiges metuentesque ne, procurrente navi, ille retro maneret ac deinceps in mare decideret, malos atque antennas, ad arripieridum eum, conscenderunt: sed conati frustra sunt eum assequi; qui, cum postea leviter descendit, eidem ipsi loco, unde erat sublatus, restitutus est.

Quanquam vero Deus, haec ostenta patrans, de sanctimonia viri cumu-

late coram hominibus testificari et praedicare videbatur, attamen generis humani hoste m non vetabat stomachum in eumdem erumpere; miramque narratu est, quam saeve ille permissa facultate uteretur. Vexabat, iactabat, confodiebat: ex quo tempore apud matricem Iosephus habitabat, conspiciebant eius hospites inopinantem ad parietem tradi vel per solum trahi aut per scalas, capite inverso, nec qua aut cuius haec vi fierent, percipiebant. Concutiebatur«ab inimico tantaque immanitate caedebatur, praesertim cum sanctae Matronae aedem adibat, ut unde rediret coeno vestes illitas, genas velut unguibus laceratas; poscentibusque undenam adeo male multatus esset, aiebat diu sibi et aspere contendendum cum diabolo fuisse. Ita, divino quodam consilio, qui ad res caelestes contemplandas recipiebatur, idem permittebatur immundi spiritus arbitrio ; cuique obsequebantur vires naturae, leges solvebantur, eius membra Satan per libidinem cruciabat ac torquebat.

Nam sancto Oripl in naturam mirabile imperium fuit: cerei lampadesque diu ardebant, quin cera aut oleum consumeretur ; cibi multiplicabantur vel ex improviso extabant, qui nulli fuerant; inveniebantur nummi, quos nemo condiderat. Beatus vir per maximos imbres habebat iter, nec madescebat ; ambulabat per flumina, non aliter atque per siccum solum ; in Massiliensi eo redditu, magna coorta tempestate timentibusque nautis ac vectoribus, mari sanctus Iosephus benedixit et, sedatis ventis, undae quieverunt. Temporis spatiique non coarctabatur legibus: saepe enim» fere eodem tempore, dissitis in locis conspectus est aut, pedibus sensim progrediens, eamdem viam citius confecit, quam qui veloci curra vecti fuerant.

Sed collatam sibi divinitus virtutem praesertim in pellendis morbis curandisque aegris ea ratione promebat, ut medici et pharmacopolae expostularent, tantum sibi detrimentum inferri. Tertia a meridie hora, decantatis vesperis, ad sanctae Mariae regum aegrotantium frequens numerus quotidie confluebat, ex urbe atque vicinia, debilium, membris captorum : hos* divino implorato auxilio digitoque aqua lustrali humectato, signabat vel manus imponebat atque ita veletudini et integritati restituebat. Saepe, ne viae illi toleraren t incommoda, petebat ipse proxima oppida et quotquot morbis laborantes occurrebant non dissimili ratione curabat. Gaeci visum recuperabant, muti loquendi copiam ; mancis, claudis, contractis integra ac soluta membra restituebantur; insanabilibus morbis detenti, desperati a medicis et morti iam proximi recreabantur et novam quamdam vigentemque vitam inibant. In mediis prodigiis, quibus beati viri Deus sanctitatem asserebat, mira erat eius humilitas. Si quis enim de huiusmodi prodigiis coram eo iniiciebat sermonem aut si quis sanatus agebat ei gratias vel quid munu-

sculi offerebat, erubescebat ipse, quod id sibi tribueretur, quod unius Dei esset; mirari se aiebat, ad talia miracula patranda, tam indignum administrum Deum adhibere; confirmabat miraculorum virtutem a Christo Domino esse in Apostolos transmissam ab iisque in sacerdotes: quare posse omnes sacerdotes miracula facere, si modo data facultate velint uti.

Verum, quam aegrotorum corpora, magis animae sollicitae erant curae: monebat eos, hortabatur, prout cuique opus erat, documenta praebebat. Quod si alicuius cernebat deficere fidem vel gravi eum noxa teneri, negabat sibi eum signare fas esse aut imponere, manus iubebatque alio die reverti. Qui, occulti impedimenti sibi conscii, ibant ac, si deinceps ad beneficium recipiendum aptius comparati rerneabant, ab eo sanabantur. Ut enim obiecta corpora reliqui homines oculis perspiciunt, ita recondita animorum arcana hominumque occultas voluntates et consilia penetrabat Iosephus ac pervidebat eaque divina facultate utebatur, ad scelestos homines ad frugem reducendus aut ad minores piorum labes^ac menda corrigenda. Quin et abscondita futuri temporis facilitate eadem, introspiciebat multisque tute multa praenunciavit, quae eventu sunt comprobata. Itaque et obitus sui providit diem et eam nonnullis necessariis manifestavit: a quibuspiam vero fabris cultrariis, Lobèt appellatis, quibuscum arctum erat ei familiaritatis vinculum, cum praenunciata obitus dies iam adesset, petiit,-ut sub domus tecto sibi lectulum pararent, in quo animam Deo redderet: domi enim viduae Padròs, penes quam usque ad id tempus moratus fuerat, nullo umquam lecto erat usus.

Igitur, ante diem VIII idus martias anni MDCCII, pauperem suam supellectilem, quibus eam donaverat, tradi curavit: hoc cum ante meridiem egisset, post meridiem vespertinis precibus in choro adstitit ac, sanctae Matronae aede visitata, domum Lobèt petiit statimque in lecto decubuit, pleuritide aeger. Nihil sancto viro fuit certius, quam, in qua universam aetatem paupertate duxerat, in eadem agere extremos dies; quare hanc eius paupertatem frUstra familiares conati sunt sublevare, plane ipso recusante quidquid pecuniae excipere. Tertio decimo kalendas apriles, cum non abesse iam mors.nuntiaretur, maerentibus omnibus, ipse unus gaudio exsultavit excitabatque alios, ut secum de sua sorte laetarentur, quod in eo iam esset, ut desiderii sui fieret perpetuo compos; eisque pro certo pollicebatur eorum se in caelo memorem fore. Eo ipso die incredibili fervore sanctum Viaticum excepit; nam admissa et ante et post crebrius confessione expiavit; undecimo vero kalendas sancto oleo inunctus est. Postremos tres dies, ex quo sanctissimo Christi corpore recreatus est, mortalem nullum cibum comedit. Interim mira sancti viri pax atque hilaritas; intimamque animi tranquillitatem, et fervorem caritatis vultus placidus, sermo

suavis, flagrantia verba atque suspiria significaban! Paulo ante quam extremum anhelitum ederet, alere pietatem gestiens, memoria passionis Domini nostri Matrisque eius dolorum, desiderium protulit, ut hymnus *Stabat Mater* coram se caneretur. Gestus ei mos : idque quatuor canendi pueri periti praestiterunt, magistro eorum fides pulsante, Cantum identidem beatus vir suavissimis vocibus interpellabat, quae quum cordis flammas significabant, tum vehementius eos succendebant cupiditatemque prodibant, qua totus flagrabat, ad caelum tandem advolandi et in Deo acquiescendi. Posthaec, vultu hilari ac laeto, in imaginem Iesu e cruce pendentis obtutum defixit et, absque ullo impetu aut cruciatu, animam tranquille efflavit, vix decimo die incepto kalendas apriles, anno MDCCTI, cum alterum annum et quinquagesimum a nativitate ageret.

Tam beatum viri obitum ut tintinnabula aedis sanctae Mariae regum nunciaverunt manavitque tota urbe rumor, ita universorum civium commotus est animus, lit si magnus princeps aut rex esset morte extinctus: confluere conferios, ad cadaver venerandum ; ex eo ita abscindere, rapere quodvis cuique dabatur potestas, ut satellitibus atque excubiis necesse fuerit, ne exportarentur omnia. Continentis domus disiiciendus fuit paries, ne introeuntes egredientibus impedirentur : perj totum enim eum diem noctem que proximam adeo frequentes et assiduae turbae fuerunt, ut opificibus illis Lobèt, dominis domus, nulla vel com edendi vel dormiendi aut in alios usus utendi domo facultas fuerit permissa. Postero die, ad corpus efferendum, nullum feretrum est adhibitum, sed honoris causa illi ipsi insigni machinae impositum est, in qua, Augusto mense, die beatae Virgini in caelo receptae sacro, simulacrum eius per urbis vias solemni pompa circumferri consuevit. Agmine cleri ordines composito, sanctum corpus, inter urgentis populi frequentiam, ad sanctae Mariae regum prosequuti sunt: ibi, multo apparatu ac celebritate, iusta sunt funebria persoluta. Tunc etiam, ab aliis auctoritate, ab aliis manu ac vi, multum fuit adlaborandum, ut populi impetus a sancti viri corpore arceretur; adeo tumultuose atque effrenate irrumpebant, ad membra inanima tangenda, pedes, manus osculandas, quid eripiendum reliquiarum, beneficia impetranda, deprecandam aegritudinum sanationem. Quam plures sunt consequuti : fuitque mulier quaedam, quae sibi per turbam aperiens viam imbecillum filium itaque membris captum, ut vel ambulandi vel sedendi nulla copia esset, in sancti viri corpus iniecerit; qui ea contagione robustus valensque illico exstitit. Multi etiam suavem odorem effundi senserunt ex sanctis membris; quae clam populo, ne esset impedimento, altera a meridie hora, in eo ipso beatae Mariae regum templo, sepulta sunt, ante diem ix kalendas apriles.

Attamen, corpore humo tecto, tam sancti viri haud periit memoria;

imo in dies eius sanctitatis augescebat opinio. Aiebant vulgo, castum florem perpetuo eum servasse; negabant gravi quapiam noxa innocentiam baptismalem umquam polluisse; dignum praedicabant, qui pie a christifidelibus coleretur; deprecabantur eius opem, reliquias quaeritabant, bustum celebrabant, acceptisque beneficiis, votivas ad id tabellas grato animo afferebant.

Quamobrem, quum sanctitatis, tum miraculorum convalescente fama, anno MDCCLIX, de sancti Iosephi Oriol vita, virtutibus atque prodigiis, auctoritate ordinaria instituta fuit quaestio; cuius tabularum Romam exemplo deportato atque a sacrorum Rituum Congregatione cognito, Clemens XIII Pontifex Maximus anno MDCCLXVII, ante diem VIII kalendas martias, mandato de causa sancti viri ab eadem sacra Congregatione ineunda, chirographum ascripsit. Ergo apostolica auctoritate Barcinone quaestio est habita, annis MDCCLXVIII, MDCCLXIX, MDCCLXX; Romae vero, annis MDCCLXXXI, MDCCLXXXVIII et MDCCXC, triplex apud sacram Congregationem disceptatio fuit de sancti viri virtutibus de eisque, eodem anno MDCCXC, ante diem VIII kalendas augustas, Pius VI Pontifex solemniter sanxit, ita constare de virtutibus theologalibus et cardinalibus earumque adnexis m gradu heroico venerabilis servi Dei Iosephi Oriol, ut procedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussionem trium miraculorum.

Sexdecim fere annorum interiecto spatio, Pius VII Summus Pontifex edixit, de tribus miraculis constare sancti Oriol deprecationibus a Deo impetratis: fuit unum, quod Ignatia Masdèu et Montero sanctimonialis a scirrhosa pancreatos obstructione evaserit; alterum, quod Catharina Manàlt convaluerit, quae annos octodecim sinistri lateris emiplegia laboraverat; tertium, quod recreata fuerit ex lateris dexteri emiplegia Maria Theresia Sàia et Solanes ac membrorum captorum motum sensumque recuperaverit, denique fractae totius corporis vires in integrum fuerint restitutam De quibus miraculis decretum est constare, anno MDCCCVI, ante diem xiv kalendas apriles. Eoque ipso anno, Summus idem Pontifex Pius VII, idibus maiis denuo in hac causa decrevit, procedi posse ad solemnem venerabilis servi Dei Iosephi Oriol beatificationem. Igitur beatificationis solemnis ritus in vaticana aede beati Petri celebratus est, ante diem xi kalendas octobres, eodem anno MDCCCVI.

Haud brevi intervallo interposito, eo quod beati viri suffragiis alia supervenisse prodigia praedicabantur, sacris Ritibus praepositae Congregationi negotium causae beati Iosephi Oriol referendae dedit Leo XIII Pontifex Maximus, anno MDCCCXCVI, ante diem xvin kalendas ianuarias. Duo tum miracula, quae sacrorum Rituum Congregationi probarentur, postulatores exhibuerunt. Altero morbus est sublatus sororis Gertrudis Casas et Cardany, quae dolore acri ac tumore dorsualis spinae septem annos fuit

conflictata lectoque detenta; dolores autem, quum maxime in dextera corporis parte, ita extremos, artus invaserant, ut, ob eorum inceptam paralysim, difficilem efficerent gradum, et manus movendi auferrent potestatem. In dies ingravescebat virium defectus, ciborum fastidium, rigiditas tensioque membrorum, anhelatio continua, difficultas excrementa egerendi, una cum pedum formicationibus febrisque frequentibus accessibus. Remedia cum nulla prodessent medicusque desperatam aegrotam deseruisset, ea, Septembri mense anni MDCCCXCVI, supernas suppetias a beato Iosepho Oriol per supplicationes novendiales postulavit ac statuit eius praestolari subsidium, usque ad diem Nomini beatae virginis Mariae sacrum, quo die idus septembres erant futurae. Pridie illius diei, cum, ad reconcinnandum lectulum, ex eo in proximam devecta [esset sellam, improviso sensit omnem sibi morbum esse detractum; surrexit, per conclave deambulavi^, pristinisque viribus eodem temporis puncto recuperatis, per gradus in sacellum descendit diuque ibi, nixa genibus, oravit; tum cibos comedit, quibus bene valentes utuntur muniaque omnia religiosi Instituti implevit, nec ullas pristini morbi praeterea reliquias experta est.

Altero miraculo soror Maria Bonaventura Tragant tabem insanabilem excussit, qua undecim annos laboraverat. Invalescente in diem morbo, devota virgo tussi continua afficiebatur, siti, anhelitu, cordis palpitationibus, sanguineis ventris egestionibus, vomitibus, sensuum perturbationibus, numquam febri intermissa, densis putridisque exscreationibus : confirmabant vero medici nullam dari medicinam, quae tollere hunc morbum valeret semelque et iterum iusserunt, postremis Sacramentis aegrotam mulierem muniri. Illa vero, humanis quibusque praesidiis destituta, beati Iosephi Oriol ad deprecationem confugit, applicatisque ad pectus reliquiis eius, instituit habendas triduum preces, quibus concupitam sanitatem impetraret. Die tertio, qui sextus fuit ante augustas kalendas anni MDCCCLXXXVIII, nona post meridiem hora, somno accupata, ad lucem usque eum produxit ; cumque evigilasset, morbo se plane vacuam experta est. Ergo surrexit e lectulo fasque ei fuit suis officiis vacare et adeo laboriosa ministeria obire, ut sodalibus explorata esset, robustiorem valetudinem ex sanatione eam recuperasse, qua ante morbum umquam usa fuerat.

De utraque 'sanatione iuste inquisitum est ac deinceps a sacrorum Rituum Congregatione quatenus comitiis cognitum; tandem, iv kalendas maias anni MCMVII, Nostro decreto solemniter ediximus, constare de duobus miraculis 5 de primo, instantaneae perfectaeque sanationis sororis Gertrudis Casas et Cordany, monialis professae in congregatione sancti Philippi Nerii et nostrae Dominae de Lourdes, a meningo-mielitide ex influentiae morbo ; itemque de altero, instantaneae perfectaeque sanationis

sororis Mariae Bonaventurae Tragant, monialis professae in Instituto Urgellensi a sacra Familia, a pulmonum phthisi conclamata. Ante diem autem xiT kalendas augustas, iterum ediximus eodem anno, tuto procedi posse ad solemnem beati Iosephi Oriol canonizationem.

Verum rati institutis a maioribus Nostris moribus esse religiose insistendum, ante diem III kalendas maias, hoc anno MCMIX, Consistorium secretum convocari curavimus, in quo sanctae Romanae Ecclesiae omnes Cardinales de tam gravi negotio sententiam rogavimus. Hi vero, postquam beati Iosephi Oriol gesta praestabilesque virtutes ac patrata, ipso deprecatore, a Deo miracula, a dilecto Fratre Nostro Cardinali Sebastiano Martinelli, enarrari audiverunt, unanimi consensu exstiterunt nobis auctores, ut tantum virum, eis praeditum virtutibus, talibus super naturam donis caelestibusque significationibus et viventem et mortuum divinitus decoratum, in Sanctorum Dei numerum referremus. Tum die eodem publicum habuimus Consistorium, in quo dilectus filius Virginius Jacoucci sacrae Consistorialis Aulae advocatus concinna oratione de vita beati Oriol et de miraculis iterum disseruit nobisque supplicavit, ut causam eius per solemnem canonizationem defmiremus. At Nos censuimus Patrum luminum, adhibitis precibus aliisque piis operibus, esse adhuc expetendum auxilium.

Interim curavimus ut, a sacra Consistoriali Congregatione datis litteris, non viciniores modo Episcopi, sed etiam remotissimi de instantibus solemnibus fierent certiores et, si copia esset, Nobis adessent, sententiam suam de tanta re pròmpturi. Hi quidem ex universo terrarum orbe frequentes convenere causamque admodum edocti et ex iis, quae in Consistorio publico fuerant acta, et ex documentis sacrorum Rituum Congregationis, quorum exemplum singulis tradi iussimus, Consistorio semipublico interfuerunt. Coram Nobis habitum id est, hoc ipso anno, ante diem III idus maias, in eoque, postquam venerabiles Fratres Nostri sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales alacri voluntate beati Iosephi Oriol canonizationi sunt denuo suffragati, Patriarchae omnes, Primates, Archiepiscopi, Episcopi in eamdem sententiam concesserunt. Cuius rei instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae notariis publice confecta in tabularium sacrorum Rituum Congregationis relata sunt.

Ad hanc vero canonizationem agendam, diem statuimus xin ante kalendas iunias, qua recolimus unigenitum Dei Filium, qui unitam sibi fragilitatis nostrae substantiam in gloriae Dei dextera collocavit. Interea christifideles vehementer hortati sumus, ut ferventes ingeminarent preces, iis praesertim in templis, in quibus Sacramentum augustum publice adorandum ex praescripto proponeretur; ideo videlicet ut et ipsi ex tanta caerimonia fructus uberiores perciperent, Nobisque in tam gravi officii nostri munere sanctus Spiritus benignus adesset.

Cum vero dies auspicatissima advenerit, omnes" quum saecularis, tum regularis cleri Ordines, universi Curiae Romanae Praesules et Officiales, cuncti venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi convenerunt, iisque solemni supplicatione praeeuntibus, Nos basilicam vaticanam magnificentissime ornatam ingressi sumus. Tum vero dilectus Frater Noster Cardinalis Sebastianus Martinelli sacrorum Rituum Congregationi Praefectus et huic canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Philippo Pacelli Nostrae Consistorialis Aulae advocato, vota Nobis ac preces detulit Sacrorum Antistitum, ut beatum Iosephum Oriol Sanctorum decoraremus honore ; cumque iterum et tertio iisdem votis et precibus ferventer institissent, Nos, divini Spiritus lumine humiliter invocato, ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra^ matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, praedictum Iosephum Oriol presbyterum Sanctum esse decrevimus ac definivimus eumque Sanctorum catalogo adscripsimus. Cui eodem decreto sociavimus Clementem Hofbauer, e congregatione SS. Redemptoris ac eiusdem congregationis ultra montes propagatoris insignis. Memoriam autem sancti Iosephi Oriol quolibet anno natali eius die ab Ecclesia universali recolendam esse constituimus ; et cunctis christifidelibus, qui die illo exuvias eius venerati fuerint, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum perpetuo largiti sumus. Gratiis deinde Deo optimo maximo humiliter actis, novensilibusque Sanctis pie invocatis, plenariam indulgentiam cunctis adstantibus effusissimo cordis affectu impertivimüs. Tum solemni Sacro operati sumus postque Evangelii lectionem clerum populumque vehementer hortati sumus, ut sanctorum apostolorum Petri et Pauli et novorum Sanctorum patrocinium, in his praesertim Ecclesiae necessitatibus, fidentes implorent; iussimusque apostolicas hasce litteras, manu Nostra et S. R. E. Cardinalium signatas sub plumbo expediri.

Vos vero laetamini, filii dilectissimi et gaudete in Domino, quod hic fidelis eius servus tanto honore hodie inter homines afficiatur. Quod ei merito contigit: quippe ex iis fuit, quibus Redemptoris nostri verba aptari queunt: *Vos estis sal terrae; vos estis lux mundi* (Matth, v, 13, 14). Iure igitur lucerna posita est super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt (ibid., 15). Vos autem in fulgidum hoc lumen oculos ea voluntate defigite, ut eamdem flammam in animis vestris accendatis. Flagravit ille inexsuperabili ardore caritatis, qua Deum et universos homines compie-

ctebatur. Cum vero Deus totum hominem oecuparet, cum mens esset in supernas res perpetuo intenta, quo poterant ei in numero res terrestres esse, quo divitiae et voluptates ? Audistis ut ea aspernaretur ac nihili faceret: opes abiieiebat, pecuniam dividebat egentibus, a voluptatibus oblectamentisque abhorrebat, durissime habebat corpus, necessario somno ac cibo denegato: scilicet, quo diligeret Deum, oderat carnem suam; non est enim fas utrumque amore prosequi. Ergo animi et corporis motus, cogitationes omnes atque actiones ad Dei gloriam dirigebat; ipsum laudari, diligi, honore ab hominibus affici studebat; intentisque viribus omnes ad eum homines adducere adnitens, nihil in hoc satis laboris et industriae ponere arbitrabatur. Nam omnes homines ex animo diligebat, fratres suos, eiusdem Patris liberos, Christi sanguine aeque redemptos solliciteque omnibus rebus eos iuvabat. Vos ergo praeclaras hasce virtutes alacres imitamini: Deum diligile, diligite fratres vestros; superna quaerite, mundum ac voluptates despierte; compescite carnem, spiritus superbiae cohibete, ut videant homines opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est (Matth, v, 16). Hac ratione ac via vitam agentes faciliori apud Deum suffragatore novensili Sancto utemini, ad aeternam beatitatem assequendam atque ad ea impetranda quum spiritualia, tum temporalia adiumenta, quae sunt ad illam conducibilia.

Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa ex scientia et auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula praedicta confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus universaeque Ecclesiae catholicae denunciamus; mandantes ut praesentium litterarum transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris litteris praesentibus haberetur, si exhibitae atque ostensae forent.

Si quis vero paginam hanc Nostrae definitionis, decreti, mandati, relaxationis et voluntatis infringere vel temerario ausu contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo nongentesimo nono, xm kalendas iunias, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

Ego A. Episcopus Ostien. et Veliternen. Card. OREGLIA A S. STEPHANO S. R. E. Camerarius S. C. Decanus.

Ego SERAPHINUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Card. VANNUTELLI Maior Poenitentiarius.

Ego A. Ganimalis AGLIARDI Episcopus Albanensis.
Ego VINCENTIUS Episcopus Praenestin. Card. VANNUTELLI.
Ego FR. Ep. Tusculanus Card. SATOLLI.
Ego FRANCISCUS DE PAOLA Episcopus Sabinensis Card. CASSETTA.
Ego MARIANUS tit. S. Caeciliae Presb. Card. RAMPOLLA DEL TINDARO.
Ego ANGELUS tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. Dì PIETRO.
Ego Fr. H. M.[a] tit. S, Mariae de Scala Presb. Card. GOTTI.
Ego ALEXANDER tit. SS. Marcellum et Petri Presb. Card. SANMINIATELLI.
Ego PETRUS tit. SS. Quatuor Cöronatorum Presb. Card. RESPIGHI.
Ego SEBASTIANUS tit. sancti Augustini Presb. Card. MARTINELLI.
Ego BENIAMINUS tit. S. Mariae in Ara-Coeli Presb. Card. CAVICCHIONI.
Ego CASIMIRUS tit. S. Priscae Presb. Card. FERRATA .
Ego RAPHAEL tit. S. Praxedis Presb. Card. MERRY DEL VAL.
Ego OCTAVIUS tit. SS. Cosmae et Damiani Diac. Card. CAGIANO DE AZEVEDO.
Ego PETRUS tit. S. Bernardi Presb. Card. GASPARRI.
Ego FRANCISCUS S. Mariae in Porticu Diaconus Card. SEGNA.
Ego Fr. IOSEPHUS CALASANCTIUS S. Hadriani Diaconus Card. VIVES.
Ego CAIETANUS S. Nicolai in Carcere Diaconus Card. DE LAI.

A. CARD. AGLIARDI, *S. R. E. Cancellarius.*

Loco % Plumbi.

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Augustus Bartolini, *Protonotarius Apostolicus.*

II.

MISSIO DE KENIA IN AFRICA ORIENTALI ANGLICA ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM.

PIUS PP. x

Ad futuram rei memoriam. — Supremi Apostolatus officium Nobis ab alto demandatum postulat, ut sollicita cura catholico nomini provehendo consulamus, atque fidei incremento aeternaeque fidelium saluti bene, prospere feliciterque videantur eventura, nulla interposita mora, decernere maturemus. Hoc ducti consilio, cogitationes Nostras convertimus ad Missionem, quae aliquot ante annos per decretum die xiv septembris mensis anno MDCCCCV a S. Congregatione de Propaganda Fide editum, erecta rite fuit, quae quidem Missio independens ac sub titulo de Kenia constituta, universum territorium provinciae civilis homonymae in Africa orientali anglica complectitur curaeque missionariorum Instituti Taurinensis a SS. Consolata est credita. Itaque cum vera Christi religio, auxiliante

Deo, illa in Missione talem in modum profeeerit, ut peropportunum videatur Missionem ipsam in Vicariatum apostolicum erigere, Nos collatis consiliis cum venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, quae infrascripta sunt decernenda existimavimus. Nimirum ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium vi, motu proprio Missionem de Kenia in Africa orientali anglica in Vicariatum apostolicum erigimus ac constituimus. Mandamus propterea ut Vicariatus ipse pristinae Missionis confinia retineat, et nomen similiter de Kenia servet. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas, efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn Iulii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

L £g S.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

QUEBECEN. ET NICOLETAN.

DECRETUM QUO PARS QUAEDAM TERRITORII DIOECESIS NTCOLETANAE TRIBUITUR ARCHIDIOECESI QUEBECENSI.

Re prius ac privatim inter Archiepiscopum Quebecensem et Episcopum Nicoletanum collata, SSmo Dno Pio PP. X preces oblatae fuerunt ut pars quaedam territorii *Bellevue* nuncupati a Nicoletana dioecesi seiungeretur atque archidioecesi Quebecensi adderetur. Cum autem compertum fuerit incolarum spirituali bono facilius et efficacius hac ratione posse provideri, oblatis precibus SSmus Dnus benigne est dignatus annuere. In exsecutionem itaque huius pontificiae dispositionis sacra Congregatio Consistorialis per praesens decretum, suppleto quatenus opus sit quorumcumque hac in re interesse habentium vel habere praesumentium consensu, eam territorii *Bellevue* nuncupati partem, quae nunc ad S. Eusebii de Stanfold dioecesis Nicoletanae paroeciam pertinet, a praefatis paroecia et dioe-

cesi avellit, et paroeciae S. Callisti de Somerset archidioecesis Quebecensis in omnibus attribuit. Ad quae quidem exsequenda deputatur R. P. D. Paulus Eugenius Roy, Episcopus titularis Eleutheropolitanus, cum facultatibus necessariis et opportunis etiam pro opportuna subdelegatione, quatenus opus fuerit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die 20 Iulii 1909.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. ^ S.

. Scipio Tecchi, *Adsessor.*

IL

ROMANA

CIRCA AETATEM AUDITORUM S. ROTAE.

Ad propositum dubium, *an aetas 75 annorum, de qua in can. 1, § 3* Legis propriae rotalis *intelligenda sit de anno 75 incepto, an potius expleto ;* sacra Congregatio Consistorialis, die 28 Iulii 1909, respondit ; *affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO CONCILII

BUSGODUGEN.

DUBIORUM

CIRCA IEIUNIUM SERVANDUM PRIDIE CONSECRATIONIS ECCLESIAE.

Die 3 Iulii 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Rev. A. Hermus, professor in dioecesi Buscoducensi, de consensu sui Episcopi sacrae Congregationi Rituum sequentia exponit: « In dioecesi Buscoducensi, quando agitur de consecratione novae « ecclesiae aedificatae in paroecia iam exsistente, Ordinarius regulariter, « audito parocho novae ecclesiae vel ad eius petitionem, diem statuit, qua « veniet ecclesiam consecrare; parochiani se huic rei non immiscent, et ne « quidem per deputatos votum, ut ecclesia consecretur, Episcopo manife- « stant. Quod si agitur de divisione paroeciae vel erectione novae paroeciae, « ex partibus duarum vel plurium aliarum paroeciarum, regulariter etiam « ecclesia novae paroeciae consecratur feria secunda, proindeque ieiunium

« anticipari deberet in diem Sabbati. Tunc autem nondum nova parochia « est erecta, eiusque parochus nondum nominatus. Ordinarie saltem die « dominica, pridie consecrationis, nova paroecia erigitur eiusque parochus, «vel etiam sacellani eius, ab Episcopo nominantur. Quaeritur ergo:

« I. *Quinam in Pontificali romano intelligendi sint sub nomine eorum, «qui petunt sibi ecclesiam consecrari?*

« II. *Quinam in casibus praedictis ad observandum ieiunium, pridie « consecrationis ecclesiae, obstringantur? ».*

Super his dubiis, a sacra Congregatione Rituum ad hanc remissis, exquisitum fuit votum unius ex apostolicarum caeremoniarum magistris, quod hic subnectitur.

Pontificale romanum, tit. *de ecclesiae dedicatione seu consecratione,* haec habet: « Quando ecclesia fuerit dedicanda, debet archidiaconus praenun-« tiare clero et populo, quibus est ecclesia consecranda, ut priusquam con-« secretur, ieiunent. Nam Pontifex consecrans, et qui petunt sibi ecclesiam « consecrari, praecedenti die ieiunare debent ». Pontificale romanum itaque primo generatim indicat ieiunium a clero et populo esse servandum, deinde determinat quinam de clero et populo teneantur. Quod magis expresse a sacra Congregatione Rituum declaratum fuit in *Mechlinien,* diei 29 Iulii 1780 ad I; nam proposito dubio, « an ieiunium in Pontificali romano praescriptum « iis, a quibus consecratur ecclesia, sit strictae obligationis, vel potius tan-« tum de consilio »; eadem S. Congregatio respondit: « Ieiunium in Pon-« tificali romano praescriptum esse strictae obligationis pro Episcopo con-« secrante, et pro iis *tantum,* qui petunt *sibi* ecclesiam consecrari ». Ex qua responsione apparet, S. Congregationem declaravisse, ieiunium hoc esse strictae obligationis, et per verba *tantum et sibi* intellexisse, ieiunio adigi solum illos qui petunt, non simpliciter et sine ullo titulo, sed ratione alicuius vel iuris vel officii, cum aliquo saltem spirituali emolumento *sibi* obveniente.

Consecrationem itaque petere potest: 1.° ille, a quo aut a cuius antecessoribus ecclesia fuit aedificata aut dotata, sive iure patronatus gaudeat sive non; superior familiae regularis sive solus, sive cum suis consultoribus, si eorum consensus iuxta Ordinis constitutiones sit necessarius; superior sodalitatis, etc.; 2.° ille, cuius curae ecclesia consecranda credita est, v. gr. parochus, si agatur de sua ecclesia parochiali, seu filiali suae curae commissa; rector consecrandae ecclesiae, ab Episcopo etiam implicite deputatus, etc. - Si quis itaque ex praedictis consecrationem petat, cum hoc agat ex iure vel ex officio vel ratione alicuius vinculi, quo ipse ecclesiae consecrandae devincitur, ad ieiunium tenetur. Populus vero, ut in pluribus, non tenetur, quia de facto non petit, imo in actuali praxi, excepta aliqua

pecuniaria oblatione, aedificationi et consecrationi ecclesiae non sese immiscet. Attamen si ipse suis impensis ecclesiam aedificavisset, et ab Episcopo peteret *sibi* consecrari, cum verificentur duae requisitae conditiones h. e. *petitio et consecratio sibi;* et ipse a ieiunio non videretur excludendus. Sed hic casus malo fato est nunc rarus, et circumstantiae perpendendae, ne incaute obligatio imponatur.

Hisce praeiactis, investigat Consultor, quid sentiendum in duobus casibus a professore Hermus propositis. Et primo erigitur nova ecclesia parochialis intra alicuius paroeciae limites, et cum haec nova ecclesia erit sedes parochiae, et substituet veterem ecclesiam parochialem, parochus ipse ab Episcopo petit consecrationem; ergo ipse tenetur legi ieiunii servandi. Tenetur quoque, licet non proprio impulsu petat, sed solummodo ab Episcopo vocetur, ut secum concordet de consecratione: 1.° quia ab ipso ritu requiritur aliquis petens, iuxta sermonem ab Episcopo habendum ante ecclesiae fores quando in eo est, ut cum sacris reliquiis ecclesiam ingrediatur; 2.° quia idem parochus implicite petit, quando cum Episcopo concordat de consecratione. Populus, qui, ut exponitur, se non immiscet, cum non petat, non tenetur.

Proponitur et alter casus de nova ecclesia, quae in parochialem erigenda est die dominica pridie consecrationis, feria secunda peragendae. Ieiunium in casu servandum est Sabbato, pridie erectionis ecclesiae in parochialem. Sacerdos, qui die dominica *erit* parochus, et qui interim consecrationem curat, tenetur ad ieiunium servandum: 1.° quia moraliter ut parochus habetur per designationem ab Episcopo factam post examen seu concursum; 2.° quia ipse est saltem eius rector, et de factor sive implicite sive explicite, consecrationem petit. Sacellani videntur excludendi.

Propositis itaque dubiis responderet: ad I. *Ii tantum qui, vi alicuius iuris vel officii vel dominii etc., petunt ecclesiae consecrationem ;* ad II. *Parochus, sive iam sit sive nondum constitutus in officio, qui consecrationem saltem implicite petat.*

RESOLUTIONES. — Emi Patres S. Congregationis Concilii, in generali conventu diei 3 Iulii 1909, supra relatis dubiis respondendum censuerunt:

Ad I. *Detur decretum S. Congregationis Bituum in* Mechlinien, *diei 29 Iulii 1780.*

Ad IL *Parochus, sive iam sit, sive nondum constitutus in- officio, dummodo designatus, qui consecrationem saltem implicite petat.*

L. £g S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

NEAPOLITANA SEU FERENTINEN.

DECRETUM INTRODUCTIONIS CAUSAE PRO BEATIFICATIONE ET CANONIZATIONE SERVI DEI P. PAULI CAPELLONI, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

Inter ecclesiasticos viros, quos clementissimus Deus elargitus est Ecclesiae suae, alios apostolos, alios doctores, alios operarios in vinea sua, sanctitatis quoque fama praestantes, quosque Societas a legifero patre Ignatio instituta, sicuti praecipui Ordines religiosi, per longum annorum decursum, inter varias temporum rerumque vicissitudines, in lucem edidit, recensendus est P. Paulus Capelloni eiusdem Societatis sacerdos professus, de cuius vita ex actis processualibus quaedam summatim delibare iuvat. Romae natus die xxi Februarii anno MDCCLXXVI e numerosae prolis piis honestisque parentibus Iacobo et Catherina Catena, prae ceteris filiis virtute refulsit. Utroque parente, adhuc puer, orbatus, amitae tutelae concreditus est eiusque curis et exemplis apprime respondit, sedulus disciplinae custos et religiosus sacrorum cultor. Scholas puerorum in Collegio Romano sub regimine et magisterio sacerdotum et patrum Societatis Ignatianae tunc abrogatae, frequentare coepit. Trebiam Umbram translatus, in Collegio Lucarini litterarum cursum feliciter explevit, anno MDCCLXXXXIV. Ad,sacerdotium vocatus ac Romam reversus, almum Collegium Capranicense, clericis instituendis, anno MCCCCLVII a Cardinali Dominico Capranica conditum et nuncupatum, pluriumque Summorum Pontificum favoribus ac privilegiis cohonestatum, ingredi petiit atque obtinuit, ibique commorans philosophiae ac theologiae diligentia non minus quam ingenio praestantem dedit operam. Hisce studiis adiicere sategit liturgiam et musicen, ad decus et ornamentum ecclesiastico viro valde congruum. Integritate vitae ac pietate conspicuus, angelus Collegii a superioribus et sodalibus meruit appellari. Verum magna rerum publicarum perturbatio e Gallia, ubi orta fuerat, erumpens cum furente audacia, Italiam ipsamque Romam invasit. Religione depopulata, Summo Pontifice in exsilium deducto, sacris ministris ac religiosis dispersis variisque modis crudeliter vexatis, eversis quoque scientiae ac pietatis domiciliis, huiusmodi persequutioni obnoxium quoque fuit Collegium Capranicense, a quo exire coactus est Paulus, ordinibus minoribus tantum insignitus. Neque tamen in arduis adversisque rebus animo cecidit, sed, in sancta vocatione confirmatus, rerum divinarum studium prosequutus est penes patres Praedicatores. Anno MDCCCI volvente, per singulos gradus ad sacros ordines evectus est a Cardinali Iulio Delia Somaglia Pii Papae VII

in Urbe Vicario, et, propter temporum nequitiam, primum Sacrum litavit in oratorio marchionis Viteheschi, qui, Servi Dei scientiam et virtutem admirans cum laudabili vitae consuetudine, eum in filiorum praeceptorem elegit. Neque huius institutoris ac magistri, quem vocabant angelicum, unquam obliti sunt ex illa illustri familia prognati, accepti beneficii simul memores et grati usque ad obitum. Interim Paulus, religionis charitatisque operibus obeundis intentus, intra et extra Urbem, potissimum in ecclesia SSmo Nomini Iesu dicata, ardens studium gloriae Dei hominumque salutis provehendae mirabiliter explicabat. In eodem templo Paulus antiquis sodalibus adiutor extitit valde utilis, et quidem praesidi P. Marchetti ad erigendas et moderandas congregationes mariales e iuvenibus claro sanguine ortis, ut dies festos pie ac honeste agerent, et praeclaro viro P. Muzzarelli ad prodigiosam iconem beatae Mariae virginis a Strada nuncupatae cum devoto ac frequenti populo per mensem marialem honorandam. Anno MDCCCIX, Roma a Gallis per vim occupata, cum ipse aliique sacerdotes iniquis legibus iusiurandum praestare abnuissent, in exsilium expulsi sunt. Tunc Paulus Reatem concessit, quo antea sacer orator perrexerat, et a quovis ordine civium amice ac benevole exceptus, penes areti nam domum familiae Vitelleschi, prout fuerat in romana, hospes carissimus habitus est. Apostolicus vir, illic quoque congregationes mariales iuvenum condidit ac gubernavit, simulque clero ac populo omne studium ac ministerium impendisse fertur, adeo ut praepositus Slavonius religionem ac fidem tunc Reate servatam Servo Dei tribueret. Inter haec, magni Napoleonis potentia, Deo ita disponente, contracta, et, die xxiv Maii MDCCCXIV, Pio VII Pontifice Maximo Romanae Sedi feliciter restituto, statim ac Societas Iesu reviviscere coepit, Gapellonius in ea tyrocinium inire postulavit obtinuitque mense novembri eiusdem anni, aetatis suae trigesimi octavi. Magistri sui fidelis discipulus et sancti patris Ignatii dignus filius, praesidum aestimationem atque amorem sibi comparavit, qui curam illi commiserunt ecclesiae sancti Vitalis martyris, quam ipse sacris functionibus auxit congruaque supellectili instruxit ac ornavit. Post annum, Ferentinum missus, ecclesiam sancti Francisci Assisiensis regendam suscepit simulque sacris expeditionibus navans, circumstantes urbes atque oppida, cum magno fidelium concursu atque spirituali emolumento, peragravit. Neapolim translatus, sancti Francisci de Hieronymo vestigia sequutus, sacerdotali ministerio egregie functus est. Patiens, comis ac prudens, plures errantes viros ac mulieres ad rectam salutis viam traduxit, atque in templo SSmi Nominis Iesu, cui praepositus fuerat, sacrae Scripturae libros cum voluptate et fructu audientium interpretatus est iuxta»regulas ab Ecclesia probatas. Verum peculiarem quandam sollicitudinem ac beneficum apostolatum exercebat cum

militibus praesertim regiis nuncupatis, quibus ipse, ex officio sibi com misso, in spiritualibus praeerat. Christianam legis morumque doctrinam, sanctorum militum virtutes ac exempla propriique status officia, tum privatae tum publice, iisdem explicabat, ut, inter varia saecularis militiae discrimina, vitam honestam ducerent bonosque mores custodirent. In solemniis immaculatae conceptionis beatae Mariae virginis et patriarchae sancti Ignatii ipsi milites, cum militari pompa et musico concentu, temp um adibant atque functionibus religiose adstabant. Divino flagrans amore, Servus Dei in honorem sacratissimi Cordis Iesu, quod uti tutissimum et universale christianorum refugium habebat, primam sextam feriam cuiusque mensis et annuam festivitatem singulari devotione splendidoque cultu celebrabat. Anno MDCCCXLVIII, fervente procella, cum plurimis sociis in Melitens insula exulavit, ibique sui ministerii labores prosequutus est. Neapolim reversus, iterum se totum dedit sacerdotalibus officiis. Obsequentissimus erga Sedem Apostolicam et Pontificem Maximum, cum maximae observantiae et venerationis signis excepit Pium Papam IX fel. rec, quando hic Neapoli templum SSmi Nominis Iesu invisit. Singulari quoque laetitia exultans, gaudio triumphavit cum ab ipso Pontifice de immaculato conceptu Deiparae virginis definitio dogmatica promulgata fuit. Tandem, ineunte mense octobri anni MDCCCLVII, Paulus, gravi morbo vexatus eoque crudescentej Ecclesiae sacramenta summa pietate sumpsit, verba Apostoli ingeminans : « Cupio dissolvi et esse cum Christo ». Praeposito provinciali exhortanti ut se in sacratissimum Cor Iesu reciperet, respondit Paulus « optimum hoc sibi esse refugium », idque proferens in Domino quievit die decimaquinta eiusdem mensis et anni, qui fuit illi fere octogesimus aetatis, quadragesimus tertius religionis, et trigesimus septimus sacri ministerii in civitate Neapolitana. Servi Dei exuviae ecclesiastico ritu in templum illatae, ibidem triduo expositae manserunt, ut votis ac pietati civium confluentium satisfieret. Exsequiis iuxta morem Societatis primum peractis, solemnia funera septimo die ab externis persoluta successerunt. Pauli corpus, in patrum dormitorio cum regia dispensatione tumulatum, quindecim post menses integrum repertum fuit: postremis hisce temporibus a Curia ecclesiastica Neapolitana rite recognitum, apud sacellum sancti Francisci de Hieronymo, a cornu Evangelii, in apposito tumulo cum marmoreo lapide et latina inscriptione, depositum est. Interim opinio sanctitatis vitae, quam Servus Dei sibi in vita acquisierat, post obitum magis clara et diffusa viam aperuit inquisitionibus ordinariis super ea in Curiis Neapolitana et Ferentinensi. Quibus actis absolutis, et Romam ad sacram Rituum Congregationem transmissis, quum, peracta etiam-revisione scriptorum eiusdem Servi Dei, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, instante

Rmo P. Gamillo Beccari, Societatis Iesu postulatore generali, attentis litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum necnon Capitulorum cathedralium, Ordinum religiosorum, seminariorum et collegiorum atque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Dominicus Ferrata, huius causae ponens seu relator, in ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit, *an sit signanda Commissio introductionis causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae fidei Promotore, rescribendum censuerunt: *affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.* Die xxn Iunii MDCCCCIX.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habuit et probavit, propriaque manu signare dignata est Commissionem introductionis causae venerabilis servi Dei Pauli Capelloni, sacerdotis professi Societatis Iesu, die xxni, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

(sub secreto).

Edita est in hac causa sententia definitiva, cuius pars dispositiva est sequentis tenoris :

Proposito dubio, *an constet de nullitate matrimonii in casu;* RR. PP. DD. Auditores de turno responderunt : *Affirmative.*

Romae, die 10 Iulii 1909.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Ioseph Mori.

L. £g S.

Sac. Tancredes Tani, ***Notarius.***

II.

ROSSANEN.

MONITORII ET EXERCITIORUM SPIRITUALIUM

(sub secreto).

Edita est in hac causa sententia definitiva, cuius pars dispositiva est sequentis tenoris :

Proposito dubio, *utrum ex iis quae deducta et probata sunt in iudicio, legitima habenda sit monitorii inflictio, nec non exercitiorum spiritualium impositio in casu;* RR. PP. DD. Auditores de turno ita respondere censuerunt: *iure monitorium fuisse inftictum et imposita spiritualia exercitia, his tamen reductis quoad tempus ad decem dies ; monitorium vero ad effectum et applicationem praecipue* cap. 6, sess. 21 de reform. *Concilii Tridentini iterandum esse quoad singula accusationum capita, antequam procedatur ad ulteriora, si perseverent aut exurgant, quod absit, culpae aut occasiones scandali.*

Romae, die 13 Iulii 1909.

M. Lega *Decanus, Ponens.*
Gustavus Persiani.
Aloisius Sincero.

L. >$j S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

III.

VICARIATUS VICTORIAE NYANZAE SEPTENTRIONALIS

NULLITATIS MATRIMONII

(sub secreto).

Edita est in hac causa sententia definitiva, cuius pars dispositiva est sequentis tenoris :

Ad dubium, *an constet de nullitate matrimonii in casu;* RR. PP. DD. Auditores de turno respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Romae, die 29 Iulii 1909.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

L. J$| S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

•L

AD PETRUM GERLIER, PRAESIDEM GENERALEM SOCIETATIS GALLICAE " ASSOCIATION CATHOLIQUE DE LA **JEUNESSE** PRANQAISE „.

Monsieur,

App ele avec tant de confiance à succèder à monsieur Jean Lerolle dans l'importante **Charge** de President general de *V Association catholique de la Jeunesse frangaise,* voas avez voulu que votre premier **acte** füt l'hommage de votre entier dévouement à l'Eglise et au Vicaire de Jésus-Christ. Le Saint-Pére a bien agréé l'expression de sincère et filial attachement que vous avez tenu à Lui affirmer en cette circonstance. Vos sentiments de foi, votre profond dévouement à l'Eglise et à la cause catholique, xmis aux qualités qui vous distinguent et à l'ardeur de vos jeunes années, sont un heureux gage pour le Souverain Pontife, que vous remplirez dignement, avec faide de Dieu, le mandat que *VAssociation de la Jeunesse frangaise* vous a confié. Votre fìdélité enfm à la devise et au programme de vos devaticiers, particulièrement de votre digne prédécesseur, le bienveillant appui de i'autorité ecclésiastique et de l'aumònier general, vous assureront la direction ferme et franchement catholique de la *Jeunésse frangaise.* C'est dans ces sentiments et dans cet espoir que le Saint-Pére vous envoie de tout coeur, comme gage de Sa bienveillance et des plus précieuses faveurs divines, la bénédiction apostolique.

J'unis mes sinceres félicitations, et je suis heureux de profiter de cette circonstance pour vous offrir, Monsieur, l'expression de mes sentiments distingues.

Rome, le 18 Juin 1909.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L.|$iS.

IL

AD IOSEPHUM TONIOLO, PRAESIDEM UNIONIS POPULARIS INTER CATHOLICOS ITALIAE.

Vaticano, li 30 Giugno 1909.

Illmo Signore,

Il Santo Padre ha appreso con piacere come l'*Unione popolare fra i Cattolici d'Italia,* dinanzi ai bisogni imperiosi dei tempi attuali, imprima al proprio zelo un più forte impulso, ed inviti gli aderenti suoi tutti ad

una più vigorosa ripresa del proprio programma. Ed è ben doveroso che in un momento quale è il presente, in cui i figli delle tenebre, con attività degna invero di miglior causa, moltiplicano i loro sforzi per giungere alla realizzazione dei rovinosi loro disegni, disegni di odio contro Dio e di sfacelo di ogni ordine cristiano, i figli della luce raddoppino anch'essi la loro energia, ed uniti e concordi nell'azione, come lo sono nella fede, si oppongano al male che si avanza impetuoso, e combattano alacremente per la difesa dei più sacri e preziosi diritti.

L'*Unione popolare* ha finora così bene adempito alia propria missione, e corrisposto alle aspettative in essa collocate. E molto in verità in Italia si deve alla sua operosità, non ostante le gravi difficoltà incontrate, e le angustie di una vita ancor giovane : e più ancora giova sperare in avvenire, se ad essa non verrà meno l'aiuto degli uomini di buona volontà.

L'augusto Pontefice benedice e ringrazia iddio che l'ha ispirata, e Lo prega a continuarle il suo favore, perchè possa rispondere sempre meglio agli alti fini per i quali è sorta. Conscio intanto dei pericoli gravissimi che sovrastano agi' interessi più vitali della religione, mentre conferma all' *Unione* medesima il mandato affidatole, e, con esso, la piena Sua fiducia, il Santo Padre si rivolge ai cattolici tutti d'Italia, ed in ispecial modo ai Vescovi, ed agli uni e agli altri raccomanda vivamente che, con una cooperazione proporzionata alla gravità del momento, aprano all'*Unione' popolare* ampia la via per la esplicazione del suo nobile programma, e per i più lieti successi.

Auspice intanto delle divine grazie ed argomento di speciale benevolenza, Sua Santità imparte alla S. V., che con luminoso esempio di cristiano apostolato consacra tutta se stessa al regime di cotesta ottima istituzione, a quanti la coadiuvano neh' alto ufficio della presidenza, ed ai soci tutti l'apostolica benedizione.

Ed io lieto di avere colla presente adempito all'onorifico incarico anidatomi dal S. Padre, mi valgo ben volentieri dell' incontro per raffermarmi con sensi di sincera stima

di V. S. Illma

affmo per servirla

L. £ß S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD RR. DD. ROZÈS ET DUBOIS, DE EDITO OPERE " PETIT PAROISSIEN DOMINICAL „.

Messieurs les Abbés,

C'est avec un vif intérêt que j'ai pris connaissance de l'œuvre du *Petit paroissien dominical,* que vous avez eu en vue pour le bien des âmes.

Aussi, ai-je eu à cœur d'en faire part au Saint-Père.

Le Souverain Pontife vous félicite de votre zèle sacerdotal à contribuer ainsi à favoriser et à nourrir la piété des fidèles, en leurs exposant les mystères les plus augustes de la religion catholique.

Votre louable idée de distribuer en fascicules, en petits manuels, l'explication du Saint Sacrifice de la Messe, pour chaque dimanche et fête de l'année, parait fort utile et adaptée aux temps présents.

Le *Petit paroissien dominical,* bien simple, pratique et à la portée de tous, procurera, particulièrement aux hommes, l'avantage d'assister avec fruit et avec dévotion à l'acte le plus sublime qui puisse s'accomplir sur la terre : le Sacrifice adorable de nos autels.

En me chargeant de vous exprimer la vive satisfaction et ses encouragements pour votre œuvre, revêtue de l'approbation de Mgr. votre Evêque, Sa Sainteté vous envoie de tout cœur la bénédiction apostolique, comme gage des plus précieuses faveurs divines.

J'unis mes sincères félicitations, et je suis heureux de profiter de la circonstance, pour vous exprimer, messieurs les Abbés, mes sentiments dévoués en N. Seigneur.

Rome, le 5 Juillet 1909.

R. GARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD R. P. D. FRANCISCUM GIEURE, EPISCOPUM BAIONENSEM, DE VOLUMINE CIRCA COLLATIONES ECCLESIASTICAS SUPER MODERNISMO.

Monseigneur,

Le Saint-Père me charge de vous remercier de l'hommage que vous Lui avez fait du volume contenant les rapports des *Conférences ecclésiastiques sur le modernisme.*

En félicitant votre Grandeur d'avoir choisi pareille question comme matière des conférences, le Souverain Pontife a remarqué avec satisfaction, que les sujets ont été sérieusement et fort convenablement traités. Aussi

Sa Sainteté envoie-t-elle de cœur la bénédiction apostolique implorée, à votre Grandeur et à tous les prêtres de son diocèse, comme gage de précieuses faveurs divines.

J'unis mes sincères remerciments pour l'exemplaire que vous m'avez offert, et je profite de l'occasion pour renouveler à votre Grandeur l'expression des mes sentiments très dévoués en N. Seigneur.

Rome, le 26 Juillet 1909.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. £g S.

AD R. D. IOSEPHUM FONSSAGRIVES, MODERATOREM SOCIETATIS PARISIENSIS " ASSOCIATION GÉNÉRALE DES ÉTUDIANTS CATHOLIQUES „.

Monsieur le Chanoine,

Il a été très agréable au Saint-Père d'apprendre que *Y Association générale des étudiants catholiques de Paris* se préparait à fêter tout à la fois, votre jubilé sacerdotal et le 25ME anniversaire de votre entrée au Cercle du Luxembourg. Sa Sainteté saisit donc cette occasion de donner un témoignage particulier de sa haute satisfaction à une association aussi méritante, en même temps qu'à vous même, qui en êtes le si digne aumônier et le très actif directeur. Cette œuvre du Cercle du Luxembourg, œuvre essentiellement et avant tout catholique, a déjà contribué largement à former une jeunesse croyante et instruite, toujours respectueuse de la Hiérarchie, et prête à lutter, sous la direction de celle-ci, pour la défense de la foi. Mais, non content de la maintenir dans la voie que lui avait tracée son regretté fondateur, vous avez su, par vos louables et constants efforts, agrandir la salutaire influence de l'association, en développant la série de ses différentes œuvres.

Le Saint-Père se plaît à reconnaître spécialement toute l'importance de l'enseignement médical complémentaire, que, sous le patronage de l'Institut catholique, vous avez tenu et réussi à établir, malgré des difficultés de toutes sortes. Fidèle en cette circonstance à une noble tradition de famille, vous vous êtes montré le digne héritier des principes et des idées, comme du dévouement de ce grand chrétien et de ce savant que fut votre illustre père, le professeur J. B. Fonssagrives. Grâce à ces œuvres diverses si fécondes, le Cercle du Luxembourg est devenu de plus en plus un foyer ardent d'enseignement religieux, scientifique et moral; et vos chers étudiants s'y préparent à être plus tard des hommes de science et de devoir, en même temps que des chrétiens généreux et convaincus, pénétrés du véritable esprit catholique.

Pour encourager vos efforts, et comme gage de Son entière bienveillance le Saint-Père envoie de tout cœur la bénédiction apostolique à vous même et à tous les membres de l'association générale des étudiants catholiques.

Veuillez agréer, monsieur le Chanoine, l'expression de mes sentiments très dévoués en N. Seigneur.

Rome, le 27 Juillet 1909.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. © S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

Il S. Padre, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, si è degnato di promuovere:

*7 **Agosto 1909.***— Mons. Francesco Mendoza, Vescovo di Campeche, alia sede metropolitana di ***JDurango ;*** - '

— Il Rev. D. Emelerio Valverde, canonico delia metropolitana di Messico, alia sede cattedrale di ***Leon.***

11 Agosto — Mons. Emanuele Secondo Ballon, già Vescovo di Arequipa e ora Decano dei capitolo metropolitano di Lima, a Vescovo titolare di ***Arabisso.***

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA

27 Luglio 1909. — Presso 1' Emo e Rmo Signor Cardinale Domenico Ferrata, ponente delia causa di beatificazione e canonizzazione delia venerabile Anna Maria Taigi, Terziaria delF Ordine delia SSma Trinità delia redenzione degli schiavi, si è tenuta la Congregazione dei sacri Riti antipreparatoria per discutere due miracoli, che si asseriscono da Dio operati per intercessione delia medesima Venerabile, e che vengono proposti per la sua beatificazione.

CONGREGAZIONE ORDINARIA

10 Agosto 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano si è tenuta la Congregazione ordinaria particolare dei sacri Riti, nella quale sono state sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima le seguenti cause: 1. intorno alla validità del processo apostolico costruito dalla Curia di Belley sopra un miracolo, che si asserisce operato da Dio per intercessione del beato Pierluigi Maria Chanel, sacerdote Marista, protomartire dell'Oceania; 2. intorno alla validità dei processi apostolici ed ordinari costruiti per la causa di beatificazione e canonizzazione del ven. Glicerio Landriani, novizio della congregazione dei Chierici regolari delle Scuole pie; 3. intorno alla validità ed al rilievo del processo apostolico costruito dalla Curia di Monreale sopra la fama di santità della vita, delle virtù e dei miracoli del ven. Giovanni Battista Trona, prete dell'Oratorio della città di Monreale; 4. intorno alla validità dei processi apostolici ed ordinari costruiti nella causa di beatificazione e canonizzazione del ven. Carlo Giacinto di santa Maria, sacerdote professo dei Romitani scalzi di S. Agostino; 5. e finalmente intorno al culto, in ossequio ai decreti di Urbano VIII, non mai prestato al ven. Pietro Giuliano Eymard, fondatore della congregazione dei sacerdoti del SSmo Sacramento.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

7 Agosto 1909. — Sua Eöiza Rma il Sig. Card. Domenico Ferrata a Protettore dell'Istituto dell'immacolata Concezione,di nostra Signora di Lourdes.

8 Luglio 1909. — Il Rev. D. Enrico Carusi a scrittore della Biblioteca vaticana.

NECROLOGIO

12 Luglio 1909. — Mons. Giuseppe Cordoba, Vescovo di Tamaulipas.

28 Luglio — Mons. Giovanni Shanley, Vescovo di Fargo.

29 Luglio. — Mons. Emiliano Manacorda, Vescovo di Fossano.

6 Agosto 1909. — Mons. Diomede Panici, Arcivescovo titolare di Laodicea, e Segretario della S. Congregazione dei Riti.

Annus I. - Vol. I. Die 1 Septembris 1909. Num. 16.

AGITILA

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

BEATUS CLEMENS MARIA HOFBAUER, SACERDOS PROFESSUS CONGREGATIONIS SS. REDEMPTORIS, IN SANCTORUM COELITUM ALBUM REFERTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ineffabili Dei providentia sanctus Clemens Maria Hofbauer inter septentrionales nationes suscitatus est, qui afflictam apud eas tunc temporis rem catholicam erigeret ac restitueret. Ipse enim debilitatam popularium suorum fidem, collapsos mores, exemplo, verbis, operibus redintegrare conatus est: ipse erga hanc apostolicam beati Petri Sedem neglectum ac pene intermissum obsequium revocavit: ipse religiosis sodalibus suis, sancti Alfonsi filiis, viam laboriosissime expedivit, qua, vix eo vita mortali functo, Vindobonam feliciter inducti sunt ac cito in longinquas terras propagati. Igitur exsultat laetitia animus, quod auspicatissimo hoc die Nobis contingat, pro supremo eo munere, quo, tametsi indigni, Ecclesiam Dei administramus, adeo bene meritum virum in Sanctorum numerum adscribere eumque totius orbis christifidelibus demonstrare, cuius eximias virtutes sedulo imitentur, quemque apud Deum adhibeant deprecatorem.

Ortus est Clemens Maria tenui fortuna, Tassovici in Moravia, anno MDCCLi, ante diem VII kalendas ianuarias, ac eodem die baptizatus, Ioannes est appellatus, quod nomen in Clementem posterius commutavit. Patrem nactus est Petrum Paulum Hofbauer, lanium; qui viridi aetate, anno MDCCLVIII, cum interiisset, Maria Steer mater nondum -septennem puerum nutrivit, pieque educavit. Ille vero, et maternae disciplinae obsequens, et sua sponte, adultas virtutes in tenera aetate prae se ferebat, assiduas fundens preces,

ieiunans, quibus abstinebat aequalibus pauperibus dividens cibos, sacras aedes antiquius, quam pueriles iocos celebrans. Quare eum vulgo homines admirabantur, diligebant condiscipuli, magister ludi laudabat, loci sacerdotes observabant, quibus Sacrum facientibus pie ministrare in deliciis habebat.

Equidem in sacrum eorum ordinem cooptari, iam tum beatus puer flagrabat desiderio : cum vero ad vacandum studiis nullae suppeterent opes, contra vero victum quaeritandi urgeret necessitas, anno MDCCLXVII, matre patriäque domo relicta, *Zuaim,* urbem propinquam, petiit, et arti pistoriae tres annos apud Franciscum Dobsch operam dedit. Deinceps pistor fuit in Bruckensi coenobio canonicorum Praemonstratensium; ibique locus ei datus est, eximium in proximum amorem exhibendi, in magna annonae caritate, quae fuit anno MDCCLXXI, atque in typho, qui deinde grassatus est. Coenobii illius abbas erat Gregorius Lambeck, qui, adolescentem diligens, eum sibi famulum addixit veniamque ei concessit, ut in coenobii gymnasio litteris latinis operam daret. Sed, anno MDCCLXXV Gregorio vita functo, Ioannes e coenobio egressus est, cumque sacris disciplinis studendi non daretur potestas, a terrenisque deliciis abhorreret animus, vitam solitariam in oppido *Mühlfrauen* agere instituit. Quam vix per annum continuare datum fuit, donec Iosephus II imperator lege vetuit, ea ratione vitam duci : tunc deserta solitudine, ad urbem *Budwitz* se contulit, ibique slavico sermone didicit loqui.

Anno vero MDCGLXXVIII, Vindobonae pistoriam faciebat Ioannes, in taberna *apiro ferreo,* una cum Petro Kunzmann, cum quo Romam ad Apostolorum sepulcra pedibus peregrinatus est. Pariter, anno MDCCLXXXII, alterum pedestre iter Romam ambo iniverunt, consilio non revertendi Vin* dobonam, sed solitariam vitam in Italia suscipiendi. Igitur Roma Tibur petierunt, et, consilio patrando nacti opportunum locum, a Barnaba Chiaramonti urbis eius Episcopo, qui fuit postea Summus Pontifex Pius VII, solitariorum vestibus induti sunt, nominibus mutatis: Ioannes enim est appellatus Clemens, Petrus vero Emmanuel. Cum vero in ea solitudine Clemens comperisset, haud solitarii magis vitam, quam apostoli, a se Deum exposcere, Vindobonam est reversus, ut theologiae operam daret.

Ibi id sancto viro fauste contigit, quod cum Thaddaeo Hiibl, et ipso sacerdotium adipisci exoptante, amicitiam contraheret; quodque, ad tolerandam vitam, piarum quarumdam sororum, cognomine Maul, uterque subsidiis uteretur: contigit vero id infaustum, quod in doctores inciderint, qui, prout eius tempestatis erat, haereses novato rum catholicae doctrinae permiscere non vererentur. Quamobrem, divinarum rerum scientiam ex purissimo fonte haurire exoptantes, optimum consilium arbitrati sunt, Romam petere. Offenderunt ibi sodales a SS. Redemptore, paulo ante a

sancto Alfonso institutos ; quorum mirati pietatem, petierunt in numerum eorum adscribi. Prolixo sunt animo excepti, quamquam peregrini erant, et Clemens erat iam tres et triginta natus annos, Thaddaeus tres et viginti: ac, breviore tirocinio peracto, professi sunt religionem, ante diem xiv kalendas Aprilis MDCCLxxxv, et decem post diebus Aletrii sacerdotio aucti sunt.

Romae in theologicis studiis cum aliquid temporis insumpsissent, Vindobonam sunt reversi, ut sancti Alfonsi congregationem in ea civitate constituere aggrederetur. Verum exploratum eis fuit, per leges a Iosepho II latas, nullum locum dari huiusmodi negotium in ditione Austriaca administrandi. Igitur iussi Stralsundam in Pomeraniam se conferre, dum eo habent iter, Emmanuel Kurzmann fuit obvius, qui iam fuerat quum pistoriae Vindobonensis tabernae, tum Romanarum peregrinationum, tum Tiburtinae solitudinis Clementis socius; eumque in congregationem SS. Redemptoris, ut laicum sodalem, exceperunt.

Varsavia ea tempestate Polonici regni erat caput, in eaque Germanorum non parvus numerus causa negotiorum commorabatur. His, si fidem catholicam profitebantur, proprium erat templum sancto Bennoni dicatum, in quo caeremonias iam curaverant patres e Societate Iesu : qua exstincta, nec amplius ullus erat, qui serviret templo, nec Germanorum incolarum, qui spiritualem curam gereret. Ergo Varsaviam Clemens sociique eius cum advenissent, pontificio Legato optimum visum est, non sinere illos ulterius progredi, Germanorumque eis animas procurandas committere : ac rei huiusce transigendi a moderatoribus eorum facile veniam impetravit. Quare Clemens, quique cum eo erant, anno MDCCLXXXVIT, Varsaviae ad sancti Bennonis concederunt. Ac initio quidem, ut erant alienigenae, civium Varsaviensem adversas experti voluntates, maledicta obtrectationesque patienter toleraverunt, gloriam Dei unice quaerentes et salutem animarum, proximorumque commoda studiosissime procurantes.

Incredibile est, pecuniae quantam vim pauperibus Clemens dividerei At orborum puerorum potissimum miserebatur, quorum magnus numerus erat, per bella, quae tunc crudeliter agebantur, parentibus necatis: eis apud sancti Bennonis aedificavit orphanotrophium sedulam que eorum, tamquam mater amantissima, curam gerebat: suis manibus lavabat mundabatque, docebat christianae religionis rudimenta, per ostia atque tabernas, quibus eos nutricaretur, eleemosynas quaeritabat; grandiores factos diversis artificiis per idoneos magistros instituebat, ut vitam possent tolerare, vel, quos vitae religiosae proclives comperiret, in sodalium suorum numerum cooptabat.

Viri tantam caritatem Varsavienses cives suscipientes, iam suum erga eum animum mutaverant, iam ei favebant templumque sancti Bennonis,

non ex urbe modo frequentes adibant, sed e continentibus etiam agris. Interea enim alios plures sibi ille socios adsciverat, sive natione Germanos sive etiam Polonos, qui sacra suis popularibus ministrarent, aliquot etiam Gallos, qui patrios tumultus turbasque fugientes illuc confugerant. Quare in eo templo, quum Germanico, tum Polono sermone, pluries in die habebantur conciones ac sacri ritus piaeque exercitationes, ad excolendam christifidelium religionem. Aede sacra refecta, aucta et ornata, splendido apparatu divinus cultus celebrabatur ; magnificae supplicationes ducebantur ; sacrae expeditiones, et Varsaviae et in provincia eius susceptae sunt : quare ad meliorem frugem multi sunt homines adducti aut hebraei vel haeretici ad fidem catholicam. Pro sacris concionibus errores refutabat Clemens, quos mali libri insinuabant, ab iisque legendis homines deterrebat; pios simul impiis libris opponebat, ac praecipue sancti Alfonsi scripta inter populum disseminare conabatur. Cum vero unius urbis finibus, quo flagrabat, nequiret studium beatus vir continere, anno MDCCXCV, sodales a SS. Redemptore in urbem *Mietern* induxit, quod Curlandiae provinciae est caput; anno autem MDCCCII, in oppido *Lutkowa* et *Radzumin.*

Verum maximo eum opere pungebat, quod, Iesu exstincta Societate, iuventutis institutio iaceret, et sacrae disciplinae abiectae essent. Ergo Varsaviae instituit ephebeum, in quo optimis artibus adolescentes imbuti, ut quemque appellabat Deus, clerici fierent aut inter religiosos sodales exciperentur. Postquam vero regnum Poloniae est eversum, et Varsavia urbs in ditionem Borussiae regis cessit, Polonis suis institutis infausta quaeque providens, animum Clemens adiecit, ut sodalitio a SS. Redemptore in Germania quaereret tutiores sedes, in iisque adolescentes pie docteque institui curaret.

Quare, a viro principe Ioanne Schwarzenberg invitatus, volenti animo in praedium eius, anno MDCCCII, se contulit, ut in vetere quodam et corruente coenobio a monte Tabor nuncupato sodales Alfonsianos collocaret, ibique sesquiannum mansit, ad novam domum constituendam, sodales confirmandos, iuvandam christifidelium plebem. Inde cum in Italiam cum tribus clericis peregrinatus esset, quos sacerdotio initiari curaret, annoque MDGGCIV Varsaviam rediisset, certior factus est, montis Tabor sodales intolerabili quarumque rerum inopia premi. Accurrit igitur, ut afflictos erigeret, egestatemque eorum, si qua potestas daretur, sublevaret. Cumque simul consueto studio, ad excolendas populi christiani animas, operam daret, fama eius per vicinitatem pervulgata,. Tribergo legati ad eum advenerunt, qui civitatis eius nomine peterent, ut illuc quoque mitteret ex suis sodalibus, qui rem religiosam eodem fervore procurarent. Eo cum quibusdam sodalibus ipse profectus est, eorumque opera brevi res immutatae sunt : namque

fides renovabatur, pietas excitabatur, adventabant peregrinantium turbae, ut pietati satisfacerent et sancti viri verba exciperent. Unde Dei inimicorum impotens dolor exstitit, qui moliti sunt, ut Alfonsiani sodales eo in oppido manere vetarentur.

Igitur Clemens perfugium aliquod in urbem *Babenhausen* quaesivit, ac, venia principis Anselmi de Fugger, religiosos sodales clericosque operam studiis dantes, Tribergo et e montis Tabor coenobio, illuc deduxit : ipse hospitio utebatur parochi Weinriedi, quod oppidum mille fere passus aberat. Erat ibi assiduus in confessionibus excipiendis, habendis concionibus , aegrotantibus ac morientibus visitandis, aspera per itinera, per pluvias, nives atque pruinas. *Babenhausen* saepius petens, scholas visitabat, obambulantibus adolescentibus animumque recreantibus humanissimum se comitem praebebat, fratri Norberto, minus perito coquo, in cibis praeparandis erat auxilio. Verumtamen hic quoque ab impiis hominibus depravatisque clericis maledicta multa, convicia, obtrectationes Clementi religiosisque eius sodalibus toleranda fuerunt. Cum vero Babenhausensis principatus regno ßavarico addictus est, sodales a SS. Redemptore per vim inde deturbati in Helvetiam confugerunt.

Quamquam, paulo ante eam expulsionem, ex iis locis iam Clemens decesserat, trepidis nuntiis excitus, quos Varsavia receperat, ut laborantibus suis ope, consilio, denique praesentia praesto esset. In itinere tamen aliquantum constitit Vindobonae, ut denuo periclitaretur, an quid ibi loci suae congregationi inveniri daretur. Ut vero perspexit, huiusmodi rei nullam spem esse, iter pergens, mense decembri anni MDCCCVI, Varsaviani pervenit. In ea civitate, quotquot erant impii et catholicae veritatis hostes, quotquot occultis societatibus nomen dederant sodales a SS. Redemptore, quos Bennonitas nuncupabant, odio implacabili prosequebantur; quippe exploratum erat, hoc esse iis in locis Ecclesiae catholicae columen ac validissimum propugnaculum. Horum creverant spiritus, cum Gallorum exercitus Varsavia potitus est, quos sperabant infestiores etiam atque Borussos religioni fore. Neque impías eorum spes" imminuerat, quod, anno MDCCCVII per conventionem a *Tilsit* appellatam, ea regio Saxionae fuerit adiudicata, cuius Fridericus Augustus rex, quamvis religione esset catholicus idemque pius ac benevolus, totus tamen erat in Gallorum imperatoris potestate. Quare illi in nefarium bellum pertinacius instabant, ac religiosos sodales, obtrectationibus, mendaciis, libellis petebant, in scenis plebeculae maledictis et conviciis eos obiectabant, sperantes, his se artibus turbas esse concitaturos atque eos per ignominiam exturbaturos.

Ac res quidem flagitiosis eorum inceptis prospere cessit. Nam sabato sancto anni MDCCCVIII, centurionum militumque Gallorum petulantia, inter

ipsos sacrae aedis parietes tumultuatuni est. Lutetiam Parisiorum, delata re, iussus est Saxoniae rex patres Bennonitas e Polonia'exterminare. Igitur, ante diem xn kalendas Iulii, urbe militaribus praesidiis occupata, militum valida manus ad sancti Bennonis emissa est, qui sodales omnes a SS. Redemptore, nullo facto iudicio, velut nocentes homines, curribus imposuerunt, et in castrum *Cüstrin*, quae in provincia Borussica Brandeburgensi est munita urbs, deductos in custodiam dederunt : tum, aliquo spatio intermisso, iussus quisque est in patriam regionem redire : quare Clemens, cum uno clerico Martino Stark, Vindobonam perrexit. Ita tot, tam graves diuturnique labores, uno temporis puncto, miserrime sunt ad nihilum redacti: sub idem enim fere tempus, sodales a SS. Redemptore e reliquis etiam domibus disiecti sunt, quas in Polonia aut in Russia instituerant.

Haud tamen tam gravi casu Clemens fractus est: qui Vindobonae eo animo apud Italicorum templum constitit, ut omnes labores de integro suscipere paratus esset, in animarum utilitatem. Ut vero eum non fugiebat, securitatis urbanae custodes in se oculos intentos habere suasque actiones diligenter investigare, ratus est,, primis eis temporibus, habendis sacris concionibus esse sibi abstinendum. Igitur, segregem ducens vitam, non intermissis precibus operam dabat, divinum cultum in ea Italicorum aede singulari pietate procurabat, ritus catholicos inusitato quodam decore atque honestate celebrabat. Viri pietatem ac studium cives admirantes coeperunt id templum frequentare illique peccata confiteri. Nec vero obliti eius erant veteres illi amici et contubernales, quibuscum necessitudinem contraxerat, cum Vindobonae pistor erat: cumque ad eorum domos saepe invitaretur, ipse inter coenandum convivarum animos piis sermonibus excolebat.

Interim sancti viri pietatis et in fovenda populi religione alacritatis cum fama percrebresceret, Sigismundus de Hohenvarth Vindobonensis Archiepiscopus eum elegit, qui sanctimonialibus Ursulinis a confessionibus esset earumque templi rector. In domicilium ergo se contulit, quod ab eis, una cum cibo quotidiano, praebebatur. Hoc tempore ipse arbitratus est, sibi oblatam esse facultatem, aliquanto maiora in animarum utilitatem aggredienda cuius rei iudicatu difficile est, utrum maior esset difficultas, an necessitas. In summa enim quum improborum hominum audacia, tum segnitie ac stupore christifidelium, unus omnium Clemens non dubitavit catholicam fidem verbis atque actionibus constanter profiteri ac prae se ferre; omnium primus perarduum opus suscepit, ut pietatem pristinam referret et hominum religionem, velut a sepulcro, ad vitam excitaret. Plurimum quidem exemplo proficiebat: in templo enim Ursulinarum cum Sacrum faciebat, cum fidelibus sanctam Eucharistiam dividebat, Cum habebat supplicationes, dignitatem atque fervorem viri et quas efTundebat lacri-

mas ita homines mirabantur, ut quadam invincibili vi ad Deum et caelestia, ipso eius conspectu, sese pertrahi sentirent. Aedem, quam squalidam horridulamque acceperat, sordibus emundavit, decoravit ornamentis; supellectilem, vasa, vestes, quae postremo ad cultus divini decentiam dignitatemque pertinerent, comparavit. Ita restituta aede et instructa, Ecclesiae catholicae caerimonias, assidue, sancte, honestissime in ea conficiebat, per festos dies apud frequentem intentumque populum habebat conciones.

Hisce concionibus inconcussam suam fidem, in Deum caritatem, in Matrem eius ac Caelites, in mortales omnes, infundere in auditorum animos pro viribus nitebatur; eaque se facilitate in eos insinuabat, ut mentes convinceret, necteret voluntates, corda permoveret: quare ad sermones eius plebecula concurrebat; at cum ea permixti nobiles ac divites et ecclesiastici viri divinarum disciplinarum peritissimi. Cumque dissoluti quoque ac derisores adolescentes eo identidem convenirent, non semel est factum, ut talium etiam, orationis vi, pervicacia frangeretur quique venerant ad irridendum, a sancto viro demisse peterent, ut suam exciperet confessionem eiusque discipuli aut etiam religiosi sodales evaderent. Nec, si quae erant res, quibus imperantium voluntates offendi possent, aut si qua catholica dogmata pervagantibus erroribus maxime adversaretur, de iis, ut ceterorum concionatorum fere consuetudo erat, caute tacebat: sed libere constantissimeque loquebatur, prout ferre necessitatem et animarum utilitatem arbitrabatur. Unde hominum non exiguus numerus, sermonibus eius commoti, errores abiiciebant, perditos mores emendabant, atque ad Deum se et ad virtutem conferebant.

Hi vero, a quo fuerant ad Deum perducti, in eius disciplinam se studiosissime tradebant eique confitebantur peccata: quamobrem Clementi in excipiendis confessionibus multum laboris ac temporis erat quotidie consumendum; miramque industriam sedulitatemque in sacro obeundo munere expromebat. Haud diu poenitentes retinebat: sed, intima eorum penetrans, quin opportuna remedia praeberet cuique, neminem dimittebat. Existimans reliquarum virtutum columen humilitatem esse, humiliabat poenitentes; simul erga Deum et Matrem eius excitabat eorum confidentiam, atque anxios tranquillos faciebat; fugiebat immodica ac nimia; mansuetudinem adhibebat, quam numquam a gravitate et prudentia seiungebat. Ad poenitentiam et exomologesim peccatores adigere, omnibus viribus, omnibus industriis nitens, ad hoc publicas adhibebat conciones, ad hoc privata colloquia et familiares suasiones; hoc a Deo suppliciter petebat ac beatam Virginem sanctosque interponebat deprecatores; ut hoc impetraret, corpus atflictabat: quoties vero desiderii fiebat compos, id ei optatissimum accidebat atque gestiebat laetitia animus.

Erga alienos adeo sollicitus, in Ursulinas virgines, suis curis potissimum permissas, mirum qua alacritate uteretur : praesertim cum ad mille ab eis puellae educarentur; quare sperandi suberat locus, caritate Dei flagrantibus institutricibus, eadem caritate tenellos adolescentularum animos ut ipsae accenderent eaeque vicissim in domesticos suos, in parentes necessariosque ignem hunc divinum essent iniecturae. Ergo omnes nervös, in collapsa virginum disciplina restituenda, intendit, quibusdam ex illis frustra reluctantibus, quae malebant in ea laxitate iacere. Vigilabat, ut, quibus divino Sponso votis adigebantur, sancte praestarent; peccantes suaviter corripiebat vel, si severitate erat opus, severius castigabat; auctor eis ut otium obtrectationesque odio capitali haberent ; item tristitiam; at crucem hilari ac volenti animo amplecterentur; humilitatem in deliciis haberent, quippe quae virtutum est radix et principium. Quare, monitis sancti viri illis obsequentibus, curis respondentibus, disciplina regularis brevi relata est et Ursulinarum monasterium refloruit.

Verum, si qua ex religiosis sororibus vel ex puellis apud illas commorantibus morbo arripiebatur, tunc vero paterna Clementis sollicitudo maxime prodibat : invisebat eam, solabatur, suadebat non in aerumnae, sed in Dei insignis beneficii numero eum morbum haberet. Quod si letalis morbus erat, praesto erat assidue, caelestia solatia deprecabatur moriturae, animos addebat, quibusque spiritualibus praesidiis, usque ad ultimum anhelitum, eam afficiebat. Sed ne extranei quidem aegri ac moribundi Clementi leviori erant curae, non sine illorum animarum maximo fructu. Cuius rei ita per civitatem pervulgata erat fama, ut, si gravius quis aegrotaret, nec modo de corporis, sed de animae quoque eius salute iam desperaretur, omnibus adiumentis frustra adhibitis, ad sancti Hofbauer caritatem extremum refugium esset. Ille vero sui potestatem, quavis ex causa numquam negabat; sed promptus alacerque accurrens et in itinere Dei virginisque Mariae opem implorans et aliorum quoque, praesertim Ursulinarum sororum, adhibitis deprecationibus, viribus adeo nitebatur supernisque iuvabatur praesidiis, ut etiam contumacissimos ac Dei legisque eius iamdiu oblitos in eius gratiam semper fere reconciliaret. Ita plurimas, ex ipsis inferni faucibus animas ereptas, salvas praestitit.

Vicem illorum magno opere dolebat Clemens, qui extra catholicam Ecclesiam degunt: cumque sciret, tales quoque homines, concionum suarum adductos fama, eis saepe interesse, eorum mentes ac voluntates trahere ad catholicam veritatem studiose conabatur. Numquam vero conviciis homines laedebat, sed proponebat catholicae religionis dignitatem atque decorem, dogmata declarabat, Sacramenta illustrabat: his rebus desiderio audientium animos accendebat, ut sese tam sanctae religioni addicerent. Nec, quibus

suaserit, sunt pauci inventi: quippe fervore hominis invitabantur, ingenuitate quaque in Deum proximumque caritate aestuabat; simplicitatem et perspicuitatem mirabantur, qua coram doctis atque rudibus de àbstrusis fidei mysteriis agebat; verebantur vitae sanctimoniam, quae e vultu, ex oculis, ex habitu elucebat. Itaque singulis fere hebdomadis erat aliquis, magni etiam hominis ac doctrinae vir, qui aut ex haeresi fidem catholicam profiteretur aut hebraeus baptismum exposceret.

Pueros Clemens diligebat ab iisque diligebatur: qui, si quando obvium habebant, viae se addebant comites domumque usque prosequebantur eum. Ipse-fidei rudimenta eos docebat, eorum animum conformabat ad sanctam synaxim primum excipiendam; apud parentes instabat, ut pie liberos instituerent. Cumque moleste ferret, quod per id tempus Vindobonae ephebea non exstarent, in quibus catholice adolescentes instituerentur, Adamo Müller ac deinceps Friderico de Klinkowström fuit auctor, ut darent huic negotio operam eisque, in eo transigendo, auxilio fuit. Puellae vero, quae ab Ursulinis educabantur, paternae ei curae fuerunt.

At ne. corporales quidem proximorum necessitates neglectui erant pauperum sollicitus, praesertim si quos, ex locupleti statu deiectos, paupertatis pudebat; eos ut iuvaret, libenter ipse cibo abstinebat. Pauperibus pecuniam, vestes, cibaria, panem potissimum afferebat. Misericordem enim sancti hominis voluntatem pernoscentes, seu pistores amici eius, seu sanctimonialium a Visitatione moderatrix, panes ei dono mittebant, quos ille, domo mane egrediens, iniiciebat in crumenam atque interdiu esurientibus dispertiebat. Cum vero, in ea publicae rei inclinatione, Ursulinae virgines, quibus a confessionibus erat, rei familiaris facta iactura, in inopiam incidissent, quis narrare posset, qua sollicitudine, quibus industriis earum egestatem conatus sit sublevare? Maximis in angustiis, aliquando ad eas vim pecuniae non mediocrem attulit; eiusque inductus auctoritate Cardinalis Olmutiensis Archiepiscopus ab imperatore -fratre impetravit, ut ex imperiali gaza devotarum mulierum aes alienum dissolveretur.

Clemens, postquam totum diem, ad gloriam Dei amplificandam, impigre absumperat, cum tandem domum vespere concedebat, non eum quies, sed nova quaedam et gravis et fructuosissima occupatio exspectabat. Inveniebat enim amicis discipulisque domum refertam: viginti erant, triginta, postremis annis etiam quinquaginta adolescentes, alii operam theologiae dantes, alii medicinae aut legibus, cum iisque publici scribae permixti: hos humanissime excipiebat iuvenilesque animos familiaribus colloquiis, cohortationibus excolebat, piis lectionibus, quas enarrationibus interpellabat. Nec universorum modo, sed singulorum quoque sollicitus erat: nemini assentabatur, sed ingenue veritatem proferens eorum spiritualia commoda quae-

ritabat; iuveniles continebat spiritus; castigabat, si quem peccantem deprebendebat, sive dives ille esset seu pauper, omnibus aeque iustus; alacres volebat eos esse atque sinceros: nam, si qui pietatem simularent, ab iis vehementer refugiebat. Quare fidentes ii iuvenes eximiis his artibus, ea sanctitate, ea facilitate hominem praeditum unice diligebant ac reverebantur, ex oreque eius pendentes ei se omnino permittebant. Ita, ex vespertino hoc labore, uberes ille fructus percepit: nam, de eo domestico amicorum circulo, alii quidem exstiterunt actuosi sacerdotes, divinae gloriae et animarum salutis studiosissimi; alii evangelica consilia sequuti congregationi a SS. Redemptore aut religiosis aliis sodalitiis sese addixerunt; alii, qui laici manserunt, in suo quisque instituto ac statu, integritatis, innocentiae, religionis singularia exempla praebuerunt; omnium plurimum valuit opera, ad collabentem in ea civitate et pene afnictam rem catholicam erigendam et confirmandam.

Verum, in saluberrimis inceptis aggrediendis, quo alacrior sanctus Hofbauer erat, eo suberat maior causa catholici nominis inimicis, qui rerum summam fere tenebant in manibus, eum odendi omnibusque viis perniciem eius conandi. Igitur eius nomen apud archiepiscopalem Curiam detulerunt: quo ex periculo cum ille evasisset, apud Franciscum 1 imperatoréin, uti noxium hominem arguerunt, qui, ad publicam tranquillitatem tutandam, ex finibus imperii deturbandus esset: at negavit imperator, esse verum, civem Austriacae ditionis exsilio indemnatum multare. Ut vero compererünt inimici homines, congregationis a SS. Redemptore, cui in eo imperio legitimus locus non erat, Clementem esse sodalem, nullam iam ei incolumitatis rationem superesse arbitrati sunt. Denuntiantibus necesse esse descisceret a congregatione aut Austriam relinqueret; non dubitavit ille confirmare, quam deserere religionem, malle- se patria carere. Qua significatione viri laetitia illi gestientes ad imperatorem retulerunt, petere patrem Hofbauer, ut per eum sibi fas sit in terras longinquas transmigrare.

Beatus vir, quamquam moerebat impendentem calamitatem, omnia tamen Deo sedato corde permittebat. At non eadem animi aequitate usus est Vindobonensis Archiepiscopus, cui indignum visum est, et illum per dolum iniuriamque circumveniri, et pastoralibus suis curis commissae civitati tantam iacturam exsilio illius imponi. Quapropter, tametsi senectute pene erat confectus, adiit imperatorem, resque quo in loco essent aperte demonstravit. Ipsis iis diebus Romam erat imperator profecturus; quare, Praesulis sermone commotus, de eo negotio quidquam, absente se, statui vetuit. Romae interim Pius VII Pontifex per Legatum suum Vindobonensem quum de eximiis sancti Hofbauer in religionem promeritis, tum de vexa-

tionibus, quibus exagitabatur, admonitus fuerat. Cum ergo Franciscus I, Austriae imperator, anno MDCCCXIX, Romam advenit, de hac re cum eo Pontifex familiariter colioquutus, facile principi persuasit, adeo eximium virum per nefas **anici** molestia. Cuius rei cum maximo opere imperatorem poeniteret rationemque excogitaret, qua illata homini damna resarcirentur, Vincentium Darnaut sacerdotem, quem a confessionibus habebat, adhibuit in consilium: hic vero negavit, quidquam posse accidere Clementi exoptatius, quam si congregationem a SS. Redemptore in Austria constituendi fieret potestas. Perplacuit imperatori res, qui ex ipso itinere litteras Vindobonam dedit, vi quarum iussus est pater Hofbauer congregationis leges exhibere, et proponere rationem, qua in Austriam ipsa induceretur. Ille, insperata laetitia commotus, mandatum alacriter curavit; octobrique mense ipsius anni MDCCCXIX, supplicem libellum tradidit imperatori, de congregatione a SS. Redemptore in Austriam inferenda.

Ecce ergo Clemens antiquissimi voti factus est compos. Verumtamen non placuit Deo, fidelem servum exoptatum rei eventum suis oculis percipere: ut qui in diuturno vitae curriculo tot sanctissima incepta disiici conspexerat, tot labores dissipari, huic, ne in extrema quidem aetate, vel spiritualis voluptatis aliquid in hoc mundo concederetur. Equidem corporis robustas vires natura nactus erat: eas tamen deminuerat iamque plane exhauserat et aetas exacta et numquam intermissi labores; longinqua itinera per imbres nivesque aut per solis aestum pedibus obita; laboriosae conciones; ad exedrani poenitentiae multas quotidie horas sessiones productae; noctes ad morientium lectum vigilatae. Quamquam corporis deficientes vires pristina animi supplebat alacritas eademque in Deum ac proximum caritas: quare nihil laboris in confessionibus excipiendis remittebat aut in habendis concionibus aut in discipulis docendis hortandisque.

Ita fractus consumptusque, ante diem vii idus martias anni MDCCCXX, ad sacram Italorum aedem se contulit, solemne Sacrum acturus, in solatium animae mulieris principis Iablonowskae, quae diem supremum nuper obierat Romae, ac de congregatione a SS. Redemptore bene in Polonia meruerat. Ut vero, in perfrigida tempestate niveque maxima, pedibus illuc perrexit, adeo gravior factus est morbus, ut Sacrum conficiendi vires vix suppeditaverint. Inde curru domum vectus lectulo iacuit, ac morbi dolores molestiasque remediorum patienti animo toleravit, medico in omnibus morem gerens discipulisque, qui, cum famulus nullus esset, ei ministrabant. Quos ex vetere instituto non intermittebat solari, hortari, docere, imo et eorum audire confessiones. Corpore languescente, erat animus ad Deum erectus, quem ferventibus precibus petebat : nullum ei desiderium, nulla voluntas, nisi ut voluntati illius se plane subiiceret. Tertio idus martias, summo

ardore morientium sacramenta excepit: postquam vero cum morte diem solidum luctatus est, idibus martiis, meridies cum esset, sonumque aes sacrum ederet, contigit ut eius discipuli ceterique, qui adstabant, in moribundum intenti, animum id soni non adverterent: tum ille, viribus extremis collectis, monuit eos, horam esse Virginem ab angelo salutatam invocandi. Id cum pie ipsi praestitissent, e precibus surgentqs deprehenderunt, sanctum virum iam animam egisse.

De eius obitu in vulgus ut rumor exiit, omnium commoti sunt animi frequentesque ad cadaver concursus facti sunt: nec magis pacem ei deprecabantur a Deo, quam deprecatorem apud Deum adhibebant; reverenter mortua membra osculabantur; quaerebant aliquid secum inde auferre, quod ut sanctas reliquias colerent. Cum vero illo ipso die cadaver elatum est, incredibile est dictu, nullo condicente, quanta convenerit undique multitudo prosequentium ad cathedrale templum, velut ac de viro ageretur, qui amplissimum dignitatis locum in re publica tenuisset. Advenerant ex suburbiis pauperum greges, viduarum, puerorum, artificum, qui gratum pro acceptis beneficiis animum postremo significarent; antecessores atque auditores ex archigymnasio, qui supremos magistro redderent honores; permixti his publici scribae, tribuni, centuriones, humanis artibus, litteris, scientiis exculti viri, sacerdotes, religiosi sodales, patricii homines, matronae nobilissimae; ipsum cadaver duodecim adolescentes humeris sustentabant vel nobiles vel honesto loco nati. Ita, inter magnas conspicientium turbas, ad sancti Stephani maximum templum ventum est: unde postridie cadaver ad coemeterium sanctae Mariae ab *Enzersdorf* est delatum, et, expiatorio Sacro celebrato, ibi conditum.

Clementis mortalibus reliquiis magnus ibi habitus honor. Ad eius enim sepulcrum cuiusvis ordinis et conditionis homines quum Enzersdorfio affluebant, tum e vicinis oppidis et Vindobona ipsa venerabundi peregrinabantur, tumulum floréis coronis decorantes atque ex eo glebas, terram, flores, herbulas tollentes. Inventi etiam sunt, qui erga sanctum virum hac re promerent pietatem, quod iuxta eius ossa se sepeliri voluerint. At magno opere interim eos sancti Clementis discipulos pigebat, qui, stratam ab eo viam alacriter ingressi, congregationi a SS. Redemptore sese addixerant, eiusque Vindobonae domum feliciter instituerant; pigebat, inquam, parentis dilectissimi corpus, alieno in loco, tam longe a se, servari atque honorari. Illud igitur, anno MDCCCLXII, pridie nonas novembres, ad suum templum sanctae Mariae Scalaris, sonantibus tintinnabulis, inter maximam christifidelium frequentiam, Vindobonam ,deportaverunt et in honestissimo sepulcro peramanter deposuerunt. Quae dum aguntur, mulier quaedam pectore laborans, et a medicis deposita, subito est restituta sanitati. Quare in sanctum

Hofbauer hominum est pietas aucta, et ad novum eius sepulcrum ampliores in diem honoris significationes delatae.

Nec tamen interea sancti viri virtutum e sodalium animis, amicorum, discipulorum omniumque, qui eum cognorant, memoria exciderat; neque eius praeclarae sanctitatis refrixerat populi christiani opinio; convalescebatque vulgo eius opis fiducia et exspectatio deprecationis, praesertim cum nova quotidie proferrentur beneficia, eo sequestre, non sine prodigio a Deo impetrata. Igitur hisce de rebus, anno MDCCCLXIV, Vindobonensis Archiepiscopi potestate ordinaria, quaestio instituta est; tabulisque eius Romam delatis et a sacrorum Rituum Congregatione cognitis, Pius IX Pontifex Maximus, ante diem xvi kalendas martias anni MDCCCLXVIIT, commissionem manu sua signavit, de Clementis Hofbauer ab eadem sacra Congregatione causa beatificationis et canonizationis suscipienda. Igitur minora iudicia peracta sunt, et de singulis virtutibus auctoritate apostolica confectae quaestiones: quibus a sacra Congregatione ternis comitiis mature perpensis, idem Pontifex Maximus, anno MDCCCLXXVI, pridie idus maias, solemniter decrevit, constare de virtutibus theologalibus, fide, spe et caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, prudentia, iustitia fortitudine et temperantia earumque adnexis venerabilis servi Dei Clementis Mariae Hofbauer, sacerdotis professi e congregatione SS. Redemptoris, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Tum de miraculis aggressum est iudicium, ac duo sunt proposita: unum instantaneae perfectaeque sanationis adolescentiae Agnetis Fiath a coxalgia scrophulosa, imminente sinistri femoris spontanea luxatione; alterum instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Hoffmann ab hernia crurali sinistra incarcerata, letalibus stipata symptomatibus. De utroque postquam ter disceptatum est, constare decrevit Leo XIII Pontifex Maximus, ante diem ix kalendas martias, anno MDCCCLXXXVI. Idemque, anno eodem, ante diem xi kalendas decembres, decrevit, tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Clementis Mariae Hofbauer beatificationem. Nec ita longo interposito intervallo, anno MDCCCLXXXVIII, ante diem iv kalendas februarias, apud Vaticanam beati Petri aedem, solemne concelebratum est, quo Clemens Maria Hofbauer in beatorum caelitum est numerum relatus.

Cum vero, ipso deprecante, nova a Deo patrata miracula dicerentur, idem Pontifex Leo XIII, anno MDCCCXCVI, ante diem xvin kalendas ianuarias, resumptionis causae signavit commissionem. Tria tum miracula protulerunt postulatores; ex his duo probaverunt. Primum, anno MDCCCCV^ mense martio, factum est Neapoli, eoque sanitatem recuperavit Amalia Conte, quae septimum iam mensem aegra trahebat, sicca arthritide laborans; morbusque in dies ingravescens in insanabilem anchylosim cesserat. Beati

Clementis icone laevo genu fervidis cum precibus admota, mulier, cui ante ortum movendi nulla supererai facultas, sustentáculo proiecto, repente vita, motu, vigore praeditum habuit.

Alterum miraculum contigit in Malerdorfiensi coenobio sororum Franciscanum, februario mense anni MDCCCXCVII. Vigora Verzinger in devotärum virginum erat numero, quae tubercolosi pulmonari iactabatur: morbus autem, cum accederet pleurites acuta eiusdem indolis tubercularis, ita ad fatalem exitum properabat, ut supremis sacramentis mulier munita fuerit. Institutis vero, ad sanctum Clementem exorandum, precibus novendialibus, sub earum exitum, Vigora tranquillo somno arripitur, ex eoque mane expergefacta integre ac perfecte sanata e lectulo surgit.

De huiusmodi prodigiis, postquam, iuxta institutum a maioribus morem, apud sacrorum Rituum Congregationem est disceptatum, Nos, ante diem ix kalendas februarias huius anni MDCCCCIX, solemniter ediximus, constare de duobus propositis miraculis, scilicet de primo, instantaneae perfectaeque sanationis Amaliae Conte ab arthritide sicca in sinistro genu ; atque de altero, instantaneae perfectaeque sanationis Vigorae Verzinger a tuberculosi pulmonari et pleuritide. Iterumque decrevimus, vi kalendas maias, tuto procedi posse ad solemnem beati Clementis Mariae Hofbauer canonizationem.

Quibus omnibus expletis, tradito a maioribus more, Consistorium secretum indiximus, in quo, ante diem III kalendas maias huius anni, Fratrum Nostrorum sanctae romanae Ecclesiae Cardinalium sententiam rogavimus. Qui, de beati Clementis Hofbauer rebus gestis, virtutibus et miraculis de rebusque in eius causa actis, dilecti Fratris Nostri Cardinalis Sebastiani Martinelli audita oratione, perplacere sibi responderunt, eximium illum virum in Sanctorum numerum cooptari. Tum, Consistorio publico ipso eo die convocato, dilectus filius Philippus Pacelli Nostrae consistorialis aulae advocatus pro eiusdem Beati canonizatione diserte peroravit, de eaque quantocius celebranda Nobis humiliter supplicavit. Nos vero, cum animo reputantes, de negotio agi maximi ponderis et gravitatis, existimavimus, precibus, ieiuniis, largitionibus piisque aliis operibus, divini Spiritus adhuc esse implorandam opem, qui lucem claritatis suae super mentem Nostram effundere dignaretur. Interim, a sacra Consistoriali Congregatione datis litteris, curavimus, ut non viciniores modo venerabiles Fratres Episcopi, sed remotissimi quoque de tam gravi negotio fierent certiores, qui se ad Urbem conferrent Nobisque sententiam suam panderent, de honoribus Sanctorum beato Clementi Hofbauer ac beato Iosepho Oriol, quem cum illo coniunximus, decernendis. Hi ex universo orbe cum frequentes convenissent, de causa plane edocti, tum ex iis, quae acta coram

Nobis iam fuerant, tum ex -sacrorum Rituum Congregationis documentis, quorum singulis tradita fuerunt exempla, in semipublicum Consistorium coram Nobis coactum, ante diem III idus maias, convenerunt. Nec tantum venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, sed et Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi unanimi voluntate ad hanc canonizationem absolvendam Nos cohortati sunt. Cuius rei instrumenta, a dilectis filiis Sedis apostolicae notariis publice confecta, in tabularium sacrorum Rituum Congregationis relata sunt.

igitur huiusce canonizationis solemnia celebrare in basilica vaticana constituimus, hac xni die ante kalendas iunias, qua Domini nostri celebramus memoriam, qui, discipulis suis cernentibus, est elevatus in caelum, ut nos divinitatis suae tribueret esse participes. Ac templis statutis ad sacras indulgentias lucrandas, hortati sumus christifideles ut, vera cordis contritione, novensiles sibi sanctos facerent propitius, et benévolos caelestium donorum deprecatores.

Statuta faustissima dies cum advenerit, omnes tum saecularis, tum regularis cleri ordines, singuli romanae Curiae Praesules et Officiales, venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi convenerunt. Quibus solemni supplicatione praeeuntibus, Nos vaticanam basilicam ingressi sumus magnificentissime ornatam. Tunc dilectus Frater Noster Cardinalis Sebastianus Martinelli, praepositus canonizationi huic procurandae, perorante dilecto filio Philippo Pacelli, sacrae consistorialis aulae advocato, vota nobis Sacrorum Antistitum detulit necnon religiosae familiae a SS. Redemptore, cumque iterum et tertio iisdem votis et precibus institisset; divini Paracliti afflatu Nos humiliter implorato, ad honorem. sanctae et individuae Trinitatis, ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Nostra, matura deliberatione, et voto Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum consilio, praedictum beatum Clementem Mariam, sacerdotem professum e congregatione SS. Redemptoris, eiusdemque congregationis ultra montes propagatoris insignis, sanctum confessorem esse declaravimus. Cui sociavimus eodem decreto beatum Iosephum Oriol, presbyterum beneficiarium Barcinonensis ecclesiae sanctae Mariae Regum. Memoriam sancti Clementis Mariae Hofbauer quotannis in martyrologio, die eius natali, referri mandavimus, et cunctis christifidelibus, qui ea die exuvias eius venerati fuerint, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum perpetuo impertivimus. Gratiis deinde Deo optimo maximo actis, solemniter rem divinam fecimus, et post evangelii lectionem confertissimam et exsultantem multitudinem cohortati sumus, ut novensilium san-

ctorum gratiam, imitatione virtutum, sibi potissimum conciliarent. Deinde, benedictione, apostolica solemniter impertita, apostolicas has litteras manu Nostra et S. R. E. Cardinalium signatas, sub plumbo expediri mandavimus.

Habetis, filii dilectissimi, in sancto Clemente Hofbauer, quum reliquarum virtutum, tum potissimum constantiae et fortitudinis eximium specimen, quod non modo suspiciatis laudibusque efferatis, sed acri etiam studio imitemini. Quoties ille moerentibus oculis conspicatus est, diuturnorum ad Dei gloriam ac animarum salutem susceptorum laborum fructus, uno scelestorum hominum impetu, disiectos et ad nihilum redactos! Quoties quotque dissitis in locis, ab anno MDCCLXXXV, quo sacerdotio vix initiatus reversus est Vindobonam, ad annum MDCCCXX, qui vitae postremus fuit, congregationem suam a SS. Redemptore aggressus est ultra montes inferre ac firmiter stabilire! Quamquam vero tot conatus suos in vanum cedere videbat, fractus numquam est, numquam animum despondit. Nam Deo fidebat, ad gloriam eius ampliandam enitebatur; ex uno loco exturbatus, sese ad alterum conferebat, eosdemque labores in animarum salutem de integro suscipiebat. Verum tot eius laborum posteri uberrimos fructus perceperunt; atque hodie sanctus Clemens Vindobonensis apostoli nomen est consequutus; ac, eo vix vita functo, facta tandem discipulis eius copia se congregationi a SS. Redemptore addicendi, Vindobonae eam constituerunt; brevique illa in longinquas terras longe lateque propagata est. Ita fidelis servi Deus laboribus prolixe benedixit sanctaque eius optata implevit. Vos ergo, dilectissimi filii, sancti viri exempla imitemini. Nunc quoque catholicae fidei debacchantur hostes, eisque, tamquam mundi huius dominis, quae velint, omnia permissa esse videntur. Vos vero fortes estote neque cadatis animo; consurgite, ad proelia Dei strenue pugnanda; ingruentia mala a vobis, a familiis vestris, ab hominum consortio defendite; propugnate sanctam Christi fidem, hanc Sedem apostolicam, spiritualia vestra bona ac proximorum vestrorum; nolite hosti unquam cedere aut e pugna pedem referre. Ita constantiam vestram Deus omnipotens fortunabit atque Ecclesiae suae, christianis nationibus, christifidelibus omnibus faustiora tempora adducet.

Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa ex scientia atque auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula praedicta confirmamus, roboramus atque iterum statuimus universaeque Ecclesiae catholicae denunciamus; mandantes ut praesentium litterarum transumptis sive exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae hisce Nostris litteris haberetur, si exhibitae forent atque ostensae.

Si quis vero paginam hanc Nostrae definitionis, decreti, mandati, relaxationis et voluntatis infringere vel temerario ausu contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo nongentesimo nono, xin kalendas iunias, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

Ego A. Episcopus Ostien. et Veliternen. Card. OREGLIA A S. STEPHANO S. R. E. Camerarius S. G. Decanus.
Ego SERAPHINUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Card. VANNUTELLI Maior Poenitentiarius.
Ego A. Cardinalis AGLIARDI Episcopus Albanensis.
Ego VINCENTIUS Episcopus Praenestin. Card. VANNUTELLI.
Ego FR. Ep. Tusculanus Card. SATOLLI.
Ego FRANCISCUS DE PAOLA Episcopus Sabinensis Card. CASSETTA.
Ego MARIANUS tit. S. Caeciliae Presb. Card. RAMPOLLA DEL TINDARO.
Ego ANGELUS tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. Di PIETRO.
Ego Fr. H. M.[a] tit. S. Mariae de Scala Presb. Card. GOTTI.
Ego ALEXANDER tit. SS. Marcellini et Petri Presb. Card. SANMINIATELLI.
Ego PETRUS tit. SS. Quatuor Coronatorum Presb. Card. RESPIGHI.
Ego SEBASTIANUS tit. S. Augustini Presb. Card. MARTINELLI.
Ego BENIAMINUS tit. S. Mariae in Ara-Coeli Presb. Card. CAVICCHIONI.
Ego DOMINICUS tit. S. Priscae Presb. Card. FERRATA.
Ego CASIMIRUS tit. S. Marcelli Presb. Card. GENNARI.
Ego RAPHAEL tit. S. Praxedis Presb. Card. MERRY DEL VAL.
Ego OCTAVIUS tit. SS. Cosmae et Damiani Diac. Card. CAGIANO DE AZEVEDO.
Ego PETRUS tit. S. Bernardi Presb. Card. GASPARRI.
Ego FRANCISCUS S. Mariae in Porticu Diaconus Card. SEGNA.
Ego Fr. IOSEPHUS CALASANCTIUS S. Hadriani Diaconus Card. VIVES.
Ego CAIETANUS S. Nicolai in Carcere Diaconus Card. DE LAI.

A. CARDINALIS AGLIARDI, *S. B. E. Cancellarius.*

Loco ✠ Plumbi.

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Augustinus Bartolini, *Protonotarius Apostolicus.*

EPISTOLAE

I.

AD AUGUSTISSIMUM ET POTENTISSIMUM IMPERATOREM MAHOMETUM V.

Au Très-Haut et Très-Puissant Souverain Mehmed V Enipereur, Pie X Pape salut et prosperità.

Majesté,

Le témoignage de bienveillance toute speciale qu'il a più à Votre Auguste Majesté de Nous donrier en delegant une Ambassade extraordinaire pour Nous remettre les lettres autographes et.Nous annoncer Son avénement au Tróne, a été particulièrement eher à Notre cceur. Nous sommes profondément touché de cette haute attention et de cette preuve d'estime de la part de Votre Majesté Imperiale et Nous Lui en expfimons Notre très vive reconnaissance. Cette marque d'amitié Nous est d'autant plus agréable, qu'elle se rattache à l'heureuse epoque où une pareille Mission avait l'honneur d'étre envoyée, par l'un de Vos Augustes Prédécesseurs, au Pape Pie IX de sainte memoire.

Nous aimons à redire combien il Nous a été consolant d'entendre les paroles d'éloges et de satisfaction que l'illustre Ambassadeur de Votre Majesté Nous a adressées, pour la fìdélité et le dévouement des sujets catholiques de Votre Empire.

Nous prions Dieu d'accorder à Votre Majesté Imperiale une vie longue et prospère au bien-ètre de tous Ses sujets.

Donne à Rome, près Saint Pierre, ce 11me jour de Juillet de J'année 1909, de Notre Pontificai le sixième.

PIE X PAPE

IL

AD VINCENTIUM CARD. VANNUTELLI, RENUNTIATUM LEGATUM APOSTOLICUM ET PRAESIDEM CONVENTUS EUCHARISTICI COLONIAE AGRIPPINAE HABENDI.

Venerabilis Frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Annuus catholicorum conventus de amplificando fovendoque cultu sanctissimae Eucharistiae prope est iam, ut convocetur: quem scis hoc anno actum iri Coloniae Agrippinae sub initio mensis augusti. Optimo sane auspicio urbs vetusta ac nobilis, eademque professionis vitaeque catholicae in florentissima regione Rhenana quasi quoddam centrum, sedes habendi huius conventus delecta est: quae quidem, christianam sapientiam, uti memoria

est proditum, ab ipsius beati Petri discipulo edocta, quum fide et observantia erga Vicarium Iesu Christi, tum maxime pietate et religione erga Sacramentum altaris semper eluxit. Argumento rei sit vel unam templum illud magna diuturnaque molitione a maioribus, honori utique divinae maiestatis in Eucharistia delitescentis, exstructum, idque tam excellentis artificii tantaeque magnificentiae, ut in pulcherrimis orbis terrarum iure numeretur. Hac in opportunitate loci, non est mirum, si venerabilis Frater Episcopus Namurcensis, praeses decuriae coetibus Eucharisticis curandis, opera diligentiaque sua profecit uberrime. Etenim audimus, egregios viros e Coloniensi et clero et populo non paucos, in primisque Canonicos templi maximi, duce et auctore dilecto Filio Nostro Cardinali Archiepiscopo, iamdudum una simul elaborare alacres in omnibus apparandis rebus, quae ad conventum pertinent. Hunc igitur solemnem fore ac celebrem non minus, quam qui usque adhuc habiti sunt, coniicere iam plane licet: eumdem vero aeque fructuosum eventurum Ecclesiae sanctae, libet de divina benignitate Nobis polliceri. Equidem recordantes, quae quantaque huiusmodi conventus incrementa attulerint communi pietati; et quantum ex eis, praesertim ex illo Londiniensi, Dominus Iesus honoris et gloriae ceperit, perfundimur gaudio: neque enim Nobis quidquam potius in optatis est aut esse potest, quam ut mysterium illud infinitae caritatis Christi cognoscant homines usque magis et revereantur et diligant. Quoniam autem decet Nos publicis his fidei significationibus non interesse solum, sed praeesse, intelligis quam libenter eidem dilecto Filio Nostro Archiepiscopo satisfacturi simus, roganti, ut unum e sacro Collegio Cardinalium Roma velimus mittere, qui, personam Nostram gerens, conventui praesideat. Itaque in te, venerabilis Frater Noster, qui saepe alias Nobis in simili munere fidem et sollertiam egregie probasti tuam, coniecimus oculos: eo vel magis, quod et in consilio generali coetibus Eucharisticis agendis principem locum, honoris causa, obtines; et piis quibusvis operibus, quae Eucharistiam attingunt, singulari adesse studio consuevisti. Quare his te litteris Legatum Nostrum renuntiamus, destinamusque Coloniam Agrippinam, ut ibi conventui Eucharistico, Nostro nomine, praesideas. Divinorum autem munerum auspicem, ac paterni animi Nostri testem, volumus, omnibus, quicumque vel cogendo conventui operam dederunt, vel eidem intererunt, universaeque civitati Coloniensi apostolicam benedictionem afferas, quam quidem praecipuo cum benevolentiae sensu, tibi, venerabilis Frater Noster, impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xvi Iulii, in festo D. N. Mariae Karmelitidis, anno MCMIX, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

L

FRIBURGEN.

DUBIUM CIRCA CONLAT10NEM SS. ORDINUM EXTRA TEMPORA, ET NON SERVATIS INTERSTITIIS, ALIENIS SUBDITIS..

In Congregatione generali, die 13 Augusti 1909 habita, proposito dubio, « utrum Episcopus, gaudens indulto conferendi Ordines extra tem- « pora et non servatis interstitiis, eo uti possit etiam erga alienos subditos, « suorum Ordinariorum dimissorias habentes »; Emi Patres, re mature perpensa, respondendum censuerunt: «*Affirmative,* facto; verbo cum SSmo ».

Sanctitas vero Sua, audita relatione R. P. D. eiusdem sacrae Congregationis Secretarii in audientia diei 15 Augusti 1909, Emorum Patrum resolutionem approbavit et confirmavit.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. ££j S. Ph. Giustini, *Secretarius.*

I L

VENETIARUM

DE FACULTATE DISPENSANDI AB IMPEDIMENTIS MATRIMONIALIBUS IMMINENTE MORTIS PERICULO.

In plenario coetu a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum, habito die 13 mensis augusti anno 1909, dirimendum propositum est dubium, « utrum facultas dispensandi ab impedimentis matrimonialibus imminente « mortis periculo in casu art. VII decreti *Ne temere,* facta per decretum « huius S. Congregationis diei 14 Maii 1909, valeat dumtaxat pro concu- « binariis; an etiamsi non agatur de concubinariis, sed alia adsit causa « ad consulendum conscientiae et (si casus ferat) legitimationi prolis? » Cui dubio Emi Patres responderunt: « *Negative* ad primam partem, *affirmative* « ad secundam ».

Die autem 15 praefati mensis et anni SSmus D. N. Pius Papa X, audita relatione R. P. D. Secretarii eiusdem S. Congregationis, supra relatam Emorum Patrum declarationem ratam habere et confirmare dignatus est.

Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die 16 mensis augusti anno 1909.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. j$j S. Ph. Giustini, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO CONCILII

PLATIEN.

TAXARUM

CIRCA ATTESTATIONES PAROCHIALES IN AMERICA CONCESSAS FIDELIBUS DIOECESIS PLATIENSIS.

Die 3 Iulii 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Episcopus Platiensis supplici libello exponit S. Sedi, quod e sua dioecesi multi migrant in Americam, et postea, plus minusve longo lapso tempore, ad proprios lares revertuntur, secum deferentes fides illorum parochorum, seu parochiales attestationes baptismatis filiorum, quos in America procrearunt. Idem vero Episcopus Platiensis iussit, has attestationes a parochis dioecesis Platiensis registrari in speciali libro parochiali; nunc vero petit a S. Congregatione Concilii, ut parochis suae dioecesis liceat exempla authentica harum attestationum, ad petitio-, nem fidelium ex praefato speciali libro exscribere, solitis taxis perceptis.

Hisce acceptis precibus, exquisitum fuit votum unius ex Consultoribus, qui hac de re tria expendenda sibi assumit, agit nempe : 1.° *de vi iuridica attestationum parochialium, quas secum deferunt praefati migrantes ad patriam reversi;* 2.° *de vi iuridica registrationis a parochis dioecesis Platiensis factae in libro speciali ;* 3.° *de perceptione taxarum.*

I. Consultor sustinet fides parochiales veram vim iuridicam habere, modo tamen quaedam cautelae adhibitae sint. Nam attestationes de baptismo aut de aliis Sacramentis receptis, quas parochi ex relativis libris parochialibus de verbo ad verbum transcribunt, authenticae sunt, et adhiberi possunt, ut fidem publicam facientes, in iudicio et extra. Barbosa, *De offic, et potest, parochi, part. I, cap. 7 per totum.* Parochus enim a iure constitutus est ut publicus officialis, qui de his, quae ipse fecit aut propriis sensibus percepit, testari possit, et ita quidem ut haec attestatio sit iuridica, authentica, fidemque publicam faciat, ad instar omnium officialium publicorum, qui testantur de his quae in exercitio officii sui peregerunt.

Unde ipsi libri parochiales, in quibus scriptae sunt et custodiuntur praefatae attestationes, fidem publicam faciunt ; unde etiam particulae ex his libris excerptae, sive ab ipso parocho qui Sacramenta administravit, sive ab eius successore, fidem publicam item faciunt, modo tamen parochus de verbo ad verbum praefatas attestationes transcribat, et se ita transcri-

psisse testetur. Quo in casu parochus, consuetudine universali ita rem interpretante, habetur ut notarius publicus ecclesiasticus, qui ius habet instrumenti primigenii exemplum authenticum transcribere, et ita quidem ut hoc exemplum eamdem vim iuridicam habeat quam ipsum primigenium instrumentum.

Verum agitur de attestationibus parochialibus in America scriptis et in dioecesi Platiensi exhibitis : quo in casu, ut patet, locus datur fraudibus. Ad has ergo avertendas, duae conditiones requiruntur: 1.° ut Ordinarius. Americanae dioecesis, ad quam pertinet parochus attestationes e libro parochiali transcribens, subscriptionem huius parochi recognoscat et authenticet; consuetudine enim receptum est, ut quoties attestatio parochialis mitti debeat extra dioecesim, et praesertim in regiones longinquas, recognosci debeat ab Ordinario dioecesis e qua mittitur alioquin, quam fidem facere posset attestatio et subscriptio parochi prorsus incogniti ? 2.° ut Ordinarius dioecesis, in qua exhibenda est praefata attestatio, et proinde, in casu, Ordinarius Platiensis, recognoscat subscriptionem et sigillum Epi scopi Americani ; non enim parochi est, Ordinariorum extraneorum sigilla et subscriptiones recognoscere, nec ad hoc habet media idonea.

IL Circa registrationem attestationum parochialium a parochis dioecesis Platiensis factam, Consultor retinet, quod, attento quidem solo parochiali officio, parochi non sunt habiles ad hanc registrationem authentice faciendam ; transcribere enim instrumenta, ita ut exemplum eadem vi iuridica polleat, qua ipsum primigenium instrumentum, notariorum est, non parochorum. Parochi quidem transcribere possunt parochiales attestationes de baptismo aut alio Sacramento recepto, sed e libris parochialibus tantum, et quidem e suis libris parochialibus, qui nimirum asservantur in archivo parochiali, cuius sunt custodes ; sed eorum officium non ultra progreditur ; non enim sunt notarii.

Verum nil obstare videtur quin Episcopus parochos dioecesis suae notarios creet, ad hoc ut praedictam registrationem facere possint. Episcopus enim ius habet (iicet probabilius vi solius consuetudinis) creandi notarios. Fagnanus, *cap. Sicut te* ***8,*** *Ne clerici vel monachi, n. 42 sq.;* Reiffenstuel, *tit. de fide instrumentorum, n. 260;* Schmalzgrueber, *h. tit., n. 4;* et haec episcopalis potestas nullis a iure vel consuetudine limitibus circumscribitur. Unde nil impedit, quin Episcopus decreto suo omnes parochos dioecesis suae constituat notarios, praesertim cum agatur non de quibuslibet actibus rogandis, aut instrumentis authenticandis, sed tantummodo de unica specie instrumentorum, scilicet de attestationibus parochialibus registrandis et authenticandis. Nec ad hanc in casu notariorum creationem requiri videtur decretum Episcopi formale et expressum, sed sufficit decre-

tum, quo Episcopus registran iubeat praedictas attestationes, cum non ad alium finem hanc registrationem praecipiat, nisi ut inde haberi possint fides authenticae et publicae baptismatis, quae fides nonnisi a notariis confici possunt. Quod si quis putet necessariam esse specificam notariorum creationem, facillimum est Episcopo addere in suo decreto haec aut similia verba: «Volumus praedictas attestationes registran a parochis, *quos ad « hoc tantum per praesens decretum notarios publicos ecclesiasticos consti- « tuimus* ». Asserta autem vi iuridica dictae registrationis, sequitur, in casu, librum illum specialem, qui continet has attestationes a paro chis-notariis registratas, esse authenticum et publicum, sicut alios libros parochiales, et proinde particulas, ex eo ab iisdem parochis-notariis extractas, vim iuridicam habere in iudicio et extra.

III. Quoad perceptionem taxarum Consultor censet, opportunum esse, ut S. Congregatio petitioni Episcopi Platiensis annuat. Nam: 1.° novus quidem est praedictus parochorum dioecesis Platiensis usus, et nova taxa. Sed novum non est, imo receptum est in Ecclesia ut et parochi pro attestationibus ex libris parochialibus excerptis, et notarii pro instrumentorum exemplis authenticis conficiendis, moderatam taxam percipiant. Porro supra visum est particulas excerptas e libro speciali, in quo registratae sunt attestationes parochorum Americanorum, assimilandas esse, quoad vim iuridicam, attestationibus parochialibus stricte dictis. Ergo aequum est, ut pro his particulis transcribendis moderatam taxam percipiant parochi, eo magis quod non minor est labor pro parochis transcribentibus, nec minor utilitas pro fidelibus petentibus °2.° Nec dicatur hoc usu detrimentum afferri iuribus parochorum Americanorum. Verum quidem est, si praedictae particulae e libro speciali depromptae sufficiant ad probandum in iudicio et extra, fideles non amplius a parochis Americanis petituros esse attestationes de Sacramentis in eorum parochia receptis ; sed potius aequivalentes attestationes petituros esse a parochis dioecesis Platiensis, quas sibi minoribus expensis comparabunt; unde quoddam detrimentum parochis Americanis afferetur. Sed haec animadvertenda : *a)* iam parochi Americani ius suum perceperunt, dum parochiales attestationes de Sacramentis receptis fidelibus Italis ad Italiam reversuris, percepta taxa, tradiderunt ; *b)* fideles Itali, ad patriam reversi, prohiberi nequeunt quin has parochiales attestationes, quas penes se habent, registrari curent a notariis ecclesiasticis, ut sibi praesto sint exempla praedictarum attestationum authentica pro variis vitae usibus ; c) operosum, longissimum et taediosum esset, si fideles Itali, in patriam reversi, tenerentur recurrere ad parochos Americanos pro habendis dictis attestationibus quoties sibi sint necessariae, v. g. pro matrimonio, ordinatione, etc.; et saepe tempus non suppeteret.

Quibus omnibus perpensis, censet Consultor, opportunum esse et utile, ut S. Congregatio Episcopo Platiensi postulata concedat, id est, ut dictus Episcopus registran iubeat a parochis suae dioecesis in libro speciali et distincto attestationes parochiales parochorum Americanorum de baptismo aut aliis Sacramentis susceptis, et inde eisdem parochis suis permittat ex dicto libro speciali particulas authenticas transcribere, et fidelibus petentibus tradere, percepta solita taxa; hac tamen cautela adhibita, ut praedictae attestationes parochorum Americanorum non registrentur in libro speciali, nisi sint munitae authentica recognitione tum Ordinarii Americani tum Ordinarii Platiensis.

RESOLUTIO. — Emi Patres S. Congregationis Concilii, in plenis comitiis diei 3 Iulii 1909, proposito dubio : *an et quomodo petitioni Episcopi Platiensis annuendum sit in casu,* responderunt: *affirmative, et ad mentem.* Mens est : « Gli attestati dei parroci Americani dovranno essere vidimati « dai rispettivi Ordinari, e non potranno essere trascritti nei registri se non « con ordine del Vescovo o di un suo delegato, il quale dovrà prima, con «l'assistenza del Promotore fiscale, riconoscerne l'autenticità, e quindi li « farà conservare nella Curia vescovile ».

; L. *ffa* S. Iulius Grazioli, *Sub-secretarius.-*

SACRA ROMANA ROTA

MONACEN. - FRIBURGEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno sexto, ad exitum vergente, die 24 Iulii 1909, BR. PP. DD. Ioannes Prior, Aloisius Sincero, et Ioseph Mori, Ponens, *Auditores de turno, instantibus in gradu appellationis Antonietta Trimborn et Wernerio di Branconi, repraesentatis per legitimum procuratorem sacerdotem Mancini advocatum, adversus sententiam a Curia Monacensi prolatam in causa nullitatis matrimonii inter eumdem Branconi, repraesentatum ut supra, et Elisam Streit, quae declaravit nolle molestari in praesenti iudicio, sese remittens depositioni factae coram Curia Osnabrugensi ad hoc delegatae, interveniente et disceptante in causa Defensore vinculi ex officio, sequentem ediderunt sententiam.*

Die 23 Octobris anno 1879, Wernerius di Branconi, tribunus militum emeritus sectae evangelicae addictus, ritu protestantico coram haeretico

ministerio in ecclesia S. Petri civitatis Amburgensis, matrimonium iniit cum Elisa Streit eiusdem sectae proselita. Quoniam sponsa erat cauponis filia et parentes sponsi hoc matrimonium adversabantur, praesertim ob quosdam pravos rumores vulgatos super puellae honestatem, quos tamen Wernerius, ut infundatos habebat, in quodam familiae conventu, paucis ante nuptias diebus habito, hic in sequentia verba prorupit: « Che importale le voci sulla « mia fidanzata risultassero vere, o che essa mi facesse nel matrimonio « delle scappate ? Non per questo mi ucciderei, ma semplicemente farei « divorzio ». Hisce itaque pro nihilo ductis, matrimonium pure et simpliciter fuit celebratum, et quin sponsa ullimode de factis oppositionibus et relatis verbis esset edocta aut posset suspicari.

Primo matrimonii tempore, ex quo tres filii geniti sunt, uno tantum nunc superstite, pacifice res inter coniuges sese habuerunt ; at postea sive ex mala viri rei oeconomicae gestione, sive ex rudi huius charactere et iniuriis in uxorem prolatis, pax inter coniuges nutare coepit, et exinde gravibus exortis dissidiis locus factus est sententiae divortii anno 1884, ex culpa viri. Wernerius libertatem nactus ad novas nuptias convolavit anno 1886, aliam mulierem sibi coniugio, ritu protestantico, copulans, eidem sectae addictam: quae tamen uxor anno 1895 decessit, tribus ex contracto matrimonio relictis filiis. Cum superstite viro vincula consuetudinis adstrinxit praenobilis mulier Antonia Trimborn, et huius cura unus ex hisce filiis, nempe filia maior Clara Branconi, catholicam religionem est amplexus, modo degens in religiosa educationis domo.

Verum, cum dicta mulier valde exoptaret etiam ad catholicam religionem perducere tum duos alios filios tum eorum patrem, in civitate Monacensi degens, apud eiusdem ecclesiasticam Curiam institit, ut sibi relaxaretur fides status liberi, quo matrimonium inire valeret, praevia dispensatione apostolica super impedimento mixtae religionis, cum Wernerio di Branconi adhuc in secta protestantica. Concessioni petitae obstabat impedimentum ligaminis, utpote prima uxore Wernerii, licet per divortium separata, adhuc in viris manente. Ad obstaculum removendum Antonia Trimborn apud eamdem Curiam matrimonium Wernerii cum Elisa Streit iudicialiter impellit de nullitate, ob appositionem turpis conditionis contra substantiam eiusdem matrimonii, sed infausto exitu. Nam, die 26 Octobris 1904, lata fuit sententia votis instantis prorsus adversa, seu matrimonium fuit validum declaratum.

Ab hac sententia, die °*28* Novembris eiusdem anni, provocavit actrix ad S. Congregationem Concilii; eique sese adiunxit ut actor Wernerius di Branconi. Ex mandato eiusdem S. Congregationis Archiepiscopus Friburgensis explevit processum suppletorium, eiusque relativa acta anno proxime

elapso transmisit ad S. Congregationem. Instaurato nuper ex SSmi ordinatione S. R. Rotae tribunali, eidem tribunali in gradu appellationis praefata causa subiecta fuit, omnibus de ritu absolutis, disceptanda sub consueta ~dubitandi formula, *an constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ad factum quod attinet, RR. PP. Auditores considerarunt, Wernerium di Branconi, prout ex actis processus constat, habuisse tantum intentionem seu propositum ineundi matrimonium iuxta placita sectae evangelicae, quae in casu infidelitatis uxoris permittit matrimonii separationem, seu divortium, non vero hanc solubilitatem uti pactum aut conditionem, occasione celebrationis matrimonii, fuisse appositam, quod ex sequentibus liquet. Revera, ante matrimonium, sinistri rumores circa honestatem puellae Streit Wernerio relati sunt sive a suis fratribus Francisco et Gustavo, sive ab aliis parentibus, qui proinde nuptias impedire conati sunt; sed eos Wernerius sprevit, neque fidem addidit, sicuti pluries per sequentia verba fassus est in suis depositionibus: « Siccome non si addussero i fatti, così ritenni « queste dicerie affatto infondate ; ma io pensava, che tutto quello che mi « si diceva fossero ciarle: sul momento non pensava che si fosse arrivato « a questo punto ; per solito rispondevo presso a poco così: che mi lascias- « sero fare, perchè volevo bene alla ragazza, e facevo un buon matrimo- « nio ». Item nonnullis diebus ante matrimonii celebrationem, parentibus et amicis, eum deterrentibus ab huiusmodi celebratione, ita reposuit: « Che « importa, se le voci sulla mia fidanzata risultassero vere in seguito, o che « essa mi facesse nel matrimonio scappate ? Non per questo mi ucciderei, « ma semplicemente farei divorzio ».

Ex huiusmodi expressionibus duo profecto deducuntur : firmus nempe animus Wernerii nuptias ineundi non obstante contrarietate parentum et amicorum, et erronea persuasio, in casu adulterii uxoris, sese ab ea posse separari.

Nec audiendus est defensor Wernerii, quando ad suam thesim probandam confugit ad cerebrosum pactum initum inter familiam et Wernerium ipsum, de appositione in actu matrimonii conditionis in casu infidelitatis uxoris, quod locum habuisset biduo ante nuptias. Sane Gustavus Branconi ita deposuit: « Alle osservazioni riguardo alle voci sulla vita «non immacolata della sposa, che furono fatte dalla famiglia di lui, il « fidanzato dichiarava : *Se questo non va, allora faccio divorzio* » ; et alter frater Franciscus ita rem enarrat : « Nella risposta di mio fratello non solo «ho trovato l'espressione del nostro concetto evangelico, che il matri- « monio è dissolubile, ma anche che egli fosse fermamente deciso a scio- « gliere il matrimonio, se le voci fossero risultate vere, e che egli dunque « si obbligasse verso i parenti di sciogliere il matrimonio in questo caso ».

Sed harum depositionum sensus penitus est respuendus, tum quia de hoc. pacto numquam ipse Wernerius locutus est, tum quia penitus destruitur ab eo quod ipse candide fatetur in nova depositione, facta in processu suppletorio coram Curia Friburgensi, die 14 Octobris 1907. Nam Wernerius, a iudice delegato interrogatus, ita respondit: « Conclusi « il matrimonio, malgrado tutto *(seu non obstante familiae oppositione),* « perchè avevo dato la mia parola alla signorina Streit, e la volevo man- « tenere, ritenendomi verso di lei obbligato....... Facendo il matrimonio «nella chiesa di S. Pietro, volli conchiadere un matrimonio cristiano « secondo il concetto della mia confessione evangelica, e volevo anche « assumere i doveri di un matrimonio cristiano. Io riteneva che il matri- « monio cristiano si potesse sciogliere, e precisamente nella maniera che « sarei stato libero, dopo lo scioglimento, di sposare un'altra donna anche « vivendo mia moglie divorziata. Nella conclusione del matrimonio, quando «stava d'innanzi all'altare, era deciso ad adempiere i miei doveri, ma « pensai anche a questo, che se le voci sfavorevoli sulla mia fidanzata « fossero risultate vere, mi sarei fatto divorziare ». Haec ultima verba colli- mant cum aliis superius exscriptis: « Che importa, se le voci.... Non per «questo mi ucciderei, ma semplicemente farei divorzio ». Iamvero ex relata depositione haec duo resultan! : 1.° Wernerium voluisse matrimonium iuxta conceptum evangelicae sectae; 2.° et, iuxta ipsius sectae erratum conceptum, illud retinuisse solubile.

Nec item ad cohonestandum defectum matrimonialis consensus iuvat recurrere ad illa verba a Wernerio in iuridica depositione relata: « Io posso « dire, che se avessi conosciuto allora il concetto cattolico del matrimonio, « io non mi sarei sposato »; et alibi: « Se io avessi supposto che si trat- « ta va di unione indissolubile, allora io non l'avrei sposata». Ex hisce verbis contenditur, Wernerium voluisse matrimonium solubile, et proinde defecisse consensum matrimonialem, in suum verum obiectum. At haec voluntas est voluntas hypothetica seu interpretativa, quae de facto non exsistit ; et proinde ex ea hoc tantum deduci potest, Wernerium voluisse matrimonium contrahere iuxta doctrinam haereticam, quae eius valori non officit, uti inferius videbitur.

Insuper RR. PP. expenderunt, praetensam turpis conditionis solubi- litatis matrimonii in casu adulterii sponsae appositionem non fuisse expres- sam aut notificatam alteri comparti, Elisae Streit, prout tum Wernerius tum Elisa fassi sunt : « Di questa decisione non dissi nulla prima dei niatri- « moniò alla mia fidanzata. Ritenevo tutto per ciarle, e mi sembrava scon- « veniente di esprimermi così verso una signorina »; et Elisa, ex parte sua, haec habet: « Non ha fatto mai verso di me queste dichiarazioni, nè mi

« ha messo mai dichiarazioni di sorta ». Ergo cum in contractu matrimonii, ea conditionis appositio non fuerit expressa, iure merito praesumitur, ab ea recessisse, dato etiam et non concesso, quod anterius fuerit adiecta; eo vel magis quia interpretatio semper fieri debet contra eum, qui dolum adhibuit, ut habet Glossa in *cap. 26, de sponsal. et matr.,* verb. *Mulierem.* Demum id confirmatur ex declaratione ipsius Wernerii. Percontanti enim iudici, quo sensu illa verba ab eo prolata sunt : « che importa, se in seguito le cattive « voci sulla mia fidanzata risultassero vere.... Non per questo mi ucciderei, « ma mi farei divorziare »; ita respondit : « A queste parole io unii il senso : *« io non rischio niente con questo matrimonio, posso di nuovo liberarmene, «posso di nuovo far divorzio* ». Wernerius, refragantibus matrimonio parentibus et amicis, eorum oppositionem tamquam inutilem repulit, adducendo, quod in casu infidelitatis uxoris sibi in facultate semper erat utendi remedio a lege concesso, nempe desponsatam uxorem dimittendi, et aliam ducendi. Ergo expetita conditionis appositio, iuxta Wernerium, uti supervacanea censebatur, cum satis esset matrimonium inire iuxta sectae evangelicae placitum.

Ex quibus in facto considerationibus hoc adstruitur, Wernerium voluisse quidem matrimonium contrahere, cum erronea persuasione, illud esse solubile in casu adulterii uxoris, seu iuxta sensum sectae evangelicae, sed hanc intentionem in pactum aut conditionem non deduxisse, eo quia id non existimabat necessarium, tum quia dicteriis contra uxorem fidem non praestabat, tum quia in casu veritatis, in promptu habebat remedium legis protestanticae : et hinc in iudicio fassus est : « Volli conchiudere un « matrimonio cristiano, secondo il concetto della mia confessione evange- « lica, e volevo assumere i doveri di un matrimonio cristiano ».

In iure autem haec prae oculis habenda sunt. Primo non quaecumque intentio etiam exterius manifestata ad foedandum vel solvendum matrimonium dici debet sufficiens ad illud irritandum, sed tantum ea quae in pactum vel conditionem in celebratione matrimonii fuit deducta. Scatet id aperte ex declaratione S. Officii, diei 20 Octobris 1680, quae ita se habet : « An sit validum matrimonium contractum inter catholicum et schismati- « cum cum intentione foedandi vel solvendi matrimonium » ; cui dubio responsum fuit : « Si ista sint deducta in pactum seu cum ista conditione « sint contracta, matrimonia sunt nulla, sin aliter, sunt valida ». Haec doctrina evolvitur a Benedicto XIV in *Synodo dioecesana, lib. 13, cap. 22, n. 7,* et confirmatur a Pio VI in litteris datis sub die 11 Iulii 1789 ad Archiepiscopum Pragensem, qui, non secus ac Benedictus, *loc. cit.,* allatae doctrinae sequentem dat rationem : « Nec deest intima ratio, cur intentio contrahendi « iuxta placita sectae adstruentis aut legis permittentis dissolutionem matri-

« monii, non efficiat eius valori, modo non deducatur in pactum: etenim « hoc ipso, quod acatholici vano errore decepti existimant, solutionem « matrimonii iis de causis minime repugnare legi Christi, hinc fit ut in «eorum mente, propter falsam illam existimationem, intentio contrahendi « iuxta huiusmodi leges aut sectae placita, minime excludat primariam « intentionem contrahendi iuxta divinam legem per Christum confirmatam. « Permanet proinde haec voluntas in actu contrahendi, ex eaque fluit ac «determinatur consensus, qui actu praestatur. Porro consensus praestitus « iuxta legem Christi aptus est ac sufficiens ad matrimonii valorem, nisi « aliud obstet canonicum impedimentum ».

Secundo, haec deductio in pactum vel conditionem in foro externo non praesumitur, sed est concludenter probanda, secus fit locus contrariae praesumptioni. Ita Benedictus XIV, *loc. cit.: «* Si expressa illa conditio, de « matrimonio ob adulterium dissolvendo, apposita minime fuerit, quantumvis « contrahentes in eo fuerint errore, ut matrimonii vinculum per adulterium « dissolvi possit, nihilominus locus est praesumptioni, ut dum matrimo- « niutn prout a Christo institutum fuit, inire voluerunt, illud omnino per- « petuum ac interveniente etiam adulterio, insolubile contrahere voluerint, « praevalente nimirum generali, quam diximus, voluntate, de matrimonio « iuxta Christi institutum ineundo, eaque privatum illum errorem quodam- « modo absorbente ; quo fit ut matrimonium ita contractum validum, fir- « mumque maneat », Deinde haec in pactum deductio debet esse facta, altera parte sciente et consentiente ; tum quia contractus ex duorum voluntate in idem placitum resultat, tum quia, ut ait Sánchez, *De matr., lib. 2, disc. 45,* « id generale est in omni contractu huiusmodi, ut prote- « statio alterius nihil iuvet, nisi altero consentiente facta sit ».

Verum, quid dicendum, si coniuges cognoscentes quidem legem, permittentem matrimonii solubilitatem ob compartis adulterium, cum hac positiva intentione matrimonium inierunt, ut, in casu infidelitatis unius coniugis, matrimonium solvi posset? Profecto tunc matrimonium dici debet nullum, cum haec positiva intentio destruat matrimonium ob defectum animi matrimonialis in suum verum obiectum, seu matrimonium indissolubile ; seu, aliis verbis, intentio generalis contrahendi matrimonium iuxta legem Christi absorbetur et destruitur a contraria voluntate contrahentium : Benedictus XIV, *loc. cit. ;* Card. De Lugo, *De sacram., dis. 8, n. 131.*

Attamen RR. PP. Auditores censuerunt expositam doctrinam proposito casui non posse applicari, ex specialibus circumstantiis in eo concurrentibus. Primo Wernerius utique in sua depositione haec declaravit: « Io dovetti pensare a questo *(de solutione matrimonii in casu infidelitatis « Elisae),* perchè poco tempo prima i miei parenti mi avevano sconsi-

« gliato, ed io posso dire, che se avessi conosciuto allora il concetto cattolico dell'indissolubilità del matrimonio, io non mi sarei sposato. Io « dunque era deciso, nel caso che le voci fossero risultate vere, o che la « mia sposa avesse fatto delle scappate, a far sciogliere il mio matrimonio « e divorziare ». At paulo ante, in eadem depositione, haec edixerat: << A queste parole io unii il senso : *Io non rischio niente con questo matri- « monio : posso dire di liberarmene, posso far divorzio.* Ma io pensava che « tutto quello che mi si diceva fossero ciarle: nel momemto non pensai « che si sarebbe arrivato a questo ». Si igitur sprevit vulgatos rumores, et nullam suspicionem fovebat de honestate puellae in posterum, non erat ratio limitandi matrimonii consensum.

Secundo, haec limitatio consentiendi matrimonio, nisi sub eo respectu, comparti in celebratione matrimonii neque ante fuit manifestata. Ergo etiam paulisper admisso, quod ea extiterit, praesumendum est, Wernerium in celebratione matrimonii ab ea recessisse, cum, ut ait Glossa, loco superius citato, contra eum qui dolum adhibet in contractibus, interpretatio sit facienda: nihil suffragante in casu intentione virtuali, quae fortasse Wernerio in foro tantum interno prodesse poterit.

Tertio recolendum est, huiusmodi matrimonium celebratum fuisse in loco non obnoxio legi Tridentinae de clandestinitate, quare nihil impediebat ut consensus matrimonialis, vitiatus ex una parte, posset revalidan ex copula affectu maritali habita. Et revera Wernerius primis matrimonii secuti temporibus ideae divortii valedixit: « Le relazioni con mia moglie furono discrete « fino alla nascita del primo figlio, ed io allora non pensai ad un divorzio ».

Ex hisce igitur rationum momentis concludere licet, oppositam limitationem consensus matrimonialis in nullo calculo esse habendam, utpote non probatam, vel saltem fúndate dubiam. At, etiam admissa hac secunda hypothesi, clara est doctrina eiusdem Card. De Lugo, *loc cit., n. 136:* « In « dubio an aliquis habuerit illam voluntatem generalem et efficacem faciendi « matrimonium omnino validum, iudicandum est in favorem contractus, ut « valeat. Ratio, quia unusquisque praesumitur velle exercere contractum « validum, nisi oppositum probetur, iuxta communem doctrinam iurista- « rum, quod a fortiori habebit locum in casu matrimonii, quae est causa « magis favorabilis ».

Quibus omnibus in facto et in iure pensatis, Nos infrascripti Auditores de turno, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, ac solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus ac sententiamus, *non constare de nullitate matrimonii initi inter Wernerium di Branconi et Elisam Streit;* seu proposito dubio, *negative* respondemus; statuentes praeterea, esse compensandas inter partes iudiciales expensas.

Ita pronunciamus, man dates Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV de reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 24 Iulii 1904.

Ioannes Prior.
L. £8 S. Aloisius Sincero.
Ioseph Mori, *Ponens.*

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

.11 S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium:

3 Agosto 1909. — Il Can. Emilio Cottafavi, arciprete curato del Capitolo cattedrale di Reggio Emilia.

Prelato domestico:

22 Luglio 1909. — Il Can. Ferdinando Lejeune, già Vicario generale della diocesi di Arras, ed ora parroco di Boulogne-sur-mer nella stessa diocesi.

ONORIFICENZE

Il S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio magno, classe militare:

24 Luglio 1909. — Al Sig. Conte Valentino Canale, Cadetto aiutante nel Corpo delle Guardie nobili pontificie.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio magno, classe civile:

8 Luglio 1909. — Al Sig. Giovanni F. Carroll, di NewY-ork.

27 Luglio. — AlFAvv. Alessio Rivière, Presidente della Gioventù cattolica a Camhrai.

28 Luglio. — Al Sig. Alessandro Cardon-Durerger, Presidente dei Comitati cattolici a Cambrai;

— Al Sig. Willibrordo Luigi Fich, di Oosterhout in diocesi di Breda.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio magno, classe militare:

21 Luglio 1909. — Al Sig. Giovanni Vogelsang, Sergente Maggiore della Guardia svizzera pontificia.

30 Luglio.—Al Sig. Tommaso Cecchini, Tenente della Guardia palatina d'onore.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro:

5 Agosto 1909. — Al Sig. Pietro Anzolini, Cavaliere Donato dell'Ordine di Malta in Roma.

MAGGIORI)OMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari:

27 Aprile 1909. — Il Rev. D. Salvatore La Cava, della diocesi di Catanzaro.
28 Aprile. — TI Rev. D. Carlo Smokvina, professore nel Seminario di Segna;
— Il Rev. D. Antonio Loncaric, *idem;*
— Il Rev. D. Francesco Binieki, *idem;*
— Il Rev. D. Giovanni Starcevic, *idem.*
19 Luglio 1909. — Il Rev. D. Pietro Rossetti, Aiutante di studio per Mons. Persiani, Uditore della S. Rota.
27 Luglio. — Il Rev. D. Leopoldo de Brühl, della diocesi di Breslavia.
28 Luglio. — Il Rev. D. Giuseppe Kuca, dell'archidiocesi di Brünn.
29 Luglio. — Il Rev. D. Pacifico Massella, Officiale della Segreteria di Stato.
2 Agosto 1909. — Il Rev. D. Francesco Donato, dell'archidiocesi di Napoli :
— Il Rev. D. Salvatore Trama, della medesima archidiocesi;
— 11 Rev. D. Luigi Hagemann, della diocesi di Fulda;
— Il Rev. D. Guglielmo Frye, della medesima diocesi.

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario :

26 Aprile 1909. — Il Sig. Gabriele de Larralde-Diustégny, della diocesi di Bayonne.

Camerieri d'onore in àbito paonazzo :

26 Aprile 1909. — Il Rev. D. Giuseppe Woernghofer, dell'archidiocesi di Monaco (Baviera);
— Il Rev. D. Michele Kmoskò, Prefetto degli studi nel Seminario centrale di Budapest.
17 Luglio 1909. — Il Rev. D. Ambrogio Rizzi, Preposto parroco di S. Ilario in Cremona.
27 Luglio. — Il Rev. D. Antonio Albertini, della diocesi di Faenza;
— Il Rev. D. Ercole Rambelli, della medesima diocesi;
— Il Rev. D. Ferdinando Benelli, della medesima diocesi.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario:

27 Aprile 1909. — Il Sig. Cesare Finoli, di Milano.

Cappellani segreti d'onore:

26 Aprile 1909. — Il Rev. D. Giuseppe Metzker, Vice-parroco a Budapest.
16 Luglio 1909. — Il Rev. D. Domenico Facchini, chierico beneficiato della basilica vaticana.

Annus 1. - Vol. 1. Die 15 Septembris 1909. Num. 17.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

: • . ., .L •

SUPERIOR GENERALIS PRO TEMPORE CONGREGATIONIS MISSIONIS DECLARATUR GENERALIS DIRECTOR SODALITATIS IMMACULATAE CONCEPTIONIS A S. NUMISMATE.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius, Antonius Fiat, Superior generalis congregationis Missionis nec non Puellarum caritatis, retulit ad Nos, in pluribus catholici orbis dioecesibus erectam exstare piam sodalitatem immaculatae Conceptionis a sacro numismate, vulgo appellatam « Association de la médaille miraculeuse », atque huius societatis finem et statuta sequentibus articulis contineri; nimirum: Art. T. Sodalitas immaculatae Virginis a sacro numismate exstat sicuti vivens et perenne mnemosynon manifestationis immaculatae Virginis Mariae, anni MDCCCXXX, cuius festum quotannis agitur die xxvn novembris mensis; qua in manifestatione eadem Virgo numismatis ipsius exemplar ostendit, quod mox, in universum terrarum orbem diffusum, a populis « miraculosum » appellatur, ob prodigia quae per illud quotidie divinitus patrata feruntur. Art. II. Associatio propositum sibi finem habet, Mariam sine originali labe conceptam debito honore recolendi, tum sanctificationis propriae tum apostolatus studio, sicuti monet eius sacrum numisma, et symbolo quod praefert, et virtute qua pollet,'exemplar simul et adiumentum ad hoc praebens. Art. III. In singulis dioecesibus, directores dioecesani a respectivis Ordinariis designati associationem canonice erectam regunt, iuxta spiritum, leges et consuetudines ei propria, sub auctoritate tamen Unius directoris generalis.

Art. IV. Per concessionem a Nobis factam die III iunii mensis, anno MDCCCCV, societas immaculatae Conceptionis a sacro numismate- eisdem pollet indulgentiis, atque iisdem utitur privilegiis, quibus gaudet societas a scapulari immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, vulgo a scapulari caeruleo nuncupata. Art. V. Omnes ex utroque sexu fideles, hanc associationem adire, et privilegiorum ipsius participes effici possunt, dummodo e collo pendens supra pectus gestent sacrum numisma benedictum, et sibi impositum a sacerdote ad hoc deputato, iuxta ritum a decessore Nostro Leone PP. XIII rec. mem., die xix Aprilis, a. MDCCCLXXXXV adprobatum. Art. VI. Princeps associationis festum est dies novembris-mensis xxvn, quo manifestationis immaculatae Virginis Mariae a sacro numismate memoria recolitur. Art. VII. Sodales nulla exterius nova obligatione adstricti, saepe saepius repetere student invocationem sacro numismati inscriptam: « O Maria, « sine labe concepta, ora pro nobis ad te recurrentibus ». Nunc autem, cum huius tam frugiferae associationis in plures etiam longo terrarum marisque tractu dissitas nationes ac gentes, Deo favente, diffusae, spirituale emolu mentum expostulet, ut illius regimen committatur moderatori generali ab Apostolica Sede designato: Nos super expositis dictae societatis tabulis haec, quae sequuntur, addenda censemus. Scilicet, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, ut sodalitatis immaculatae Conceptionis a sacro numismate unitati, non minus quam /perennitati, consulamus, decernimus ac praecipimus, ut eius director generalis sit, nunc et in posterum, Superior generalis pro tempore exsistens congregationis Missionis nec non et Puellarum caritatis, praesertim quum dictum numisma uni ex his Puellis, nempe ven. Dei Famulae, Catharinae Labouré, a Deipara fuerit revelatum. Tandem, ob difficultatem, quam praebet sodalium inscriptio in albo societatis, potissimum tempore Missionum, super dictam inscriptionem, apostolica pariter Nostra auctoritate, benigne, praesentium tenore, dispensamus. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et "fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus apostolicis ordinationibus et constitutionibus, etiam speciali ac individua mentione dignis, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem

prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si fuerint exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub. annulo Piscatoris, die VIII Iulii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

II.

SACELLO ROSARUM, APUD BASILICAM PATRIARCHALEM S. MARIAE ANGELORUM IN PORTIUNCULA, QUOAD MISSAM VOTIVAM, PRIVILEGIA SANCTUARIORUM MINORIS ORDINIS IN TERRA SANCTA CONCEDUNTUR.

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctuarium divae Mariae Angelorum in Portiuncula, recens per Nos ad patriarchalis basilicae dignitatem evectum, nonnulla sacella nobilitant, veteri christiani populi religione celebria, in locis erecta, quae seraphicus pater, tum vivens cum moriens, mirandum in modum illustravit. Adnumeratur in his sacellum a rosis appellatum, eo quidem in loco conditum, ubi Franciscus, flagrante ductus poenitentiae spiritu, virgineum corpus obiiciens spinis, asperas sentes in olentes rosas mutavit. Nunc autem dilecti filii, Bonaventura Marrani, Procurator generalis Ordinis Minorum, et Iosephus Bucefari, Minister Fratrum Minorum ad regularem provinciam seraphicam spectantium, Nos enixis precibus flagitarunt, ut quemadmodum sacella Portiunculae et Transitus seraphici patris Francisci, quod ad Missas votivas inibi celerandas, per similes Apostolicas litteras, die xi mensis aprilis vertentis anni datas, privilegiis sanctuariorum maioris ordinis in Terra sancta exornavimus, ita ad maiorem conformitatem et facilitatem celebrantibus sacerdotibus conciliandam, memoratum sacellum rosarum, quod ad Missam votivam illic litandam, iuribus sanctuariis minoris ordinis in eadem Terra sancta concessis decoremus, adeo ut Missale parvae molis pro tribus patriarchalis templi sacellis, omnes simul Missas votivas continens, opportune possit vulgari, r Nos autem, ut iteratum testimonium prodamus singularis dilectionis, qua eadem sanctuaria prosequimur, precibus hisce annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus. Quae cum. ita sint, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, concedimus, ut sacellum rosarum, quod exstat apud basilicam patriarchalem sanctae Mariae Angelorum in Portiuncula, quod ad Missam votiyam in eo rite litandam, perpetuum in modum, iuribus omnibus ac privilegiis polleat, quibus legitime gaudent minoris

ordinis sanctuaria in Terra sancta exsistentia. Decernentes, praesentes Nostras litteras firmas, validas, efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus apostolicis ordinationibus et constitutionibus, etiam speciali ac individua mentione dignis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xn Augusti MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

L. % S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

EPISTOLAE

L

AD FELICEM PORSCH, IURIS DOCTOREM, CETEROSQUE EGREGIOS VIROS VRATISLAVIENSI CATHOLICORUM CONVENTUI APPARANDO PRAEPOSITOS.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Sollertiam sanctumque studium catholicorum e Germania sane multa comprobant, sed hoc in primis, quod iampridem moris ipsorum est, ut quotannis frequentissimi in unum conveniant, de communibus rebus opportune consultum.

Praeclarae enim utilitates ex horum celebritate conventuum, quorum quidem postremus quintus et quinquagesimus fuit, pro venere adhuc in utroque genere, religioso et civili : inde scilicet non auctus solum in populo ardor divinae fidei; aut confirmata Iesu Christi Vicario et Apostolorum successoribus obtemperatio, plena reverentiae et pietatis ; aut arctior facta concordia bonorum ad Ecclesiae iura vindicanda: verum etiam, quum malis, quibus societas humana hodie laborat, quaesita christianae sapientiae caritatisque remedia, tum maxime contra molitores rerum novarum auctoritas principum, disciplina civitatis, tranquillitas ordinis publici efficacius defensa. Haec Nos quum probe noverimus, vehementer, ut facile intelligi potest, gavisi nuper sumus, quum ex vestris litteris accepimus, generalem a vobis conventum Vratislaviae, mense augusto exeunte, celebratum iri. Ipsum autem, pariter ac ceteros, frugiferum et salutarem fore, omnino confidimus, praesertim quum tales tamque experieñtes viri curandae rei praesint, et dilectus filius Noster, Georgius Cardinalis Episcopus Vratislaviensis (quem divino beneficio Nobis et Ecclesiae conservatum esse

laetamur), auctoritate sua vobis suffragetur, et de iis praecipue rebus acturi sitis, quae apte quadrent ad haec tempora. Nam videtis, quibus maxime viis catholici nominis hostes ad perniciem Ecclesiae nunc nitantur; ideoque, pro vestro in Ecclesiam matrem studio, recte conatus nefarios comprimere tenditis, danda opera, ut catholici vestri cives huic Apostolicae Sedi vel religiosius obsequantur; ut sanctae unitatis vincula sanctaeque disciplinae officia vel diligentius custodiant; ut vel impensius errorum pestes caveant, traditamque Ecclesiae doctrinam retineant. Quod igitur tam pie vos a Nobis petitis, ut consiliis coeptisque vestris bene precemur, id equidem propenso volentique facimus animo : quaesumusque sanctissimam illam Silesiae ducem et patronam, Hedwigem, ut quae olim institutorum christianorum cultum in istis regionibus labefactatum restituit, eadem consiliantibus vobis de tuenda vestratium professione catholica adsit conciliatrix divinorum munerum. Quorum auspicem, et singularis benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecti filii, et omnibus qui vobiscum conventuri sunt, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvi mensis iulii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

II.

AD R. P. D. VALERIUM LASPRO, ARCHIEPISCOPUM SALERNITANUM IN QUINQUAGESIMO SUI EPISCOPATUS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Propediem, cum quinquagesimus exibit annus episcopatus tui, non solum in ista dioecesi, sed etiam in Gallipolitana et in Liciensi, quas antea gubernasti, solemnes tibi celebres, ut audimus, gratulationes fient, accedente venerabilium Fratrum non paucorum alacri consensu. Id equidem non miramur, respicientes cursum tui muneris ; at gaudemus, tanta te bonorum opinione et gratia et pietate florere ; quod cum indicium, tum sane optabile praemium est pastoralis diligentiae tuae. Itaque gratulamur tibi, eo magis quia novimus, obsequium studiumque tuum erga Apostolicam Sedem egregium semper, in magnis etiam rerum difficultatibus exstitisse. Divinae autem benignitatis muneribus in tuam tuorumque omnium salutem affiuas, precamur, auspice benedictione apostolica, quam tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxn Augusti MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO S. OFFICII

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE PIAM FACIENTIBUS EXERCITATIONEM AD HEBDOMADAM PER GRATIARUM ACTIONES SANCTE PERAGENDAM.

e 6 Maii 1909.

SSmus D: N. Pius div. prov. PP. X, iri audientia R. P. D. Adsessori S. Officii - impertita; universis christifidelibus, qui piam exercitationem ad hebdomadam per gratiarum actiones sancte peragendam, iuxta formulam infrascriptam, vel aliam similem ab Ordinario approbandam, corde saltem contriti ac devote fecerint, indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque applicabilem, semel quocumque hebdomadae die lucrandam, benigne concessit; iis vero, qui per integrum mensem piam eandem exercitationem uti supra compleverint, clementer elargitus est plenariam indulgentiam, pariter applicabilem, die uniuscuiusque fidelis arbitrio eligendo acquirendam, quo confessi ac sacra communione refecti aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. *Fß,* S. A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

FORMULA PIAE EXERCITATIONIS

Dominica. — 1.° Deum adoremus, infinitas perfectionis eius magnificemus, eique, ob accepta beneficia, gratias persolvamus.

2.° Gratias Deo maximas, ob nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, et ob eam qua nos efficit ut ipsum diligamus.

3.° Gratias Deo maximas, ob gloriosam a mortuis resurrectionem Filii sui redemptoris nostri Iesu Christi.

Feria II. — 1.° Deo agamus gratias, òb éa quae Spiritus sanctus continuo operatur in nobis, cum nos excitat ad caritatem, cum nos roborat donis suis, cum nobis opitulatur, vitamque nostram alit sacramentis.

2.° Sensus animi nostri gratos erga Deum expromamus, propter annumerabiiia-quae recepimus spiritualia charismata: abieetos profiteamur .esse.-nos et humiles, propter ea quae e divino gratiarum thesauro vel nulla, percepimusi,vel parva nimis ad sanctitatem emolumenta. •• ut -.

3.° Gratias quoque Deo perpetuas, propter superabundantemán ¿nos.misericordiam eius.

Feria III. — 1.° Omnipotenti Deo gratias, qui nos elevavit ad beatitudinem supernaturalem in ipso perfruendam. Gratias pariter, propter sanctos et electos eius, qui laudes ei concinunt in aevum sempiternum.

%° Omnipotenti quoque gratias, et quod angelos creaverit, eosque evexerit ad supernaturalem beatitudinem sempiternam,-et quod eosdem.. attribuere nobis singulis fidissimos in aspera vitae via custodes.

3.° Attente meditemur permulta a Deo collata nobis beneficia, eaque mente grata assidui recolamus, nosque perpetuas poiliceamur ei gratias habituros.

Feria IV. — i.° Gratias omnipotenti Deo, quod res in universum ceteras et nos potissimum e nihilo creaverit. Eidem gratias, tum ob christianam educationem, qua vel a parentibus vel ab aliis loco parentum instituti sumus, tum ob plurima continuo nobis parata ad nostram ipsorum sanctificationem praesidia.

2.° Gratias Deo quotidie maiores, propter bona temporalia ab ipso nobis et proximis nostris quotidie collata.

3-° Gratias pariter Deo perpetuas, ad reparandam ingratorum hominum iniuriam, qui cum beneficia recipiunt nullam tenent accepti beneficii memoriam.

Feria V. — 1.° Gratias omnipotenti Deo, ob eximiam, incarnati Verbi caritatem, quam in ipso incarnationis opere contemplamur.

2.° Gratias Deo pariter habeamus, propter institutum eucharistiae sacramentum, quod vere inexplicabile pignus est caritatis Christi.

3.° Gratias pariter, et ob Missae sacrificium, quod singulis horis diei per universum orbem terrarum incessanter offertur, et ob fidelium spirituale bonum quod e sacra synaxi devote quotidie peracta perpetuo dimanat.

Feria VI. — 1.° Iesu Christo Dei Filio ser va tori, nostro gratias, ob eas quas gravissimas sustinuit poenas in cruce moriens. Ipsum exoremus uti nos in amabile Cordis sui tabernaculum recipiat, ibique nos ei maximas habeamus gratias, quod ipse Deo Patri semetipsum obtulit immaculatam hostiam pro peccatis nostris.

2.° Eidem Iesu Christo servatori nostro gratias habeamus maximas, ob institutum poenitentiae sacramentum.

3.° Gratias pariter eidem ne cessemus agere, quod in cruce moriens mortem vicit, mortemque nostram mitiorem effecit.

Sabbato. — 1.° Gratias Deo maximas habeamus, quod omni caelestium donorum munere sanctissimam Virginem Mariam ipse cumulaverit, insignibus- eam singulari modo distinxerit privilegiis, beatissimam toto terrarum orbe praedicandam. Ipsa vero quod tot tantisque donis divinitus concessis .fidelissime responderit, laudemus Deum, eique gratias ne cessemus agere quotidie maiores.

2.° Deo pariter gratias, quod Mariam Virginem cruci adstantem dederit nobis matrem, quod ab ipsa, cura et sollicitudine materna, exoratus innumerabilia nobis gratiarum munera incessanter tribuerit.

3.° Virginem sanctissimam .Filii cruci fideliter adstantem assidue contemplemur, sanctorum martyrum exempla sequamur, eos omnium temporum electos imitemur, qui sanctitatem adepti sunt, ingressi viam doloris.

IL

SUMMARIUM INDULGENTIARUM

PIAE ARCHISODALITATI AB ADORATIONE QUOTIDIANA UNIVERSALI PERPETUA SS. SACRAMÉNTI IN PAROCHIALI ECCLESIA S. THOMAE AUGUSTAE TAURINORUM CANONICE ERECTAE A ROMANIS PONTIFICIBUS CONCESSARUM.

i. INDULGENTIAE PLENARIAE

Universis christifidelibus, qui piae archisodalitati nomen dederint, si, confessi ac sacra synaxi refecti, aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis pie oraverint:

1.° die ingressus in sodalitatem ;
2.° in festo Nativitatis,
3.° Circumcisionis et
4.° Epiphaniae D. N. Iesu Christi ;
5.° feria quinta in Coena Domini ;
6.° in Paschate Resurrectionis;
7.° in solemnitate Corporis Christi ;
8.° in festo immaculatae Conceptionis,
9.° Desponsationfs,
10.° Annuntiationis,
11.° Assumptionis et
12.° Maternitatis B. Mariae V. ;
13.° S. Ioseph, sponsi B. Mariae V.;
14.° Ss. Apostolorum Petri et Pauli ;
15.° S. Ioannis Ap. et Ev.:
16.° S. Tharsicii Mart.;
17.° S. Paschalis Baylon Conf.;
18.° S. Francisci Assisiensis Conf.;
19.° S. Theresiae Virg.;
20.° in festo Sancti Patroni dioecesis, ubi sodalitas est erecta;
21.° in festo titulari ecclesiae, in qua sodalitas sedem habet;

22.° tandem, in mortis articulo, dummodo sodales, uti supra dispositi vel saltem contriti, sanctissimum Iesu nomen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint.

II. INDULGENTIAE PARTIALES

A) Septem annorum totidemque quadragenarum :

1.° zelatoribus, promotoribus ac benefactoribus, semel in mense, die eorum arbitrio eligendo, quo aliquam precem ad mentem Summi Pontificis fuderint;

2.° universis sodalibus, quoties SSmum Eucharistiae sacramentum per aliquod temporis spatium, a meridie ad quartam horam post meridiem, in aliqua ecclesia vel publico oratorio devote visitaverint, et uti supra oraverint.

B) Trecentorum dierum, universis sodalibus, quoties SSmum Sacramentum in aliqua ecclesia pariter vel sacello publico inviserint, et uti supra oraverint.

G) Centum dierum, universis sodalibus, quoties aliquod pium opus iuxta finem sodalitatis exercuerint.

Omnes et singulae praefatae indulgentiae, excepta tamen plenaria in mortis articulo lucranda, animabus defunctorum in Purgatorio degentium applicari etiam possunt.

Die 20 Augusti 1909.

Praesens Summarium, nunc primum ex authenticis documentis exceptum, suprema S. Congregatio S. Officii approbavit, typisque imprimi ac publicari posse permisit.

A. Can. Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

L. © S.

III.

DE DISPENSATIONE AB OCCULTA IRREGULARITATE IN FORO CONSCIENTIAE, URGENTE NECESSITATE.

Iam ex decreto supremae huius Congregationis, lato die 23 Iunii 1886, cuique confessario concessa fuit facultas absolvendi a censuris etiam speciali modo Summo Pontifici reservatis, in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis damni vel infamiae, super quo confessariorum conscientia oneratur, iniunctis de iure iniungendis, et sub poena reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad S. Sedem.

Cum vero nuper eidem huic Congregationi preces oblatae sint, quibus petitur, *an liceat confessario in iisdem circumstantiis atque conditionibus*

dispensare ab irregularitate, quae ipsas censuras sequitur, Emi ac Rmi DD. Cardinales, in rebus fidei; ac morum generales Inquisitores, in congregatione habita feria IV", die 1 Septembris labentis anni 1909, decreverunt: *Publicetur decretum latum feria IV, die 28 Martii 1906.*

Decretum vero feriae IV, diei 28 Martii 1906, ita se habuit: « Supplicandum Sanctissimo pro facultate dispensandi super irregularitate occulta «quando occurrat in casibus comprehensis in decreto S. Officii dato die « 23 Iunii 1886 ». Et insequenti feria V, die 29 Martii, Sanctissimus annuit pro gratia iuxta Emorum Patrum suffragia.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 6 Septembris 1909.

L. © S.

Aloisius Castellano, *Notarius.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ROMANA

DE QUIBUSDAM COLLEGIIS A S. CONGREGATIONE DE PROPAGANDA FIDE DEPENDENTIBUS ANTE CONSTITUTIONEM ".SAPIENTI CONSILIO „.

Pie 29 Iulii 1909.

Postquam vi Constitutionis *Sapienti consilio* plures regiones, olim subiectae S. Congregationi de Propaganda Fide, subductae fuerunt ab eius iurisdictione, quaesitum est, quae esset conditio quorundam collegiorum Urbis, in quibus educabantur iuvenes ad praefatas regiones ut plurimum pertinentes, et quae hucusque speciali directioni et administrationi S. Congregationis de Propaganda suberant.

Dubia hac de re, inter alia, proposita haec fuerunt: « IX. Utrum collegia Americae septentrionalis, ^ Scotiae dependere pergant « a Congregatione de Propaganda, et utrum eorundem alumni praestare « teneantur iusiurandum praescriptum ab Urbano VIII, die 24 Novembris « 1625-. — X. Utrum etiam alumni Americae .septentrionalis,. Canadenses, «Hiberni, qui ex iure fundationis instituuntur in collegio Urbano de Pro« paganda, emittere obstringantur posthac memoratum iuramentum- ab «.Urbano VIII praescriptum, atque in forma et terminis deinceps statutis ab « Alexandro VII per Bullam diei 20 Iulii 1660, pro cunctis collegii Urbani

« alumnis; — XI. Utrum Cardinalis Praefectus Congregationis de Propa-« ganda poterit adhuc concedere litteras dimissoriales ad sacros Ordines « alumnis collegiorum Americae Septentrionalis, Hiberniae et Scotiae; et « an ac quomodo mutare oporteat titulum *missionis.* — XII. Utrum et qua « ratione immutandus sit titulus *missionis* quoad alumnos collegii Urbani «de Propaganda, qui pertinent ad provincias ecclesiasticas et dioeceses «a Congregatione de Propaganda avulsas ». - - -

His dubiis S. Congregatio Consistorialis, iuxta mentem a SSmo D. N. acceptam^ ita die 12 Novembris 1908 respondit: « Ad IX. Collegia Americae « septentrionalis Hiberniae et Scotiae posthac pendebunt a S. Congre-« gatione Consistoriali. Iuramentum autem ab alumnis praestandum ser-« vetur, reformandum tamen erit iuxta novam statuendam formulam. — « Ad X. *Affirmative,* formulaVero reformatä, consiliis initis cum[1] Emo Car-« dinali Praefecto S. Congregationis de Propaganda. —• Ad XI. Concessio «litterarum dimissorialium ad sacros Ordines- pertinebit ad hanc S. Con-« gregationem, quae, cum necessarium fuerit, immutabit titulum *missionis* « iri titulum *servitii ecclesiae:*-— Ad XII. Emus Cardinalis Praefectus Con-« gregationis de Propaganda mutabit pro memoratis alumnis titulum *mis-«sionis* in • titulum - -*servitù ecclesiae* ». • •

Verum, publicatis hisce resolutionibus, nova dubia oborta sunt. Sane Emus Praefectus S. Congregationis de Propaganda praefatis collegiis praeerat etiam qua eorum Protector, et qua talis alumnis litteras dimissorias ad Ordines aliasque dispensationes concedere consueverat, iuxta antiqua privilegia a Summis Pontificibus tributa Cardinalibus eorundem collegiorum Protectoribus. Quaesitum itaque est, utrum haec potestas transiret universa ad S. Congregationem Consistorialem et ad Cardinalem Secretarium.

Sed et alia extra Urbem in Europa et America aderant collegia seu seminaria, S. Congregationi de Propaganda directe seu immediate subiecta, de quibus quoque dubium rnovebatur, utrum eidem Congregationi adhuc subesse deberent.

Quapropter S. Congregatio Consistorialis, ut in re satis complexa omnimodam lucem obtineret, Moderatores singulorum horum collegiorum interpellavit, ut quae essent eorum statuta, regulae et privilegia proferrenü

Disceptationum puncta haec potissima erant:

1.° a quanam S. Congregatione, et quomodo, haec collegia'in posterum depèndere-deberent; et cum vi Constitutionis *Sapienti consilio* S. Congregatio Consistorialis polleat alta directione et moderatione in universa seminaria locorum iuri communi subiectorum, utrum collegia, de quibus disceptabatur, subesse deberent S. Congregationi Consistoriali hoc lato sensu, an potius etiam strictiori, idest modo direcfar et immediato;

2.° a quonam concedendae essent alumnis praefatorum collegiorum litterae dimissoriae ad Ordines;

3.° quonam titulo iidem alumni ordinari deberent;

4.° an adhuc ab eisdem iuramentum praestari deberet eodem modo ac hucusque ab eis S. Congregatio de Propaganda exigere consueverat

Collegia vero seu seminaria, de quibus dubia movebantur, praeter tria superius recensita, Hiberniae, Scotiae et Americae septentrionalis in Urbe, haec insuper recensebantur:

a) Collegium Anglicum Urbis a Summo Pontifice Gregorio XIII anno 1579 institutum, et Cardinali Protectore donatum aliisque pluribus privilegiis; cui anno 1898 ex institutione s. m. Leonis XIII accessit collegium Beda pro Anglis alumnis nuper e protestantismo conversis.

b) Collegium Canadense Urbis, coniunctum cum seminario S. Sulpitii civitatis Montisregalis in Canada, et ab iisdem patribus S. Sulpitii directum, quo conveniunt e Canada iuvenes sacerdotes aut saltem clerici in maioribus Ordinibus constituti, ut studia superiora perficiant.

c) Collegium Iosephinum civitatis *Columbus* in America, a sacerdote Iosepho Jessing anno 1888 fundatum pro educatione iuvenum pauperum ad statum sacerdotalem optantium in foederatis statibus Americae septentrionalis; quod collegium a fundatore ipso, anno 1892, cessum fuit cum omnibus suis bonis S. Congregationi de Propaganda, et iuxta suas regulas sub omnimoda est directione et dependentia huius S. Congregationis.

d) Collegium Americanum Lovanii in Belgio, anno 1858 fundatum, ut « ex variis nationibus iuvenes praeparentur idonei, qui ministerium sacrum « in provinciis foederatis Americae septentrionalis, in provincia Victoriensi « (Columbiae Britannicae) ac in dioecesibus Portus hispanici ac Rosensi, « uti sacerdotes saeculares, sub Illmorum Episcoporum regimine exerceant ». Iuxta suas regulas collegium hoc subest auctoritati Emi Praefecti S. Congregationis de Propaganda et Commissionis Praesulum a Concilio Baitimorensi III institutae.

e) Collegium Anglicum Vallisoleti in Hispania, anno 1592 a Philippo II cum approbatione Clementis VIII erectum, et patribus Societatis Iesu tunc primum concreditum; quod dein, sub Carolo III, novis statutis donatum, modo vocatur regium, et eius rector a rege Hispaniae ex propositione Episcoporum Angliae inter sacerdotes saeculares eligitur.

f) In iisdem fere conditionibus ac Anglicum habetur Vallisoleti aliud collegium pro Scotiae alumnis.

g) Collegium Anglicum Lisbonense, quod regi dicitur iisdem regulis et privilegiis collegii Anglici Urbis, S. Sedi immediate subiectum est. Rector a Summo Pontifice eligitur ex propositione Episcoporum Angliae,.

h) Collegium Hibernense, Parisiis, quod, institutum anno 1578, subest directioni sacerdotum Missionis, vulgo Lazaristae, quos Archiepiscopi Hiberniae eligunt inter religiosos ab eadem congregatione Missionis propositos.

i) Collegium Omnium Sanctorum, Dublini in Hibernia anno 1842 fundatum, ad Sacerdotes instituendos et comparandos pro missionibus catholicis ubi lingua ànglica praevalet. Dirigitur a sacerdotibus congregationis Missionis, sub directa dependentia S. Congregationis dé Propaganda.

I) Denique in Liguria, Ianuae, adest collegium nuncupatum -*Brignole-Sale,* curae sacerdotum congregationis Missionis commissum, cuius finis est « di favorire la vocazione di operai evangelici, destinati a predicare la « religione cattolica presso gli infedeli ö presso le nazioni eterodosse ». Ex decreto autem S. Congregationis de Propaganda, diei 17 Septembris 1908, in hoc collegio non admittuntur clerici, qui non sint destinati pro locis missionum. -

Quoad sacram alumnorum ordinationem, recolendum est, in hisce collegiis non unam eandemque regulam dari. Nam in collegio Americano septentrionali dimissorias concedere consueverat Emus Card. Praefectus S. C. de Propaganda. Fertur autem, eas concedere valuisse, non qua Prae fectus sacrae istius Congregationis, sed qua collegii Protector. Idem sentiendum quoad collegium Hibernicum Urbis: idemque quoad collegium Scotorum Urbis; quod imo, ex Bulla suae fundationis, eadem obtinet privilegia, quoad sacram alumnorum ordinationem, ac collegium Anglicum Urbis.

In hoc autem collegio Cardinalis Protector valet alumnis dare dimissorias ad Ordines, eisdem indulgere ordinationem extra tempora, eosque, si opus sit, dispensare ab interstitiis, a natalium defectu, et a titulo sacrae ordinationis.

In collegio Iosephino *Columbus,* ex resolutione S. C. de Propaganda diei 2 Aprilis 1894, dimissorias alumnis concedit Delegatus Apostolicus, ea tamen lege, ut dimissoriae litterae ab eo dirigantur ad Episcopum Columbensem, et eò absente, impedito aut nolente, ad alium.

In seminario Lovaniensi rector ipse dimissorias concedit alumnis, vi indulti ad tempus a S. C. de Propaganda eidem dati. Et vi similis indulti eas concedit rector collegii Anglici Vallisoletani, et rector collegii Anglici Lisbonensis.

Alumni collegii Hibernia, Parisiis, dimissorias a suis Ordinariis petere debent: itemque alumni collegii Omnium Sanctorum Dublini.

Quoad titulum sacrae ordinationis, in praefatis collegiis, clerici consueverant ferme semper promoveri, titulo *missionis.* Sed ex rerum mutatione, quae contigit die 2 Novembris 1908, vi Constitutionis *Sapienti consilio,*

hic titulus haud amplius adhiberi pro pluribus poterat. Quapropter, iuxta mentem a SSmo D. N. acceptam, S. Congregatio Consistorialis, die 12 Novembris eiusdem anni (ceu supra relatum est), declaravit, substituendum esse titulo *missionis* titulum *servitii ecclesiae.*

Paulo post vero, Delegato Apostolico pro statibus foederatis Americae septentrionalis postulanti, quo titulo deinceps ordinari deberent clerici illius nationis, SSmus D. per Secretariam Status in eundem sensum respondit.

Recentius, eum Emus Hiberniae Primas, suo et aliorum Episcoporum nomine, regulam et ipse hac in re quaesivisset, de mandato SSmi rem perpendit sacra haec Congregatio : quae, requisito voto Rmi P. Wernz, die 27 Maii 1909, in plenario conventu censuit ita rescribendum esse, quod et SSmus D. probavit: « Pro gratia ad quinquennium, ut in omnibus et sin- « gulis dioecesibus Hiberniae, clerici, quoties alio canonico titulo careant, « ad sacros maiores Ordines promoveri queant titulo *servitii ecclesiae,* hoc «est *dioecesis.* Caveant autem singuli Archiepiscopi et Episcopi, ut, qui « ita promoti sunt, honestae sustentationis rationibus non careant, et ut « ii, qui iuxta Constitutionem *Speculatores,* et decreta S.-Congregationis Con-- « cilii de excardinatione et sacra ordinatione, 20 Iulii 1898 et 24 Novem- « bris 1906, ad iuramentum praestandum tenentur, huic obligationi, prout « ibi praescriptum est, et non ultra, satisfaciant ».

Videndum itaque est, an et quomodo haec regula, quae quasi privilegium dici debet pro quibusdam collegiis et regionibus data, extendenda sit aliis collegiis, de quibus vertit quaestio.

Postremo res est de iuramento. Qua in re animadvertendum est, quod clerici ordinandi titulo missionis generatini adiguntur ad certam iurisiurandi formam praevie praestandam, quae ex decreto S. C. de Propaganda, diei 27 Aprilis 1871, ita est:

«Ego *N.,* filius *N.,* dioecesis *N.* (vel Vicariatus *N.),* spondeo et iuro, « quod postquam ad sacros Ordines promotus fuero, nullam religionem, so- « cietatem aut congregationem regularem, sine speciali Sedis Apostolicae «licentia aut S. Congregationis de Propaganda Fide, ingrediar, neque in « earum aliqua professionem emittam.

« Voveo pariter et iuro, quod in hac dioecesi aut Vicariatu (vel in « missione cui S. Sedi vel S. Congregationi de Propaganda Fide me desti- « nare placuerit) perpetuo in divinis administrandis laborem meum ac « operam, sub omnimoda directione et iurisdictione R. P. D. pro tempore « Ordinarii, pro salute animarum impendam; quod etiam praestabo, si, « cum praedictae Sedis Apostolicae licentia, religionem, societatem aut « congregationem regularem ingressus fuero, et in earum aliqua professio- « tieni emisero ».

• Sed est et aliud iuramentum speciale pro plerisque ex collegiis superius recensitis statutum, quod ab alumnis paulo post ab ingressu in piam domum debet emitti, et in casu sacrae ordinationis supplet iuramentum commune pro locis missionis mox memoratum. Hanc formulam primum statuit Urbanus VIII pro collegio de Propaganda, quod ipse instituit; ampliavit Alexander VII, aduciendo vetitum ingrediendi in aliquod religiosum institutum sine S:-Sedis/venia; declaravit S. C. de Propaganda, pluribus resolutionibus ad rem datis.

Formula autem haec est :

« Ego *N*, filius -*N*., dioecesis *N*., plenam habens instituti huius collegii « notitiam, legibus et constitutionibus ipsius, quas iuxta Superiorum explicationem amplector, me sponte subiicio, easque pro posse observare « promitto.

« Insuper spondeo et iuro, quod, dum in hoc collegio permánebo, et « postquam ab eo, quocumque modo, sive completis sive non completis « studiis, exiero, nullam religionem, societatem aut congregationem regiilarem sine speciali Sedis Apostolicae licentia vel sacrae Congregationis de « Propaganda Fide, ingrediar, neque in earum aliqua professionem emittám.

« Spondeo pariter et iuro, quod, volente sacra Congregatione de Pro« paganda Fide, statum ecclesiasticum amplectar, et ad omnes sacros, etiam «presbyteratus, Ordines, cum Superioribus visum fuerit, promovebor.

«Item voveo et iuro, quod, sive religionem ingressus fuero, sive in « statu saeculari permansero, si intra fines Europae fuero, quolibet anno ; «si vero extra, quolibet biennio, mei ipsius, meique status exercitii, et « loci, ubi moram traxero, sacram Congregationem de Propaganda Fide « certiorabo.

« Voveo praeterea et iuro, quod, iussu praedictae Congregationis de « Propaganda Fide, sine mora in provinciam meam revertar, ut ibi per« petuo in divinis administrandis laborem meum ac operam pro salute «animarum impendam : quod etiam praestabo, si, cum praedictae Sedis « licentia, religionem, societatem, aut congregationem regularem ingressus « fuero, et in earum aliqua professionem emisero.

« Denique voveo et iuro, me praedictum iuramentum eiusque obli« gationem intelligere et observaturum, iuxta declarationes factas a sacra « Congregatione de Propaganda Fide, et Brevi apostolico roboratas sub « die 20 Iulii 1660. Itemque iuxta novissimam declarationem eiusdem sa« crae Congregationis, die 12 Maii anno 1834 editam.

« Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei evangelia ».

Haec formula in usu est penes plura Urbis collegia, nempe penes collegia de Propaganda, Scotiae, Hiberniae, Americae septentrionalis, Arn

gliae (pro alumnis dumtaxat, exclusis scilicet convictoribus), et penes collegium Iosephinum civitatis *Columbus.* In collegio Anglico Lisbonensi, in usu est formula Urbani VITI, sine additamento Alexandri VII. In collegio Anglico Vallisoletano duae speciales formulae iurisiurandi vigent, quae ceteroquin in pluribus conveniunt cum superius recensitis. In seminario vero Lovaniensi aliisque nullum speciale iuramentum exigitur. Videndum itaque est, quid etiam de hac iuramenti praestatione sit decernendum.

Haec itaque dubia enodanda S. Congregationi proposita sunt:

I. Quomodo intelligenda sit dependentia a S. Congregatione Consistoriali trium Urbis collegiorum, nempe Americae septentrionalis, Hiberniae et Scotiae, de qua in resolutione diei 12 Novembris 1908 ad IX; et quid idcirco statuendum sit quoad designationem et attributiones Emi Cardinalis Protectoris in iisdem collegiis.

II. Utrum et qua ratione, post Constitutionem *Sapienti consilio,* collegium Anglicum de Urbe adnexumque collegium Beda dependeant a S. Congregatione Consistoriali.

III. Utrum et quomodo collegium Canadense de Urbe in posterum dependeat a S. Congregatione Consistoriali.

IV. Quae statuenda sint circa collegium Iosephinum in civitate *Columbus* Americae septentrionalis.

V. Utrum collegium Americanum, Lovanii, post Constitutionem *Sapienti consilio*, dependeat a S. Congregatione de Propaganda Fide, an a S. Congregatione Consistoriali.

VI. Utrum et quae iura posthac exercere valeat S. Congregatio Consistorialis quoad collegium Anglicum S. Albani Vallisoleti.

VII. Utrum et quomodo providendum sit collegio Anglico Lisbonensi.

VIIL Utrum et quomodo collegium Omnium Sanctorum, Dublini, adhuc dependeat a S. Congregatione de Propaganda Fide.

IX. Utrum et quomodo collegium Hibernicum, Parisiis, dependeat a S. Congregatione Consistoriali.

X. Utrum collegium Ianuense *Brignole-Sale* etiam nunc dependere debeat a S. Congregatione de Propaganda Fide.

XI. Ad quem spectet concedere litteras dimissorias ad sacros Ordines alumnis collegiorum Americae septentrionalis, Hiberniae atque Scotiae de Urbe, nec non aliorum collegiorum, quae superius recensita sunt.

XII. Utrum et quinam titulus ad sacros Ordines, post Constitutionem *Sapienti consilio,* subrogandüs sit titulo *missionis* quoad alumnos collegiorum, de quibus supra.

XIII. Quid statuendum sit circa iuramentum ab alumnis eorundem collegiorum in ingressu in collegium praestandum.

XIV. Utrum clerici statuum foederatorum Americae septentrionalis, qui vi peculiaris indulti, a Summo Pontifice per Secretariam Status die 2 Ianuarii 1909 concessi, promoventur ad sacros Ordines titulo *servitii ecclesiae*, teneantur emittere iuramentum sese mancipandi servitio suae ecclesiae seu dioecesis.

XV. Qua ratione reformandum sit iuramentum quoad eos alumnos collegii Urbani de Propaganda Fide, de quibus in resolutione S. Congregationis Consistorialis, die 12 Novembris 1908 ad X^{um} data.

Emi Patres S. Congregationis Consistorialis, in plenario conventu diei 29 Iulii 1909, omnibus sedulo perpensis, responderunt:

Ad I. Hanc dependentiam intelligendam esse de alta directione, quam S. Congregatio Consistorialis, vi Constitutionis *Sapienti consilio,* exercet in omnia seminaria et collegia iuri communi subiecta: et supplicandum SSmo, ut in unoquoque ex his collegiis Cardinalem Protectorem, qui in Urbe resideat, designet, cum attributionibus prout in eorundem constitutionibus et regulis, salvis tamen semper iis quae in memorata Constitutione *Sapienti consilio* et inferius disponuntur.

Ad II. *Affirmative,* in iisdem omnibus terminis ac in responsione ad I.^{um}

Ad III. Ad tramitem iuris communis, si et quatenus opus sit.

Ad IV. Quoad proprietatem et administrationem bonorum nihil innovandum : quoad collegii directionem, disciplinam aliaque, rem spectare ad S. Congregationem Consistorialem.

Ad V. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam, salvis iuribus S. Congregationis de Propaganda Fide quoad alumnos dioecesum, quae adhuc eidem subsunt.

Ad VI. *Affirmative,* et S. Congregationem Consistorialem succedere debere in iuribus, quae hucusque a S. Congregatione de Propaganda Fide exercebantur.

Ad VTI. Firma dependentia eiusdem collegii a S. Sede, providendum quoad modum iuxta mentem.

Ad VIII. *Negative,* subrogata S. Congregatione Consistoriali in iuribus, quae hucusque in dictum collegium exercebat S. Congregatio de Propaganda Fide, et salvis iuribus S. Congregationis de Propaganda quoad alumnos dioecesum, quae eidem subsunt.

Ad IX. Dilata. ' .

Ad X. *Affirmative.*

Ad XI. Litteras dimissorias concedendas esse a Cardinali Protectore, ubi adest: ubi vero deest, ab iis qui hoc privilegium legitime obtinuerunt; ea tamen lege, ut, si non agatur de privilegio perpetuo, indulti prorogatio sacrae Congregationi Consistoriali reservata maneat. Rectores autem colle-

giorum (quisquis sit, qui dimissorias litteras concedat) teneri in antecessum in singulis casibus Ordinarium proprium candidati interpellare, semel pro Ordinibus minoribus, et denuo semel pro Ordinibus maioribus, nempe pro sacro subdiaconatus Ordine, an aliquid alumni ordinationi obstet.

Ad XII. *Affirmative,* et subrogandum esse titulum *servitii ecclesiae* titulo *missionis,* quoties alius canonicus titulus desit, servatis de iure servandis, prout in rescripto S. H. G. pro Hibernia, diei 27 Maii 1909; salvo titulo *missionis* pro alumnis, qui a S. Congregatione de Propaganda dependent.

Ad XIII. Conservandum esse iuramentum ab Urbano VIII praescriptum[1], cum clausula adiecta ab Alexandro VII, in iis collegiis et pro iis alumnis, qui hucusque illud praestare tenebantur, reformatum tamen iuxta adnexam formulam *. In collegio Anglico Lisbonensi iuramentum conservandum esse cum formula hactenus praescripta. Quoad collegium Americanum Lovaniense, ubi iuramentum non erat in usu, in posterum alumnos non dependentes a S. C. de Propaganda teneri in scriptis promittere, se fideliter inservituros esse propriae dioecesi, quae promissio in archivio collegii conservanda erit.

Ad XIV. *Negative,* nisi ad id adigantur in casibus a iure communi praescriptis ; facta tamen obligatione alumnis, qui gratuito in bonum dioecesis aluntur, promissionem scriptam emittendi, sese fideliter inservituros esse propriae dioecesi.

Ad XV. Iuramentum reformandum esse iuxta superius indicatam formulam in responsione ad XIII, salvo iure S. Congregationis dß,Propaganda

* IURISIURANDI FORMULA

Ego *N.,* e dioecesi *N.,* plenam habens instituti huius collegii notitiam, ipsius leges et consuetudines, prout a moderatoribus explicitae sunt, libenter amplector, iisdem me sponte subiicio, easque pro viribus me observatorum polliceor.

Praeterea spondeo et iuro, me, quandiu hoc in collegio commorabor, et postquam, sive studiis expletis, sive secus, quavis de causa, inde discessero, nulli religiosae familiae aut societati vel congregationi regulari nomen daturum, nec in earum ulla professionem emissurum, sine speciali Apostolicae Sedis licentia.

Item spondeo et iuro, me, Superioribus adprobàntibus, statum ecclesiasticum am plexurum, ad omnesque, sacros Ordines, etiam presbyteratus, quum Prae? positis meis visum fuerit, adscensurum.

Voveo denique ac iuro, me, nulla interiecta mora, in meam dioecesim reversurum, ut ibi perpetuo divinis ministeriis vacem operamque meam omnem pro christiani populi salute impendam.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei evangelia.

Fide, emendandi, si et quatenus necessarium ducat, formulam iuramenti pro alumnis locorum suae iurisdictionis.

Facta vero de his omnibus SSmo relatione in audientia diei 6 Augusti insequentis, Sanctitas Sua resolutiones et vota Emorum Patrum confirmare et adprobare dignata est.

G. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO CONCILII

i.

TROPIEN.

IURIUM ET PRAEEMINENTIARUM

DE IURE MATRIC1TATIS ECCLESIAE S. MARIAE MAIORIS, DE IURE PRAECEDENTIAE PAROCHORUM EIUSDEM ECCLESIAE IN SS. FUNCTIONIBUS, AC DE FUNERIBUS.

Die 3 Iulii 1909.

Synopsis DISPUTATIONIS. - Aielli oppidum sex parochis regitur, quorum tres in ecclesia S. Mariae maioris resident, duo in ecclesia S. Iuliani, et unus in ecclesia S. Nicolai Barensis. Cura paroecialis non est per territorium divisa, sed per familias distincta. Primus parochus in ecclesia S. Mariae maioris titulo archipresbyteri condecoratur, et est etiam Dignitas.- Usque ab aevo antiquissimo huic ecclesiae est adscriptus totus Aielli clerus pro divinis officiis collegialiter explendis sub archipresbyteri dependentia, qui tamen olim erat simplex Dignitas absque cura animarum.

Non semel inter parochos S. Mariae maioris et tres rectores ecclesiarum S. Iuliani et S. Nicolai Barensis antiquitus controversiae exarserunt circa quaedam iura et praeeminentias, quae tamen postea tum annorum decursu, tum Ordinariorum decretis, conquiescere visae sunt. Novissime cum ex terrae concussione seu terraemotu anno 1905 ecclesia S. Mariae inidonea evasisset pro cultus exercitio, temporanee pro sacris functionibus et pro parochialibus muneribus, de consensu Ordinarii, selecta fuit ecclesia sodalitatis ab immaculata Conceptione, idest ecclesia SS. Cosmae et Damiani, in quam sese transtulerunt tum clerus tum tres parochi S. Mariae maioris. Occasione factae translationis, praefatae quaestiones iterum exci-

tatae sunt ab actualibus parochis S. Iuliani et S. Nicolai Barensis. Hae fere omnes in linea disciplinari diremptae fuerant ab Episcopo Neocastrensi, Administratore apostolico dioecesis Tropiensis, favore ecclesiae S. Mariae maioris et suorum parochorum. Siquidem idem Episcopus, decreto diei 22 Decembris 1907, declaravit: I° ecclesiae S. Mariae maioris spectare titulum matricis; 2° nihil esse innovandum quoad consuetudinem vigentem, vi cuius tres parochi S. Mariae maioris in processionibus praecedunt parochis S. Iuliani et S. Nicolai Barensis; 3° esse item conservandam consuetudinem, vi cuius funera defunctorum paroeciarum S. Iuliani et S. Nicolai Barensis, cum cleri interventu peragenda, semper in ecclesia S. Mariae maioris persoluta fuere; 4° item vigore exstantis consuetudinis Missas solemniores in maioribus anni solemnitatibus esse perlitandas non in praefatis ecclesiis, sed in ecclesia S. Mariae maioris, a qua etiam solemnes processiones vel cum delatione statuarum sunt ducendae.

Ab hoc decreto ad S. C. Concilii appellationem interposuerunt rectores ecclesiarum S. Iuliani et S. Nicolai Barensis, alia quaesita cumulantes tum circa ius eligendi sepulturam, tum circa cleri facultatem propria reformandi aut moderandi statuta, tum circa processionem cum statuis. Super has quaestiones exquisitum fuit unius Consultoris votum, quod summatim refertur.

Praenotat ipse, quod ecclesia S. Mariae maioris, licet stricto sensu dici nequeat Collegiata, quia non constat de Bulla erectionis, tamen efformat quandam communitatem seu speciem Collegiatae, cui omnes ecclesiastici oppidi Aielli sunt adscripti et veluti incardinati, non exclusis ipsis parochis ecclesiarum S. Iuliani et S. Nicolai Barensis. Item ex facto translationis ad tempus cleri S. Mariae, in sequelam terraemotus anni 1905, in ecclesiam SS. Cosmae et Damiani, dici nequeunt cessasse aut fuisse imminuta iura cleri et ecclesiae S. Mariae maioris: siquidem, ut notat Pitonius *(Discept, eccl., 8, n. 18)* referens doctrinam Baldi, « iura et privilegia alicuius « civitatis vel collegii destrui tantum possunt auctoritate superioris causa « cognita, non vero ex hostium oppressione aut aliquo violento facto, quia « facti calamitas neque titulum neque nomen aufert »; a fortiori itaque id dicendum in casu, quia tantum agitur de temporanea mutatione sedis cleri, secuta insuper cum Ordinarii approbatione. Praeterea sedulo distinguendae sunt functiones communitativae seu capitulares, quae a clero complentur, ab illis quae a parochis in suis respectivis ecclesiis peraguntur, prae oculis habitis tum statutis eiusdem cleri tum inolita consuetudine.

Hisce praemissis, censet Consultor, satis constare de iure matricitatis favore ecclesiae S. Mariae maioris super aliis minoribus ecclesiis. Revera assignatio tituli matricis pro ecclesia S. Mariae maioris ex pluribus resul-

tat; uti ex libris parochialibus anni 1586, et ex aliis actis publicis annorum 1633 et 1783. Praeterea ecclesia S. Mariae, usque ab immemorabili, uti matrix habita fuit et uti communitativa cleri totius oppidi Aielli.

Verum difficultas in eo esse potest, scilicet in determinando, utrum asserta matricitas sit vera et propria vel potius impropria. Auctores, ut Card. De Luca *(De praeeminentiis, disc. 42)* et Scarfantonius (ad Ceccop., *lib. 4, tit. X)* cum aliis, tres matricitatis species distinguunt. Prima est, quando ecclesiae inferiores totaliter alicui ecclesiae sint subiectae, ita ut rector ecclesiae principalis sit unicum caput, et rectores aliarum ecclesiarum non sint nisi simplices vicarii. Altera species est, quando nova ecclesia fuit erecta per dismembrationem, et rector ecclesiae dismembratae sibi, nonnulla iura praeservavit, ita ut titularis novae ecclesiae dependentiam habeat ab ecclesia matre in quibusdam, in reliquis vero sit independens ab .ea. Tertia demum species matricitatis est, quae deducitur ex maiori dignitate vel antiquitate alicuius ecclesiae respectu ceterarum, quarum rectores, licet sint perpetui et independentes in suis muneribus, tamen tenentur ad aliqua signa reverentialia exhibenda, sed in suis muneribus sunt prorsus independentes: haec matricitas uti impropria et lato sensu ab auctoribus traduci solet. Iamvero, quod ecclesiae S. Mariae maioris competat vera et stricto sensu matricitas, respectu ecclesiarum S. iuliani et S. Nicolai Barensis, probatur tum ex eo quod praefata ecclesia habetur ad instar Collegiatae, in qua totus clerus Aielli convenire debet, tum ex pluribus ecclesiasticis functionibus, quas parochi S. Iuliani et S. Nicolai explere obligantur in eadem ecclesia; ita ex. gr. funera defunctorum cum cleri interventu, etiamsi pertineant ad parochos SS. Iuliani et Nicolai Bare/isis, expleri debent in ecclesia S. Mariae maioris, ita de aliis associationibus cum cleri interventu in eadem ecclesia peragendis.

Praeterea Consultor contendit, admittendam esse praecedentiam trium parochorum ecclesiae S. Mariae maioris, praesertim in processionibus, super alios parochos ; tum quia de iure et secundum Caeremoniale romanum praecedentia debetur nobilioribus et dignioribus in omnibus ecclesiasticis functionibus ad tradita per Francos *(De eccles, cathed., cap. 25, n. 363);* tum quia parochis S. Mariae maioris in hoc puncto suffragatur consuetudo, quae in materia praecedentiae, ut canonistae loquuntur, facit utramque paginam.

Relate vero ad quaestionem de Missis in ecclesia S. Mariae cantandis, de aliis functionibus solemnioribus inibi explendis, quibus parochi SS. Iuliani et Nicolai Barensis cum clero necessario interesse debent, et de processionibus cum statuis pariter ab eadem ecclesia ducendis ; Consultor iura circa hoc punctum resolvi dicit a qlecretis episcopalibus, a sta-

tutis a clero anno 1815 confectis et approbatis, et a consuetudine longaeva vigente, ex quibus illud deducitur, quod omnes functiones ecclesiasticae solemniores, sive agatur de Missis cantatis, sive de aliis muneribus, et hinc etiam de processionibus in quibus clerus intervenit, celebrari debent in ecclesia matrice S. Mariae maioris. Quaenam vero hae sint, partim sunt expressae in memoratis documentis, partim vero sunt determinatae a consuetudine, ad quam in eisdem appellatur, et quae communiter dici solet optima legum interpres. Equidem, si dicta documenta inspiciantur, nulla in iis fit specifica mentio de solemnibus processionibus vel de processionibus cum statuis ducendis ab ecclesia matrice. Attamen huius Jus fundatur tum in natura m atri c itati s, tum in immemoriali consuetudine, quae meliorem titulum de mundo constituit, et praesertim in hac materia legem facit. Unde parochis S. Iuliani et S. Nicolai Barensis eam turbare non licet absque manifesta iniuria. Pro aliis vero particularibus functionibus, quas parochi S. Iuliani et S. Nicolai Barensis privatim, seu absque cleri interventu, in propriis celebrant ecclesiis, ad nihil tenentur erga matricem ecclesiam. Hinc in casu invocari potest principium: *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

Transiens dein ad disceptandum de funerum controversia, observat, communiter admitti a doctoribus, quod ius funerandi seu tumulandi cadavera fidelium defunctorum, quamvis super eo respectivi parochi fundatam habeant intentionem in iure, possit esse obnoxium quadragenariae praescriptioni cum titulo, et centenariae vel immemoriali absque - titulo, uti diserte traditur in decisione edita a S. G. Episcoporum et Regularium in *Thelesina seu Gerretana - Iurium parochialium,* diei 22 Aug. 1902. Re quidem vera, ius tumulandi non ita paroeciae cohaeret, ut absque eo ipsa concipi nequeat: ita in *Barcinonen. - Iurium parochialium,* diei 27 Aug. 1904, coram S. C. Concilii: nihil igitur impedit, quominus hoc ius a parochis amitti possit per praescriptionem exstinctivam. In casu autem sedulo distinguendas esse, ait, fúnebres associationes cum interventu cleri, ab illis, quibus ipse non intervenit: si de primis agatur, non posse ambigi videtur, quod huiusmodi associationes una cum funeribus in ecclesia S. Mariae maioris sunt explendae; et de his intelligendum est decretum Episcopi administratoris, diei 22 Dec. 1907, quo cavetur, in materia funerum, « nihil esse inno- « vandum »'. Sane pro hisce associationibus peragendis in ecclesia praedicta suffragantur articuli statutorum cleri, et antiquissima consuetudo in oppido Aielli vigens. Attamen, si agatur de aliis associationibus aut funeribus, in quibus clerus S. Mariae partem non habet, putat, quod parochi S. Iuliani et S. Nicolai Barensis cogi non possint ad adeundam ecclesiam matricem S. Mariae pro iustis solvendis suorum parochianorum. Sane sta-

tuta et allegatae consuetudines in contrarium videntur tantum esse coarctatae ad casum associationis funebris cum interventu cleri: profecto ex attestationibus e libris parochialibus descriptis, sive S. Iuliani sive S, Nicolai Barensis, apparet, nonnullos defunctos paroecianos formulatos fuisse in respectivis ecclesiis paroecialibus, vel etiam in aliis ecclesiis non parochialibus, et si quando dicitur eos sepultos fuisse in ecclesia matrice, additur tamen « aliis tamen servatis de iure civili et ecclesiastico ».

Quod si quis defunctus vel etiam ipsius haeredes elegerint tumulationem seu melius funus (cum cadaverum tumulatio ex lege civili fieri debeat in publicis coemeteriis) cum interventu cleri ecclesiae in respectiva paroecia, sive S. Iuliani sive S. Nicolai Barensis; tum retur ipse, quod clerus cogi non possit ad interessendum associationi : equidem nemo ambigit, quod voluntates defunctorum in eligenda sepultura debeant esse omnino liberae, ad tramitem cap. *Nos instituta, de sepulturis,* sicuti etiam hanc electionem peragere possit pater pro filio impubere ante huius mortem, *si consuetudo terrae id habeat,* iuxta cap. *Licet, de sepult in VI,* sed haec facultas non ita protenditur, ut iuribus tertii praeiudicare valeat. Quare in propositis casibus, vel clerus voluntarie intervenit in associatione ad ecclesiam parochialem, sicuti aliquando factum accidit, et tunc voluntas defuncti plenum sortitur effectum ; vel clerus suis iuribus instat pro funere in ecclesia matrice peragendo, et tunc, attenta dispositione defuncti vel haeredum, funus peragetur in paroecia cum simplici associatione et interventu parochi.

Demum parochi recurrentes petunt, utrum propria valeant mutare vel moderari statuta. Profecto videretur, quod proposita quaestio esset dimittenda affirmativo responso, ex illo principio, quod *omnis res per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur;* sed hoc principium in casu invocari non potest, cum iura ecclesiae matricis in discrimen vocantur. Quare Scarfantonius (ad Geccop. *lib. IV, tit. 12),* loquens de hac materia praesertim in Capitulis, ait: « Canonici moderai potius debent esse antiquorum « statutorum servatores quam novatores, ut tradit Alexander *(Const. 225, « n. 30, 1.6).„*Evidentissima esse debet ecclesiae sive Capituli utilitas in novis « ferendis et antiquis abrogandis aut reformandis (D. Thomas, *22, q. 79),* «idem sequitur dum vellent tollere inveteratam consuetudinem: nam talis « mutatio etiam utilior perturbationem parit ». Quare idem auctor in suis adnexis votis *(tit. 2, dec. 40, n. 11)* docet, consensum Episcopi necessario requiri in iis, quae concernunt mutationem antiqui status et statutorum ecclesiae, aliter gestum a Capitularibus remanet absque robore. Age vero in casu per propositam mutationem aut moderationem statutorum, nedum ecclesiae matricis utilitas non quaeritur, sed potius eius iura imminuuntur; nam eius clerus privatur privilegio a pluribus saeculis possesso.

DUBIA. - I. *An constet de iure matricitatis ecclesiae S. Ma'riae maioris, me non de iure illius parochorum aliis praecedendi in sacris functionibus, in casu.* - Et quatenus *affirmative:*

IL *An et quomodo servanda sit consuetudo, maiores anni solemnitates in ea celebrandi, itemque ex ea ducendi processiones solemnes, seu cum cleri interventu atque cum Sanctorum simulacris, in casu.*

III. *An et quomodo, non obstante deliberatione cleri, diei 3 Augusti 1908, associationes fúnebres cum cleri interventu ex eadem ecclesia S. Mariae maioris ducendae sint, in eaque funera persolvenda defunctorum aliarum etiam paroeciarum S. Iuliani et S. Nicolai Barensis, etsi in una ex istis ecclesiis sepultura electa fuerit, in casu.*

RESOLUTIONES. - Emi Patres S. Congregationis Concilii, in comitiis generalibus eliei 8 Iulii 1909, propositis dubiis ita respondendum censuerunt:

Ad L *Affirmative.*

Ad II. et III. *Affirmative, iuxta decretum Administratoris apostolici,*

h. fß S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

IL

Ne quae salubriter in Domino constituta iam fuerunt annorum decursu memoria excidant, maxime cum, etiam in praesens, haud raro contingat, quod sacerdotes non pauci absque S. H. C. Concilii venia ex Italia praesertim in Americam se conferant, SSmus Dnus noster Pius PP. X decretum quod inscribitur: *De clericis in Americam et ad Insulas Philippinas profecturis,* ab eadem S. H. C, die 14 Novembris anno 1903 editum, vulgari iterum mandavit.

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Concilii, die 7 Septembris 1909.

L. -£¡3 S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

DECRETUM

DE CLERICIS IN AMERICAM ET AD INSULAS PHILIPPINAS PROFECTURIS.

Clericos peregrinos, a remotis transmarinis oris venientes, iuxta veterum Patrum statuta et canonicas sanctiones *(tit. 22, lib. I. Decret.)* ipsasque prudentiae regulas, nonnisi caute ad sacri ministerii exercitium esse admittendos, neminem profecto latet. Nam propter distantiam et dissimilitudinem locorum, de personis earumque qualitatibus ac de valore documentorum, quae ab advenis exhibentur, iustum iudicium tute expediteque fieri saepe difficile est; fraus ac dolus (teste experientia) aliquando subrepunt;

unde periculum passim imminet, ne indigni ac riequam viri super gregem fidelium constituantur, cum gravissima divinae maiestatis offensa et rei christianae iactura.

Ad haec arcenda discrimina, S. Concilii Congregatio, de speciali mandato SSmi D. N. Leonis XIII, circularibus litteris ad Italiae et Americae Ordinarios, die 27 mensis iulii 1890 datis, legem tulit, qua Italorum sacerdotum migrationem in Americam certis regulis contineret.

Huiusmodi regulae hae sunt:

« 1. In futurum prohibentur omnino Italiae Episcopi et Ordinarii con-« cedere suis presbyteris e clero saeculari litteras discessoriales, ad emi-« grandum in regiones Americae.

« 2. Exceptio tantummodo admitti poterit, onerata Episcopi conscien-« tia, pro aliquo eius dioecesano sacerdote maturae aetatis, sufficienti sacra « scientia praedito, et vere iustam afferente emigrationis causam; qui tamen, « bonum testimonium habens intemeratae vitae, in operibus sacri ministerii « cum laude spiritus ecclesiastici et studii salutis animarum hactenus per-« actae, solidam spem exhibeat aedificandi verbo et exemplo fideles ac « populos ad quos transire postulat, nec non moralem certitudinem praestet, « numquam a se maculatum iri sacerdotalem dignitatem exercitatione vul-« garium artium et negotiationum.

« 3. Sed in huiusmodi casu, idem Italus Episcopus et Ordinarius, « omnibus rite perpensis et probatis, rem, absque sacerdotis postulantis « interventu, agat cum ipso Ordinario Americano, ad cuius dioecesim ille « transire cupit, et habita ab ipso Americano Ordinario eiusdem sacerdotis « formali acceptatione, una cum promissione, eum ad aliquod ministerii «ecclesiastici munus deputandi, de omnibus et singulis ad memoratam « S. Congregationem Concilii referat. Quae si tamen assentiatur, tunc poterit « Episcopus discessorias litteras concedere, communicando cum Americano «Antistite per secretam epistolam, nisi ei iam cognitae sint, notas emi-« grantis sacerdotis proprias, ad impediendas fraudes circa subiecti iden-« titatem. Ex ea dioecesi ad aliam in America idem sacerdos emigrare ne « liceat, absque nova sacrae Congregationis licentia.

« 4. Excluduntur in quavis hypothesi presbyteri ritus orientalis.

« 5. Quod si non agatur de emigratione, sed de alio Italiae sacerdote, « qui ob suas peculiares honestas ac temporáneas causas pergere velit « ad Americae partes, satis erit ut proprius Ordinarius, his perspectis, ac « dummodo de cetero nihil obstet, eum muniat in scriptis sua licentia ad « tempus (unius anni limitem non excedens), in qua ipsae abeundi causae « declarentur, cum conditione, ut suspensus illico maneat a divinis, expleto « constituto tempore, nisi eius legitimam prorogationem obtinuerit

« 6. Non comprehenduntur his legibus de emigratione in Americas ii « sacerdotes, qui ad hoc speciali aliquo gaudent apostolico privilègio ».

Hac lege, noxia plura remota et sublata fuerunt, non tamen omnia, neque ex toto. Experientia enim docuit, ex praepostera art. 5 superius recensiti interpretatione salutaris illius legis effectum saepenumero fuisse frustratum. Praeterea constitit, nedum ex Italia, sed ex aliis quoque Europae regionibus nimiam esse, quandoque etiam perniciosam, sacerdotum migrationem in Americam, et ad insulas Philippinas.

Quare Emi S. G. Patres, plurium Episcoporum relationibus rite, uti par erat, inspectis, eorundem Episcoporum votis obsecundantes, rebus omnibus mature perpensis, censuerunt, latius atque uberius esse hac de re providendum nova generali lege, quae his capitibus continetur:

I. Pro Italiae clericis, firmis dispositionibus contentis in circularibus litteris diei 27 mensis iulii 1890, sub numeris 1, 2, 3, 4 et 6, Ordinariorum omnium tam Italiae quam Americae conscientia super plena earum observantia graviter oneratur. Facultas vero sub num. 5 concessa circumscribitur ad casum strictae et urgentis necessitatis, ut e.g. pro gravi infirmitate alicuius in America degentis, quem christiana Caritas aut pietatis officium invisere exigant, neque tempus suppetat recurrendi ad S. Sedem. Sed in hoc et similibus adiunctis causa urgentis necessitatis in discessoriis litteris clare ac determinate exprimenda erit, absentiae tempus, ad sex menses circumscribendum, et de re statim edocenda S. Concilii Congregatio.

II. Extra Italiam vero, in posterum ne liceat Europae Ordinariis discessoriales pro America suis clericis largiri, nisi requisito prius consensu Episcopi dioecesis illius, ad quam sacerdos pergere cupit, permutatis ad hunc finem secretis litteris, in quibus de aetate et de moralibus atque intellectualibus qualitatibus migrantis sacerdotis Americanus Praesul doceatur. Excipitur tamen casus strictae et urgentis necessitatis, in quo, pari modo ac supra, licentia a proprio Ordinario concedi poterit, sed ad sex menses tantum valitura, adnotata causa urgentis necessitatis, et monito per epistolam Episcopo loci ad quem sacerdos proficiscitur.

Quo vero ad sacerdotes orientalis ritus serventur dispositiones datae a S. C. de Propaganda Fide, litteris diei 12 Aprilis 1894.

III. Pro migraturis denique ex qualibet orbis parte ad Philippinas insulas, eaedem leges ac normae serventur ac pro Italis sacerdotibus ad Americam pergentibus, hac tamen differentia, ut pro Europae aliarumque regionum sacerdotibus venia expetenda sit a S. Congregatione Concilii; pro Americae vero septentrionalis sacerdotibus, a delegatione Apostolica Washingtoniae.

Itaque in posterum discessoriae litterae pro clericis in Americam et

ad insulas Philippinas migraturis conficiantur informa specifica, iuxta regulas superius statutas: et aliter factae nullius valoris sint, et qua tales ab Ordinariis illarum dioeceseos aestimentur.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo D. N. Pio PP. X in audientia diei 17 Septembris p. p. ab infrascripto Cardinali Praefecto, Sanctitas Sua decreta Emorum Patrum confirmavit, per circulares S. C. litteras publicari, et ab omnibus rite observari mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. C. Concilii, die 14 Novembris 1903.

f VINCENTIUS CARD. Episcopus Praenestinus, *Praefectus.*

L. *fjß* S. C. De Lai, *Secretarius.*

S> CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

i.

INSTRUCTIO

CIRCA DEBITA ET OBLIGATIONES OECONOMICAS A RELIGIOSIS FAMILIIS SUSCIPIENDA.

Inter ea, quae religiosis Familiis maius detrimentum afferunt, quaeque sicut earum tranquillitatem perturbant, ita bonam existimationem in discrimen vocant, praecipue est numeranda nimia facilitas, qua aliquando debita contrahuntur.

Saepe enim aes alienum inconsulto et intemperate suscipitur, sive ad excitandas domos, sive ad eas augendas et ampliandas, sive ad tyrones plus aequo recipiendos, sive ad manum apponendam operibus vel instituendae iuventutis, vel sublevandae miseriae.

Quae quidem omnia, licet vel in se, vel ratione praestituti finis, sint opera laude digna, quum tamen regulis christianae prudentiae et aequae administrationis non semper respondeant, ideoque apostolicarum praescriptionum verbis et spiritui contraria sint, Deo esse grata non possunt, nec proximo valent permansuram afferre utilitatem.

Quum autem in dies misere succrescat huiusmodi abusus, debita contrahendi absque prudentibus cautelis, et frequenter sine venia, sive Superioris generalis sive huius Apostolicae Sedis; attentis peculiaribus et extraordinariis sane circumstantiis, in quibus publicae et privatae res oecono-

micae versantur ; ne domus quaecumque religiosae, ex sua leviori agendi ratione, in aere alieno contrahendo damnum in posterum persentiant; sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, habitis suffragiis Emorum Patrum Cardinalium huius sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, in plenario coetu ad Vaticanum habito, die 30 Iulii 1909, post maturum examen, haec decernere, statuere et praescribere dignatus est, a singulis Ordinibus, congregationibus, institutis, utriusque sexus, sive votorum solemnium sive simplicium, a monasteriis, collegiis et domibus religiosis, sui quoque iuris, vel Ordinariis locorum subiectis, apprime servanda:

I. Moderatores, sive generales sive provinciales seu regionales sive locales nulla debita notabilia contrahant, nullasque notabiles obligationes oeconomicas suscipiant, directe vel indirecte, formaliter vel fiducialiter, hypothecarie vel simpliciter, cum onere vel absque onere redituum seu fructuum, per publicum vel privatum instrumentum, oretenus vel aliter:

a) absque praevio consensu Consilii generalis seu Definitorii, si agatur de Curia generali, aut de domo vel domibus, immediate iurisdictioni seu directioni Curiae generalis subiectis;

b) vel absque praevio consensu Consilii seu Definitorii provincialis, et expressa licentia Moderatoris generalis, accedente voto deliberativo Consilii seu Definitorii generalis, si agatur de debitis vel obligationibus a Superioribus provincialibus vel regionalibus contrahendis seu suscipiendis;

c) vel absque praevio consensu Consilii localis seu monasterii sive domus, quocumque nomine designetur, sub nullo Superiore provinciali seu regionali positae, et expressa licentia Moderatoris generalis, eiusque Consilii seu Definitorii generalis. Quod si Ordo in varias congregationes seu familias, proprium Praesidem seu Moderatorem generalem seu quasi generalem habentes, divisus sit, huius Praesidis seu Moderatoris eiusque Consilii licentia necessaria omnino erit;

d) vel absque praevio consensu Consilii localis, si agatur de monasteriis vel domibus nulli Moderatori generali subiectis, accedente tamen licentia in scriptis Ordinarii loci, si monasteria seu domus huiusmodi ab Ordinarii iurisdictione vere exempta non sint. '

II. In debitis vel in obligationibus oeconomicis contrahendis, habenda est notabilis quantitas, quae superat 500 libellas, nec attingit 1000, si agatur de monasteriis vel domibus singulis; quae superat 1000 libellas, nec attingit 5000, si agatur de provinciis vel quasi provinciis; quae superat 5000 libellas, si de Curiis generalibus. Quod si domus, provincia vel Curia generalis debita vel obligationes contrahere intendat, quae valorem 10.000 libellarum excedant, praeter licentiam respectivi Consilii, ut supra, requiritur beneplacitum apostolicum.

III. Non licet per diversa debita vel per obligationes diversas, quae quomodolibet contracta sint vel contrahantur, summam respectivam in praecedenti articulo expressam superare; sed omnia et singula debita omnesque et singulae obligationes, quomodolibet contracta, semper coalescunt. Ideoque nullae omnino erunt licentiae ad nova debita contrahenda novasque obligationes suscipiendas, si anteacta debita vel obligationes nondum exstincta sint.

IV. Pariter nulla erunt indulta seu beneplacita apostolica ad contrahenda debita vel ad suscipiendas obligationes, valorem 10.000 libellarum excedentia, si domus, provincia vel Curia generalis oratrix in precibus reticeat alia debita vel alias obligationes, quibus forsan adhuc gravatur.

V. Si qua autem congregatio et institutum votorum simplicium aliaeque religiosae Familiae Consilia generalia, provincialia et localia non habeant, illa intra tres menses constituant ad hunc finem vigilandae administrationis oeconomicae. Monasteria autem seu domus, quae sint sui iuris, nec Consilium libera capituli localis electione constitutum habeant, illud pariter intra tres menses sibi eligant. Consiliarii autem per triennium in officio permaneant, et sint quatuor in monasteriis vel domibus, quae saltem duodecim electores habent, et duo ad minus in aliis.

Vi. Suffragia, de quibus agitur in articulo I, toties quoties exquirantur, et semper secreta atque deliberativa sint, non mere consultiva; licentiae autem, virtute suffragiorum concessae, numquam oretenus, sed in scriptis dentur. Acta vero Consilii subscribantur tum a Moderatore tum a singulis consiliariis.

VII. Graviter oneratur Moderatorum conscientia, ne per se vel oeconomum, vel aliter, consiliariis occultent, ex toto vel ex parte, bona quaecumque, reditus, pecunias, titulos, donationes, eleemosynas et alia valorem aliquem oeconomicum habentia, etiamsi data sint Moderatori intuitu personae; neque de debitis vel obligationibus quomodolibet contractis taceant; sed omnia plene, exacte, sincere, fideliter revisioni, examini et adprobationi Consilii committantur; omnia etiam documenta, bona temporalia vel oeconomiam respicientia, pariter consiliariis examinanda tradantur.

VIII. Nulla fundatio monasterii vel domus, nullaque fundationis amplificatio vel mutatio fiat, si pecunia solvenda non habeatur, et hac de causa debita vel obligationes oeconomicae contrahenda sint, etiamsi fundus vel materia ad aedificandum, vel aliqua pars aedificii gratuito donetur, vel construatur;-nec sufficit promissio pecuniae etiam in magna quantitate ab uno vel pluribus benefactoribus tribuendae, quia huiusmodi promissiones saepe non adimplentur, cum periculo gravis nocumenti materialis et moralis Religiosorum.

IX. Ut pecuniae, reditus aliique proventus legitime collocentur in aliquo tuto, licito ac fructifero investimento, et ut potius in uno quam in alio investimento ponantur, requiritur votum Consilii, toties quoties exquirendum, exhibitis praefato Consilio omnibus notitiis circa formam, modum ét alias investimenti circumstantias. Quod item valet pro qualibet investimenti mutatione, servatis aliis de iure servandis.

X. Quae de triplici clavi capsam claudente deque ipsius capsae visitatione, necnon de recta administratione rerum temporalium praescribuntur in constitutionibus singularum Familiarum religiosarum, si severiori ratione, quam in singulis articulis praesentis Instructionis ordinentur, accurate serventur in iis, quae ipsi Instructioni contraria non sint. Et ubi administratio temporalis per propria statuta ordinata non fuerit, omnia quamprimum ordinentur, prae oculis habitis quae in *Normis, cap. VI,* dicuntur, quaeque non solum sorores, sed et viros religiosos respiciunt, ut habetur in *nota in fine pag. 3* earundem *Normarum* posita, salvis semper praescriptionibus huius Instructionis.

XI. Fundus, legata et alia quaecumque bona, quae quomodolibet Missas adnexas habent, eorumque fructus vel reditus nullo pacto debitis vel obligationibus oeconomicis cuiuscumque conditionis sint, ne quidem ad breve tempus, gravari possunt; et pecuniae pro Missis manualibus vel aliis celebrandis acceptae, ante ipsarum celebrationem, nullo pacto nullaque de causa, neque ex toto neque ex „parte expendí possunt, sed integre servari debent. Qua in re speciali vigilantia procedant tum Moderatores tum consiliarii.

XII. Quae de dotibus monialium et sororum non alienandis ab apostolica Sede iandudum statuta sunt, erunt apprime servanda. Nullo igitur pacto neque cuiusvis utilitatis intuitu fas erit capitalia huiusmodi dotum consumere, quousque respectivae moniales vel sorores vivant; sub poenis a iure determinatis. Et Apostolicae Sedis venia erit expetenda, si ob gravissimas circumstantias perutilis iudicetur etiam unius tantum dotis alienatio.

XIII. Donationes, etiam titulo eleemosynae vel subsidii, non fiant, nisi iuxta conditiones a Sancta Sede praescriptas, et iuxta mensuram in singulis constitutionibus ordinatam, vel a capitulis, et in eorum defectu, a Superioribus generalibus cum respectivis Consiliis legitime determinatam.

XIV. Omnia, quae in hac Instructione praescribuntur, non solum Ordines, congregationes et instituta virorum, sed etiam monialium et sororum respiciunt. Violatores autem earundem praescriptionum graviter puniantur, et si violatio sit de iis, quae de iure communi vel iuxta prae-

sen te m' Instructionem apostolicum beneplacitum requirunt, poenis ipso facto subiaceant, alienatoribus bonorum ecclesiasticorum inflictis.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Fr.-L.C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. £g S.

D. L. Janssens, O. S. B., *Secretarius.*

II.

DUBIA

DE NULLITATE PROFESSIONIS SOLEMNIS EIUSQUE EFFECTUUM A NONNULLIS MONIALIBUS EMISSAE, NON PRAEMISSO TRIENNIO VOTORUM SIMPLICIUM EX IGNORANTIA DECRETI " PERPENSIS „.

Per decretum sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium d. d. 3 Maii 1902, quod incipit *Perpensis,* iniunctum fuit monialibus cuiuscumque Ordinis, ut, peracta probatione et novitiatu, vota simplicia emittant, nec ad solemnem professionem admitti possint, nisi expleto triennio a die, qua vota simplicia emiserunt; ita nempe « ut si qua, non exacto inte« grò triennio, ad professionem solemnem, quacumque ex causa, admitteretur, professio ipsa irrita prorsus foret, et nullius effectus (Decretum « *Perpensis,* II) ».

Cum autem huiusmodi decretum in notitiam aliquot monasteriorum vel monialium nonnisi post aliquod temporis spatium venerit, admissae fuerunt ad professionem votorum solemnium nonnullae novitiae immediate post novitiatum, ex decreti ignorantia. Hinc quaeritur:

I. An professio, quam moniales praedictae emiserunt post diem 3 Maii 1902, tamquam solemnem, non praemisso triennio votorum simplicium ex ignorantia decreti *Perpensis,* haberi debeat tamquam nulla? Et quatenus *Affirmative:*

II. An professio, in iis circumstantiis emissa, debeat saltem haberi valida, uti professio simplex ?

III. An renuntiatio, donationes etc. a moniali factae occasione talis invalidae professionis, habendae sint tamquam nullae, ac proinde res donatae ab illa legitime repeti possint cum dote ?

Emi Patres sacrae Congregationi negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, in plenario coetu habito ad Vaticanum die 30 Iulii 1909, re mature perpensa, respondendum censuerunt :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Affirmative.*

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae decimo per infrascriptum Secretarium sacrae Congregationis de Religiosis sequenti die relatis, Sanctitas Sua responsiones Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S.

D. L. Janssens, O. S. B., *Secretarius.*

III.

DECRETUM

DE QUIBUSDAM POSTULANTIBUS IN RELIGIOSAS FAMILIAS NON ADMITTENDIS.

Ex audientia SSmi, die 7 Septembris 1909.

Ecclesia Christi, licet spirituali gaudio afficiatur, quum fideles matura deliberatione et recta intentione statum perfectionis in religiosis Familiis amplectuntur, qualitatis tamen quam numeri potius sollicita, ingressum in novitiatum et professionem votorum ita moderata est, ut eos tantum decreverit ad evangelica consilia in religiosis Domibus servanda esse admittendos, qui divinae vocationis argumenta praeberent. Ipsum quoque probationis tempus, quod votorum emissionem praecedit, ad hoc instituit, ut animi non solum religiosis imbuerentur virtutibus, sed etiam a Superioribus rite explorarentur.

Debilitata tamen in regionibus non paucis vitae christianae disciplina, Apostolica Sedes ingressum in religiosas Familias, examen tyronum et experimentum vitae religiosae, paullatim, progressu temporis, severiori quadam ratione ordinavit, editis ad rem legibus, quae spem perseverantiae et prosperi exitus firmiorem redderent.

Quum vero compertum sit, longe melius esse, ut aliqualiter claudantur ianuae ingredientibus, ne postea late reserentur exeuntibus, sanctissimus Dominus noster Pius Papa X committere dignatus est huic sacrae Congregationi negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, ut severiori huiusmodi Ecclesiae disciplinae insistens in admittendis alumnis ad novitiatum et vota, haec statueret, ab omnibus religiosis virorum Familiis, graviter onerata Superiorum conscientia, fideliter in posterum servanda, quae sequuntur:

Nullimode, absque speciali venia Sedis Apostolicae, et sub poena nullitatis professionis, excipiantur, sive ad novitiatum sive ad emissionem votorum postulantes:

, 1.° qui e, collegiis etiam laicis ob,inhonestos mores vel ***ob.*** alia.crimina expulsi fuerint;

2.° qui a seminariis et collegiis ecclesiasticis vel religiosis quacumque ratione dimissi fuerint;

3.° qui, sive ut professi sive ut novitii, ab alio Ordine vel congregatione religiosa dimissi fuerint; yel, si professi, dispensationem votorum obtinuerint;

4.° qui iam admissi, sive ut professi sive ut novitii, in unam provinciam alicuius Ordinis vel congregationis et ab ea dimissi, in eandem vel in aliam eiusdem Ordinis vel congregationis provinciam recipi nitantur.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

LJ £g S. D. L. Janssens; O. S. B., *Secretarius.*

DECLARATIONES

CIRCA ARTICULUM SEXTUM DECRETI " AUCTIS ADMODUM „ EDITI DIE IV NOVEMBRIS MDCCCXCIII.

In articulo sexto decreti *Auctis admodum,* editi a sa, me. Leone XIII, inter alia, haec statuuntur: « Professi tum votorum solemnium,tum simplicium ab Ordinariis locorum ad sacros Ordines non admittantur, nisi, «praeter alia a iure statuta, testimoniales litteras exhibeant, quod saltem « per annum sacrae theologiae operam dederint, si agatur de subdiaconatu; « ad minus per biennium, si de diaconatu; et quoad presbyteratum, saltem « per triennium, praemisso tamen regulari aliorum studiorum curriculo ».

Porro circa genuinum sensum huius articuli, varia dubia sacrae Congregationi negotiis Religiosorum Sodalium praepositae exhibita sunt, quae ad sequentia capita reduci possunt:

I. Utrum Superiores Ordinum vel Institutorum religiosorum praefatas testimoniales litteras licite dare, et Ordinarii seu Episcopi licite acceptare possint, si anni de quibus agitur non fuerint completi, seu non vere academici vereque scholares, sed potius abbreviati, non quidem ex incuria, sed quia vel-omissae fuerunt vacationes, vel horae -lectionibus in schola tradendis multiplicatae, vel alia quacumque de-causa?

II. Utrum studentes, expleto unius j duorum vel trium respective annorum curriculo theologico, possint, statim ad subdiaconatum vePdiaconatum vel presbyteratum item respective promoveri,.ideoque inceptis vacationibus,

in fine anni scholastici dari solitis, quin circulum duodecim mensium complere teneantur?

TIL Utram iidem studentes, triennio theologico rite completo, teneantur adhuc per alium annum, seu per, quartum annum scholasticum, theologicis studiis in scholis incumbere?

IV. Utrum verba eiusdem decreti *Auctis admodum :* « praemisso tamen « regulari aliorum studiorum curriculo » respiciant tantum philosophica seu lycaealia studia, vel etiam gymnasialia seu humaniorum litterarum, imo primariam etiam institutionem?

V. Utrum studia philosophica seu lycaealia, humaniorum litterarum seu gymnasialia, et primaria necessario ante ingressum in novitiatum ex integro peragi debeant?

VI. Utrum praefata studia, non publice in scholis rite ordinatis, sed privatim peracta, valorem habeant legalem, seu qui sufficiat ad licite dandas et licite acceptandas litteras testimoniales ad sacros Ordines?

VII. Utrum ad valorem legalem studiorum theologicorum, philosophicorum seu lycaealium, et humaniorum litterarum seu gymnasialium sufficiat disciplinae principalis seu theologiae, philosophiae et linguae latinae peritia, vel potius requiratur, ut in unaquaque schola tradantur etiam disciplinae accessoriae, iuxta normam in bene ordinatis Seminariis regionis vigentem et saltem in substantialibus servandam?

VIII. Utrum et quanam ratione in litteris testimonialibus ad sacros Ordines authentice constare debeat de peractis ex integro, tum curriculo seu curriculis theologicis, tum philosophicis seu lycaealibus, et humaniorum litterarum seu gymnasialibus studiis, ut praefatae litterae licite dari possint a Superioribus, et licite acceptari ab Ordinariis seu Episcopis?

Et sacra eadem Congregatio, de speciali mandato sanctissimi Domini nostri divina providentia Pii Papae X, respondet prout sequitur:

Ad *I. Negative* in omnibus; et quaelibet abbreviatio studiorum abusiva omnino habenda est, et penitus illicita.

Ad II. *Affirmative,* dummodo tamen complexus trium huiusmodi annorum saltem triginta tres menses integros comprehendat.

Ad III. *Affirmative,* ideoque complexus quadriennii theologici, computatis vacationibus seu feriis, quadraginta quinque menses integros comprehendere necesse est.

Ad IV. Respiciunt et philosophica seu lycaealia, et humaniorum litterarum seu gymnasialia, et primaria studia. Ideoque haud legalia habenda sunt theologica studia, si alumnus cursum philosophicum seu lycaealem rite non expleverit; neque legalia erunt philosophica seu lycaealia studia, si alumnus humaniorum litterarum seu gymnasiale curriculum minime com-

pleverit; neque valorem habebit humaniorum litterarum seu gymnasiale studium, si alumnus per primariam institutionem rite habitam minime praeparatus fuerit. Porro ad legitimum transitum de scholis primariis ad gymnasiales, de gymnasialibus ad lycaeales, de lycaealibus ad theologicas, requiritur testimonium de bene superato periculo seu examine, a Moderatoribus respectivarum scholarum in forma authentica obtentum; quod si gravi aliqua de causa haberi nequeat, suppleri potest per speciale examen, coram peritis magistris subeundum ante transitum ad superiorem gradum seu scholam.

Ad V. *Negative* quoad studia philosophica seu lycaealia; *affirmative* quoad primaria et gymnasialia seu humaniorum litterarum. In casibus tamen specialibus, accedentibus gravibus causis, permitti potest, ut ad novitiatum inter clericos admittatur, qui annum quartum gymnasialem seu humaniorum litterarum rite expleverit, dummodo: *a)* decimum quintum aetatis annum excesserit; *b)* statim post novitiatum, et antequam ad studium philosophicum seu lycaeale adscendat, integrum curriculum omnium studiorum humaniorum litterarum seu gymnasialium in scholis domesticis vel aliis rite ordinatis compleat; *c)* et finale periculum bene superet. Quod si agatur de ingressu in novitiatum anno quarto non expleto, recurrendum ad Sanctam Sedem.

Ad VI. *Negative.* In casibus tamen extraordinariis, qui respiciunt particularem aliquem alumnum tantum, qui diligenter studiis incubuit, et in periculo seu examine idoneus inventus fuerit, recurrendum ad sacram Congregationem pro convalidatione, exhibita iurata fide examinatorum, et de tempore transacto in studio privatim peracto et de bene superato periculo; nisi res sit, non de omnibus disciplinis unius anni scholaris, sed de una tantum vel altera disciplina accessoria, gravi de causa a particulari aliquo alumno privatim exculta; tunc enim, praehabita iurata fide examinatorum, ut supra, convalidatio dari poterit a Superiore generali, accedente voto deliberativo sui Consilii.

Ad VII. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam.

Ad VIII. Superiores in litteris testimonialibus, expressis verbis, sequentia declarare debent et testari: 1.° *quoad curriculum theologicum,* candidatum a tali anno, mense et die, ad talem usque annum, mensem et diem, et in tali schola studiis theologicis ad sacrum Ordinem, ad quem praesentatur, necessariis rite incubuisse, et in finali periculo seu examine idoneum inventum fuisse; 2.° *quoad inferiora studia, eidem curriculo praemittenda: a)* eundem candidatum, rite peractis primariae institutionis studiis, humaniorum litterarum studia in tali schola, et per tot annos academicos seu scholáres, ex integro explevisse, bene superato finali periculo; *b)* praefatum

candidatum, recte expletis humaniorum litterarum studiis, philosophicum curriculum ex integro in tali schola, et per tot annos academicos seu scholares, complevisse, et finale periculum auspicato superavisse.

Mandavit insuper; Sanctitas Sua, ut salvis quae de integritate et duratione Studiorum in praesenti documento dicuntur, sacra Congregatio, exquisito ab omnibus Moderatoribus generalibus elencho disciplinarum, quae singulis annis scholasticis seu academicis adsignatae sunt in respectiva religiosa Familia, una cum tabulis horariis singularum scholarum aliisque opportunis informationibus, instructionem de studiis apud clericos Ordinum et Institutorum religiosorum rite et integre peragendis praeparet, in plenario Emorum Patrum eiusdem Congregationis coetu examinandam, et probante Summo Pontifice, publici iuris faciendam.

Contrariis quibuscumque^ etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Romae, e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die 7 Septembris 1909.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. £B S. O. L., Janssens, O. S. B., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

QUO CONSTITUTIONES MONACHORUM ARMENORUM MECHITHARISTARUM AD TEMPUS ADPROBANTUR.

Monachorum Armenorum Mechitharistamm constitutiones Clemens Papa XIII approbavit, iuxta modum praescriptum decreto lato a S. Congregatione particulari de Propaganda Fide, die 4 Decembris 1762, ab eoque confirmato. Verum, immutatis postmodum rerum ac temporum adiunctis, compertum est, plures praedictarum constitutionum dispositiones non amplius necessitati vel utilitati monachorum respondere, ideoque ab iis esse expungendas, nonnullasque alias in easdem esse inducendas, eo vel magis, quod citati decreti sanctiones effectum hucusque haud sortitae sunt. Quapropter SSmus Dnus noster Pius div. prov. Papa X, cui, dum adhuc Patriarchalem Venetiarum ecclesiam regeret, maxime cordi erat memoratae religiosae societatis incrementum, quique etiam nunc, ad Apo-

stolicae Sedis fastigium evectus,'paterno' amóre eam prosequitur ; praehabita relatione de eius statu a R. P. D. Petro Kojuniari; Episcopo Alexandrino Armenorum, apostolico Visitatore a Sanctitate Sua' specialiter deputato; sacrae Congregationi de Propaganda Fide, pro Negotiis ritus orientalis mandavit, ut huiusmodi constitutionum recognitionem aggrederetur, ac ad finem perduceret. Quod cum ope praesertim Commissionis " ad id constitutae peractum fuerit, SSmus Dnus noster praedictas constitutiones sic recognitas, ac typis polyglottis vaticanis vertente anno editas, approbare dignatus est *ad sexennium,* experimenti gratia, demptis quartae partis capitibus, in quibus *de studiorum ordine in scholis inferioribus* agitur, quaeque seorsim in manuale didascalicum colligi iussit. Mandavit insuper Sanctitas Sua, ut, transacto sexennio, praefatae constitutiones per Capitulum generale denuo S. Congregationi de Propaganda Fide, subiiciantur ad impetrandam perpetuam confirmationem. Voluit tandem SSmus Dnus noster, ut super praemissis praesens decretum conficeretur, quod, auctoritate Sua, apostolica approbatione munivit. Contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus' S. Congregationis de Propaganda Fide, die 6 mensis augusti, anno 1909.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. & S.

Hieronymus Roller!, *Secret, pro negot. Orient. Bit.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

ORDINIS FRATRUM MINORUM

ADDITIO AD LECTIONEM VI IN OFFICIO DEDICATIONIS PATRIARCHALIS BASILICAE B. M. V. ANGELORUM IN PORTIUNCULA IUXTA BREVE DIEI XI APRILIS MCMIX, DIE 2 AUGUSTI.

In festo Dedicationis ecclesiae B. M. V. Angelorum in. Portiunculae

Additio ad calcem'VI lectionis Officii, post verba *evenisse cernimus:*

« Haec omnia secum reputans Pius decimus Pontifex Maximus, éan-
« dem Portiunculae ecclesiam, quam sanctus Pius quintus amplissimo
« inclusam templo, aliique Pontifices innumeris auctam-privilegiis voluerunt, iure caput et matrem universi seraphici Ordinis habendam esse

« confirmavit, ad eximiam basilicae patriarchalis et cappellae papalis digni-
« tatem evexit, atque in ea plenariam indulgentiam singulis quibusque
«diebus lucrandam concessit».

DECRETUM

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, additionem suprarelatam ad calcem sextae lectionis Officii de Dedicatione ecclesiae beatae Mariae Virginis Angelorum in Portiuncula adprobare atque indulgere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 14 Iulii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ^ S. f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

IL

URBIS ET ORBIS

OFFICIUM ET MISSA DE SS. PERPETUA ET FELICITATE MARTYRIBUS PRO ECCLESIA UNIVERSA.

IN BREVI APIO ROMANO

DIE **6** MARTII

IN FESTO SANCTARUM PERPETUAE ET FELICITATIS MARTYRUM

Duplex.

Omnia de communi Martyrum non Virginum, praeter sequentia:

Ad Magnificat *et* Benedictus. *Ant.* Istarum est enim regnum coelorum, quae contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

f. Gloria et honore coronasti eas, Domine.

B$. Et constituisti eas super opera manuum tuarum.

ORATIO.

Da nobis, quaesumus, Domine Deus noster, sanctarum martyrum tuarum Perpetuae et Felicitatis palmas incessabili .devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare ; humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

IN I NOCTURNO.

Lectiones Confitebor, *de communi Virginum, 2° loco. Extra Quadragesimum, de Scriptura occurrente.*

IN II NOCTURNO.

Lectio IV.

Perpetua et Felicitas, in persecutione Severi Imperatoris, in Africa, una cum Revocato, Saturnino et Secundum comprehensae sunt, et in tenebricosum carcerem detrusae, quibus ultra adiunctus est Satyrus. Erant adhuc catechumenae, sed paulo post baptizatae sunt. Paucis diebus interiectis, e carcere ad forum deductae cum sociis, post gloriosam confessionem, ab Hilarione procuratore damnantur ad bestias. Inde hilares descendunt ad carcerem, ubi variis visionibus recreantur, et ad martyrii palmam accenduntur. Perpetuam, nec patris senio confecti iteratae preces et lacrymae, nec erga filium infantem pendentem ad ubera maternus amor, nec supplicii atrocitas a Christi fide dimovere umquam potuerunt.

Lectio V.

Felicitas vero, instante spectaculi die, cum octo iam menses praegnans esset, in magno erat luctu, ne differre tur : leges quippe vetabant, praegnantes supplicio affici. At precibus commartyrum accelerato partu, enixa est filiam. Cumque in partu laborans doleret, ait illi quidam de custodimus : Quae sic modo doles, quid facies, obiecta bestiis ? Cui illa : Modo ego patior : illic autem alius erit in me, qui patietur pro me, quia et ego pro illo passura sum.

Lectio VI.

In amphitheatrum, toto inspectante populo, producuntur tandem generosae mulieres, nonis Martii, ac primum flagellis caeduntur. Tunc a ferocissima vacca aliquamdiu iactatae, plagis concisae et in terram elisae sunt : demum cum sociis, qui a variis bestiis vexati fuerant, gladiorum ictibus coniiciuntur. Harum sanctarum martyrum festum Pius decimus Pontifex Maximus ad ritum duplicem pro universa Ecclesia evexit, ac diei sextae Martii adsignari mandavit.

IN III NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simile est, *de eodem communi. In Quadragesima, IX Lectio de Homilia feriae occurrentis.*

IN MISSALI ROMANO

Missa--Me exspectaverunt, *de communi non Virginum, cum Orationibus 2° loco de pluribus Martyribus.*

DECRETUM

Rmus Dnus Bartholomaei Clemens Combes, Archiepiscopus Carthaginen. atque Algerien., occasionem nactus, qua lapideum operculum cum inscriptione vetustissimi tumuli, seu sepulcri, inciytarum ecclesiae Africanae "martyrum, sanctarum Perpetuae et Felicitatis (ac sociorum: Satyri,

Saturnini, Revocati et Secunduli) in lucem prodiit ; diuturna vota cleri ac fidelis plebis illius ecclesiae depromens, sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam X enixis precibus rogavit, ut festum earundem sanctarum Martyrum e simplici ritu ad duplicem minorem evehere, ac diei sextae Martii adsignare cum Officio et Missa propriis, illudque ad universam Ecclesiam extendere dignaretur. Sanctitas porro Sua, jías preces, ab infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatas, peramanter excipiens, festum sanctarum Perpetuae et Felicitatis m-artyrum sub ritu duplici minori.in.universa .Ecclesia .amodo die sexta Martii quotannis celebrari mandavit, cum .Officio et Missa de communi Martyrum non Virginum, et lectionibus secundi nocturni; quae ab eadem sacra Congregatione .revisae atque emendatae, huic praeiacent decreto : servatis rubricis. Contrariis' non obstantibus quibuscumque. Die 25 Augusti 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S. • • Philippus-Can.-di Fava,' *Substitutus.*

SACRA ROMANA ROTA

PHAREN. - •" • * • • •

IURIUM ET POENARUM

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno sexto; die 16 Iulii 1909, BR. PP. DD. Ioannes Prior, Aloisius Sincero, Ponens, *et Ioseph Mori, Auditores de turno, in causa* Pharen.-Iurium, *inter parochum Cosimum Scarpa actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem sacerdotem Dominicum Mancini, et mensam episcopalem Pharen. et Religiosos Ordinis Praedicatorum conventos, repraesentatos per legitimum procuratorem sacerdotem Aloisium Lavitrano, interveniente et disceptante in causa Promotore iustitiae pro iuris et legis tutela, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Anno 1905, admodum reverendo sacerdoti Cosimo Scarpa, parocho loci vulgo *Cittavecchia,* dioecesis Pharensis, eiusdemque districtus Decano, ob quosdam recursus, quos ipse fecerat ad auctoritatem saecularem, ut impediretur quaedam processio Theophoricae et, huius respectu^ exercitium iurisdictionis ecclesiasticae, ablatus primum fuit ab Ordinario illius, dioecesis decanatus, dein vero*irrogata fuit suspensio, et qua poena vindicativa

et qua poena medicinalis, seu censura. -Recursum .parochus-Scarpa ad •S. Sedem fecit, resqUé a S. Gongregatiorie Göneilii agitari coepta est. At die 19 Novembris 1908,-instantibus quoque parocho Scarpa eiusque*procuratore, òausa transmiseá fuit ad hunc sacrum - Ordinem, propositis et concordatis sequentibus dubiis:

I. An sustineatur tum remotio sacerdotis Scarpa ab officio 'decanatus, tum poenarum irrogatio in-eundem sacerdotem in casu:

II. Et quatenus negative, *an sit respective locus reintegrationi in officio decanatus, et damnorum refectioni in casu.*

III. *An constet de iuribus patrum Dominicanorum, recognitis per decreta 9 Iunii 1905 et 10 Iunii 1906.* •

' FACTUM QUOD SPECTAT. Curia episcopalis Pharensis dioecesis, seu ipsius nomine Provicarius, J.Novak, sub die 9 Iunii 1905, haec scribebat admodum reverendo officio parochiali *loci-'Cittavecchia :* « Il molto reve-« rendo P. Angelico Orlandini, cóme Priore di cotesto convento Domenicano « di S. Pietro, col suo -scritto 6 corr.-partecipa d'aver deciso; di tenere una « processione solenne col santissimo- Sacramento attorno la città, la Dome-« nica fra l'Ottava del *Corpus- Domini,* a servirsi* con ciò' non solo del privilegio con'cesso all'Ordine di S; Domenico dalla S. Sede, ed a soddi-« sfare . > ;. a un comando di alcuni Sommi Pontefici, ma ancora per dare « a cotesta popolazione ... .una. bella occasione di dimostrare il massimo « omaggio pubblico: all'incarnato Verbo divino .... Lo scrivente ha con cuore « lieto salutato cotesta? disposizione del M; R. Priore di cotesto convento, « perchè sicuro che; tornerà a vantaggio della vita spirituale di cotesta « popolazione.... Lo scrivente nutre ferma speranza che- anche cotesto « Rmo Canonico parroco^ con cuore allegro saluterà la decisione del priore « Domenicano .... e-che pubblicamente; ¡dal -santo • altare inviterà i suoi « parrocchiani a suddetta processione.¿ Cotesto Rmo Canonico parroco « si - compiacerà Domenica fra l'Ottava del *Corpus Domini* di finire tutte « le funzioni nella chiesa parrocchiale fino le 6 pom., perchè la processione « comincerà alle 6 Vi pom, ». ••' .

^Parochus autem Scarpa, sub die 20 Iunii 1905, Rmae • Curiae Pharensi haec'respondebat :'« Riferentemente *al, r iv. curiale decr i 9 corr,, n. 991,* senza « per ora, nè qui entrare in merito, considerato il motivo impellente ed « il fine intenzionale che vorrebbero giustificare la novità liturgica della « locale famiglia -religiosa nell'ambito consuetudinariamente legale ed esclu-« sivo di questa .parrocchia-.,- col citato - decreto avvertito, lo scrivente, a « sgravio di dovere, si pregia di far noto ad esso Rmo- Ordinariato, che « la chiesa parrocchiale di Cittavecchia, a professione di fede e pratica di « culto* del SS,-Sacramento teneva e tiene * di -diritto' *ab • immemorabili* » per

« la solennità del *Corpus Domini* tre pubbliche processioni col Venerabile, «vale a. dire il *Corpus Domini,* la Domenica fra *V* Ottava e il giorno del- « l'Ottava stessa, dopo la serale esposizione ». Qua ex epistola patet, parochum Scarpa: 1.° equidem in epistola Curiae Pharensis sub die 9 Iunii, etsi humanioribus verbis concinnata, inMlexisse et aperte agnovisse vim ac naturam curialis decreti ; 2.° huic curiali decreto non obstitisse, manifesto saltem, apud Curiam ipsam; 3.° reposuisse tamen et reservasse in aliud tempus « senza per ora », atque apud aliam, quam dicunt, sedem « nè qui », actionem de rei ipsius substantia, scilicet « senza entrare in « merito », etc.

Extemplo vero, sub eadem die 20 Iunii, parochus Scarpa recursum ad forum saeculare fecit, atque haec ab officio, ut aiunt, parochiali, ad inditum, quem vocant, *Capitanato distrettuale di Lesina,* scripsit : « La locale fami- « glia religiosa Domenicana, Domenica u. s. *inter Missarum solemnia* annun- « ziava, che nella p. v. Domenica infra f Ottava del *Corpus Domini* terrebbe « essa una pubblica, solenne processione col SS. Sacramento nell'ambito « consuetudinariamente legale ed esclusivo della parrocchia. Or tale affatto « nuova processione di detta famiglia religiosa, che lede i diritti del par- « roco, e invade la territorialità giurisdizionale della parrocchia, non ha « base di diritto, nè nella consuetudine, nè nella legge, nè nei ss. canoni, « anzi è in opposizione, sia coi sacri canoni *(Conc. Lateranense V, De- « cret. Pauli PP. III, 3 kal. Martii anni .1542),* che colla legislazione poli- « tica in argomento_____Lo scrivente pertanto, a tutela del diritto del par- « roco, nonché a tutela del diritto e del prestigio della parrocchia, nel « presente e nell' avvenire, chiede : voglia essa inclita autorità politica « opporvi il suo veto, del disposto notiziando lo scrivente per sua norma ». Hoc ex documento manifesto liquet: 1.° parochum Scarpa non modo agitare non dubitasse apud auctoritatem politicam, quod agitare recusabat vel reponebat apud auctoritatem ecclesiasticam; sed insuper: 2.° ad hanc civilem auctoritatem parochum Scarpa recursum interposuisse, ut impediretur processio patrum Dominicanorum, quam ipse probe noverat firmatam et statutam curiali decreto; ideoque 3.° implicite saltem et reipsa, recurrisse ad forum saeculare, ut impediretur exsequutio actus auctoritatis ecclesiasticae.

Petitioni parochi Scarpa renuit auctoritas civilis, capitanali, vulgo, decreto, seu nota, sub die 23 Iunii 1905. Processio patrum Dominicanorum die 25 Iunii religiose et pie habita est, eique, ut fidem facit municipalium officialium relatio, « prendeva parte la popolazione in gran numero e colla « massima devozione ».

His tamen non contentus parochus Scarpa, die 8 Iulii 1905, alium recursum adhibuit ad auctoritatem civilem secundae, ut aiunt, instantiae,

nempe ad imperialem vulgo *Luogotenenza in Zara,* in quo, postquam loquutus fuerat de « ormai consumata (ceu delictum fuisset !) processione «col Venerabile», proponebat: «*a)* doversi ritenere che con detta pro-« cessione sono state lese leggi canoniche e leggi politiche . . . *b)* e « doversi interdire *pro futuro* il ripetersi di tale processione ».

De hisce vero ausis Ordinarius Pharensis dioecesis certior factus, decreto dato sub die 26 Iulii 1905, parochum Scarpa commonefaciens « che « faceva una cosa compresa tra i delitti colpiti dalle censure ecclesiastiche « (consulti la Costituzione *Apostolicae Sedis* di Pio IX) », ipsum graviter pro munere suo reprehendit, atque insuper in poenam quoque privavit decanatu, et, ut factos recursos revocaret, monuit : « Avendo pertanto », decrevit Episcopus « lo scrivente perduto ogni fiducia in vostra signo-« ria Rma, e non potendo sorpassare sul di lei trapasso senza un castigo, « che serva di esempio agli altri sacerdoti, le si toglie col presente il « titolo e F ufficio di Decano. In pari tempo le si ordina di ritirare entro « otto giorni *a recepto* i due ricorsi all' i. r. Capitanato e all' i. r. Luo-« gotenenza Dalmata, a scanso di ulteriori spiacevoli misure, e questo « valga quale primo monitorio ».

Contra hoc decretum parochus Scarpa, die 3 Augusti 1905, recursu usus est apud forum Metropolitanum, per tramitem Curiae Pharensis. Curia Piraren., decreto dato ab Ordinario die 10 Augusti, remittens parocho Scarpa eius recursum, « perchè l'appello al foro Metropolitano non ha « luogo se non nelle cause contenziose____; contro un decreto dell' Ordi-« nario invece il ricorso va diretto alla S. Sede, con avviso che, giusta le « canoniche disposizioni, tale ricorso non ha effetto sospensivo », ipsi imponebat iterum et tertio « di ritirare entro otto giorni *a recepto* i ricorsi pro-« dotti alle i. r. autorità politiche ». At parochus Scarpa, loco Ordinario suo obediendi, et recursus revocandi, die 18 Augusti, denuo appellationem apud forum Metropolitanum instauravit, huic directe recurrendo.

Quinimmo prorsus immemor vel negligens de Constitutione *Apostolicae Sedis* sibi in mentem revocata, eousque progressus est, ut explicite et directe, seu formaliter contra ipsum decretum Episcopi, diei 26 Iulii, recurreret quoque ad auctoritatem politicam ipsam. Die enim 1 Septembris 1905 recursum per tramitem i. r. Locumtenentiae, quam vocant, habuit ad i. r. Ministrum, ut aiunt, cultuum, in quo inter cetera petiit et proposuit: « 1.° riforma totale del vescovile decreto, Lesina 26-7-05; 2.° che sia «levato il vescovile *(decretum)* anche amministrativamente, o che vi sia « altrimenti posto rimedio; 3.° che levato il vescovile.... ». Neque satis; nam iste recursus naturam fere induit appellationis ab abusu, dum haec enunciavit : « Il diritto punitivo dell' Ordinariato non avrebbe potuto, nè

« può uscire dai limiti del -foro interno », quod quidem • est per/ridiculum, et -miserandum in modum « l'involuto ***e*** 'quindi un sorpasso », atque retulit legem interconfessionalem,' quam vocant, 54-74, iuxta quam « del potere « ecclesiastico' può farsi Uso soltanto .... ». * * *

Interim ex una parte forum Metropolitanum, decreto dato 7.Octobris, reiiciebat appellationem pà-roehi^ Scarpa ob incompetentiam; et alia ex parte Ordinarius Pharensis 'Certior factus est de hòc tertio recursu. Quare Ordinarius, decreto dato sub die 16 Octobris, postquam denuo parochum Scarpa monuisset de revocandi s recursibus, ipsi, ob gravitatem transgressioni s, ut scribebat Episcopus; 'Constitutionis *Apostolicae Sedis,* suspensionem ab officio, et qua poenam vindicativam, in quindecim dies, et qua censuram irrogavit, donec recursus revocaret, scilicet: « qualora persistesse « ad essere contumace, e non ritirasse i suddetti ricorsi, in tal caso la. « sospensione dovrà durare fino a che vostra signoria Rma avrà ottem- « perato a quanto il Superiore e la coscienza le impongono ». • -

Parochus Scarpa, die 25 Octobris, recursum habuit ad S. Sedem ; attamen nonnisi- die 3 Novembris 1905 revocavit duos primos recursus, eo quod, ut scribere non dubitavit Curiae Pharensi, « da domani 4 corr., giusta « il riverito curiale decreto 16-10-1905, lo stato in sospensione *ab officio* « dipenderebbe dalla sua volontà, il sottoscritto .... per non aggravarsi di « responsabilità'a riguardo delle mormorazioni e dei perturbamenti di « coscienze, etc. ». > Non tamen tertium recursum adhuc revocaverat Quapropter Episcopus Pharensis, die 3 Novembris 1905 denuo de hoc admonuit. Quod ipse tandem aliquando; die 5 Novembris, fecit.

Ius QUOD ATTINET. — De Vicariis foraneis seu Decanis ruralibus vel simpliciter Decanis, ut alibi audiunt, haec habet Concilium Romanum anni 1725, *tit-. 7, cap. 2:* «Vicarios... foraneos in oppidis insignibus, vel ubi « Episcopi necesse iudicaverint, ad sui beneplacitum ipsi <constituant » (Card. Vives, *Comp, iur. can., 705 et 706).* Quinimmo Benedictus XIV^ *De synodo dioec, lib. III, cap. 3, n.* ***S,*** refert, Episcopum Bonhomium, iam circiter ab anno 1585, in suis decretis- generalibus reformationis ecclesiasticae, manentem, officium istud non oportere esse perpetuum pro archipresbyteris et Praepositis oppidórum¿ cum Vicarii foranei officium illis dumtaxat committendum sit-, qui praestantiores sunt. Berardus vero *(Gomm, in I. 'Cam, diss. V., cap: 1 ad finem)* scribit: « Vicarios, quos foraneos appellarunt, pro « arbitrio • aeque eligendos ac desti tuendos ». Et Pellegrino *(Praxis Vican, part.; I, sect. VII,'S~ubs.Mnic.,n.3):* <<Possunt amoveri arbitrio Episcopi quo- « tiescumque voluerit, et luent poenas, si male se gesserint in officio ». Devoti vero, *(Inst.:, can.)Mb; I y tit. ^ III, sect, IX, § LXXXIII) :* «Vicarii « foranei mandata ab Episcopo potestate fruuntur ». Et Santi *(Prael. iur.*

can., D cor. lib. I, tit. XX VIII, ..M.'ál).: « Archipresbyteris vel Decanis rura-«, hlms .suceessere Vicarii foranei,, qui tamen in aliquot regionibus etiam « nunc Decani rurales vocantur,...Verum ex hodierna praxi adeo limi-« tata est horum Vicariorum potestas, nt.solummodo exerceant vigilan-« tiam circa vitam et mores clericorum, et legum ecclesiasticarum obser-« vantiamo... Vicaria foranea iure communi non est adnexa alicui beneficio ». Quod commune ius aliquae etiam ex nostris synodis referunt, ut synodus Vercellensis anni 1904, n. 377, et synodus Mediolanensis anni 1903, n. 411. Quapropter; ita, hac in materia, *ius commune* in formulam redigi potest: «Vicarii foranei vel Decani ruralis munus et-officium, sive ex particulari « consuetudine vel statuto ab aliqua insigniori paroecia nomen ducat, sive «non, non est paroeciae titulo vel praebendae per se et inseparabiliter « adnexum; sed ad Ordinarium spectat tantum officium, pro suo rationabili « iudicio ac beneplacito, cuilibet parocho aut etiam simplici sacerdoti com-« mittere; et quoties expedire videbitur, scilicet ex rationabili causa et aequa «ratione, absque tamen causa et forma canonica, idest absque processu « regulari, revocare et in alium transferre ».

Huic autem communi iuri nulla datur derogatio ex *particulari iure* Imperii Austriaci, vel Dalmatiae et Pharensis dioecesis. Minime enim iura Episcoporum imminuta fuere per concordatum Austriaeum, ut patet praesertim ex art. IV, IX, XI, etc. Quinimmo illud commune ius aperte agnoscunt etiam pro Austria tum doctores, ut ex. gr. Aichner, dum tradit « quan-« titas et proinde potestas ipsa, seu munus potestatis Vicario foraneo «competentis metienda est, non ex aliquo iure, sed ex commissione illi « facta ab Episcopo,, cum enim dictus Vicarius sit ipsius delegatus, etc. *(Comp. « iuri eccl..ad usum cleri ac praesertim pro Imp. Austriae* etc., § *•125,' (n. 2) »,* tum synodi, ut ex. gr. Premisliensis anni 1903, dum decernit: «Decani «foràneі aut rurales in nostra dioecesi in Austria constituuntur ab O r dignarlo, et absque forma iudicii destitui possunt, si male, etc.». Nec satis; nam decretum organicum ipsius Dalmatiae, diei 18 Augusti 1849, quod decreto curiali, die 31 Augusti eiusdem anni, clero dioeceseos Pharensis publicatum fuit, haec habet: « Le diocesi saranno primieramente ripartite « in circondarii decanali, sul quale proposito devesi però avvertire che la «carica di Decano non sarà stabile, nè annessa ad un beneficio.... Fu tro-« vato conveniente - al buon órdine di dare a ciascun decanato la denomi-« nazione della principale parrocchia del circondario, non senza prevenire « che l'officio decanale non possa essere affidato a qualunque sacerdote del « circondario, degno di fiducia ».

: Eoque minus tum iuri communi, tum iuri particulari praeiudicium inferre potest aliquod *ius singulare,* seu *ius quaesitum,* sive paroeciae loci

Catapecchia, sive parodio ipsi Scarpa. Non enim invocari potest dignitas et praestantia oppidi *Cittavecchia;* nam, ut ceterum patet ex ipso decreto organico, ab oppido *Cittavecchia* denominationem quidem ducit decanatus, verum Decani munus, ex rationabili causa, a parocho pro tempore loci *Cittavecchia* auferri potest, et committi « a qualunque sacerdote dei cir« condario, degno di fiducia », quod si eveniat, hic sacerdos vocabitur Decanus districtus *Cittavecchia:* hoc quidem, inspectis tantummodo praestantia loci et decreto organico, sequitur, sed praeterea nil aliud.

Quare sophisma est illud quo maxime confidit parochus : qui est parochus loci *Cittavecchia* eo ipso est Decanus ; atqui parochus nequit privari sUo titulo absque causa et forma canonica seu absque regulari processu : ergo parochus loci *Cittavecchia* non potuit absque regulari processu privari decanatu. Nam parochus loci *Cittavecchia,* non eo ipso quia parochus seu ratione sui tituli in paroeciam, est Decanus, sed extrinsecus tantum et ratione commissionis ipsi ab Ordinario factae. Neque invocari potest in favorem paroeciae praescriptio plus quam quadraginta annorum decanatus. Nam « ea quae sunt merae facultatis, seu liberae et gratuitae voluntatis, prae« scribi non possunt .... Ratio est, quia ex talibus actibus nulla obligatio « induci potest, cum nullam contineant .... Idem confirmatur ex regula « apud iurisconsultos recepta, teste Laymann, *Theol, moral., lib. 3, tract. 1, « cap. 8, n. 8:* Quod per actus liberos non inducitur praescriptio, id est, « dum aliquis libere et non tamquam ex obligatione aliquid tibi praestat « (ut est de decanatu respectu paroeciae alicuius) non potest praescribere, «cum non sit in possessione iuris erga ipsum, cui ex altera parte corre« spondei obligatio : ex actibus enim mere voluntariis possessio, vel quasi, « acquiri non potest ; sine possessione autem non procedit praescriptio « (Pirhing, *lib. II Decret., tit. XXVI, sect. II, n. XVII) ».*

Neque quidquam parocho Scarpa suffragari possunt *conditiones,* seu *leges* aut veluti *pactiones,* quas asserit sui concursus ad paroeciam, eo quod sacerdos Scarpa concurrerit ad decanalem paroeciam loci *Cittavecchia:* ex hoc enim tantum sequitur, sacerdotem Scarpa concurrisse ad paroeciam illius perinsignis oppidi *Cittavecchia,* a qua decanatus districtus denominationem, ratione opportunitatis, accipiebat, cui paroeciae (a fortiori autem parocho), extrinsecus, ex commissione Episcopi, haerere censendum erat decanatum ipsum, donec ab Episcopo revocaretur. Et ut generaliter dicamus, Episcopus nequit sibi eam legem dicere, qua imminuta vel ligata evadat potestas seu facultas ipsi a iure publico Ecclesiae, ob bonum publicum, Ecclesiae constitutionem respiciens, tributa (Arg. ex *fragm. 38, Dig. II, 14),* Papinianus, libro secundó quaestionum : « Ius publicum privatorum, pactis, «mutari non potest *(Fragm. 45,* § I, *Dig. 50,17) »;* Ulpianus libro trige-

simo ad Edictum: « Privatorum conventio iuri publico non derogat ». Quare, quum parochus Scarpa decánatum habuisset et retineret vi commissionis seu delegationis Ordinarii, et delegatio tota consistat, tamquam in suo fundamento, in fiducia delegantis, deficiente hac fiducia, iure merito Ordinarius delegationem seu commissionem officii decanatus a parocho Scarpa revocavit et abstulit.

Equidem « in genere Ecclesia in suo regimine abhorret ab arbitrio, « et ordinatam exigit in omnibus disciplinam (Arg. ex Santi, *Decr., lib. I, tit. XXVIII, n. 11)* ». At huic pro visioni in casu subest rationabilis omnino causa; nam, ex sacris canonibus, Vicarii foranei praecipuum munus est, ut «exerceat vigilantiam circa.... legum ecclesiasticarum observantiam»: at circa hoc munus certo certius Ordinarius Pharensis fiduciam ullam reponere nequibat in parocho iterato recurrenti ad forum saeculare, implicite saltem, contra decreta ipsa ecclesiastica.

Verum remotio sacerdotis Scarpa ab officio decanatus non fuit tantum provisio oeconomica, sed poena quoque. Idque iure merito. « Sine culpa « equidem, nisi subsit causa, nemo est puniendus *(cap. 23, de reg. iur., in 6)* ». At hic subest non tantum causa, sed culpa. Culpa enim gravis est vel crimen (abstrahendo a conscientia subiectiva parochi, de qua non inquirimus) recurrere ad forum saeculare seu ad auctoritatem politicam, ut impediatur quod ab auctoritate ecclesiastica statutum est.

Quoad alias poenas, tenore dubii propositi et concordati, loquendum tantum est de irrogatione suspensionis, non item de declaratione excommunicationis de facto et ipso iure incursae, necne.

Iamvero primus et alter recursus a parocho Scarpa habiti ad forum saeculare, implicite et reipsa saltem, tertius autem recursus directe et explicite quoque, seu formaliter, contra liberum exercitium iurisdictionis ecclesiasticae obnitebantiir. Incidebat et illabatur igitur parochus Scarpa in materiam sub gravi prohibitam, et ab Ecclesia vetitam sub comminatione excommunicationis speciali modo S. Pontifici reservatae, ipso facto incurrendae. Decernit enim Constitutio *Apostolicae Sedis,* art. VI: « Impedientes « directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae, sive interni, « sive externi fori: et ad hoc recurrentes ad forum saeculare, eiusque man- « data procurantes etc. ».

Iamvero, ut praetermittamus theoreticas disputationes Doctorum (D'Annibale, *Summ, theol, mor., proleg., n. 390, nota 8)* circa interpretationem vocis *fori saecularis,* utrum scilicet accipienda sit restrictive de foro iudiciali et contentioso, an extensive de quibuslibet personis quae quamlibet potestatem saecularem seu civilem habeant, certum est, in concreto, nomine fori saecularis intelligendam esse eam potestatem seu sedem, quam qui-

libet Status, pro sua constitutione seu regimine,:-facit competentem (iniuria, quidem) ad impediendum exercitium iurisdictionis ecclesiasticae, pro diversis casibus. Quod quidem praecise observavit parochus Scarpa in suis recursibus: nam ad eos recurrit, penes quos,, iure civili Austriaco, stat haec praetensa et usurpata-impediendi potestas, in casu.,

Ex altera vero parte parochus Scarpa recursus habuit, ut impediretur exercitium iurisdictionis ecclesiasticae* implicite prius, explicite deinde : ut impediretur exsequutio actus iurisdictionis ecclesiasticae prius (D'Annibale , in Constitutionem *Apostolicae Sedis, n. 58),* ut réprobaretur decretum ipsum Ordinarii postea, in tertio nempe recursu.

Nec officit quod effectus minime sit. sequutus, nam hic, tenore dubii, quaerendum est, num parochus Scarpa commiserit delictum lege canonica, seu Constitutione *Apostolicae Sedis,* prohibitum, sub comminatione poenae excommunicationis speciali modo reservatae Summo Pontifici, ideoque, num iure merito Ordinarius ipsi suspensionis poenam irrogaverit ; non vero quaerendum est, num omnia, ut aiunt, extrema, verificentur in casu, ob quae declarandum sit, sacerdotem Scarpa de facto incurrisse in excommunicationem.

Esto quidem, quod plerique-vel omnes Doctores censeant, ad excommunicationem incurrendam opus esse delicto perfecto et consummato (D'Annibale, *Summ, theol, mor., part. I¿ n. 390, nota 6, coli. ib. not. 4, et n. 320, not. 15).* At parochus Scarpa, et quidem in exercitio sui ministerii, id totum ad hunc finem praestitit ex parte sua, quod praestari poterat: delictum igitur ex parte subiecti (quidquid sit de ipsius conscientia, de qua, iterum, non inquirimus) perfectum fuit.

Neque illud praetermittendum, tertium recursum Scarpae naturam redoluisse appellationis ab abusu, monstri nempe illius (ut ait D'Annibale, in Constitutionem *Apostolicae Sedis, n. 58, nota 17)* diris iandiu devoti a Xysto IV, a Leone X et a Pio IX *(Syll, § 41),* damnati.

Absurdum igitur foret, si Ecclesia seu ipsi Episcopi non possent plectere poenis haec delicta, eo quod effectus minime sit sequutus. Quinimmo, hac ex parte, mitior dicenda potius est suspensio ad quindecim dies, adeo ut recte hanc Ordinarius Pharen. appellaverit «.castigo, non mai però-proporzionato alla gravezza etc. ».

Eo vel magis autem sustinetur suspensio tamquam censura irrogata; irrogata enim fuit ad frangendam ipsius contumaciam, donec omnes factos recursus revocaret. ...

Quod autem iura PP. Ordinis S. Dominici, et decreta episcopalia 9 Iunii 1905 et 10 Iunii 1906 attinet, :tenore dubii, minime iudicandum est de decretis universim- spectatis, sed tantum prout asserta iura PP. Dominicanorum ducendi processionem Theophoricam,-in-casu, spectant.

Item minime iudicandum est, utrum hoc ius sit speciale privilegium PP. Dominicanorum, an vero privilegium omnium Regularium, ceu refert Ferraris, *Process., n. 28;* vel num hoc ius aliquo vitio vel defectu pro particulari, de quo agimus, casu impeditum fuerit, ut ecce si PP. Dominicam caruerint conventualitate, quod tamen ex actis non constat (ut minimum dicamus), et de cetero iudicio auctoritatis ecclesiasticae pro particularibus casibus relinquitur. Pariter, dato et non concesso quod hoc ius, tum generaliter, tum in casu particulari, non competiisset PP. Dominicanis, minime sequeretur, reprobandos non esse recursus ad forum saeculare, factos a parocho Scarpa, et consequenter adprobandas non esse irrogatas poenas.

Verum de iuribus PP. Dominicanorum, recognitis per supradicta decreta, satis superque constat. Haec iura enim concessere Pius V (20 Iunii 1570); confirmarunt et innovarunt Clemens VIII (8 Marth 1592) *Dudum felicis;* Benedictus XIII (23 Martii 1727) *Pretiosus;* solemnius vero Clemens XII (10 Aprilis 1733) *Cum sicut;* etc.

Nec quid difficultatis facere possunt assertus defectus promulgationis in Dalmatia horum Brevium vel Constitutionum, vel praescriptio horum iurium ex non usu. Nam quoad primum, agitur in re praesenti de privilegiis, quorum probatio continetur in ipsa exhibitione litterarum apostolicarum (ut ex ipso Brevi Clementis XII, 10 Aprilis 1733, patet). Ceterum, quoad leges et Constitutiones apostolicas generatim, « quae Romae tam« quam in christianae Reipublicae centro et communi patria fidelium, pro« mulgarentur, ea ubique gentium promulgata censebantur vimque legis «plenissime obtinebant (Constitutio. apostolica, *de promulgatione legum,* « anno 1908) ». Neque confundenda est promulgatio cum ignorantia iuris in Dalmatia, vel potius in paroecia loci *Gittavecckia!*

Non denique secundum; nam ex una parte in facultativis non currit •praescriptio, et ex alia parte contra non valentem agere, non currit praescriptio. « Privilegia affirmativa », docet Pirhing, *lib. V, tit. XXXIII, sect. VI, § III, n. GLXXVI* «______consistunt in mera facultate aliquid agendi^ et « non cedunt in aliorum gravamen », nec certe dici potest, processionem Theophoricam PP. Dominicanorum in Dominica infra Octavam Corporis Christi cedere in gravamen parochi, « sed absolutae, seu merae gratiae « sunt..... per merum non usum etiam longissimi temporis non amittuntur. « Glossa in cap. *Ut privilegia, 24, V,* semel in anno h. t. Suarez, *cit. cap. 34, « n. 17;* Lay mann, *cit. cap. 23, n. 22:* Probatur, quia non amittuntur per « viam praescriptionis, nemo enim contra huiusmodi privilegia non onerosa « praescribere potest, quae alios non respiciunt, privando eos commodo « vel novum onus eis imponendo : neque etiam per viam tacitae renuncia« tionis, cum quilibet pro libito uti possit privilegio suo, vel non uti, et

« solus non usus nori sit sufficiens Signum voluntatis renuntiandi privilegio: neque etiam certum tempus iure sit definitum in huiusmodi pri-« vilegiis absolutis, contra quae ab aliis non praescribitur, intra quod per «non usum amittantur, quia canones, definientes certum tempus, non «loquuntur de amissione privilegii per non usum, sed per contrarium «usum..... Suarez, *cit. cap. 34, n. 41»*. Idem docet Reiffenstuel, *lib. V, tit. XXXIII, § X, 201 211: «* Privilegia affirmativa, quae sunt merae gra-« tiae, atque in nullius gravamen redeunt, per merum non usum num-« quam amitti». Et Pichler, *Ius can., lib. V, tit. XXXIII, § III, n. 32:* « Aliud est de privilegio mere favorabili . . . . quia solus non usus nec est « signum renuntiationis, nec aliis, cum nemini praeiudicet, et omissio «merae facultatis sit, tribuat potestatem praescriptionis, eo quod nullum « actum possessorium?umquam contra privilegium ponere possint ».

Hisce omnibus, tum quod factum, tum quod ius spectant, perspectis et consideratis, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, respondendo ad proposita dubia :

Ad I. *Affirmative ad utramque partem ; scilicet, sustineri tum remotionem parochi Scarpa ab officio decanatus, tum irrogationem suspensionis in eundem sacerdotem in casu.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Ad III. *Affirmative.*

Parochum vero Scarpa in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis vel cui de iure in posterum reservamus. Quamobrem mandamus Ordinario loci et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV de reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 29 Iulii 1909:

Ioannes Prior.

L. £g S. Aloisius Sincero, *Ponens.*

Ioseph Mori.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD R. D. IULIUM FONTAINE, DE OPERE CUI TITULUS " LE MODERNISME SOCIOLOGIQUE ,,.

Monsieur l'Abbé,

Le Saint-Pere a particulièrement agréé l'hommage que vous Lui avez fait de votre li vre intitulé *Le modemisme sociologique,* revètu de *V imprimatur* de l'autorité supérieure. Ce remarquable ouvrage, qui, à la suite de plusieurs autres, atteste Vos profondes connaissances théologiques et sociales, répand une vive lumière sur les dangers que travèrse la société actuelle, sur les maux qui l'affiigent dans l'ordre religieux et social. Vous mettez aujourd'bui en évidence comment le modernisme, après avoir attaqué et combattu les principes de la ibi, en arri ve à saper les bases mem es de l'ordre social, en combattant les principes dè droit naturel qui le soutiennent. Vous ne vous étes pas contenté toutefois d'exposer les causes funestes de la déchristianisation entrainant comme conséquence fatale la dissolution de la société, vous avez eu soin d'indiquer la source des vrais remedes. Vous les signalez dans les enseignements de l'Eglise catholique et dans les directions des Souverains Pontifes, qui ont toujours travaillé au yrai bonheur spirituel et temporel des peuples. Aussi Sa Sainteté vous exprime Ses sinceres félicitations pour le volume que vous venez de publier, vous remercie de l'hommage que vous Lui en avez fait, et vous envoie de tout coeur la bénédiction apostolique, comme gage des plus précieuses faveurs divines.

J'unis mes vifs et sinceres remerciments pour Fexemplaire que vous m'avez offert, et je pronte de cette occasion pour vous exprimer, monsieur l'Abbé, mes sentiments dévoués en N. S.

Rome, le 27 Juillet 1909.

L. © S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. P. THOMAM A " SAINT ETIENNE „ O. C, OB >EDITUM PRIMUM VOLUMEN " LA SANTA CASA DANS L'HISTOIRE „.

Mori Rev. Pére,

Le Saint Pere a agréé avec une particulièrc bienveillance l'hommage du premier volume de votre travail sur *La Santa Gasa dans l'histoire,* reyètu de l'approbation de l'autorité ecclesiasticae.

Sa Saìnteté se plait à louer le zèle avec lequel, alliant votre science et votre piété, vous vous efforcez, par des recherches approfondies, d'étudier les sonrces historiques, et d'apporterainsi votre savante contribution à la defense de la pieuse et constante tradition, spécialement chère à la famille Franciscaine.

En faisant des vceux pour Fheureux achèvement de votre travail, le Saint Pére vous envoie de tout cceur la bénédiction apostolique.

Veuillez, mon Rév. Pére, recevoir en mème temps mes remerciments pour l'exemplaire, que vous m'avez gracieusement fait remettre, et je profìte de l'occasion, pour vous offrir mes sentiments dévoués en N. S.

Rome, le 18 Aoùt 1909.

L. 83 S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

III,

AD EMINENTISSIMUM CARDINALEM VINCENTIUM VANNUTELLI, DE FELICITER EXPLETO COLONIAE AGRIPPINAE EUCHARISTICO CONGRESSU.

Eminentissimo e Reverendissimo signor mio ossmo,

Oltre ai precedenti rapporti dell' Eminenza Vostra, mi è regolarmente pervenuto l'Ultimo, in data 11 c. m., intorno al recente Congresso Eucaristico di Colonia; e mi reco a premura di significarle*, che non ho mancato di portare tosto a conoscenza del S. Padre le particolareggiate notizie ivi contenute.

L'augusto Pontefice si è vivamente compiaciuto della felicissima riuscita di quel Congresso, dal quale Egli si attende ben copiosi e durevoli frutti per la causa cattolica.

Di vero e grande conforto al cuore del S. Padre è stato altresì lo slancio di cristiana pietà e di sentimento religioso, che le popolazioni

del Reno, e di molte altre regioni rappresentate al Congresso, hanno manifestato in detta circostanza, non che le entusiastiche dimostrazioni di vivo attaccamento alla S. Sede ed al Vicario di Gesù Cristo.

Sua Santità, pertanto, mentre rende all'Altissimo le debite azioni di grazie per sì confortevole avvenimento, non può non rivolgere a Vostra Eminenza una sincera espressione di ben meritato encomio, per il modo, con cui la stessa Eminenza Vostra ha saputo compiere l'alta ed onorifica missione affidatale dal S. Padre.

Giunga pertanto gradita a Vostra Eminenza 1' espressione del vivo compiacimento del Sommo Pontefice, che Ella ha saputo rappresentare così degnamente nella menzionata solennità.

In pari tempo la Santità Sua invia di cuore una parola di elogio all'Emo Cardinal Fischer, Arcivescovo di Colonia, ed a tutto l'episcopato, che col suo intervento ha contribuito a rendere più solenne il Congresso Eucaristico, ed a meglio assicurarne la riuscita. Ai medesimi pertanto, ed ai fedeli tutti delle loro diocesi, il S. Padre imparte una speciale benedizione apostolica, quale conferma e suggello del prefato Congresso.

Nel renderla di ciò intesa, prego l'Eminenza Vostra di gradire le mie personali congratulazioni, mentre coi sensi della più profonda venerazione baciandole umilissimamente le mani, passo al piacere di professarmi

dell'Eminenza Vostra Rma

Roma, 17 Agosto 1909. Servitore vero

L £g s. R- CARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD R. D. AUGUSTINUM RODRÍGUEZ, IN PONTIFICIO SEMINARIO TOLETANO PROFESSOREM, OB EDITUM OPUS "LA MISA, ESTUDIO DOGMATICO HISTÓRICO ,,.

Muy Señor mio: He recibido su estimada carta de fecha 19 de Iulio último, con las dos copias de la obra que acaba V. de publicar, titulada *La Misa, estudio dogmático histórico.*

Habiéndome apresurado á entregar á Su Santidad el ejemplar para El destinado, hoy tengo el placer de hacer conocerá V. para su consuelo y satisfacción la viva complacencia con que lo ha aceptado el Augusto Pontífice, quien con su proverbial bondad ha pronunciado palabras de encomio y alabanza á favor de V. y de su importante publicación.

Y pidiendo el Padre Santo al Señor que la expresada obra resulte

provechosa á todos los fíeles, como testimonio de especial benevolencia bendice su interesante trabajo y á Vd.

Al tener el gusto de agregar mis más afectuosas gracias por el ejemplar de tan excelente libro con que me ha favorecido V., no he de ocultarle el gozo con que miro en él uno de los primeros frutos de los estudios Dogmático-Históricos de un ex-alunìno del Pontificio Colegio Español en Roma, al que, como á todos los de su clase, tanto cariño profeso

De Vd, seguro servidor

Roma, 19 de Agosto de 1909.

L. j$j S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

Il S. Padre, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, si è degnato di nominare:

25 Agosto 1909. — Il Can. Emanuele Lugo y Gonzalez alla sede cattedrale di *Osma.*

31 Agosto. — Mons. Raimondo Angelo Jara, Vescovo di S. Carlo di Ancud, alla sede cattedrale di *La Serena.*

4 Settembre 1909. — Il Can. Emanuele Basulto y Giménez alla sede cattedrale di *Lugo.*

14 Settembre. — Mons. Rinaldo Camillo Rousset, Vescovo di Bagnorea, alla sede metropolitana di *Reggio di Calabria.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ORDINARIA

24 Agosto 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano si è tenuta la Congregazione ordinaria dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie r 1.° Conferma del culto da tempo immemorabile prestato ai Servi di Dio Uttone, primo abate di Metten, e Gamelberto parroco, chiamati beati; %° intorno alla

concessione ed. approvazione dell'Officio e della Messa in onore del beato Giovanni Rusbrochio, Canonico regolare ; 3.° intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e della Messa propria della Traslazione del corpo di S. Paolino, Vescovo di Nola ; 4.° intorno alla concessione ed approvazione dell' Officio e della Messa propria nella festa della beata Giovanna d'Are, vergine, detta la Pulcella d'Orléans; 5.° intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio, della Messa e dell' Elogio da inserire nel martirologio dell'Ordine romitano di S. Agostino in onore del beato Federico di Ratisbona, laico professo del detto Ordine ; 6.° intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Cosma da Carbognano, ossia Gomidas Keumengian, sacerdote e parroco armeno ; 7.° e finalmente intorno agli scritti della Serva di Dio Anna degli Angeli di Monteagudo, monaca professa domenicana nel monastero di S.Caterina di Arequipa.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, e con Breve pontificio, si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium:

10 Agosto 1909. — Mons. Giuseppe Antonucci, Cameriere segreto soprannumerario di S. S., Sostituto della S. C. degli Studi.

Prelati domestici :

11 Agosto 1909.— Il Rev. D. Guglielmo Enrico van Gennip, Preposto della Cattedrale di Bois-le-Duc ;

— Il Rev. D. Giovanni Szadowski, Preposto e Decano in Koenigsberg, nella diocesi di Warmia.

17 Agosto. — Il Rev. D. Francesco Ehrmann, Canonico della Metropolitana di Olmiitz ;

— Il Rev. D. Enrico Geissler, Canonico della medesima Metropolitana;

— Il Rev. D. Ignazio Panák, parroco nella medesima archidiocesi ;

— 11 Rev. D. Alfonso Bronsgeest, Vicario generale di Baker.

30 Agosto. — Il Rev. D. Antonio Gisler, Canonico della Cattedrale di Coirà.

ONORIFICENZE

Il S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca di S. Gregorio magno, classe civile:

28 Agosto 1909. — Al Sig. Barone Giorgio Snoy, antico Vicepresidente della Camera Belga, dell'archidiocesi di Malines.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe civile:

12 Agosto 1909. — Al Sig. Nicola de Gutmansthal Benvenutti, della diocesi di Lubiana.

17 Agosto. — Al Sig. Cav. Rodolfo Dittrich, della diocesi di Breslavia.

19 Agosto. — Al Sig. Senatore Teodoro Everardo Francesco Heerkens, della archidiocesi di Utrecht.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe militare:

6 Agosto 1909. — Al Sig. Barone Ottone de la Vallette.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe civile:

6 Agosto 1909. — Al Sig. Arturo Hauth.

13 Agosto. — Al Sig. Stanislao van Hasselt, della diocesi di Breda.

23 Agosto. — Al Sig. Giovanni Battista Arlet, maestro di Cappella nella Cattedrale di Limoges.

25 Agosto. — Al Sig. Teófilo Clainpanain, Presidente della Cassa di Risparmio in Lilla, archidiocesi di Cambrai.

— Al Sig. Giulio Fochedey, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe militare:

17 Agosto 1909. — Al Sig. Carlo de Beckedorff, dell'imperiale esercito germanico.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro:

10 Agosto 1909. — Al Sig. Giuseppe Bialostowki, della Repubblica Argentina.

NECROLOGIO

24 Luglio 1909. — Mons. Epifanio Carlassare, Vescovo titolare di Madaura, Vicario Apostolico dell'Hu-pé Orientale.

10 Agosto 1909. — Mons. Narsete Gindoyan, Vescovo Armeno di Müsch.

20 Agosto. — Mons. Luigi Morando, Arcivescovo di Brindisi e Amministratore apostolico di Ostuni.

26 Agosto. — Mons. Federico De Martino, Vescovo di Castellaneta.

30 Agosto. — Mons. Guglielmo Schneider, Vescovo di Paderborn;

Mons. Raffaele Morisciano, Vescovo di Squillace.

5 *Settembre 1909.* — Mons. Giorgio Barlin-Imperial, Vescovo di Nuova Cáceres.

20 Agosto 1909. — Il Rev. D. Carmelo Quintini, Officiale della S. Congregazione di Propaganda Fide.

Annus I. - Vol. I. Die 4 Octobris 1909. Num. 18.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

DE PRIMO ORDINE SANCTI FRANCISCI NONNULLA IN PERPETUUM STATUUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Septimo iam pleno saeculo, postquam Ordinis Franciscalis initia feliciter constituta sunt, iure quidem, quotquot Franciscum auctorem suum et parentem agnoscunt, laetabile factum concelebrant, grataeque pietatis significatione multiplici memoriam viri sanctissimi et immortalia eius in commune beneficia gestiunt recolere. Sed quamquam praecipua quaedam est ratio, cur id sollemne ante alios agant Minoritae ; eiusdem tamen sollemnitatis laetitiaeque in partem omnes venire decet, quicumque Franciscana Instituta pro merito suspiciunt, maximeque decet hanc Apostolicam Sedem; cuius cum semper singulari favore et gratia, tum magna existimatione et iudicio ipsa illa Instituta floruerunt, Innumerabilia paene, eaque praeclara exstant huius rei in actis Decessorum Nostrorum monumenta. Principio Gregorius IX, qui et Seraphici Patriarchae studiose amicitiam coluerat, et, cardinalis, legitimum Franciscanum patronum primus egerat: « Sancta, inquit, plantatio « Fratrum Minorum Ordinis sub beato Francisco bonae memo- « riae incepit, et mirabiliter profecit, per gratiam Iesu Christi « flores sanctae conversationis longe lateque proferens, et

« odores » K Isque, cum gravi sollicitudinum et curarum mole premeretur, ita ad alumnos Francisci in generalem coetum congregatos scribens, declaravit quam patrocinio beati Patris,, quamque ipsius filiorum precibus confideret : « Inter pressuras « innumeras et angustias infinitas, quas plus ferre possumus, « quam referre, consolationis et gaudii materiam resumentes, « gratias et laudes, quas possumus, referimus Redemptori qui «beatum Franciscum, Patrem Nostrum et vestrum, forte « autem magis Nostrum, quam omnium vestrum, adhuc in « carne viventem insignibus praeveniens muneribus gratiarum, «tanta nunc eum cum ipso regnantem clarificat gloria,ut, «Nos, in eiusdem Sancti magis ac magis pio amore succensi, « totis affectibus in ipsius laudibus delectemur; sperantes,, ut « quos in saeculo extra saeculum vivens tota mente dilexit, «et Nos nunc clarius amplexatur, quo illum, qui est vera « charitas, vicinius intuetur, pro Nobis intercedere non desi- « stat; et vos, quos idem in Christo regenerans in abundantia « divitiarum altissimae paupertatis, reliquit haeredes, gerentes » « in intimis visceribus [caritatis ací profectum Ordinis vestri. « adspiremus ardenter, proposita Nobis spe, quod vestrarum « orationum suffragiis, nostrarum tolerantiae passionum nobis « provenient in salutem » V,

idem autem Pontifex, in commendanda Episcopis familia Franciscalium (id quod honorius III, vivo Francisco, iam fecerat), perhonorificis his verbis usus est: « Quoniam abun- « davit iniquitas et refriguit caritas plurimorum, ecce Ordinem « dilectarum- filiorum Fratrum Minorum Dominus suscitavit:, « qui non quae sua sunt, sed quae sunt Christi, quaerentes, « tam contra profiigandas haereses, quam contra pestes alias,, « mortíferas exstirpandas, se dedicarunt evangelizationi verbi « Dei in abiectionem voluntariae paupertatis »[3].

Cum Gregorio plane concinit Nicolaus III: «Haec est

[1] Litt. *Recolentes,* die 29 April. 1228.

[2] Litt. *Mirificans,* die 16 Maii 1230.

[3] Litt. *Quoniam,* die 6 Apr. 1237.

« Minorum Fratrum mitis et docilis in paupertate et humilitate per almum Christi confessorem Franciscum radicata «Religio, qui, ex illo vero semine germinans, germen illud «per Regulam sparsit in filios, quos sibi et Deo per suum «ministerium in observantia evangelii generavit. Isti sunt filii, « qui, docente Iacob, Verbum aeternum Dei Filium, insitum «humanae naturae in horto virginalis uteri, potens salvare « animas in mansuetudine susceperunt. Hi sunt illius sanctae «Regulae professores, quae evangelico fundatur eloquio, vitae « Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis Ecclesiae «'Apostolorum eius sermonibus' actibusqúé firmatur. Haec est « apud Deum et Patrem munda et immaculata Religio, quae «•descendens a Patre luminum per eius Filium exemplariter, « et verbauter Apostolis tradita él demum per Spiritum San«ctum beato Francisco et eum sequentibus inspirata, totius «in secfuasi continet testimonium Trinitatis. Haec est, cui, « ^attestante Paulo, nemo de cetero debet esse molestus, quam «Christus passionis suae stigmatibus confirmavit, volens ihsti«'tutorem ipsius passionis suae signis notabiliter insignir! »[1].

Item Clemens V, qui locum illuni Eccli. xxiv, 49, *JExivi de'paradiso \ dixi : Htfabo hortum plaritaiiowém* sic ad praeconium Seraphici Ordinis accommodat: « Hic ho f tus siquidem « %^t'Frafööln"'1iIinorüin sancta Religio, quae muris regularis « observantiae 'ürmitér undique circumclusá intra se, solo cöh« tenta Deo, adornatur abunde novellis plantationibus filiorum. «Ad hunc veniens dilectus Dei Filius mortificantis poeni« tentiae myrrham metit cum aromatibus, quae suavitate mira « universis odorem attrahentis sanctimoniae circumfundunt. « Haec est illa caelestis vitae forma et regula, quam descripsit «ille confessor Christi eximius, sanctus Franciscus ac ser« vandam a suis filiis verbo docuit pariter et exemplo » *.

Ita etiam hunc Ordinem effert Leo X: « Haec est sacra «illa Minorum Fratrum Religio, quae, virentibus caeremo-

[1] Litt. *Exiit*, die 14 Aug. 1279.

[2] Const. *Exivi*, die 6 Maii 1312.

« niarum foliis, per viros apostolicos, tamquam per palmites «extensos a mare usque ad mare, et a flumine usque ad « terminos orbis terrarum, vino sapientiae et scientiae irrigavit « montes, et implevit terram. Haec est Religio sancta et im« maculata, in qua, per speculum sine macula, Redemptoris « contemplatur praesentia, vitae Christi et Apostolorum inspi« citur forma, per quam primorum Ecclesiae fundatorum ante « oculos christianae plebis reducitur norma ; quae demum « nihil nisi divinum, angelicum, omni perfectione refertum, « Christoque nil nisi conforme, ut non immerito sua dicatur, « repraesentat » *.

Similiter Xistus V: « Ad denuo inflammanda corda Nostra, « Pater misericordiarum et luminum, famulum suum beatum « Franciscum misit, et in tam larga benedictione dulcedinis «praevenit, ut non modo virtutum praerogativis et meritis « celebrem fecerit, sed et in carne ipsius sacra Christi Stigmata « renovaverit, et mira Crucis mysteria, ligamina et paupertatem « multiformiter in eo ad vivum demonstraverit, adeo ut vere « Christus Francisco inferre possit: " Semitam meam et funi« culum meum investigasti, et omnes vias meas prae vidisti « Unde et factum est, ut meritis dicti beati Francisci sacrosancta « mater Ecclesia, foetu novae prolis amplificata, ac multorum « sanctorum eius Instituti meritis, virtutibus, exemplis et mira« culis aucta, necnon quamplurimis Episcopis, Archiepiscopis, « Patriarchis, Cardinalibus, Regibus et Summis Pontificibus « decorata, non possit ad eius devotionis et imitationis sectanda « vestigia non esse propensa »[2].

Nec vero unquam postea de Francisco eiusque institutis Apostolicae Sedis praedicatio conticuit. E monumentis autem recentioris memoriae, praetereundae non sunt eae Litterae Gregorii XVI, in quibus de Aede Mariae Angelorum Assisiensi scribit : « In eo templo, Umbriae atque adeo totius Occidentis « praecipuum decus, sanctus Franciscus Assisiensis maiores

[1] Const. *Ite et vos,* die 29 Maii 1517.

[2] Litt. *Divinae,* die 29 Aug. 1587.

« quotidie efficiens in eximia sanctitate processus, et mira « omnipotentis Dei charismata accipiens in caelestium rerum « meditatione continenter defixus, divino impulsus instinctu, « sui Ordinis fundamenta iecit, atque divini Nostri Reparatoris «eiusque sanctissimae Genitricis placido aspectu, suavissi-« misque fuit dignatus colloquiis » *K* — Sed potissime digna sunt, quae commemorentur, acta Leonis XIII ; qui quidem in Litteris Encyclicis *Auspicato,* ubi laudes Assisiensis Patris grandiloqua et gravi oratione persequitur, haec habet : « Ista «"rerum miracula, angelico potius quam humano celebranda « praeconio, satis demonstrant quantus ille Vir, quamque « dignus fuerit quem aequalibus suis ad mores christianos « revocandis Deus destinaret. Profecto ad Damiani aedem « exaudita Francisco est maior humana vox : *I, labantem « tuere domum meam.* Neque minus admirationis habet oblata «divinitus Innocentio III species, cum sibi videre visus est « Basilicae Lateranensis inclinata moenia humeris suis Fran-« ciscum sustinentem. Quorum vis ratioque porten torum per-« spicua est : nimirum significabatur, christianae reipublicae « non leve per ea tempora praesidium et columen Franciscum « futurum. Revera nihil cunctata est quin accingerete. Duo-« deni illi, qui se in eius disciplinam primi contulerant, exigui « instar seminis exstiterunt, quod secundo Dei numine, auspi-« ciisque Pontificis maximi, celeriter visum est in uberrimam « segetem adolescere». — Idem in Constitutione *Misericors Dei Filius : «* Iamvero in curandis Iesu Christi praeceptis Instituta « Franciscalia tota sunt posita ; neque enim quicquam spe-« ctavit aliud auctor sanctissimus, quam ut in iis, velut in « quadam palaestra, diligentius vita christiana exerceretur. « Profecto Ordines Franciscales duo priores, magnarum vir-« tutum informati disciplinis, perfectius quiddam diviniusque « persequuntur ». — Atque in Constitutione *Felicitate quadam :* « Insignis est enim et benevolentia studioque Sedis Aposto-« licae dignissima ea, quae Fratrum Minorum familia nomi-

[1] Litt. *Neminem,* die 7 Febr. 1832.

« natur, beati Francisci frequens ac mansura soboles. Ei qui- « dem Parens suus, quas leges, quae praecepta vivendi ipse «dedisset, ea omnia imperavit ut religiosissime custodiret in « perpetuitate consequentium temporum ; nec frustra impera- « vii Vix enim societas hominum est ulla, quae tot virtuti « rigidos custodes eduxerit, vel tot nomini christiano-prae- «cones, Christo martyres, caelo cives ediderit, aut in qua « tantus virorum proventus, qui iis artibus, quibus qui excel- « lunt praestare ceteris iudicantur, rem christianam remque «ipsam civilem illustrarint, adiuverint ». ;f;;rs ;

Iamvero Nos, qui, ut ipse.de se Leo confirmabat<<Fran- « eise um Assisiensem admirari, praecipuaque religione .colare «ab adolescentia assuevimus, et in familiam Franciscanam « adscitos esse gloriamur», certe non minoris, quam Deces- so rum Nostrorum quivis, grande beati Patris Opus .aesti- mamus, nec secus, atque illi, peculiari quodam studio, Nostro dignum ducimus. In hac igitur saecularium. soUemniun^ **cele-**britate **, cum Ordinis, a Francisco divinitus fundati, m^gna in rem christianam promerita verbis Decessorum Ulustrayi- mus, videtur Nobis, palam facere, et mansuro probare,¿testi- monio plenum paternae caritatis** ariimum, **,,q.uo.** .tres. fomilia^ **unde Franciscalium Ordo princeps constant,** sin§ **ullp dis^ri-**mftie, **complectimur. Certe quidem humani, ingenii .mobilitate et varia conversione temporum sensim, laetum, est,; ut-Fran- ciscani sodales ex concordissima communitate vitae atque victus in diversas deinceps disciplinas abirent. « Summam « rerum inopiam, quam Vir sanctissimus in omni vita ada- « mavit unice, ex alumnis eius optavere nonnulli, simillimam ; « nonnulli, quibus ea visa gravior, modice temperatam malue- « runt. Quare aliorum ab aliis secessione facta, hinc** *Obser- « vantes* **orti, illinc** *Conventuales.* **Similiter rigidam innocentiam., « altas magnificasque virtutes, quibus ille ad miraculum elu- « xerat, alii quidem imitari animose ac severe, alii lenius ac « remissius velle. Ex prioribus iis fratrum** *Capulatorum* familia

[1] Litt. Encycl. *Auspicato.*

«coalitä, divisio tripartita consecuta est»[1]. — At legitimarum varietatem disciplinarum nihil obstare, quominus qui cuivis earum essent adscripti, omnes se germanam Francisci progemem esse iure defenderent, pluries est Apostolicae Sedis auctoritate sancitum. Ita Leo X: « Quod ipsi *Fratres de Observantia et Reformati,* veri et indubitati Fratres Ordinis B. Francisci et eius Regulae observatores semper fuerint, ac, divina « favente gratia, sint futuri, sine aliqua interruptione seu divi« sione, a tempore editae Regulae per B. Franciscum usque « ad praesens ac sub ipsius B. Francisci Regula militaverint, « et etiam ad praesens militent; sicque in omnibus teneri et « observari ac decidi debere decernimus ac mandamus »[2]. Et Clemens VIII Fratres Minores de Strictiori Observantia Reformatos nuncupatus ab iniuriis quorumdam tuetur. «Ipsosque « *Reformatos,* declarat, veros filios et indubitatos Fratres « Ordinis sancti Francisci »[3]. De Capuccinis autem, Paulus V[4], Urbanus VIII[5], Clemens XII[6], eos « esse vere Fratres Minores », et « originem seu principium illorum esse realiter et cum « effectu computandum a tempore primaevae et originalis insti« tutionis Regulae Seraphicae, cuius observantiam ipsi Fratres « Cappuccini semper sine aliqua interruptione continuarunt », eosdemque « fuisse et esse ex vera et numquam interrupta « linea, ac veros et indubitatos Fratres Ordinis sancti Fran« cisci, et illius Regulae observatores, subque ipsius B. Fran« cisci Regula militasse et ad praesens quoque militare » statuunt. — Haec ipsa Nos affirmantes, volumus, iubemus, ut quotquot sunt de ternis disciplinis Franciscalis Ordinis primi, omnes non solum germani sed *gemelli* Fratres, omnes eodem Francisco nati eisdemque religiosae vitae documentis ad unam ipsius Regulam exculti, cum inter se tum ab omnibus habean-

[1] Const. *Felicitate quadam.*

[2] Litt. ..., die 6 Dec. 1517.

[3] Litt. *Ex iniuncta,* die 7 Sept. 1602.

[4] Litt. *Ecclesiae,* die 15 Oct. 1608.

[5] Litt. *Salvatoris,* die 28 Iun. 1627.

[6] Litt. *Ea quae,* die 14 Maii 1735.

tur. Itaque ut huius caritatis fraternae, quae inter filios beatissimi Patris una dominari debet, melius tuta et salva iura sint, ideoque ut Franciscana Instituta uberiores Ecclesiae sanctae fructus pariant, Nos de communibus totius gentis Minoriticae rationibus haec valere in perpetuum, tamquam certa principia et capita, decernimus, sancteque ab omnibus servari ex Apostolicae potestatis plenitudine praecipimus quae infra scripta sunt:

I. Ordo primus sancti Francisci, si Patrem legiferum a quo conditus, si Regulam, qua utitur, species, una est religiosorum familia: si vero rationem regiminis et Constitutiones, quibus ex Apostolicae Sedis praescripto gubernata, in tres familias dividitur: quarum una est *Fratrum Minorum;* quae olim *a Regulari ObservaAitia* dicebatur, quaeque quum in quatuor sodalitia esset distincta, id est in Observantes, Reformatos, Alcantarinos, Recollectos, a Leone XIII fel. rec. ad unitatem revocata est, uno *Ordinis Fratrum Minorum* indilo nomine ; altera est *Fratrum Minorum* qui *Conventuales* audiunt ; tertia *Fratrum Minorum* qui *Capuccini* appellantur.

II. Familia, seu Ordo, Fratrum Minorum, cui quondam a Regulari Observantia nomen fuit, postquam a Leone XIII ex variis sodalitiis in unum redacta est, si *ab Unione Leoniana* appelletur, recte appelletur. Ea quidem « ex concessu Sedis « Apostolicae antecedit loco et honore » ceteras Franciscalium familias, eiusque alumni « Fratrum Minorum merum nomen a « Leone X acceptum retinent », ut ait in Constitutione *Felicitate quadam* Decessor Noster: sed tamen non sic hoc nomen interpretandum est, quasi in ipsa tantum familia omnis Ordo Minoriticus videatur consistere. Patet interpretationem huiusmodi et longe abesse a vero, et valde reliquis Minoritas non paucis esse iniuriosam. Quoties igitur appellatio *Ordinis Fratrum Minorum* sine ullo apposito ambiguitatem haberet, oportere hanc familiam de qua loquimur, eiusque Moderatores et sodales, praesertim in actis publicis, propria peculiarique adiecta nota designari, vocarique *Ordinem Fratrum Minorum*

ab Unione Leoniana, Moderatores et sodales *Ordinis Fratrum Minorum ab Unione Jjeoniana,* statuimus et sancimus.

III. Titulus *Ministri Generalis totius Ordinis Minorum,* quo titulo utitur Minister Generalis familiae eiusdem quam ab Unione Leoniana appellamus, meri honoris est, nec quicquam iurisdictionis aut potestatis in ceteras Franciscanum familias notat.

IV. Nomina *Capuccinus, Conventualis, Unionis Leonianae* Franciscales discriminant non id notando, quod ad rationem ipsam et naturam Fratris Minoris pertinet: hoc enim in Regula Seraphica consistit quae apud omnes Franciscales Ordinis primi una atque eadem est : verum eas designando res quae in hoc genere *accidunt* naturae ; et hae sunt Constitutiones, quas unaquaeque familia proprias et peculiares in observanda Regula, ex Apostolicae Sedis praescripto, sequitur.

V. Minister Generalis Fratrum Minorum ab Unione Leoniana, item ex concessu Sedis Apostolicae, in omnibus coetibus sacrisque publicis, ubicumque lex de praestantia loci obtinet, Ministrum Generalem Conventualium, uterque autem Ministrum Generalem Capuccinorum praecedit. Familiae vero e singulis coenobiis quem locum inter se in pompis aliisque sacris publicis teneant, pluribus Apostolicae Sedis decretis definitum est.

VI. Trium familiarum Franciscanum Ministri Generales omnes sunt atque habendi sunt et dignitate et potestate pares, ut Vicarii atque adeo veri successores sancti Francisci, nempe pro sua quisque familia, atque etiam pro sodalibus Secundi et Tertii Ordinis, quotquot suae habent vel iurisdictioni subiectos vel familiae aggregatosi iidem praedecessorum suorum perpetuam seriem ab ipso Patre Seraphico omnes iure ducunt.

VII. Tres Ordinis Minoritici familiae, quasi totidem rami sunt nobilissimae arboris, cuius radix ac truncus Franciscus est. Propterea Fratres Minores tum Unionis Leonianae, tum Conventuales, tum Capuccini pari plenoque iure veri Franciscales, verique Fratres Minores et sunt et haberi debent.

Iidemque non alii aliis antiquiores dicendi sunt, quandoquidem eorum omnium originem verum est repeti ab ipsa instituta **Regula Seràphica, cuius omnes observantiam sine 'ulla intermissione continuarunt.**

VIII. **E Franciscalium templis illud habendum esse sacerrimum,in quo ipse Pater legifer beatissimus requiescit, vix attinet dicere : quae aedes propterea mature a Gregorio IX Ordinis Seraphici** ***Caput et Mater*** **renuntiata est** [1]**, et a Benedicto XIV per Litteras** ***Fidelis*** **ad dignitatem praeterea Basilicae Patriarchalis et Capellae Papalis est evecta. — Sed insignis etiam dignitas est Aedis Mariae Angelorum de Portiuncula; de qua Benedictus XIII : « Né quis deñique Basilicam beati « Francisci civitatis Assisiensis, ubi sacrum eius corpus requie- « scit, a Romanis Pontificibus, praedecessoribus Nostris, variis « privilegiis auctam, ita supra ceteras eiusdem Ordinis eccle^ « sias verbis aut scriptis extollat et efferat, ut debitus honor « ac reverentia denegetur Basilicae B. Mariae de Portiuncula « extra muros eiusdem urbis, in qua constat, Seraphicum Pa- « trem Institutum suum inchoasse; praecipimus et mandamus* « ut ambae Basilicae, diversis licet rationibus, B. Mariae.qui- « dem propter Ordinis primordia, Assisiensis vero propter, « sacrum ;corpus sanctissimi Institutoris * tamquam,,.prdmis. « matrices ab omnibus Fratribus Minoribus agnoscantur,;et «observentur >>**[2]**. Nos v^ro/ ipsam quoque .^süj^an^..**Mariae **Angelorum nuper datis Litteris** ***Omnipotens ac misericors Dominus*** **Matrem et Caput Ordinis Minorum diximus, eamque Basilicae Patriarchalis et Capellae Papalis titulo honestavimus. Quare utramque Basilicam, quasi commune patrimonium, tueantur oportet, quotquot filiorum Francisci glorientur nomine: utramque omnes tamquam paternam domum fidentes laetique Celebrent ibique omnibus fraternae caritatis officiis recreati sentiant,** ***quam bonum .et-quam mwun^um-hc^üwe 'ftch. tres in unum.***

[1] Litt. *Is qui,* die 22 Apr. 1230.

[2] Litt. *Qui pacem,* die 21 Iul. 1728.

IX. Ministri Generales tripliGis **Minorum familiae pari sunt potestate in Ordinem Tertium. Tertiarii propterea qui Minir strq. -Generali unius familiae parent, iisdem privilegiis indül-gentiisque fruuntur, ac qui duobus aliis subiecti sunt. Nec licebit qui Tertio Ordini adscripti sunt, eos Tertiarios vel ab Unione Leoniana, vel, Conventuales, vel Capucemos appellare, sed Tertiarios S. Francisci seu Franciscales, sine alio apposito dici oportebit.** .

X. Decora, quibus aliqua ex tribus Minorum familiis elu-cet ; praeconia, quibus ab Apostolica Sede ornatur ; sancti beati, venerabiles Viri .quibus Jllustratur, quamquam praecipue illius familiae sunt, tamen iure fraternitatis ad ceteras quoque, ut communia ornamenta, pertinent. Veteres vero Ordinis glo-ria.e, a rebus gestis aut a sanctis viris profectae ante cano-nicam divisionem, a Leone X factam ipsius Ordinis -, -nullius ex tribus familiis habendae sunt praecipuae, sed omnium pro-miscuas. :

Ista Nos, quae vel declarando, Tel **definiendo, vel praeci-piendo praescripsimus, plurimum posse ad copulandos omnium inter se Franciscanum animos" arbitramur. Ceterum, « Qui pacem « loquitur ih plebem suam et super sanctos suos, certam illam ^äVertehdae[1] contentionis vim rationemque discipulis designa-***kwixl* **monitis exemplisque suis eosdem adhortatus, ut, qui «maior esset inter ipsos', fieret sicut minor, ac proinde esse còh-« tenderent non praeeminentia et primatu, sed ministrandi ac « subiaceridi humilitate praecessores. Haec autem documenta « B. Franciscus Seraphici Ordinis conditor, et ipse mirabiliter « arripnit et expressit, et custodiendae pacis firmamentum « esse voluit alumnis suis »[2]. Omnes igitur dicto audientes sint Patri legifero, sic praecipienti : « Non litigent, neque contendant << verbis, nec alios iudicent; sed sint mites, pacifici, modesti, « mansuèta humiles, honeste loquentes omnibus, sicut decet »[3].**

[1] Const. *Ite et vos.*

[2] Benedict. XIII, Litt. *Qui pacem.*

[3] *Reg.* Cap. III.

Et « caveant ab omni superbia, vanagloria, invidia Qui autem ad normam suarum Constitutionum in ipso cultu Domus Dei et in perfunctione sacrorum atque in rerum humanarum usu rigidam sequuntur paupertatem, ne despiciant ceteros; de quibus Leo X: « Declaramus et decernimus, vos illorum tan- « tum esse custodes et non possessores, et propterea, absque « vestrae professionis macula aut violatione, cum deceat, iuxta « celebritatem solemnitatum, et solemnioribus officiis et decen- « tioribus paramentis divinam honorare Maiestatem, et ipsius « cultum munificare, et aliis, quibus tam Ordo quam Fratres « utuntur, communiter vel divisim, uti et potiri libere et licite « posse » I **Quod si inter Fratres Minores ullum legitimae praestantiae discrimen agnosci debet, illud non in eo ponendum est quod alius de alia familia sit, qua quidem re omnes eos pares esse diximus; sed in hoc, quod alius alio melius et iudiciis et dictis et factis caritatem fraternam erga sodales, ceterarum praesertim familiarum, custodiat; atque alius alio perfectius Regulae Seraphicae, pro suae familiae Constitutionibus, praescripta servet. Omnino qualis debeat esse Fratrum minorum inter se consuetudo, intelligi ex his potest, quae de priscis Francisci filiis habet Thomas a Celano: « O quanto caritatis « ardore flagrabant novi Christi discipuli! Quantus in eis piae « societatis vigebat amor! Cum enim alicubi pariter conve- « nirent, vel in via, ut moris est, sibi invicem obviarent, ibi « spiculum spiritalis resultabat amoris, super omnem amorem « verae dilectionis seminarium spargens. Quid illud? Casti « amplexus, suaves affectus, osculum sanctum, dulce collo- « quium, risus modestus, aspectus iucundus, oculus simplex, « animus supplex, lingua placabilis, responsio moliis, idem « propositum, promptum obsequium et indefessa manus. Et « quidem, cum cuncta terrena despicerent et se ipsos numquam « amore privato diligerent, totius amoris affectum in commune « refundentes, se ipsos dare in pretium satagebant, ut fraternae**

[1] Ibid. Cap. x.

[2] Litt. *Merentur,* die 2 Ian. 1514.

«necessitati pariter subvenirent» [1]— Nos vero, ut caritatis fraternitatisque vincula, quibus inter se Franciscales trium familiarum continentur, vel arctiora fiant, haec in perpetuum damus et tribuimus:

I. Ut dedicatio duarum Basilicarum Assisiensium, quae totius Ordinis Minorum, licet diversa ex causa, matrices et capita sunt, ab universis triplicis familiae clericis ritu duplici secundae classis celebretur; et ambae iisdem indulgentiis iisdemque privilegiis et nunc et in posterum gaudeant. Fratres autem eis Basilicis addicti, meminerint, se omnium sodalium, non solum e sua ipsorum familia, sed aliorum etiam, personam gerere ; ob eamque rem, Deum Omnipotentem, Mariam Immaculatam, Patrem Seraphicum, omnium nomine, quotidie colere et laudare ne cessent.

II. Ut in sacris, pompis, aliisque sollemnibus, quae adstante Pontifice Maximo fiant, tres Ministri Generales una simul procedant, servata tamen inter se lege praecedendi.

III. Ut indulgentiae, gratiae, exemptiones, privilegia omnia quae uni Minorum familiae concessa vel iam sint vel posthac fuerint, ea ipsa ceteris familiis concessa censeantur et sint. Quod si cuiuspiam rei concessio ad mitigandam Regulam Seraphicam pertineat, non iis suffragantur, quorum Constitutiones nullam huiusmodi mitigationem patiuntur. Facultates autem, quae Viam Crucis, S capillare sancti Ioseph, Chordam sancti Francisci, item pias consociationes et sodalitia spectant, ab eo tantum Ministro Generali tribuantur in posterum, cui usque adhuc reservatae sunt.

IV. Ut officia ritualia, quae de Sanctis et Beatis Ordinis sunt vel ad priva sacra seu *devotiones* attinent, uni familiae concessa, ab aliis quoque familiis, probante generali aut *Capitulo* aut *Definitorio,* adhiberi, nullo alio intercedente indulto, liceat: idem de aliis omnibus privilegiis in re liturgica, uni familiae tributis, fieri licebit.

V. Ut omnes Romanorum Pontificum vel Apostolicae Sedis

[1] *Legenda,* I, Cap. 15.

Litterae, in quibus generatim instituta Franciscana laudantur, ornantur, defenduntur, etsi ad unius familiae Ministrum Generalem, moderatores ceteros, sodales datae sint, tamen ad Ministros Generales, moderatores ceteros, sodales aliarum quoque familiarum datae intelligantur.

Praesentes vero Litteras et quaecumque in ipsis habentur, nullo unquam tempore de subreptionis, aut obreptionis, sive intentionis Nostrae vitio, aliove quovis defectu notari, vel impugnari posse; sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere, decernimus; irritum quoque et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari declarantes; contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali et specialissima mentione dignis; quibus omnibus ex plenitudine potestatis, certa scientia et motu proprio quoad praemissa expresse derogamus, et derogatum esse declaramus.

Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen notarii subscriptis et per consütütüm in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significatione his praesentibus ostènsis, haberetur.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, unionis, limitationis, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

7 Üatum ..Romae • ajpud S. Petrum sub annulo Piscatoris, jn. festo S.. Francisci Assisiensis,:die jv Octobris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

IL

CONCEDITUR INDULGENTIA PRESBYTERIS SODALIBUS REPARATIONIS SACERDOTALIS SUI OBLATIONEM IN VICTIMAS RENOVANTfBUS.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius, Maria Eduardus Mott, sacerdos congregationis Missionis, atque alter a moderatore generali associationis sacerdotalis Reparationis, retulit ad Nos, inter sodales frugiferae huius associationis non paucos reperiri, qui, ut reparationem tam gravibus pro Ecclesia Dei temporibus maxime necessariam curent, sesemetipsos immolandos Deo, quasi piaculares hostias offerant. Hoc quidem summum christianae pietatis officium debita laude dignum Nobis visum est, in exhortatione enim, quam pro catholico clero, die iv augusti mensis, anno superiore edidimus, declarare non dubitavimus, « haud paucas esse generosioris virtutis animas, quae, ob eandem "reparationis,, causam, sese << victirnas Deo votivas non* intermissa contentione efM'berent », atque hoc quidem iucundum Nobis accidere. Verum, ut hae voluntariae hostiae (quae; ut.:mos -est in associatione memorata, ceterisi sodalibus! ignotae, soli Deo cognitae- .sunt) in ardua, quam ingressae sunt,;via alacrius pergere studeant, enixas Nobis suprarecensitus sacerdos generalis subdirector preces humiliter adhibuit, ut sodales, cpii tantum opus susceperint, l^dulgentiarun^j praesidio munire, de apostolica benignitate, velimus. Nos autem, precibus his, quantum in Domino possumus, annuere volentes, presbyteris sodalibus associationis sacerdotalis Reparationis, nunc et in posterum ubique terrarum exsistentibus, qui sese Deo, uti supra diximus, victimas piaculares exhibeant, quo per annum die, vere poenitentes et confessi ac sacra communione, refecti, ac sui in victimas oblationem renovantes, quinque crucifixi Domini vulnera devote osculaverint, plenariam semel quovis mense, per unumquemque lucrandam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus christifidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus' ac largimur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem

prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die IX Iulii MCMIX Pontificatus Nostri anno sexto.

L. J $ S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

S. CONGREGATIO CONCILII

L

CIRCA ABSTINENTIAM A CARNIBUS IN PERVIGILIO ANNUNTIATIONIS B. M. V. OCCURRENTE IN FERIAM V IN COENA DOMINI.

Ad S. Congregationem Concilii sequens circa abstinentiam propositum fuit dubium:

« Cum festum Annuntiationis B. M. V. occurrens anno proximo in «feriam VI in Parasceve, transferatur etiam cum feriatiońe in feriam II « post Dominicam in Albis tanquam in sedem propriam, quaeritur, *an se- << quenti anno, 1910, servanda sit lex abstinentiae a carnibus in pervigilio « Annuntiationis B, M. occurrente in feriam V in Coena Domini, vel trans- << ferri debeat ».*

Eadem S. Congregatio, sub die 9 Iunii 1909, respondit: *affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. <% S.

Basilius Pompili, *Secretarius.*

IL

MALACITANA

CONCURSUS AD PRAEBENDAM DOCTORALEM

CONFIRMATUR ELECTIO AD PRAEBENDAM DOCTORALEM FAVORE SACERDOTIS EXTRA HISPANIAM DOCTORIS GRADU INSIGNITI.

Die 7 Augusti 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Vacante praebenda doctorali in cathedrali ecclesia Malacitana, cum illa iure particulari Hispaniae per concursum sit providenda, legitimo tempore edictum concursus est promulgatum, quo rite peracto, capitularium suffragiis praebenda adiudicata est sacerdoti Didaco

Gómez Luceria, qui collegii Hispanici de Urbe alumnus fuerat, atque in Universitate Gregoriana ad lauream iuris canonici rite promotus. Contra iudicium capituli litem movit sacerdos Petrus Marti Mir, alter ex concurrentibus, qui ante omnia Curiae dioecesanae supplicem libellum porrexit, postulans ut ad litem contra iudicium capituli intentandam et prosequendam sibi assignarentur iudices non suspecti, exclusis Episcopo, eius Vicario generali, ceterisque capitularibus, qui in actu electionis per suffragationem partem habuerant, quos ob eam causam suspectus habet. Iudicium capituli inde .ab eo impetitur, quod praebenda fuerit adiudicata alumno collegii Hispanici de Urbe, qui gradum academicum non in Hispania, sed in Urbe recepisset, quod ipse putat repugnare iuri particulari Hispaniae, quod ita graduatum inhabilem habet ad praebendam doctoralem. Cum ipsius recursus a Curia dioecesana-Malacitana fuisset reiectus, appellationem interposuit apud Curiam metropolitanam.

Interea, cum.Sancta Sedes promotam litem nescivisset, in qua valor graduum academicorum Romae collaturum in dubium vocaretur, ad se «causam avocavit.

Consultor, de suo voto rogatus, haec animadvertit. Punctum controversiae in eo est positum, utrum ad praebendas magistralem et doctoralem in capitulis Hispaniae obtinendas, quarum altera nonnisi doctoribus seu licentiatis in sacra theologia, altera solis doctoribus aut licentiatis in iure /canonico vel civili concedi possunt; requirantur praecise gradus academici in aliqua Universitate Hispaniae recepti, ita ut praedicti gradus in aliqua studiorum Universitate Romana obtenti non sint sufficientes ad reddendum ex hoc capite habilem ad memoratas praebendas eum, qui Romae doctorali laurea rite fuerit insignitus.

Notum est, in Hispaniae capitulis, ex iure particulari, praeter officium theologi et poenitentiarii, duo alia adesse officia cum* respectiva praebenda -canonicali, officium scilicet magistralis et doctoralis; primum conceditur per concursum doctori aut saltem licentiato in s. theologia; cui. onus incumbit praedicandi ex officio in ecclesia cathedrali; alterum est officium advocati seu defensoris capituli, quod pariter per concursum conceditur doctori aut licentiato in alterutro iure. Praeterea ex iure concordato potest Episcopus canonico doctorali imponere onus docendi in seminario (Concordatum, 31 Iulii 1852); soletque de facto illi cathedra iuris canonici assignari,

Syxtus IV (Const. *Creditum nobis,* kal. Dec. 1474) illa duo officia concessit ecclesiis cathedralibus Regnorum Castellae et Legionis, a pontificiis .reservationibus eximens duas praebendas, quae illi duplici officio in perpetuum adnecteretur. Leo X (Motu proprio *Cum dudum)* illam concessionem extendit ad ecclesias cathedrales Regnorum Granatae et Navarrae^

atque per apostolicas litteras *In suprema* concessionem a se et a suo Praedecessore factam.iterum, confirmavit. -, n - ' : -; - : -.*v*-

i ; ; Verum.: quoad qualitates eorum „ quibus, praemisso concursu, illae duae praebendae essent concedendae, quod iam Syxtus, IV-statuerat, id expresse,in citata Const. Leo X confirmavit, quod solum in Hispania graduatio conferri possint: « Voluit et statuit, quod de huiusmodi canonicatibus <<et praebendis filiis dumtaxat gradualis provideri -posset:f *qui in aliqua «• Unf$ermtaße.i: • SßudM I generalis R&gnovum •. Hispaniae* ¿ ^servatis servandis , <viuxtA/earundem Universitatum statuta, promoti pro: tempore forent; et « aliis quantumcumque graduatis extra Universitates praedictas, > ; et etiam «in illisj, alias quam servatis servandis•-inxta earundem Universitatum « statuta, ritus et mores.: pro teinpore, factae collationes dé huiusmodi cano- « nicatibüs et; praebendis nullius essent roboris et momenti, et haberentur « pro infectis ». Leo X tamen, tum/iin eadem Constitutione, tum in Motu proprio *Cum dudum,* voluit, illum, favorem extendi ad *collegiales Hispanos collegii S. Clementis, Bononiae, per Aegidium de Albornoz, Episcopum Sabinen. S. R. E. Cardinalem inibi fundati,* qui in Universitate studii Bononiensis gradum academicum recepissent. • ' : •

• 'Hoc est? ius, in quo innititur sacerdos Petrus Marti .Mir ,• ad impugnandam provisionem' factam favore • sacerdotis Didaci Gomez Lucena, qui licet in pontificia Universitate Gregoriana ad lauream iuris canonici ; fuerit rite promotus, et inde consequutus sit habilitatem ad ea omnia officiaieti beneficia pro, quibus) i gradus doctoris requiritur, ¿non idcirco dicendus -videtur factus/habilis ad praebendam doctoralem in Hispaniae capitulis obtinendam;' obstat eninr'ius particulare. ; i ; ? : ; •

Neque hic sermo est de praefatione inter concurrentes^ .quorum* melita non aequa lance fuissent aestimata ab examinatoribus; nec pariter quaestio agitur de praeferentia in gradibus, quasi in hoc vel illo-loco obtenti maioris sint aestimandi; sed, admisso valore et aestimabilitate gradus a sacerdote Gomeznin Universitate Romana, obtenti, negatur eius habilitas ad praebendam 'doctoralem',, ob defectum conditionis in memoratis Constitutionibus requisitae.

Neque dicendum est, illud ius particulare fuisse abrogatum, cum nulla afferri possit Constitutio pontificia illam abrogationem expresse faciens, nec conditum -sit-pro- Hispania ius novum speciale illi iuri directe contrarium, nec nova aliqua lex universalis est lata cum clausulis derogatoriis, sufficientibus ad ius illud speciale tollendum. Si autem probari .non potest illius iuris particularis abrogatio, ex illo adhuc vigente clare deducitur, provisionem * factam favore sacerdotis Gomez, in Hispania non graduati, vitio nullitatis laborares' et integrum manere ius alterius ad .praebendam concurrentis.

Quod si Sancta Sedes, ut potest/ illud ius speciale Hispaniae Ubrogäti-dum censuerit, legitimo quidem modo reducetur Hispania, in hac' £arte 'ad ius ; commune ; attamen iuris abrogatione^-fieri-moti cbnsuevèrunf Monendo iura iam quaesita: porro, si unus ex duobus concurrentibus probetur;inha bilis ad. canonicatum recipiendum^ ex iure, secundum quod concursus' indictus et celebratus est, ipsa lege, concursus alteri concurreiiti de iure habili ius est quaesitum ad canonicatum assequendum. Quidquid ergio sit de iis quae pro futuro tempore potest statuere Rom.. PoMirexv non edetur posse negari sacerdoti Petro Marti ius legitime quaesitum ad praebendam doctoralem iri Malacitano capitulo obtinendam. : :

His non obstantibus, dicendum potius •videtur, provisionem factam omnino, sustinendam esse; atque allegatum ius /Hispaniae non amplius esse ullius, momentiy atque idcirco omnes legitime graduatos 3 in -Universi-tate pontificia esse-iad praedictas praebendas 'ex hoc capite admittendos.

Atque imprimis Syxtus IV et Leo X/quod de gradibus in Hispania 'obtinendis concesserunt,' id eo tempore statuerunt, quo in Universitatibus Hispaniae aderat facultas theologica etcanonieain iisque facuitatíbús gradus academici conferebantur. At iamdiu nulla ne st in Hispania^ ex ; antiquis Universitatibus studiiigéneralisjin qua illae facultates^retineantur) sed iamdiu facultates theologicae et canonicae sunt abolitae. Unde illa limitatio per modum privilegii a iure communi¡ exorbitantis, ipso facto, ob defectum rei cui» favebat privilegiumdicenda est : cessasse. Privilegium erat graduum innUniversitate studii 'generalis ¿Regnorum Hispaniae obtentorumy ut tales; gradus; obtinentes privative habiles fierent ad praebendas magistralem ' et doctoralem obtinendas, exclusis aliis graduatis; at hodie ob rationem dictam nullus esi,¿qui im itheologia et iure-canonico) illum :• gradum/! "privilegiatum obtinere/ possit. Ergo, nisi velimus, hodie non amplius posse conferri illas praebendas,!qkianuMs esse potest, qui conditiones impleat in Constitutionibus S yxti iE V: et ^Leonis X requisitas;igradibus illis...dicendum est.esse subrogatos gradus in^aliis Universitatibus legitime KÖbtenfesV Abrogato? namque iure particulari privilegiato^ ob defectum materiae privilegii, SUMdh trat ius commune in iis, in quibus ius particulare factum est impossibile.

Quae maxime' valent de gradibus in pontificia Universitate Gregoriana abualumnrS"collegii Hispani de Urbe receptis, per quos adhuc obtinetur finis a privilegium concedente intentnSyíqurífuit ex una pàrtereflèei^ì ut.* illae praebendae concederentur ; ¿clericis de qnciiim .competenti scientia, haberetur testimonium publicae et probatae Universitatis, et ex-alia parte i clericis'Hispanieis reservarentur; qui duo fines haud obscure significantur in laudatis ' praedictorum Pontificum Constitutionibus.

Adeo autem in Hispania persuasio,est, noniamplius exsistere Univer-

sitates, quarum gradibus illud privilegium est factum, ut licet per citatas Constitutiones pro praebenda doctorali sine differentia sufficiat gradus *vel* in iure canonico *vel* in iure civili; nihilominus gradus in iure civili in Universitatibus gubernii obtenti, non censeantur sufficientes, nisi obtinuerint sanationem pontificiam, quae de facto solet peti et concedi a S. C. Studiorum (Cfr. López Pelaez, *El derecho español en sus relaciones con la Iglesia,* pag. 281; eiusdem Auctoris *Cuestiones canónicas,* cap. 20).

Neque dicendum est, antiquis illis Universitatibus, quoad facultatem theologicam et canonicam, successisse earumque locum tenere seminaria sic dicta centraba, quae hodie ex pontificia concessione iure fruuntur gradus academicos conferendi. Nam praedicta seminaria stricte Universitates non sunt, et certe non sunt *studia generalia,* de quibus Universitatibus studii generalis loquuntur pontificiae Constitutiones. Quare, si nihilominus gradus in illis seminariis concessi admittuntur sine ulla controversia, tamquam habilitantes ad citatas praebendas ; id legitime fieri nequit, ex eo quod illa seminaria sint subrogata antiquis Universitatibus, quarum gradus privative erant ad valorem collationis requisiti; sed, si illi gradus legitime admittuntur, ideo erit, quia abrogatis antiquis Universitatibus, privilegium favore ipsarum concessum non amplius subsistit, et subintrat ius commune, secundum quod gradus academici legitime collati ab iis, quibus a Romano Pontifice ad hoc est *facta potestas, reddunt habiles clericos ad ea officia et beneficia obtinenda, quae solis graduatis concedi possunt. At in hac re nemo poterit negare, eodem saltem iure, cum seminariis illis centralibus eenseridas esse Universitates Romanas. Imo potiori,, quia et Romanae sunt atque in conspectu et sub vigilantia Romani Pontificis constitutae, et sunt praeterea verae Universitates studii generalis.

Quod si privilegium illud graduatorum in Hispania non secundum verborum corticem, sed secundum mentem concedentis sit interpretandum *(Reg. Iuris, 88, in VI);* non solum in vim iuris communis iuri particulari privilegiato subrogati, sed etiam vigore illius ipsius privilegii, alumni collegii Hispanici, propter gradus Romae obtentus, dicendi sunt fieri habiles ad praebendas magistralem et doctoralem obtinendas. Nam illud privilegium non -Alis Universitatibus Hispaniae competebat, sed etiam doctoribus et licentiatos Universitatis studii Bononiensis, si modo essent collegiales Hispani collegii S. Clementis, a Cardinali Hispano, pro Hispania, Bononiae fundati. At in eadem vel potiori conditione versantur collegiales collegii Hispanici de Urbe, quod collegium ex mandato Leonis XIII a Praelatis Hispanis fuit fundatum in bonum Hispaniae; in quod singuli Episcopi ex propria dioecesi delectos iuvenes mittere tenentur, ut in oculis Romani Pontificis solida atque ex purissimis fontibus hausta doctrina imbuti, et

gradibus academicis aucti, in patriam reversi clero Hispanico sint ornamento. Tales alumni omnino videntur esse in eadem conditione ac collegiales S. Clementis Bononiensis; aut certe non debent in peiori versari conditione quam illi, qui in seminariis centralibus Hispaniae honoris gradus fuerint assequuti. Profecto Romanus Pontifex, id* quod tantopere variis editis documentis praedicavit, non favorem singularem Episcopis Hispaniae concessisset, sed gravamen haud leve et certe iniucundum imposuisset, si ipsos obligasset ad delectos atque ingenio praestantes iuvenes Romam mittendos, quibus ab ipsis Episcopis esset deinde praecludendus aditus ad dignitates ecclesiasticas, idcirco quod Summi Pontificis mandato obtemperantes, Romae, non in Hispania, profundiori doctrina fuerint imbuti et honorum gradibus aucti. Hoc certe esset collegio Hispanico de Urbe, quod tantopere cordi est Romano Pontifici, mortale vulnus inferre, et Romani Pontificis honori parum consulere.

Praeterea, dato et non concesso non satis clare ex dictis apparere? alumnos collegii Hispanici Romae graduatos aeque aut melius satisfacere conditionibus in Constitutionibus Syxti IV et Leonis X requisitis, quam ii, qui in seminariis centralibus fuerunt promoti; de voluntate expressa Summi Pontificis illud ius particulare, si opus esset, abrogandi et in favorem collegii Hispanici immutandi nullum dubium esse potest. Quare, etiam in illa hypothesi falsa, ius particulare privilegiatum allegari non potest. Illam expressam voluntatem clare manifestavit Romanus Pontifex in epistola circulari Emi Cardinalis Praefecti S. C. Studiorum ad Praesules Hispaniae (15 Sept. 1897), cum, post erecta in pluribus dioecesibus pontificia Instituta, coepisset introduci abusus gradus Romae obtentos revalidandi; in qua haec leguntur: « Quin imo firma voluntas Summi Pon-
« tifiéis est, a qua nullo modo recedendum esse mandavit, ut gradus quos
« heic Romae vel alibi penes catholicas Universitates vel pontificia, Insti-
tuta clerici Hispani adepti fuerint, omnino validi in Hispania censendi
« sint, quin nova ad effectus canonicos egeant revalidatione vel confirma-
« tione, nec ad eorum validitatem novae sint expensae vel taxae exigendae.
« Huiusmodi gradus revalidandi abusus, quem in nonnullis seminariis,
« vulgo dictis centralibus, invectum fuisse refertur, Sanctitas Sua omnino
« reprobat et damnat, *pro alumnis praesertim, qui in spem Ecclesiae heic*
« Romae succrescunt penes Hispanicum collegium, cui in ipsis initiis mor-
« tale vulnus inferretur ab iis, quorum potissimum curis, studiis et expensis,
« collegium ipsum, iuvenibus ingenio, diligentia et pietate praestantibus
« florescere in dies sub ipsius Romani Pontificis auspiciis, vehementer Urbs
« tota laetatur ».

In alia epistola eiusdem Emi Cardinalis Praefecti ad Archiepiscopum

Burgensein (28 Decembris 1898) allegatur tamquam una ex causis, quae Romanum Pontificem movit ad concedendum seminariis centralibus ius conferendi gradus academicos, favor in ipsum collegium Hispanicum de Urbe inde oriturus; tantum abest ut Romanus Pontifex velit ullo modo consentire, ut huius collegii alumni in inferiori conditione constituantur.

Denique usus contrarius absque ulla hactenus facta protestatione, conferendi praebendam magistralem et doctoralem Romae graduatis, probat, Episcopis et capitulis inesse ulani persuasionem,"ius illud particulare et privilegiatum iamdiu in Hispania esse abolitum; iam, ab anno 1880, saltem in octo capitulis, Romae graduatis fuerunt collatae illae praebendae, vel saltem absque ulla contradictione admissi sunt ad concursum.

Praeterea canonistae Hispani, qui a dimidio saeculo XIX scripserunt, cum de requisita scientia ad illas praebendas obtinendas loquuntur, solum commemorant, candidatos doctoratu aut licentia insignitos esse oportere, nihil insistentes in eo quod gradus in ipsa Hispania sint recipiendi.

Quae cum ita sint, concludendum videtur, sacerdotem Gomez, de quo in hac causa agitur, legitime obtinuisse praebendam doctoralem in ecclesia cathedrali Malacitana, cum eius provisio non ex alio càpite impugnetur, nisi quia Romae, non in aliqua Universitate Hispanica, ad lauream iuris canonici fuit promotus.

RESOLUTIO. - In plenaris comitiis, quae die 7 Augusti 1909 Emi Patres S. G. Concilii habuerunt, ad dubium sic propositum: *An electio sacerdotis Didaci Gomez Luceria ad praebendam doctoralem sustineatur in casu,* respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Die autem sequenti, 8 Augusti, SSmus Dominus, audita de his relatione, resolutionem Emorum Patrum approbare dignatus est. . «

L . S . Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

URBIS ET ORBIS

BENEDICTIO OFFICINAE LIBRARIAE ET MACHINAE TYPOGRAPHICAE

Sacerdos, stans ad valvas, dicit :

Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni, et adiuvando prosequerè, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum.

ii. Amen.

Ingrediens, dicit :

Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea.

Deinde, inchoata antiphona Asperges, me^ *etc., varias officinae partes aqua benedicta aspergi^, usquedum perveniat ad aulam principalem eiusdem, ubi sistit et dicit:*

. 7 . Adiutorium nostrum in nomine Domini.

H.. Qui fecit coelum et terram.

,i\ Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, qui dixisti discipulis tuis: In quamcumque domum intra veritis, salutate eam, dicentes: Pax huic domui: veniat, quaesumus, pax illa super hanc domum et ofiicinam ad libros imprimendos (evulgandos) praeparatam, et super omnes degentes in ea; et cunctos, Domine, in ea laborantes ab omni calamitate animae et corporis eripere et liberare digneris; reple scriptores, rectores et operarios spiritu scientiae, consilii et fortitudinis, et adimple eos spiritu timoris tui, ut mandata Ecclesiae fideliter custodientes, tibi digne et proximo suo salutariter valeant inservire. Benes$<die ergo, bone Iesu, qui es via, veritas et vita, hunc locum, et praesta, ut omnes illum inhabitantes, intercedente gloriosa et immaculata Virgine matre tua Maria, ad immarcescibilem gloriae coronam feliciter perveniant. Qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum, R). Amen.

Deinde benedicit instrumenta et machinas, dicens :

OREMUS.

Domine Deus, unice fons scientiarum, qui hominum ingenium ita illuminare dignatus es, ut nova artificiosa instrumenta invenirent ad paginas typis scribendas; benev&dic, quaesumus, has machinas (hanc machinam), ut per libros ad utilitatem

nostram prodeuntes nihil aliud te opitulante discamus, praeter scientiam tuam, quae vere ducit ad vitam. Per Christum Dominum nostrum, R). Amen.

Postea aqua benedicta instrumenta et machinas aspergit. Finita aspersione, dicit:

f. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes in hac domo habitantes. Per Christum Dominum nostrum.

R). Amen.

Si benedicenda sit tantum officina libraria, omittitur secunda Oratio cum aspersione pro instrumentis et machinis. Quando autem benedicenda sint solummodo instrumenta vel machinae, praemissis versiculis : Adiutorium nostrum *etc. et* Dominus vobiscum *etc., adhibetur tantum secunda Oratio cum aspersione.*

DECRETUM

Sodalitas, cui nomen *Unione Tipògraftco-Cattolica Libraria* et finis est progressus sive incrementum curare, tum morale tum ipsius artis atque industriae typographicae et librariae, una cum religionis studio et fraterna sodalium communione mutuaque ope praestanda, sapienter aeque rata est, Deum ac Dominum Iesum Officinae libris edendis aut venditandis propitium reddere atque invocare. Ita enim fiet, ut eiusmodi ars atque industria civili Societati in remedium cedat, ac tutamen contra omnigena errorum et inimicorum iacula: ita fiet, ut spiritu scientiae, sapientiae ac timoris Domini repleantur Officinae tum praesides et rectores, tum operarii ; ne quidquam edendum in perniciem ac malum vertat, sed ad salutem humani generis atque utilitatem conferat. Itaque ad supernum auxilium sibi praecipue comparandum, eadem sodalitas de officinae librariae et machinamenti typographici Benedictione proprias aptasque ritui formulas adhibendas,' ac postea Rituali Romano inserendas, sacrorum Rituum Congregationis examini, atque Apostolicae Sedis supremae sanctioni humillime subiecit.

Quare, ad iuris tramitem, quum Emus et Rmus Dnus Cardinalis Sebastianus Martinelli eidem sacro Coetui Praefectus et Relator, in ordinariis comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, eiusmodi Benedictionis ritusque formulas proposuerit; Emi et Rmi Patres sacris tuendis íÜtibus praepositi, re diligenter perpensa, rescribendum censuerunt: *Pro gratia,* die 4 Maii 1909.

Demum, revisione rite peracta, hisce omnibus sanctissimo Domino > nostro Pio Papae X ab infrascripto eodem Cardinali Praefecto relatis;'

Sanctitas Sua sententiam ipsius sacri Consilii ratam habuit, et ritum ac formulam Benedictionis officinae librariae et machinae typographicae, prouti huic praèiacet decreto, approbavit, ac Rituali Romano inseri iussit Die 12, iisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S. Philippus Can. di Fava, *Substitutus.*

IL

METEN.

DECRETUM INTRODUCTIONIS CAUSAE PRO BEATIFICATIONE ET CANONIZATIONE VEN. SERVAE DEI CAROLAE BARBARAE COLCHEN-CARRÉ DE MALBERG, FUNDATRICIS SOCIETATIS FILIARUM S. FRANCISCI SALESII.

Praesentibus hisce temporibus opportune iucundeque conspicitur altera piissima foemina, non e sororum claustro exiens, sed e medio populi, quae optimae fortisque mulieris praedita dotibus bonisque operibus iugiter intenta, cum propria christianae vitae perfectione alienam mirifice coniunxit. Talem se exhibet Carola Barbara Colchen-Carré de Malberg, fundatrix societatis Filiarum S. Francisci Salesii. Sodales enim sunt christianae mulieres etiam in saeculo viventes, quae, absque votorum vinculo, sua sponte ac voluntate, iuxta monita, scripta et spiritum huius sancti Episcopi et Ecclesiae Doctoris, ad Sanctioris vitae tramitem, prope similem viae singulis hominum statibus per *Philotheam* praesignatae, tenendum ferventer excitantur, et quasi amica manu ducuntur. Si ex bonitate et ubertate fructuum recognoscere ac laudare liceat qualitatem arboris fructificantis, societas praefata, Parisiis orta statimque in ceteras Galliae urbes diffusa, et sensim in alias quoque regiones usque ad Indos propagata, approbantibus locorum Ordinariis, divinoque Nomini gratulantibus, suam institutriceni valde commendat. Haec Dei Famula, die VIII Aprilis, anno MDCCCXXIX, Metis in Lotharingia ortum duxit ex Francisco Dominico Colchen et Elisabetha Carola Simon. Secunda ex quatuor filiis, in ecclesia S. Martini, lustralibus baptismi aquis abluta est, die undecima eiusdem mensis. A parentum curis ac pietate puellula, cum vitali aura, domesticae et christianae instructionis atque educationis selectum germen suscepit, ac, Deo adiuvante, uberem fructum protulit Duodennis, confirmationis sacramento roborata et ad sacram synaxim primum admissa, coelesti flagrans amore ^ cum maxima consolatione et gaudio,' angelico pane refecta fuit. Eodem anno collegium a Visitatione ingressa est, ubi diligentia, studio

ac. pietate ita ceteris; puellis praecelluit, ut omnia praemia mèrito obtinuerit Neque- ipsa superbe sapere visa-est, sed,, quum esset humilis et amabilis, sodalium atque praesidum affectum efe aestimationem sibi conciliavit. Anno MDCCCXLV: ad finem vergente^ etmonasterio egressa et in paterna domo degens, maiores fecit in virtutem progressus*. -Quotidie adibat, ecclesiam, et praemissa commentatione mysteriorum'rerumque divinarum, sacrosancto Missae sacrificio devote adstabat,'et ad sacram synaxim pluries in hebdomada•• cum sancto fervore accedebat.' Insimul < adolescentula^ maturioris . aetatis ac prudentiae praebens indicia^ salutarem gerebat apostolatum, retrahens puellas ac mulieres a mundanis .spectaculis et ^choréis, ut cum< ipsa orationi aliisque operibus- Deo;¡gratis et proximo utilibus vacarent. Annum vigesimum agens, in uxorem ab eius cónsobrino rogata fuit, et quamvis meliora excogitaret charismatatamen, in enixis parentum votis atque in consilio sui confessarii divinam/voluntatem agnoscens, nupsit probato viro Paulo Carré de MalbergyiaaanofMDGCCXLix, die II Maii. Ex christiano coniugio quatuor habuit filios :äEu;geniaM.i Paulum, Leonem et Mariam Teresiam, quorum tres in puerili aetate ; r apti sunt et ad Coelum translati, dum alter, Paulus, in adulta et virili aetate, sub militiae 'disciplina-, post vitam christianam saevo morbo correptus, pie decessit. In maritali., statuv-Carola sponsi curam, liberorum ^institutionem et singula familiae munera sedulo ,obivit, patiens, pia, gravis etäbenigna in domesticos,' misecorset überaus in aegros atque egenosvlArviró nimis duro ac severo per plures annos aequo ac forti animoiperlÄtxvarii-generis vexationes; quae constantem eius virtutem probarunt, ièt splen4isdiorem reddiderunt. Praetermitti haud potest studium, quo suos infantes catholicae fidei legisque doctrina imbuebat, atque laudabilis ille foos quem tenebat osculandi an fronte filios cum a templo redibat, coelesti-cibo mox refecta, lit eosdem divinae gratiae ac largitatis quasi participéis efficeret; <Neque ulla christianae matronae optata qualitas defuit Servae D>ei;rè[uaeimirabili modo sibi devineiebat, et ad superna trahebat et alliciebat pué illas ac foeminas-j tum singulas, tum congregatas. Simplici ac mbdesto'hkbito incedens v coetus frequentabat non ad mundanas vanitates; illeeebrasquè fovendas, sed ad pietatem et• caritatem augendam destinatosi ubique vero Christi Iesu cruci afiixi interius exteriusque referebat imaginerii. Illustrior quoque apparet Serva Dei ex'fundatione societatis Filiarum* S. Francisci Salesii; cuius primordia; ann o MDCCCLIX ante aram beatae Mariae Virginis, eiusque patrocinio, et cantico *Magnificat* in gratiarum actione pro 'beneficiis acceptis et accipiendis a Carola recitato, tribuenda feruntur^ quamvis haec initia'postdeceiTrihim sese expiraverint. Nam, circa anñí!iÉf'ÌMDCCGLXÌX, -non absque Superne lumine, in ecclesia Parisiensi' S. Clotildis ipsa invenit hominem sibi desti-

natum ad opus perficiendum, sacerdotem Ghaumont, quem in suum confessarium atque directorem elegit: Huius .praeclari viri consilio-et ductu societatem constituit, quae informaret mulieres in saeculo ^degentes ad evangelicam- perfeetion.emf.qproxitè haec a S. Francisco Salesio explanatur ac facilior redditur ; duplici praestituto sodalibus fine, sanctificationis nempe et apostolatus. Mundanos coetus sanctificare, institutrices christianas-pro familiis et pro studiorum palaestra formare, mulieres ethnicas, praesertim in Indis, ad veram fidem reducere: sunt haec tria opera egregia?ipsius societatis. Quae, die xv Octobris,.; anno MDCCCLXXII, in humili ac primaeva sua sede parisiensi congregataipsam fundatricem in praesidem precariam deputavit, quam postea^ anno--MDCCCLXXIII, ad vitam t statuit et confirmavit. Cunctis praeibat Dei Famula, actuosa virtute totisque viribus satagebat,: ***ut*** opus bene incoeptumiprospere perseverarci et crescerei, prouti, Deo iuvante, effectum est Die H enim xxvnr Maii, anno MCMI, paulo post obitum'suae fundatricis, eadem? societas, iam adulta et longe lateque diffusa, canonicam erectionem consequuta est, atque inde, florentior adhuc evadens, die i Ianuarii, anno 'MJDCGCXCVI, octo millia membra enumerabat, veluti mater a Deo benedicta in diem feracior atque uberior. Verum Carola iam sexagenaria maior, morbis crùciatibusque fracta, per recentem; etiam obitum suae genitricis suique •filii Pauli .afflicta, divinum amplexum- perpetuamque requiem suspiraba-t -Itaque, mense februario,, anno - MDCCGXC, graviter aegrotans, lectulo ducumbere coacta est. Morbo per aliquot menses perdurante^ ex medicorum **eonsilióT** natalem civitatem adiit Illic a mense iunio usque ad exordium^ sufbsequen-tis anni MDCCCXCI commorata est, donec, die xxviii Ianuarii, ingravescente morbo, sacramentis Ecclesiae roborata ac refecta, a terreno exsilio ad coelestem patriam evolavit. Haec quae, de vita Carolae descripta sunt, ex documentis et attestationibus rite exhibitis constant. Interim fama sanctitatis^ quam Dei Famula vivens sibi acquisierat, post obitum publica cleri populique testificatione confirmata est, praesertim devoto concursu fidelium ad exuvias Carolae invisendas,! reliquiasque peten? das, ad solemnia parentalia et. ad; ipsum sepulcrum, opem eius apud Deum, implorantium. Quae; sanctitatis opinio magis clara et diffusa invaluit ex pr.aeconiis sacerdotuni. et Antistitum, qui Carolam, virtutis exemplum, sanctam animam, beatorum choris insertam, appellarunt, ipsiusque spiritualis moderatoris, Chaumont, qui eam cum sancta Ioanna Francisca de Chantal, praecipua sancti Francisci Salesii discipula et filia, comparare, non dubitavit. Hinc processualibus actis, ordinaria auctoritate in. Curia ecclesiastica Metensi confectis, et.ad-sacram Rituum Congregationem transmissis, quum., peracta etiam; revisione: scriptorum Servae Dei, nihil obstaret, quominus ad. ulteriora, procedi posset, instante Rmo P. Gabriele Mallet,

congregationis Iesu et Mariae seu Eudistarum Procuratore generali et huius causae Postulatore, attentis litteris postulatoriis quorundam S. R. E.. Cardinalium et plurium Rmorum Sacrorum Antistitum, necnon Capitulorum cathedralium, Ordinum religiosorum, sacerdotum a sancto Francisco Salesio, monialium et sororum, praesertim a Visitatione, praeeunte universa societate Filiarum S. Francisci Salesii, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Hieronymus Gotti, eiusdem causae ponens seu relator, in ordinario sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanum coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: *an sit signanda Commissio introductionis causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae fidei Promotore, respondendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.* Die xxn Iunii MCMIX.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infra-, scriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua, sententiam sacrae eiusdem Congregationis ratam habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis causae venerabilis servae Dei Carolae Barbarae Colchen-Carré de Malberg, fundatricis societatis Filiarum S. Francisci Salesii, die xxm, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S. f D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

III.

RATISBONEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS SEU CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVIS DEI UTTONI, PRIMO ABBATI METTENSI, ET GA.MELBERTO, PAROCHO, BEATIS NUNCUPATIS.

Cultu immemoriali beati Friderici a Ratisbona nuper ab Apostolica Sede confirmato, dioecesis Ratisbonensis ac totius regionis Germanicae iteratur ac duplicatur laetitia, per aliam similem causam Uttonis, primi abbatis Mettensis, et Gamelberti, parochi, feliciter absolutam. Siquidem hi Servi Dei, dum, tamquam duae olivae et duo candelabra lucent ante Dominum, illic tam sanctitatis vitae, virtutum et prodigiorum fama, quam vetusta et religiosa veneratione celebres exhibentur in actis processualibus, iuxta Urbaniana decreta, in ecclesiastica curia Ratisbonensi adornatis. Mediolani circa annum DCCL, ex honestis et christianis parentibus ortus est

Utto, qui in sacro fonte patrinum habuit sacerdotem' Gamelbertum, virum pietate non minus quam ministerio insignem, ac parochum oppidi *Michaelsbuch* in Bavaria, haud longe dissiti a loco in quo postea monasterium Mettense erectum fuit. Voti solvendi causa, Gamelbertus Romam peregrinatus est, et in patriam reversus, Uttonem iam grandiusculum ab eius genitoribus in socium sumere petiit atque obtinuit. Sub tali praeceptore et custode, iuvenis magnos fecit progressus in virtute et doctrina, adeo ut sacerdotali ordine ac dignitate decorari meruerit. Gamelberto e vivis erepto, Famulus Dei suffectus, parochi officio diu ac recte functus est. Verum, quum eiusmodi pondere pressus esset, nec ullum a suis parochianis levamen haberet, belli occasione capta, et Deo ita disponente, in solitudinem se recepit. Itaque, Danubio flumine traiecto, prope ipsius ripas in silva consedit apud fontem, qui Servi Dei precibus haustus fuisse creditur, ab eius etiam nomine nuncupatus *TJttóbrunn.* Cellula ibi exstructa, solitariam atque eremiticam vitam duxit, oratione, ieiunio, carnis maceratione propitium sibi Deum invocans ac reddens. Caritas in Deum amorem eius in proximum excitabat, atque in medio plebis consistens, laudabat Dominum, et verbo-ac exemplo finitimarum gentium salutem procurabat. Hinc Utto, quasi homo missus a Deo, quandam celebritatem adeptus est, quae maior evasit ex novo ac mirabili eventu. Nam Carolus magnus eius cellam visitans, singulari admiratione ac devotione affectus fuisse fertur ex adspectu bipennis ad solis radios ab Uttone suspensae. Huius* novitate perculsus Imperator, rogante Servo Dei, ibi circa annos DCCXCI-DCCXCITI monasterium aedificari iussit in honorem S. Michaelis archangeli, sub regula S. Benedicti abbatis. Monasterio autem, quod muneribus et largitionibus munifice cumulavit, Uttonem abbatis titulo praeesse voluit; cui etiam paulo post in signum dignitatis abbatialis pastoralem baculum donavit. Tandem, post multos labores in Dei gloriam hominumque salutem exantlatos- intra et extra claustra, fidelis Dei Servus, annis et meritis plenus, anno DCCCXIX, die III Octobris, supremum diem piissime obiit. Exsequiarum solemniis rite peractis, eius corpus in medio ecclesiae choro tumulatum fuit, insculpta lapidi sequenti inscriptione: «Abbas hic primus Utto nec laudibus imus - hic « iacet ut Unius, coelis requiescit opimus - qui tempore magni Karoli trans- « iisse narratur ». Alter vero, aeque commendandus, *Bei* Famulus. Gamelbertus in memoriam revocat sententiam: « Non est discipulus supra magi- « strum ». Etenim, Uttonis praeceptor ac patrinus, pari gradu sanctitatis cum illo progrediens, etsi dignitate inferior, sacro tamen ministerio et

B'

cunonis munere fungens, proximis valde profuit. Gamelbertus, nobili genere natus in Bavaria inferiore, militia saeculari, ad quam amplectendam impellebatur, postposita, paternum ac fraternum gregem pascere praetulit.

Superno deinceps lumine illustratus, -litteris" addiscendis simulque -virtutibus--acquirendis omne studium curamque posuit. Sciens, vanam" esse religionem eius'qui linguam suam non refraenát, dixit: « Custodiam vias meas; « ut non ' delinquam in lingua mea », et propositi tenax, linguam velut ignem caute custodivit, ac silentii virtutem diligenter'observavit. Item cor et. corpus suum immaculatam tueri a divina clementia efflagitant,' adversas insidias conatusque viriliter retundebat, quandoque etiam rapido cursu hostiles incursus effugiens. Sacerdotio insignitus; post patris obitum, pagi *Michaelsbuch* haereditario titulo possessionem accepit, pagique ecclesiae pralepositus, domini et curionis curas'; officia et iura consociavit. Fidelis ac prudens* vir, totus divinis rebus intentus-- quum oratione et ieiunio in propria perfectione proficeret, bonus pastor, christianae fidei morumque praeceptis -pueros et rudes imbuebat, suaeque oves singillatim agnoscens, verbi ;De../praedicatione et sacramentorum;? 'pabulo eás reficiébat. Suavi quadam agendi ratione cum fortitudine temperata, errantes corrigebat, dissidentes conciliabat, aegrotis ac pauperibus -m omnibus necessitatibus praesto - erat. Sexagenario maior Romana Venit; eo potissimum consilio, ut sanctorum i martyrum ac praecipue apostolorum'Petri et Pauli-memorias; tropha-ea..ac gloriosa sepulcra honoraret eorumque exemplis et praesidiis virtuti « suae robur adderet. A fonte vivo * àc-'perenni Apostolicae Sedis Romamque Pontificis aquis salutiferi^ * h'austisV et in fide atque amore catholicae-religionis confirmatus, ih patriam'*redit,-ubi, intra limites spatii quatuor • crucibus circumscriptus, reliquum''vitae tempus in bonis operibus pro animarum salute impendit. Quum-proximum suae vitae exitum 'prae sentiret, Uttonem, quem olim infantem imsacro 'fonte susceperat et postea litteris'sacrisque'disciplinis instituerat ; ' m suum successorem designavit, eique- bona- sua ecclesiamque tradidit. Demum, senio confectus morboque vexatus, sacramentis Ecclesiae pie susceptis, extremos mortalis "peregrinationis dies implevit et ad coelestem patriam, summa animi quiete, migravit, die xvii Ianuarii, circa annum DCCLX. In ecclesia pagi *Michaelsbuch,* solemni funere persoluto, eius corpus in sepulcro conditum, tam fidelium confluentium- devotione quam gratiarum ac prodigiorum celebritate adeo inclaruit, ut Gamelbertus omnium anxiorum adiutor egregius appellatus sit. Quod autem attinet ad praecipuum huius causae obiectum, nempe cultum immemorialem utriusque Servi Dei ab Apostolica Sede confirmandum, complura in actis processualibus in medio producta sunt documenta et argumenta; alia communia, alia particularia, iuxta duplicem seriem chronologicam, a saeculo X usque in praesens recensita. Ex his eruitur, titulum beati ac sancti Uttoni et Gamelberto fuisse tributum; eorum nomina imposita sive infantibus in baptismo, sive monachis in professione; memorias,imagines

ac reliquias in pluftfeuß>£$Q]£süä3&$ Sregronib-us • propositas pietati ac venerationi fidelium, qui,-.pro implorati» acceptisque beneficiis, iucundo gratoque? animo, saepe redibant* praesertim, a fonte beati Uttonis et a sepulcro beati; Gamelberti. Praeterea compertum -est, in festo, illius, die III Octobris,•-sicut in solemnitate alterius, die,xvn,- Januarii, quotannis celebrari Missam cum cantu et oratione propria, juxta morem etiam ex fundatione, facta post Missam distributione panis,-spepiali formula ac ritu benedicti sub invocatione respectiva Uttonis abbatis vel Gamelberti; confessoris.,. Ceterum -cuncta acta processualia, quae ad optatum finem conferre putabantur, una ^cum subsequenti sententia favorabili et affirmativa Rmi Dm* Ordinarii' Ra*Js¡b<H-nensis, Romam transmissa sun£, atque Apostolicae Sedis iudicio ac san.-ctioni subiecta. Itaque, instante Rmo Dno Nazareno Marzolini, patriarchalis basilicae Vaticanae canonico .e,t huius causae postulatore, Emus et Rmus, Dnus Cardinalis Sebastianus Martinelli,,sacrae Rituum Congregationi! Praefectus atque eiusdem causae ponens seu relator, in ordinariis ipsius sacri Consilii comitiis subsignata die<ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit : *An sententia iudicis a Rmo Dno Episcopo Ratisbonensi delegati, super cultu praefatis .Servis Dei ab immemorabili tempore praestito, sive super casu excepto a decretis sa. me. Urbani PP:J,V'III,, sit confirmanda jin casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis' ponentis, audito voce et scripto <R? P. D. Alexandro Verde.,.sanctae fidei Promotore, omnibus accurato,examine perpensis ac discussis-, rescribendum censuerunt: *Affirmative, .seu sententiam esse confirmandam, si Sanctissimo placuerit.* Die xxiv Augusti «JUQ^IX,--

Facta postmodum de .his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum-relatione, Sanctitas Sua rescriptum ipsius sacri Consilii ratum habuit -et* confirmavit, die xxv, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S. % -Philippus Can. Di Fava, *Substitutus*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA ROMANA ROTA

13 Settembre 1909. — Dai Revmi Uditori di turno, Monsignori: Guglielmo Sebastianeiii, Luigi Sincero, *Ponente,* e Giuseppe Mori, nella causa « *Tolosana-JSaereditatis* », fu pronunziata sentènza definitiva, che rimane *sub secreto.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium:

3 Settembre 1909. — Il Can. D. Gioachino Pietro Freiré de Fari a e Silva; Professore di teologia nel seminario arcivescovile di Evora.

Prelati domestici:

I Settembre 1909. — Il Rev. D. Guglielmo Cologan, relatore della « Catholic Truth Society», in Westminster.

— Il Rev. D. Arturo Dubleday, rettore del seminario di Southwark.

— Mons. Gioachino Fernandes Lopes, fondatore e direttore del piccolo seminario dei SS. Antonio e Luigi Gonzaga, dell'archidiocesi di Braga.

10 Settembre. — Mons. Giuseppe Orzali, parroco di S. Michele in Buenos Ayres.

II Settembre. — Il Rev. D. Giacomo Ghio, Vicario Foraneo e Arciprete di S. Margherita in Sori, archidiocesi di Genova.

ONORIFICENZE

11 S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze,:

La Commenda di S: Gregorio magno, classe civile: .

7 *Settembre 1909.* — Al Sig. Alfonso Maria Galea, Tesoriere della Propagazione della Fede hi Malta.

26 Settembre. — Al Sig. Vincenzo Gutiérrez y Agüera già Segretario def-TAmbasciata di Spagna presso la S. Sede.

Il Cavalierato di S. Gregorio magno, classe civile:

17 ^Settembre 1909. — Al Sig. Fénelon Gibon, Segretario generale della Società di educazione e d'insegnamento in Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro:

7 Settembre 1909. — Al Sig. Ing. Francesco Strocchi, della diocesi di Faenza.

-*10 Settembre.* — Al Sig. Lorenzo dal Lago, Direttore della Banca Agricola di Cividale.

NECROLOGIO

14 Settembre 1909. — Monsig. Luciano Gentilucci, Vescovo di Fabriano e Matelica.

Annus I. - Vol. I. Die 15 Octobris 1909. Num. 19.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

SODALITAS AB INFANTE IESU, BETHLEHEM ERECTA APUD FRATRES SCHOLARUM CHRISTIANARUM, ARCHISODALITAS RENUNTIATUR CUM FACULTATE" AGGREGANDI.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Pia Fratrum congregatio, a Scholis christianis nuncupata, tot tantisque nominibus optime de re catholica merita, in generali capitulo, habito anno MDCCCCV, votum emisit omnino salutare ac frugiferum, ut in omnibus scholis eiusdem congregationis institueretur canonice pium sodalitium Iesu infanti dicatum. Propositus est huic sodalitio finis, impetrandi, fusis divino Infanti precibus, uberiores gratias ac coelestia praesidia omnibus infantibus, ac potissimum iis, qui ad scholas celebrandas coguntur, in quibus nulla eis christianae doctrinae notio traditur, imo malis artibus ab ea arcentur. Praeterea statutum est, ut eidem sodalitio, non solum memoratae congregationis scholarum alumni, sed quotquot reperiuntur in toto christiano orbe parvuli catholici, aggregari rite quirent. Hoc autem votum exsequi cupiens dilectus filius Evagrius Frater Palaestinae ditionis Provincialis, Bethlehem in oppido, ubi divinus Infans natus est, sacellum exstruxit, ipsi Iesu infanti dicatum, a Hierosolymitano Patriarcha probatum atque benedictum, ipsoque in sacello erigendum curavit sodalitium pariter ab infante Iesu nuncupatum, quod postea sancta haec Apostolica Sedes pluribus indulgentiis privilegiisque locupletavit. Nunc, eadem beneficia extendere exoptans ad alias scholas infantium, ipse Frater Provincialis, gravissimo Hierosolymitani Patriarchae suffragio roboratas preces Nobis humiliter exhibet, ut memoratum sodalitium ad archisodalitatis gradum evehere dignemur, cum facultate aggre-

gandi alias nominis eiusdem societates, illisque indulgentias ac privilegia, quibus idem pollet, communicandi. Nos vero, probe noscentes, id summopere decere, nimirum, ut * sodalitas, canonice instituta in oppido Christi Domini natali celeberrimo, iure meritoque habeatur veluti centrum ac mater aliarum omnium nominis ipsius sodalitatum, votis his annuendum? quantum in Domino possumus, existimamus. Itaque, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, sodalitatem, titulo infantis Iesu, canonice in oppíáo Bethlehem Palaestinae, cura congregationis Fratrum Scholarum christianarum institutam, in archisodalitatem, cum solitis privilegiis, perpetuum in modum erigimus atque constituimus; eamque esse volumus centrum ac matrem praesentium ac futurarum omnium, in universo catholico orbe, nominis ipsius sodalitatum. Quare, apostolica similiter auctoritate, moderatori eiusdem infantis Iesu archisodalitatis, aliisque illius praepositis, praesentibus ac futuris, perpetuo concedimus, ut iidem, servatis forma ac tenore constitutionis Clementis PP. VII rec. mem. Nostri praedecessoris, aliarumque apostolicarum ordinationum, quae hac super re editae fuerunt, aggregare sibi possint alias omnes eiusdem nominis atque instituti societates, quae in universo catholico orbe canonice erectae reperiantur in praesens, vel erigantur in posterum: illisque similiter communicare queant omnes et singulas indulgentias et privilegia, quibus archisodalitas mater pollet ex Apostolicae Sedis concessionibus, et quae sint aliis communicabiles. Decernentes, praesentes litteras, firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari; Non obstantibus contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xxvi Iulii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. © S. R. CARD. MERRY DEL VAL, a *secretis Status.*

II.

CONFRATERNITAS IMMACULATAE CONCEPTIONIS AC DEFUNCTORUM IN DIOECESI NUSCANA DECORATUR TITULO ARCHISODALITATIS AD HONOREM.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Pias sodalitates ad pietatis et christianae caritatis opera exercenda institutas, quae tum vetustate, tum sodalium numero ac frequentia, tum susceptorum operum laude prae ceteris commendantur, Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, perhonorificis titulis ornare satagimus. Iamvero, cum Nuscanae dioecesis Vicarius capitularis supplices Nobis preces humiliter adhibuerit, ut confraternitatem, titulo Immaculatae Conceptionis ac Defunctorum illa in dioecesi iam inde ab anno MD, uti asseritur, erectam, ad archisodalitatis gradum evehere, de apostolica benignitate, dignaremur; Nos, probe noscentes, societatem ipsam, actuoso provehendae religionis studio florere, votis his annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus. Quae cum ita sint, amplissimis etiam suffragiis permoti Cardinalis sacrae Congregationi Concilii Praefecti, confraternitatem ab Immaculata Conceptione et a Defunctis, in dioecesi Nuscana institutam, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, titulo honoris tantum, ad archisodalitatis dignitatem provehimus, quin tamen facultate polleat cognomines societates sibi aggregandi. Decernentes, praesentes litteras, firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die XXXI Iulii MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

L. © S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

III.

INDULGENTIAE ET PRIVILEGIUM ALTARIS CONCEDUNTUR INSTITUTIS RELIGIOSIS PARISIENSI, VERSALIENSI ET TOLOSANO ANCILLARUM MARIAE.

PIUS PP. X

Ad futuram rei memoriam. — Benigne piis precibus annuentes, quas Nobis dilecta b/Christo filia hodierna Superiorissa religiosarum Sororum, quibus Ancillae Mariae nomen, exhibuit, de omnipotentis Dei misericordia et SS. Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, per praesentes apostolicas litteras, omnibus et singulis religiosis Sororibus Instituti ipsius, degentibus in piis domibus civitatum Parisiensis, Versaliensis et Tolo sanae, nec non una cum ipsis in dictis domibus cohabitantibus mulieribus, si vere poenitentes, et confessae ac S. Synaxi refectae, quotannis, festivitate Annuntiationis B. M. V., die xi februarii mensis, ac die VIII Decembris, a primis vesperis usque ad occasum solis, proprium respectivae domus sacellum devote visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo ex iis die id agant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus christifidelium, quae Deo in caritate coniunctae ab hac vita migraverint, per modum suffragii applicari possint, misericorditer in Domino concedimus et largimur. Insuper volumus, apostolica similiter Nostra auctoritate, praesentium tenore, ut in singulis oratoriis supradictam m dictae congregationis piarum domorum, unicum altare, vel si plura exsistant, maius, apostolico Missarum pro defunctis privilegio ita polleat, ut quandocumque sacerdos aliquis saecularis, vel cuiuslibet Ordinis regularis, Missam pro anima cuiuscumque ex praedictis Sororibus ibidem celebraverit, idem Sacrum ei piandae animae, pro qua celebratum fuerit, perinde suffragetur ac si foret ad privilegiatum altaré rite litatum. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xi Augusti MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

I, ©S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

IV.

APPROBANTUR Et CONFIRMANTUR NOVAE CONSTITUTIONES ORDINIS FRATRUM MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Vicarium Pastoris aeterni munus, divinae. Providentiae nutu, quamquam nullo Nostro merito, gerentes, probe intelligimus Nostrum esse, cum dominicum gregem universum diligenter veritatis gratiaeque nutrire pabulo, tum praecipuo fovere studio eam gregis electam partem, quae in Religiosorum Ordinibus consistit. Iamvero, ut decessoris Nostri Gregorii XVI verbis utamur, « ex multis religiosis Fami- « Iiis, quae paterni Nostri animi merentur curam, inclytus profecto Fratrum « Minorum S. Francisci Gapuccinorum Ordo postulat atque efflagitat, ut in « illius commodum procurandum ac splendorem tuendum omnem Nostram « operam conferamus ; ex quo quam plurimi semper prodiere viri, doctrina, « religione, pietate, sanctitate, litteris vel maxime praestantes, et de catholica « Ecclesia, deque hac Apostolica Sede ,tot sane nominibus optime meriti » Equidem hunc Ordinem, ut alius Decessor illustris ait, « dum in minoribus « essemus, ea qua par erat veneratione prosequebamur; in hac vero sacro- « sancti Apostolatus specula constituti, maioribus apostolicae Nostrae chari- « tatis benignitatisque testimoniis complecti gestimus, considerantes maxime, « quanta et quam luculenta christianae pietatis et perfectionis exempla, cum « sacrarum doctrinarum splendore atque aeterna animarum salute coniuncta, « ab initio in catholica Ecclesia ita in dies proferant religiosissimi illius « Ordinis alumni, ut nihil orthodoxos acatholicosque vicissim vehementius « perstringat, et ad saniorem mentem reducat, quam celeberrimi Instituti « inita cum austerioris vitae sanctimonia ratio, et christianarum virtutum « semita, prius per eosdem alumnos quam diutissime trita, deinde aliis exem- « pio et verbo indicata » [2]. — Huius benevolentiae charitatisque Nostrae erga Franciscales Gapulatos profitendae datur nunc Nobis libentibus occasio, cum constitutiones Ordinis, iussu Nostro in generalibus comitiis accurate recognitas, easque novis Ecclesiae legibus institutisque atque his temporibus congruenter emendatas, dilectus filius Pacificus a Seiano, Minister generalis, Nobis exhibuit. Qua quidem in re id servari iussimus, quod Leo XIII' fec. rec. edixerat : « Illud est munus pietatis huius maternae (Ecclesiae)

[1] Litt. ***In sublimi,*** 16 Mart. 1838.

[2] Benedict. XIV, Litt. ***Inclytum,*** 2 Mart. 1743.

« maxime proprium, accommodare sapienter leges, quoad fieri potest, ad tem-
« pora, ad mores, et in praecipiendo exigendoque summa semper aequitate
« uti. Atque huiusmodi consuetudine charitatis siimi] et sapientiae efficitur,
«ut immutabilitatem doctrinae absolutam et sempiternam cum prudenti
« disciplinae varietate Ecclesia coniungat » *. Confecto igitur, quod dilectis filiis mandavimus negotium, Nos et gaudemus Nobis et praeclaro. Capulatorum Ordini gratulamur vehementer; praesertim quia hoc opere videmus opportune cautum, ut Assisiensis Patriarchae spiritum Sodales integrum custodiant, maximeque ad *rigidam innocentiam, altas magnificasene vir« tutes quibus ille ad miraculum eluxerat* [2], animose ac severe imitandas excitentur: quae quidem huius Franciscani Instituti propria quaedam est et peculiaris laus. Ita Fratres Capulatos non uno successionis iure legitimos S. Francisci heredes et filios, veros Fratres Franciscales, proprii nominis Fratres Minores dicimus et habemus et ab omnibus haberi volumus, quales semper Romani Pontifices ipsos habuerunt. Neque enim quisquam in dubium vocaverit, Capulatorum Familiam usque¿ab initio fuisse eti,esse Fratrum Minorum Ordinem eodem prorsus iure ac geminas alias Franciscanum Familias; ipsiusque caput, non secus ac ceteros Fratrum Minorum summos antistites, vere dici "et esse generalem Ministrum, eumdemque] pro suis fratribus successorem S. Francisci legitimum: quandoquidem constat, huius Familiae propaginem cum stirpe Seraphici Patris aptam omni tempore connexamque fuisse. Ergo, quod Urbanus VIII affirmavit, Minores Capulatos *ex vera et numquam intermissa S. Francisci linea originem trahentes, semper sine aliqua interruptione Seraphicae Regulae continuasse observantiam* [3], hoc sane de iis praedicari hodieque debet. Quare legitimum eorum Instituti disciplinaeque ius libenter Nos agnoscimus et ratum habemus. Optabile vero est, ut quam diximus esse propriam ipsorum notam, imitationem scilicet severiorem quamdam Francisci Patris, eam perpetuo incorruptam retineant: proptereaque perseverent, cum summa ergo Apostolicam hancJSedem obedientia et fide, summum evangelicae paupertatis [ac perfectionis cultum studiumque coniungere. Huc admodum spectare constitutiones rite recognitas et emendatas Ordinis cernimus: quarum quidem approbationem Nobismet ipsis reservavimus. Itaque, nonnullis venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in consilium adhibitis, Nos, motu proprio, et certa scientia, de Apostolicae potestatis plenitudine, harum vi litterarum, Fratrum Minorum S. Francisci

[1] Constit. ***Misericors Dei Filius.***
[2] Constit. ***Felicitate quadam.***
[3] Litt. ***Salvatoris,*** 28 Iun. 1627.

Capuccinorum constitutiones tum latino tum italico sermone perscriptas cum omnibus et singulis quae continent, in perpetuum approbamus et confirmamus, approbatasque et confirmatas declaramus, praecipientes universis et singulis ex ea Familia Fratribus, ut easdem habeant tamquam propria statuta, quibus in omnibus rebus obtemperare debeant. — Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis, aut obreptionis, sive intentionis Nostrae vitio, aliove quovis ^defectu notari vel impugnari posse: sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere, decernimus, irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari, declarantes: contrariis non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis: quibus omnibus ex plenitudine potestatis, certa scientia et motu proprio quoad praemissa expresse derogamus et derogatum esse declaramus, mandantes praesertim, ut ea, quae de electionibus in his constitutionibus capite octavo sancita sunt, inviolate serventur in omnibus Ordinis Provinciis, sublatis quibuscumque privilegiis, sive personis sive Provinciis hac super re ab Apostolica Sede concessis.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die VIII Septembris MCMIX, in festo Nativitatis Deiparae, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

V.

PRAEFECTURA APOSTOLICA DELTA NILI NUNCUPATA IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS PP. X

Ad futuram rei memoriam. — Quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, et quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti, bene, prospere feliciterque eveniant, ea ut sollicito studio comparemus, Nos movet supremi munus Apostolatus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Iamvero, cum Superior generalis Societatis Lugdunensis Missionum ad Afros Nos enixis precibus flagitaverit, ut, inspecto prospero statu reique catholicae incremento in Praefectura Apostolica Delta Nili appellata, missionariis suis concredita, illam in Vicariatum Apostolicum erigere dignaremur; Nos, collatis consiliis cum venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, atque omnibus rei

momentis diligenter perpensis, votis hisce annuendum existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, Praefecturam Apostolicam, a Delta Nili appellatam, missionariis concreditam Societatis Lugdunensis Missionum ad Afros, in Vicariatum Apostolicum erigimus ; et statuimus, ut novus ipse Vicariatus tum titulum retineat a Pelta Nili cum eadem confmia, quibus hodierna Praefectura continetur. Decernentes, praesentes litteras, firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xvu Septembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ADRIEN.

I.

DECRETUM QUO CURIA EPISCOPALIS ADRIENSIS TRANSFERTUR IN CIVITATEM RODIGIENSEM, IBIQUE STATUITUR ORDINARIA IPSIUS EPISCOPI COMMORATIO.

Ea semper fuit ratio disciplinae in Ecclesia, ut necessitati et commoditati christianae plebis dioecesum circumscriptionem, regiminis modum aliaque huiusmodi iuxta temporum et locorum adiuncta opportunius aptaret. Iamvero,ad Adriensem dioecesim quod attinet, ex pluribus actis et documentis ad Apostolicam Sedem hucusque delatis facile patuit, plura saepius oriri incommoda ex eo quod non in eodem loco et episcopalis Curia consistat, et Episcopus plerumque resideat. Omnibus itaque mature perpensis, et iuxta votum quod Emi Patres, apostolicis visitationibus examinandis praepositi penes S. Congregationem Concilii, iampridem emiserant, sacra haec Congregatio Consistorialis ea quae sequuntur decernere statuit: 1.° sedes et

cathedra episcopalis Adriensis, antiquitate virisque illustribus conspicua, in Adriensi civitate incolumis semper servetur; 2.° firma manente Episcoporum obligatione maiores per annum functiones peragendi penes cathedralem ecclesiam Adriensem, servatisque aliis omnibus sedis Adriensis iuribus et privilegiis, Episcopi tamen, prout peculiares rationes exigunt ac praesertim succrescentium in spem dioecesis clericorum assidua vigilantia, in civitate Rodigiensi ordinariam commorationem habeant; 3.° denique, ad maiorem cleri populique dioecesis commoditatem, Rodigium pariter Curiae episcopalis officia cum archivo transferantur. Quae quidem omnia SSmus D. N. Pius PP. X, totius rei bene conscius, auctoritate sua confirmavit, ac praesens edi iussit consistoriale decretum, in tabulario huius sacrae Congregationis perpetuo adservandum. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die 7 Iulii 1909.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. ✠ S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

II,

CIVITAS ADRIENSIS CUM SUBURBIO SUBIICITUR INTERDICTO GENERALI, LOCALI ET PERSONALI, OB SACRILEGAM AGGRESSIONEM EPISCOPI ADRIENSIS OCCASIONE DATAE EXSECUTIONIS SUPRA RELATI DECRETI.

Pervenuta a questa sacra Congregazione Concistoriale la notizia della sacrilega aggressione, alla quale fu esposto il venerando Vescovo di Adria, Mons. Tommaso Pio Boggiani, il Santo Padre dolorosamente commosso per la colpa gravissima, di cui si è fatta rea tanta parte del popolo di Adria, a salutare punizione, per quindici giorni da computarsi dal giorno della pubblicazione del presente decreto, intima la pena dell'interdetto generale locale e personale alla città e al suburbio di Adria.

Per tale censura è proibita nelle chiese di Adria e di Tomba, 1.° la celebrazione della S. Messa con tutte le altre sacre funzioni, 2.° il suono delle campane, 3.° la pubblica amministrazione dei Sacramenti, e 4.° i funerali solenni. — E permesso soltanto, 1.° l'amministrazione del Battesimo ai bambini, e degli altri Sacramenti col SS. Viatico agli infermi, 9.° la privata celebrazione dei matrimoni, 3.° una sola Messa alla settimana per la rinnovazione della SSma Eucaristia.

Si avverte poi che, se gravemente peccano i violatori dell'interdetto, i sacerdoti incorrerebbero nella irregolarità.

Per ordine poi di Sua Santità, nella Domenica 10 Ottobre, in tutte le altre parrocchie della diocesi si faranno pubbliche preghiere di penitenza per implorare le divine misericordie sui colpevoli.

Roma, dalla sacra Congregazione Concistoriale, 30 Settembre 1909.

G. CARD. DE LAI, *Segretario.*

L. $ S.

Scipione Tecchi, *Assessore.*

S. CONGREGATIO CONCILII

•i.

BELLOVACEN.

LEGATORUM PIORUM

DE ONERE CERTIORANDI EPISCOPUM DE LEGATIS AD PIAS CAUSAS.

Die 7 Augusti 1909.

Episcopus Bellovacensis litteris diei 21 Martii 1909, inter alia, sequens dubium proposuit huic S. Congregationi dirimendum: *utrum sacerdotes vel laici possint, inscio Ordinario, legata ad pias causas recipere eorumque administrationem gerere ac respectiva onera implere.*

Emi Patres S. Congregationis Concilii, exquisito Consultoris voto reque sedulo perpensa, in plenis comitiis diei 7 Augusti 1909, respondendum censuerunt: *Omnes, sive sacerdotes sive laicos, quorum fidei concredita sunt legata ad pias causas, teneri de hoc quamprimum certiorem reddere Episcopum, qui ius habet vigilandi super administrationem et consulendi securitati eorumdem legatorum.*

Facta vero, die 9 Augusti insequenti, de his omnibus relatione SSmo, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum adprobare dignata est.

L. S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

IL

BREDANEN.

ELEEMOSYNAE SECUNDAE MISSAE

INDULGETUR AD SEPTENNIUM UT SACERDOTES SACRUM ITERANTES ELEEMOSYNAM SECUNDAE MISSAE EPISCOPO BREDANENSI RELINQUANT AD CAUSAS PIAS.

Die 7 Augusti 1909.

Rescripto S. Congregationis de Propaganda Fide, 15 Octobris 1863, Ordinariis Missionum tributa est facultas indulgendi, ut sacerdotes sibi subditi Missam iterantes etiam pro secunda Missa eleemosynam percipere possint. Hac facultate Episcopus Bredanensis in Hollandia semper usus est in favorem parochorum, quibus facultas binandi necessaria esset, quique stipendio pro secunda Missa ad honestam sustentationem opus haberent. Cum autem dioecesis Bredanensis post constitutionem *Sapienti consilio* non amplius subsit iurisdictioni S. C. de Propaganda, idem Episcopus die 26 Aprilis 1909 humiliter petiit, ut iam cessatae ex nova ordinatione facultatis prorogatio benigne concedatur, atque condonentur stipendia pro secunda Missa a nonnullis parochis bona fide hucusque percepta.

Indultum vero, de quo fit mentio, est sequentis tenoris : « A sacra Con-« gregatione christiano nomini propagando non semel per Sacrorum Anti-« stites in locis Missionum degentes quaesitum est, an duplex stipendium per-« cipere liceat sacerdotibus, qui duas in eadem die Missas celebrare iustis «de causis permittuntur. Ut igitur in eiusmodi re omnis dubitationi locus « a Missionibus auferatur, visum est expedire eam promulgare regulam, « tquam constanter tenuit sacra Congregatio Emorum Patrum Concilii Tri-« dentini interpretum; videlicet ex praxi generali presbyteris non concedi « eleemosynam recipere pro secunda Missa, etiamsi de illis agatur qui « parochiali munere instructi ideo stipendium pro prima Missa nequeunt « obtinere, quod eam pro populo applicare teneantur. Porro huiusmodi « regula recentem obtinuit confirmationem a SSmo D. N. Pio PP. IX in « una *Gameracensi* die 25 Septembris 1858. Etsi vero sacri Consilii mens « ea sit, ut norma praedicta omnibus locorum Ordinariis innotescat, ac « generatim servetur in praxi, quo videlicet a ministerio sacerdotali quod-« libet periculum aut species simoniae turpisve quaestus arceatur; cum «tamen specialia sint in nonnullis Missionibus rerum ac personarum « adiuncta, cumque difficultates non paucae oriri possent si regula de qua « agitur nullam omnino exceptionem pateretur; SSmus D. N. Papa benigne

« decernere dignatus est, ut Ordinariis Missionum facultas impertiatur, « quemadmodum per praesentes litteras eisdem tribuitur, indulgendi ut, « iusta et gravi causa intercedente, sacerdotes sibi subditi etiam pro secunda «" Missa in eadem die celebranda stipendium percipere possint ac valeant ».

Consultor, rogatus de sua sententia, sequentia consideranda subiecit. Nulla videtur adesse difficultas pro concedenda secunda parte petitionis: siquidem hi parochi, ut refert Episcopus, ex inadvertentia processerunt: aliunde in casu non agitur de parochis praepositis duabus paroeciis, qui proinde secundam Missam pro populo etiam applicare tenentur, sed de parochis qui unam tantum Missam pro populo applicant, et pro hisce valere potest responsum datum a S. C. Concilii die 25 Septembris 1858 in *Cameracen. - Missae pro populo* ad VI dubium : « an et quomodo conce- « denda sit absolutio quoad praeteritum »; nempe : « celebrata unica Missa « ab unoquoque, *affirmative,* facto verbo cum SSmo ».

Verum longe alia res est quoad primae partis petitionem. Revera concessio facta Ordinariis Missionum fuit in via extraordinaria et per exceptionem, seu ex specialibus rerum ac personarum adiunctis. Id patet ex supra relatis litteris circularibus S. C. de Propaganda Fide. Ergo regula est quod pro aliis locis iuri communi obnoxiis hae facultates non tribuantur, idque, ut ibidem observatur, ad arcendum a ministerio sacerdotali quodlibet periculum aut speciem simoniae turpisve quaestus. Iam vero dioecesis Bredanensis, ex constitutione *Sapienti consilio,* ut locus Missionum amplius considerari nequit. Neque prodesset expendere, motiva factae concessionis seu adiuncta specialia etiam nunc persistere; dicta enim adiuncta taxative pro locis Missionum fuere admissa, et ex adverso nemo est qui non videat consectaria, quae sequerentur ex concessione facienda Episcopo Bredanensi : omnes enim alii Episcopi in iisdem conditionibus positi, ad S. Sedem facile recurrerent pro eadem gratia obtinenda, et ita regula tanta prudentia et cautela statuta penitus everteretur.

Animadvertendum praeterea, quod indultum S. C. de Propaganda Fide pro locis Missionum, si eius littera inspiciatur, non videtur attingere parochos binantes, qui primam Missam pro populo applicant, et aliam gratis celebrant, sed simplices sacerdotes binantes,- qui petunt stipendium etiam pro secunda Missa, uti ex citatis litteris circularibus patet : « *etiam* pro « secunda Missa in eadem die celebranda stipendium percipere possint et « valeant ». Episcopus Bredanensis hac facultate usus est in favorem suorum parochorum binantium, relate ad stipendium pro secunda Missa. Nunc eam sibi prorogari petit ampliori quodam modo, non in favorem tantum parochorum, sed generice « in favorem sacerdotum suae dioecesis qui « facultate binandi gaudent, et stipendio pro secunda Missa ad honestam

« sustentationem opus habent ». Profecto, si non litteraliter, saltem analogice sub dicto indulto etiam parochi binantes relate ad stipendium quoad secundam Missam comprehendi possunt, cum ratio paupertatis etiam pro ipsis in locis Missionum urgere possit/Attamen negari non potest, quod indultum pro simplicibus sacerdotibus binantibus est gravius, cum hi in hypothesi duplex percipiant stipendium, e contra vero parochi unicum tantum, quia primam Missam pro populo applicare debent. Dicta autem comprehensio nequaquam videtur posse produci ad parochos duabus paroeciis praepositos ; hi enim utramque Missam pro populo applicare tenentur.

Item praefata extensio ad parochos binantes in locis Missionum videtur erui etiam posse, ratione contrariorum, ex prohibitione facta tum ipsis tum aliis simplicibus sacerdotibus de perceptione stipendii pro secunda Missa. De hac prohibitione sermo est primo in citatis litteris : « Ex praxi « generali presbyteris non concedi eleemosynam recipere pro secunda Missa, « etiamsi de illis agatur qui parochiali munere instructi ideo stipendium pro « prima Missa nequeunt obtinere, quod eam pro populo applicare teneantur ». Haec prohibitio secundo firmatur ex decisione causae supra citatae *Cameracen.:* nam, propositis dubiis: « II. an parochus, qui in una eademque paroecia « bis eadem die celebrat, utramque Missam populo sibi commisso gratis « omnino applicare teneatur in casu; III. an vicarii aut alii sacerdotes curam « animarum non habentes, si quando bis in die celebrent...., secundam et « ipsi Missam populo gratis applicare teneantur in casu »; S. Congregatio respondit : « ad II. *Negative,* firma prohibitione recipiendi eleemosynam p*^ « secunda Missa ; ad III. *Negative,* quatenus curam animarum non habeant, « firma semper prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda Missa ». De origine huius prohibitionis conferri potest Many *(Praelect. de Missa, pag. 15),* qui refert, usque ad dimidium saeculi XIX auctores de hac prohibitione siluisse: quin imo addit, anno 1858, in pluribus Galliae dioecesibus sacerdotes binantes solitos fuisse percipere, licet bona fide, stipendium pro secunda Missa, uti videre est in folio citatae *Cameracen.* Verum, quidquid de hoc sit, nunc certa et generalis est regula, non permitti accipere eleemosynam vel stipendium sub quocumque praetextu pro secunda Missa.

Aliquando eleemosynae perceptio pro secunda Missa conditionate permittitur, ut nempe stipendium perceptum cedat in favorem alicuius pii operis, v. g. seminarii aut scholarum catholicarum, numquam vero de stipendio hoc frui potest ipse celebrans: tantum ex gravibus motivis locus est exceptioni pro locis Missionis. Ex hucusque dictis itaque liquidum est, quod preces Episcopi Bredanensis benigno favore recipi non possint, eo vel magis quod generali modo proponuntur, nullo speciali motivo munitae,

et insuper magis ampliatae, quatenus nempe facultas prius parochis concessa extendi petitur in posterum ad simplices sacerdotes binantes.

Neque latet singularis casus de Episcopo, qui obtinuit vivae vocis oraculo, die 6 Decembris 1886, a Leone XIII facultatem permittendi parochis pauperibus suae dioecesis perceptionem stipendii pro secunda Missa binata ad eorum sustentationem, et hoc absque temporis limite, seu durante toto sui episcopatus tempore. Quinam vero fuerit hic Episcopus, vel quae dioecesis tam singulari privilegio ditata, latet omnino : neque omnino datum fuit cognoscere specialia motiva, quae animum Pontificis moverunt ad tam singulare privilegium elargiendum. Cfr. Votum Consultoris S. C. Concilii in *Bononien.*, 2 Nov. 1907. Hinc nihil ex eo argui potest favore Episcopi Bredanensis. Quin imo, si res intimius spectetur, citatus casus videtur potius refragari postulationi. Ex facto enim quod imposita est non revelatio nominis Episcopi concessionarii vel dioecesis, portendi licet, ideo Pontificem hoc voluisse, ne forte eveniret, ut Episcopi de hoc edocti pro simili concessione insisterent ad succurrendum inopiae parochorum suae dioecesis.

Id tamen non importat, quod sit prohibita quaecumque retributio, etiam ex titulo extrinseco^ puta laboris, incommodi ex longo itinere pro secundae Missae celebratione, et alia huiusmodi. Hoc evidenter deducitur et firmatur ex resolutione edita a S. C. Concilii in causa *Treviren.*, die 23 Martii 1881. Sane Episcopus sequentia dubia proposuerat: « I. utrum « parochi qui, ut menti fundatorum fiat satis, diebus dominicis et festis « binantes, obtenta facultate, dicunt Missam, et pro fundatoribus *primissa- « Harum* (quae beneficia ob exiguitatem redituum et penuriam sacerdotum « plerumque proprio carent sacerdote) applicant, salarium ex fundo *pri- « missariarum* pro peculiari labore percipere possint ; II. utrum parochi qui « pro necessitate circumstantiarum diebus dominicis et festis bis celebrant, « tradita simul doctrina christiana, pro peculiari labore et industria certum « salarium annuum a parochianis oblatum percipere valeant »; sacra Congregatio propositis dubiis sequens responsum dedit, nempe: « posse per- « mitti, prudenti arbitrio Episcopi, aliquam remunerationem intuitu laboris « et incommodi, exclusa qualibet eleemosyna pro applicatione Missae ». Haec theoretice clara sunt : verum cum in praxi difficultates exoriri possint, ad diiudicandum quando huiusmodi retributiones induant naturam stipendii vel potius compensationis ex titulo extrinseco, res remittenda est prudenti arbitrio Episcopi, ad tramitem allatae decisionis.

Insuper animadvertendum, ex facta prohibitione perceptionis eleemosynae pro secunda Missa, non sequi quod ea non possit applicari pro satisfactione alicuius obligationis, puta ex voto, ex fidelitate et etiam ex

iustitia. Prohibitio tantum locum habet quando ex eiusmodi applicatione, directe sive indirecte, aliquid percipitur quod rationem habeat stipendii. Sic, exempli gratia, plures exstant sacerdotum associationes, in quibus omnes obligantur,quoties unus ex his decedat, pro eo Missam applicare: si qui forte ex ipsis binandi privilegio fruuntur, possunt contractae obligationi, licet ex iustitia, satisfacere applicando secundam Missam: uti a S. G. Concilii resolutum fuit in causa *Vivarien.,* die 5 Martii 1887. E contra, si parochus impeditus, puta ex infirmitate, non potuit die dominica pro populo applicare, non potest, si habeat facultatem binandi, dominica sequenti supplere factae omissioni, applicando secundam Missam pro populo, et sic utramque ; id pariter decisum fuit in allegata causa. Ratio est, quia parochi pro hisce Missis, sicuti pro aliis oneribus pastoralibus, ad instar stipendii fructus ex proprio beneficio percipiunt.

Hisce omnibus perpensis, Emi Patres S. C. Concilii, in plenario coetu habito die 7 Augusti 1909, respondendum censuerunt:

Ad mentem. Mens est: « Praevia sanatione et condonatione a die 3 No« vembris 1908, pro facultate ad septennium ut Sacrum iterantes applicent « secundam Missam ad mentem Episcopi, qui eleemosynas accipiet ut 'eas « eroget in causas pias, praesertim in favorem sacerdotum pauperum, non « exclusis Sacrum iterantibus, quatenus subsidio indigeant ».

Facta autem die sequenti, 8 Augusti, de his relatione, SSmus D. N. resolutionem Emorum Patrum adprobare dignatus est.

L. ✠ S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

III.

SENOGALLIEN.

IURIS FUNERANDI

DE IURE FUNERUM AC EMOLUMENTORUM INTER PAROCHUM LOCI " BELVEDERE OSTRENSE „ ET ECCLESIAM LATERANENSEM S. MARIAE A, MISERICORDIA.

Die 7 Augusti 1909.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS — Inter parochum oppidi, cui vulgo nomen *Belvedere Ostrense*, intra fines Senogalliensis dioecesis, atque sodalitatem sub titulo S. Mariae a Misericordia, eodem in oppido in solo lateranensi erectam, controvertitur, praesertim circa funerandi ius, quod sodalitas sibi, seu potius suae ecclesiae, spectare contendit; cum sodalitas eadem eiusque ecclesia in solo lateranensi, lateranensi Archibasilicae immediate subiecta,

atque ita ut «coemeterio, campanili, campanis, altaribus ac sacro fonte « baptismi, cum omnimoda libertate, salvo tamen iure parochialis ecclesiae », uti posset, per Bullam lateranensis ipsius Capituli, anno 1473 datam, constituta et erecta fuerit. Haec autem iura et privilegia sodalitati ipsi atque ecclesiae S. Mariae, in qua sodalitas erecta est, a lateranensi Capitulo recognita iterum fuerunt, tum cum ad collegiatae honorem et dignitatem ecclesia ipsa per Bullam Capituli eiusdem, die 8 Augusti 1587, evecta est.

Quamvis autem elapsis quoque saeculis Canonicos inter collegiatae ecclesiae S. Mariae et parochum memorati oppidi seu ecclesiae S. Petri querelae et lites non defuerint, tum aliis super rebus, tum etiam super funerandi iure, hae tamen magis magisque novissimis exarserunt temporibus. Proscripta namque a legibus eversivis collegiata, ac demortuis Canonicis, eorumque loco duobus suffectis capellanis, qui Sacra in sodalitatis ecclesia facerent, anno 1895 Antonius Renzi, ecclesiae S. Petri tunc temporis parochus, emolumenta omnia, quae occasione funerum in ecclesia paroeciali peractorum persolvebantur, sibi attribuit, ac quartam funerariam petiit pro iis funeribus, quae in ecclesia sodalitatis S. Mariae celebrarentur. Scitu namque opportunum est, hanc, dum collegiata exstaret, in oppido *Belvedere Ostrense* viguisse consuetudinem, ut emolumenta funeraria, quae in cera ad cadavera accensa consistebant, aequales in partes inter duas ecclesias, nullo habitu respectu quanam in ecclesia tumulatio fieret, dividerentur, cera vero in altaribus accensa integre in ecclesiae tumulantis favorem cederet.

Hisce itaque de causis, maxime postquam Ioannes Feltrini, anno 1905, eadem ratione ac suus decessor, in funere cuiusdam Francisci Filipponi, sodalitatis confratris, se gesserit, et non modo emolumenta omnia funeraria fecerit sua, sed et exsequialem ipsam Missam in collegiata ecclesia litare praesumpserit, ecclesiae collegiatae S. Mariae capellani rem Episcopo Senogalliensi definiendam subiecerunt.

Tria autem hanc in rem Senogalliensis Curia edidit decreta: primum die 6 Septembris 1905, quo funerandi ius in ecclesia collegiata plene parocho seu plebano oppidi *Belvedere Ostrense* spectare edixit; alterum die 11 Iulii 1906, quo contrarium statuit, atque idem ius funerandi capellanis ecclesiae S. Mariae, salva tamen quarta funeraria parocho, recognovit; atque tertium tandem, die 6 Augusti 1906, quo, abrogato secundo decreto, ad primum rediit. Ius enim funera persolvendi in ecclesia sodalitatis seu S. Mariae a Misericordia, de quo praecipue controvertitur, iterum plebano attribuit, hortati s partibus, ut, quoad alia iura in quaestionem deducta, transactionem quamdam Curiae ipsi proponendam curarent.

Iamvero primum citatum decretum est sequentis tenoris: « 1.° il pie-

« vano di Belvedere ha il diritto di associare dalla casa alla chiesa di « S. Maria i cadaveri dei suoi fìliani che ivi legittimamente dovessero tu- « mularsi, di fare ai medesimi fìliani in detta chiesa l'ufficio funebre, cioè « cantare la Messa e fare le esequie, e di associare la salma dalla chiesa « medesima al camposanto; 2.° il pievano, che ha fatto l'ufficio funebre, « ha diritto a tutti gli emolumenti, detratta la quarta funeraria per la detta << chiesa di S. Maria; 3.° nell'associazione del cadavere, dalla casa alla «chiesa di S. Maria e da detta chiesa al camposanto, la croce unica de- « v'essere quella di S. Maria ». - Secundum vero decretum ita sonat: « 1.° al parroco spetta solamente il diritto di levare il cadavere e di accom- « pagnarlo alla chiesa di S. Maria *sub unica cruce ecclesiae tumulantis;* « 2.° ogni altra funzione funeraria spetta ai cappellani della chiesa di « S.Maria; 3.° al parroco medesimo deve pagarsi la quarta funeraria... ». Tertium demum decretum plus minusve aequivalet primo.

Ut haec agendi ratio Senogalliensis Curiae intelligatur, sciatur oportet, ipsam ex se plebano oppidi *Belvedere Ostrense,* seu parocho ecclesiae S. Petri, semper favisse, atque secundum^ decretum, quo eiusdem instantiae reiiciuntur, ac funerandi ius sodalitatis ecclesiae recognoscitur, ea tantum de causa emisisse, quod haec S. Congregatio ad quam interim sodalitas ipsa, post primum nempe Curiae decretum, recursum habuerat, rescripto die 22 Iunii 1906 dato, funerandi ius ecclesiae eidem S. Mariae plene spectare ad instar ecclesiarum Regularium edixit. Atque hinc etiam intelligitur, quanam de causa de postremo Curiae decreto nulla habita sit ratio in hoc proposito dubio, nempe: *an sustineatur decretum Curiae Senogalliensis, diei 21 Septembris 1905, vel potius decretum eiusdem Curiae, diei 11 Iulii 1906.* Siquidem tertium decretum a Curia Senogalliensi editum est postquam S. H. C. de re praeoccupata fuerat, atque in eam suam emiserat sententiam; quin dicamus, tandem aliquando, tertium decretum idem esse ac primum.

Hisce praehabitis, praestat advertere, in casu tria esse de quibus sub unica dubitandi formula quaeritur: 1.° an confraternitati S. Mariae competat ius funerandi; 2.° an dictae confraternitati spectet ius Missam exsequialem litandi in propria ecclesia S. Mariae emolumentaque percipiendi; 3.° demum, an eidem confraternitati pertineat etiam ius exsequias ad tumulum persolvendi.

Iamvero^ quoad primum quaesitum non videtur ambigendum, quod ecclesias. Mariae fruatur iure sepeliendi seu funerandi, nedum confratres a Misericordia, verum etiam omnes fideles inibi sepulturam gentilitiam vel electivam habentes. Hoc enim patet ex verbis Bullae, qua anno 1473 erecta fuit ecclesia ipsa, et qua donata fuit privilegio exemptionis a qualibet ordinaria sive Episcopi sive parochi potestate, et immediate subiecta

fuit iurisdictioni Capituli lateranensis, adeo ut « uti possit coemeterio, «campanili, campanis cum omnimoda libertate, salvo tamen iure paro- « chialis ecclesiae ». Iam age ius habendi coemeterium aequivalet iuri sepulturae tradendi, quando agitur, uti in casu, de ecclesia seu confraternitate non subiecta ordinariae potestati dioecesanae, sed ad instar Regularium exempta. Tunc enim ius sepulturae, praeter ius tumuli, secumfert etiam ius sepeliendi et funerandi iuxta tritum adagium *ubi tumulus, ibi funus.*

Neque in themate aliquid facessit clausula apposita in Bulla erectionis *salvo iure paroecialis ecclesiae;* nam haec clausula id tantum importat ut parocho defunctorum proprio solvatur quarta funeraria. Hoc sane modo similem clausulam authentice interpretatus est Clemens III in cap. *Certifican 9, de sepulturis;* quin imo affinis clausula addi solet in privilegiis apostolicis, quibus conceditur Regularibus ius sepulturae.

Ab huius quaestionis solutione, pendet et altera supra proposita, quae refertur ad ius litandi Missam exsequialem et emolumenta percipiendi. Siquidem, cum Missa exsequialis nonnisi pars sit iuris funerandi, semel recognito iure funerandi ecclesiae S. Mariae, eo ipso attribui debet eidem ius celebrandi Missam exsequialem, sive haec celebretur a canonicis sive a capellanis. Praeterea immemorabilis in casu exstare videtur consuetudo, vi cuius Missa exsequialis semper persoluta fuit a canonicis, numquam vero a parocho.

Hoc in tuto posito, nulla difficultas adesse potest circa emolumentorum perceptionem. Nam, ad tramites iuris communis, nonnisi quarta funeraria competit parocho proprio. Ita S. Congregatio Concilii pluries, v. gr. in *Asculana* 8 et 29 Augusti 1733 ad 3, et in *Viterbien.* 16 Septembris 1826 ad 4. Quod si in antecessum emolumenta funeraria, quae percipiebantur occasione funeris sive in ecclesia collegiali sive in parochiali celebrati, di videbantur pro medietate inter parochum et canonicos, hoc originem duxisse videtur ex quadam concordia inita inter ipsos, quae, quum non amplius exstent canonici qui servitium praestent in ecclesia parochiali, nulla ratio suppetit cur etiam nunc retineri debeat.

Ad postremam quaestionem quod attinet, seu quoad exsequias ad tumulum, confraternitas ultro admittit, eas pro praeterito celebratas semper fuisse in collegiata a parocho S. Petri. Quin imo de exsequiis tantum intelrligenda videntur documenta ac testimonia, quae idem parochus ex adverso adducit ut ostendat suum ius litandi Missam exsequialem.

Ex altera parte, favore parochi S. Petri, quae sequuntur subiici possunt. Explorati iuris est, quod ex iure communi solae ecclesiae paroeciales gaudent iure sepeliendi seu funerandi, uti constat ex cap. *Is qui 3, de sepulturis in VI,* et supponitur in cap. *Nos instituta 1, de sepulturis.* Hinc

quaelibet alia ecclesia, quae hoc idem ius sibi asserit, ex privilegio apostolico illud habuisse diserte probare tenetur. Ita privilegiatum funerandi ius habent ex privilegio Regulares aliaeque ecclesiae ab Ordinarii et parochi iurisdictione exemptae. Verum ecclesiae et oratoria, quae intra fines alicuius paroeciae continentur, quaeque immediate subsunt parocho et mediate Episcopo, nonnisi ius tumuli, non autem verum ac proprium ius sepeliendi et funerandi habere valent. Ita respondit S. Congregatio Rituum in decreto *Urbis et Orbis* diei 10 Decembris 1703, n. 2123 ad dubium 20. Idem tenuit S. Congregatio Concilii in *Bononien.* 28 Iunii 1724 ad 9, in *Civitatis Caslellanae* 28 Ianuarii 1766, in *Viterbien.* 16 Septembris 1826 ad 5, et in *Novarien.* 5 Iulii 1727.

Iamvero in casu dubitari posset, an revera ecclesia S. Mariae perfecto exemptionis iure, saltem hodie, fruatur. NanfNpiamvis Bonifacius IX concesserit Capitulo lateranensi privilegium erigendi loca pia in solo lateranensi atque ea eximendi a potestate Ordinariorum ac sibi ipsi immediate subiiciendi, addit tamen clausulam: « iure tamen parochialis ecclesiae et « alterius cuiuslibet alias in omnibus semper salvo ». Praeterea Pius V privilegia ac indulta Capituli lateranensis abrogavit et abolevit. Utique sane Sixtus V eadem in vigorem revocavit per Bullam *Si cunctas* diei 15 Ianuarii 1586, sed adiecta limitatione, quod accedat licentia Ordinariorum, imo et loca fundanda subiici videntur eisdem Ordinariis. In themate proinde, quum ecclesia S. Mariae sita sit intra limites parochiae S. Petri, neque certo constet de illius exemptione, non immerito argui potest ius parochi funerandi super cadavera suorum filianorum in dicta confraternitatis ecclesia tumulandorum; idque eo vel magis quod in Bullis erectionis ecclesiae et collegiatae adduntur clausulae « salvo iure parochialis ecclesiae », et « sine « alicuius praeiudicio ».

Hoc confirmari Videtur ex quodam inventario parochiali S. Petri diei 10 Septembris 1743, ubi de funeribus edicitur, quod « in ecclesia collegiata « praecipue, licet fundata in solo lateranensi, plebanus sive eius capel- « latius curatus in eius defectum, per consuetudinem immemorabilem et « inveteratam, semper fecit et de praesenti facit functionem funebrem tum « saecularium tum canonicorum, si illorum contingat mors ». Idem constat ex attestatione diei 21 Decembris 1805 subscripta a pluribus testibus, etiam sacerdotibus sive saecularibus sive regularibus: item duae aliae similes depositiones prostant die 21 Augusti 1805 et 31 Augusti 1806. Praeterea quum anno 1824 exorta fuerit quaestio inter plebanum et canonicos circa functiones funerarias in collegiata peragendas, Capitulum lateranense expedivit quidem monitorium super manutentione in exercitio ordinariae iurisdictionis; Sed causa acta in possessorio coram tribunali collegiali primae instantiae

A. G. die .21'Augusti'1824, advocatus parochi Caprini praefatum monitorium moderari obtinuit.

Cum igitur ex dictis parocho S. Petri competere videatur ius funerandi in collegiata, hoc ipso competere eidem videtur ius Missam exsequialem ibidem litandi, et omnia emolumenta funeraria percipiendi, dempta quarta.

- Ceterum, parochum S. Petri saltem manutenendum esse in suo iure peragendi exequias in collegiata, praeter iam adducta, confirmant tres ex octo testibus iuratis, qui anno 1905 a Curia ex cussi sunt, quique deposue-^ runt, eas a solo parocho hucusque persolutas fuisse. De hac re exemplum habetur in causa *Pisauren.* coram S. C. EE. et RR. agitata die 5 Maii 1905 ad dubium V.

His igitur perpensis, Emi Patres huius S. Congregationis Concilii, in comitiis generalibus diei 24 Augusti 1907, proposito dubio: *an sustineatur decretum Curiae Senogalliensis, diei 21 Septembris 1905, vel potius decretum eiusdem Curiae, diei 11 Iulii 1906,* responderunt: *Dilata.* Idque ut perspectam ex integro haberent Bullam Sixti V.

Reproposità autem eadem quaestione in plenario coetu diei 1 Februarii 1908, quum clarius constiterit, privilegia et indulta Capitulo lateranensi a Summis Pontificibus concessa, inter quae ius erigendi ecclesias et loca pia cum exemptione ab Ordinariis et cum iure funerandi privilegiato, derogata non fuisse praesertim a Sixto V per citatam Bullam *Si cunctas* diei 15 Ianuarii 1586, sive quia hic Pontifex, in vigorem revocans privilegia iam antea a Pio V abolita, ea dumtaxat moderavi! ad tramitem Concilii Tridentini, sive quia de cetero Bulla Sixtina non iam concessa a Capitulo lateranensi privilegia, sed potius in posterum ab eodem locis piis ecclesiisque concedenda respiceret; iidem Emi Patres ad supra relatum dubium respondendum censuerunt: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.*

Verum parochus oppidi Belvederii Ostrensis, ubi primum de hac decisione edoctus fuit, apud hanc S. C. institit, ut beneficium novae audientiae illi concederetur, ea praesertim de causa, quod nova super re se documenta esse exhibiturum spoponderit. Haec sane quae a plebano vel noviter, vel ac si nova essent, deducta fuerunt, ad trutinam iterum vocata sunt, in plenariis comitiis diei 22 Maii 1909, in quibus proposita dubitandi formula: *an sit standum vel recedendum a decisis in casu;* dimissa fuit responso: *Dilata.* Mandarunt enim tunc Emi Patres ut accuratae investigationes fierent ad detegendam conventionem, quae locum habuisse ferebatur anno 1743 inter ecclesiam lateranensem S. Mariae et plebanum parochum; et insuper ut super implexo negotio votum Consultoris exquireretur.

Inquisitiones quidem peractae, tum ab Episcopo Senogalliensi in sua

Curia, tum a moderatoribus confraternitatis in proprio tabulario, sed nihil profecerunt, et, his haud obstantibus, praedicta conventio adhuc desiderabatur. Consultor autem ita votum suum concludit: « 1.° ad parochum « pertinere ius funerum in ecclesia S. Mariae, ita tamen ut ius celebrandi « Missam exsequialem remaneat penes capellanos S. Mariae; 2.° capellanos « S. Mariae nullum ius habere ad quamlibet partem emolumentorum fu« nerum quae fiunt in ecclesia parochiali; ius autem habere retinendi « emolumenta funerum, quae fiuni^m ecclesia S. Mariae, praeter quartam « funerariam, quae debetur parocho ».

Tandem quarto reproposita causa, Emi Patres S. Congregationis Concilii, in plenis comitiis diei 7 Augusti 1909, ad dubium: *an sit standum vel recedendum a decisis in casu,* responderunt: *in decisis et amplius.*

Facta autem de his SSmo D. N., in audientia sequentis diei, 8 Augusti, relatione, Sanctitas Sua Emorum Patrum resolutionem approbare dignata est.

L. £ß S. Iulius Grazioli, *Subsecretarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD R. D. CAROLUM SILVIO VIO, OB EDITUM VOLUMEN " UNDE SUMUS,,.

Rmo Signore,

Mi reco a piacevole premura di adempiere il venerato incarico, affidatomi da Sua Santità, di ringraziare la S. V. del filiale e devoto omaggio fatto alla medesima Santità Sua con l'invio del volume intitolato *Unde sumus.*

Il S. Padre ha rilevato con piacere l'importanza di tale pubblicazione, in questi tempi sopratutto, nei quali l'ateismo da un lato e le scienze positive dall'altro cercano di sviare le menti ed i cuori dalla contemplazione dell'alta origine dell'uomo e della sua eccelsa destinazione.

Ammira poi, l'Augusto Pontefice, l'attività della S. V. che, fra le gravi e molteplici cure del ministero parrocchiale, sa trovare anche il tempo da istruire i fedeli con libri pieni di sana dottrina ed inspirati da vero sentimento apostolico.

, . Mentre pertanto il S. Padre se ne rallegra con lèi, di tutto cuore le imparte l'apostolica benedizione, in attestato: del Suo gradimento e quale pegno dei celesti favori.

Mi valgo dell'occasione per raffermarmi con sensi di ben sincera stima di V. S. Rma

Roma, 22 Agosto 1909.

affezionatissimo per servirla

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. D. CANONICUM I. LAHITTON, OB EDITUM VOLUMEN " LA VOCATION SACERDOTALE ,,.

Monsieur le Glianoine,

Le Saint Pére a agréé avec une particulière bienveillance l'hommage du volume que vous Lui avez fait remettre.

Encouragé par Monseigneur votre Evèque, vous vous efforcez de mettre en lumière, dans une synthèse rapide, mais claire et précise, la pure doctrine de l'Eglise, concernant la *vocation sacerdotale.*

Aucun sujet ne peut tenir à coeur davantage au Saint Pere, dont la sollicitude, comme vous le rappelez avec une filiale déférence, s'est toujours portée d'une manière speciale sur le recrutement du clergé et la formation à la sainteté, recommandant aux Evéques de *veiller sur leurs séminaires, et de ne choisir, pour les appeler à Vhonneur du sacerdoce, que ceux qui sont véritablement aptes* à en remplir dignement les augustes fonctions. Pour développer eificacement cette aptitude ou *idonéité,* les supérieurs et directeurs des Séminaires feront appliquer avec soin leurs élèves à une vigoureuse formation intellectuelle, par l'usage constant de la langue latine, et par l'étude approfondie de la philosopbie scolastique, ainsi qu'à une discipline morale feconde par l'habitude d'obéir, avec des vues surnaturelles et un empressement filial, aux avis et aux indications de l'Evèque, gardien de la foi et modérateur de l'action.

Sa Sainteté se plait donc à louer votre zèle éclairé, et à faire des vceux pour que votre ouvrage produise de très heureux fruits et contribue à donner à votre pays des prètres de grande science et de haute vertu: un clergé d'elite est la salut d'une nàtion.

Comme gage de Son entière bienveillance, le Saint Pere vòus envoie de tout cceur la bénédiction apostolique.

Veuillez agréer, en mème temps, Monsieur le Chanoine, avec mes remercíments pour l'exemplairè que vous m'avez gracieusement fait remettre, l'expression de mes sentiments bien dévoués en notre Seigneur. -

Rome, le 6 Septembre 1909.

L. ꠸ S. R. CARD, MERRY DEL VAL.

III.

AD R. P. DOMINICUM PASI, S. I., PROVINCIAE VENETAE PRAEPOSITUM, DE PIO OPERE EXERCITIORUM SPIRITUALIUM PRO OPERARIIS.

Rev. Padre,

Sono lieto di significarle che il S. Padre, consapevole dell'opera salutare da Lei promossa, del Ritiro spirituale per gli operai, se ne è vivamente compiaciuto, e fa voti che la pia pratica si diffonda ovunque per il bene di tante anime. Al qual fine Sua Santità imparte di tutto cuore l'apostolica benedizione alla R. V., ai rev. Confratelli che La coadiuvano in detta opera, a tutti i benefattori della medesima, ed agli operai che intervengono agli Esercizi.

Con sensi di ben sincera stima, passo al piacere di raffermarmi

di V. R.

Roma, 6 Settembre 1909.

affezionatissimo nel Signore

L. ꠸ S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD PRAESIDEM IMPERIALIS UNIVERSITATIS TOKIENSIS, OB VOLUMEN HISTORICUM SUMMO PONTIFICI EXHIBITUM.

Monsieur le President,

Son Excellence le Baron Uchida, Ambassadeur du Japon près la cour de Vienne, a, par Tintermédiaire du Nonce apostolique d'Autriche-Hongrie, fait remettre au Saint Pére, de votre part, le livre intitulé: *A Histor y of Gornmunication between the Pope and Masamune Date, a pious Japanese Lord,* compilé par l'Université Imperiale de Tokio. " . "

Sa Sainteté me charge de vous remercier pour le vif plaisir qu'Elle en a éprouvé, et de vous transmettre Ses meilleures félicitations. Ce remar-

quable ouvrage est un travail, qui resterà particul ierem ent précieux pour 1'histoire du Japón et des relations du Saint Siege avec votre illustre pays.

Il m'est très agréable de saisir cette oecasion, Monsieur le President, pour vous donner l'assurance de ma plus haute estime et de ma parfaite considération.

Rome, le 7 Septembre 1909.

L. £g S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

COMUNICATO

Esiste in Torino un Istituto femminile, detto di S. Maria, con case dipem denti in Civitavecchia e Grottammare, i cui membri vestono una divisa, quasi perfettamente identica a quella delle Figlie della Carità di S. Vincenzo de' Paoli.

Questa sacra Congregazione, a prevenire qualsiasi equivoco, dichiara che il detto Istituto, non solo nulla ha che fare colle Figlie della Carità di S.Vincenzo, ma non è il alcun modo Istituto religioso, nè come tale dipende dall'autorità ecclesiastica; che i suoi membri non sono legati da voti riconósciuti, nè autorizzati a vestire un abito religioso.

Roma, 4 Ottobre 1909.

Fr. G. C. CARD. VIVES, *Prefetto.*

' L *f£* S.

Per Monsignor Segretario
Vincenzo La Puma.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve pontificio, si è degnato di nominare:

Prelati domestici:

10 Agosto 1909. — Il Rev. D. Riccardo Mac Andrew, rettore di S. Maria a Wilkes-Barre, della diocesi di Scranton;

Giovanni Patrizio O'Malley, parroco a Pittston, della medesima diocesi.

28 Settembre 1909. — Il Rev. D. Raimondo Gil de Britto, della diocesi di Piauhy;

— Il Rev. D. Gioachino De Oliveira Lopes, della medesima diocesi.

Annus I. - Vol. I. Die 20 Novembris 1909. Num. 20.

ACIA AI'ltSTiiLli'.AK SHIHS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

ECCLESIA CATHEDRALIS CONSTANTINOPOLITANA EVEHITUR AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Cathedrale templum Consfantinopolitanum, Spiritui sancto dicatum, et molis amplitudine, et artis operibus, et divini cultus splendore longe ceteris sacris catholicis aedibus in eodem apostolico Vicariatu sitis antecellit. Hoc enim templum, cui secles adiacet patriarchalis Vicarii, pluribus indulgentiis ac privilegiis a Decessoribus Nostris ditatum, corpus sancti Crispini Pomponii e romanis coemeteriis elatum servat, insignibus sancti Ioannis Chrysostomi reliquiis nobilitatur, atque etiam est basilicae vaticanae aggregatum. Catholicis latinis Constantinopolitanae urbis atque etiam orientalibus atque advenis summopere earum acceptumque, occasione sollemnium caeremoniarum, et potissimum quo die sancti Chrysostomi agitur festum, licet peramplum sit, tamen ipsum templum impar est christiano populo continendo. Praeterea, a decessore Nostro Pio PP. IX pro Vicariis apostolicis cathedralis titulo ornatum, iure meritoque in Constantinopolitana urbe romanae unitatis centrum haberi potest atque appellari. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Vincentius Sardi, Archiepiscopus titularis Caesariensis, qui eadem in urbe Delegati apostolici pro orientalibus et Vicarii patriarchalis pro latinis munere fungitur, Nos enixis precibus flagitaverit, ut supradictam cathedralem ecclesiam ad basilicae minoris dignitatem evehere dignaremur, votis hisce annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione No-

stris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, cathedralem ecclesiam Constantinopolitana!!!, Spiritui sancto dicatam, titulo ac dignitate basilicae minoris cohonestamus, illique omnia privilegia atque honoriticentias tribuimus, quae minoribus almae huius Urbis Nostrae basilicis de iure competunt. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque. ..

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xvn Augusti MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

L. |Jj S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

IL

TEMPLUM BONAERENSE B, MARIAE VIRGINIS A ROSARIO EVEHITUR AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS.

. . , - • . • PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. Bonaerensi in urbe Reipublicae Argentinae principe templum exstat Deo dicatum in honorem Deiparae Virginis a Rosario quod una cum continenti coenobio, Hispaniarum quoque Rege munifice lárgiente, conditum est a patribus Ordinis Praedicatorum, ac deinde frequenti in dies aucto fidelium concursu, horum stipe ac donis collatis, medio circiter saeculo decimoctavo' nova mölitione inchoatum, anno Domini MDCCLXXIX feliciter absolutum fuit. Sacra illa aedes, vulgo a sancto Dominico nuncupata, tum amplitudine, tum structura et conspicuis omnigenae artis operibus excellens, necnon divite et copiosa supellectili pr.o sacris caeremoniis obeundis apprime referta, catholicae gentis Argentinae veluti monumentum iure meritoque existimatur. Et sane, tum in illius atrio ac vestíbulo, tum interius habentur honorifica sepulcra magnorum due um illius Reipublicae, qui militari prudentia ac virtute, non minus, quam religionis studio emicuerunt ; atque etiam templi eiusdem parietes ornant vexilla, quae, parta victoria, catholici nominis hostibus anglis erepta fuerunt. Clero, sive Patribus Dominicianis, qui divinis officiis vacant, sacrisque muniis im bonum fidelis plebis assiduo studio• inserviunt, sex

addita sunt, ibidem erecta canonice sodalitia, sive confraternitates, nimirum a SS. Sacramento, a SS. Iesu nomine, a SS. B. M. Virginis Rosario, itemque tertii Ordinis S. Dominici et B. M. V. a Misericordia (qui coetus maxima colonis Italis emolumenta affert), ac demum sodalitas ab angelica militia, divi Thomae Aquinatis appellata, quae omnia sodalitia maxime-uberes ac salutares in Domino agro excolendo fructus produnt. Quae cum ita sint, cum dilecti filii, Prior illius provinciae regularis Ordinis Praedicatorum, a sancto Augustino appellatae, et Prior memorati coenobii Bonaérensis Nos supplicibus votis flagitaverint, ut super enunciatum templum Bonaerense basilicae minoris titulo ac dignitate cohonestare dignaremur, Nos, animo repetentes gloriosas praenobilis illius sacrae aedis memorias, optatis huiusmodi annuendum^ quantum in Domino possumus, censuimus. Itaque, amplissimis etiam suffragiis permoti tum Archiepiscopi Bonaérensium tum procuratoris generalis Ordinis Praedicatorum Nobis exhibitis a dilecto filio Nostro Sebastiano S. R. E. Gardinali Martinelli, sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, sacrae aedi Bonaerensi Virginis Deiparae a Rosario titulum ac dignitatem basilicae minoris conferimus, omnibus insimul privilegiis atque honorificentiis eidem attributis, quae minoribus almae Urbis basilicis de iure competunt. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam speciali et individua mentione dignis, ceterisque omnibus in contrarium' facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxin Augusti MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

L, © S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

III.

INDULGENTIAE PERPETUAE CONCEDUNTUR PIIS SODALITIIS SUB TITULO " MISSIONIS IUVENUM, PUELLARUM, ET PATRUM MATRUMQUE FAMILIAS „ IN DIOECESI GURCENSI ERECTIS VEL ERIGENDIS.

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam. — Venerabilis frater Iosephus Kahn, Episcopus Gurcensis, Nos flagitat ut sodalitates omnes in dioecesi sua, ab ipso vel eius in episcopatu successoribus, canonice institutas vel instituendas, nunc et in posterum, sub titulo *Missionis iuvenum, puellarum, et patrum matrumque familias.*, nonnullis indulgentiis augere de apostolica Nostra benignitate dignemur. Nos autem, probe noscentes, salutare ac frugiferum esse consilium illud excitandi ad pietatis studia catholicas familias, quantum in Domino possumus, votis his annuendum existimamus. Quae cum ita sint, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus, qui nomen smini dederint cuilibet e sodalitatibus nunc et in posterum aut erectis aut erigendis canonice, vel ab hodierno Antistite vel ab ipsius in munere successoribus, intra dioecesis Gurcensis limites, sub titulo supramemorato *Missionis iuvenum, puellarum, nec non patrum matrumque familias,* qui singulis annis, admissorum sacramentali confessione expiati ac coelestibus epulis refecti, respectivi sodalitii festivo die a loci parocho annuntiando, aut una ex tribus Dominicis sequentibus immediate, ad cuiusque eorum lubitum eligenda; et similiter alio quovis anno, die ad sodalis cuiusque arbitrium pariter eligendo; item Assumptionis Deiparae Virginis festo, idest die quinta ac vigesima martii mensis, feria quinta quadragesimae, qua Dolorosae Virginis memoria recolitur, ab ortu usque ad occasum solis diei ipsius; Dominica Paschatis Resurrectionis D. N. I. C.; Dominica tertia post Pascha, qua festum agitur Patrocinii sancti Ioseph; die, quovis anno, intra Adventum Domini ad sodalis arbitrium: tandem Nativitate D. N. I. C. a primis vesperis ad occasum solis dierum huiusmodi, propriam respectivae sodalitatis ecclesiam, si exstet, secus cuiusque curialem devote visitent, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione, ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo ex iis die id agant, plenariam omnium peccatorum suorum iudulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper, iisdem sodalibus nunc et in posterum pariter dictas in societates rite adlectis vel adlegendis quoties in sancta Missa pro consociis orent, septem annos totidemque

quadragenas; quoties vita functum sodalem ad sepulcrum comitentur, quinos annos: denique quoties contrito saltem corde pro sodalibus omnibus orationem dominicam cum angelica salutatione et *Gloria Patri* pie recitent, de numero poenalium in forma Ecclesiae consueta centum dies expungimus. Porro largimur sodalibus ipsis, si malint, liceat plenariis his ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die VII Octobris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

L. £ß S. R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

EPISTOLAE

L

AD CAROLUM SIMON ET PETRUM MARTIN, DE INSTITUTA SOCIETATE CUI TITULUS " LA MAN.ÉCANTERIE DES PETITS CHANTEURS À LA CROIX DE BOIS „.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Praeclara quae nuper allata sunt de instituta communi vestro consilio societate, cui nomen *la Manécanterie des petits chanteurs à la Groix de bois,* haud mediocri iucunditate accepimus. Utrumque laetamur: et vos rite pueros edocentes ecclesiasticos concentus, ad optatam musicae sacrae instaurationem sedulas conferre curas, et musicae artis studium fructuosius reddere, christiana, ad quam yolentem animum adiicitis, canentium puerorum institutione. Optima sane ratio provehendi decorem domus Dei, *qui ex ore infantium et lactentium perfecit sibi laudem!* Coepta haec vestra felici exitu cumulet Deus cui operam vestram studiumque navatis. Nos interea, auspicem caelestium munerum et benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, iis" omnibus qui vobiscum una praefatae societati moderandae eidemque iuvandae adlaborant, nec non pueris in chorum adscitis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die 1 Augusti MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

, II-

AD FRIDERICUM BRUNETTI, CANONICUM MARCIANUM, PRAEFECTUM DISCIPLINAE IURIS TRADENDAE IN SACRO SEMINARIO VENETIARUM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Orationem a te nuper habitam ad alumnos istius, cui praesides, disciplinae, Nobisque pientissime dicatam, equidem libenti animo et accepimus et legimus. Omnino, quae Nobis inerat opinio, Cum pietatis tum doctrinae tuae, eam tu pulchre confirmasti hoc munere: de quo non mediocres ***tibi*** agimus gratias. Idque facimus eo libentius, quia omnem tu diligentiam sollertiamque confers, ut videmus, ad fructum istius Instituti, quod maxime Nobis cordi est. Itaque tibi, dilecte fili, in auspicium divinorum, quae precamur, munerum, atque in argumentum benevolentiae paternae, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII Septembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

III.

AD V. E. IOSEPHUM MARIAM CARD. MARTIN DE HERRERA Y DE LA IGLESIA, ARCHIEPISCOPUM COMPOSTELLANUM, ANNO QUINQUAGESIMO SACERDOTII EIUS.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratulamur tibi, dilecte Fili Noster, quod proxime, ut accepimus, natalem quinquagesimum sacerdotii tui celebratos: nec dubitandum, quin is dies, non solum tibi, sed universae dioecesi tuae faustus laetusque sit futurus. Novimus quanta et sollertia et caritate munus sacri pastoris administres; et quantam propterea tui gregis in te pietatem esse oporteat. Nobis autem istam et tuam et tuorum laetitiam eo libet potestatis Nostrae augere munere, quod tu profecto vehementer optas. Itaque in eum diem tibi damus, ut, Sacrum solemne faciens, plenariae indulgentiae beneficio ipse perfruare, et, Sacro peracto, eiusdem beneficii compotem facias populum, ei, nomine Nostro, benedicens. Interea tibi, dilecte Fili Noster, auspicem divinorum munerum, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Septembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

IV.

AD R. P. HENRICUM DEBOUT, OB EDITA OPERA DE B. IOANNA DE ARC.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Inter eos, qui nostra memoria vitam resque gestas Ioannae de Arc scribendo narrarunt, illustrem sane locum tibi arrogant bina illa opera, quae edidisti; unum quidem destinatum doctis, alterum autem accommodamus multitudini, utrumque vero vulgatissimum, et cum probatum peritis, tum Romani Pontificis laude honestatum. Sed tu tamen, pro tuo Ecclesiae patriaeque studio, versari eodem in argumento non cessas. Scilicet non satis habes id egisse in primis, ut Puellam magnanimam, Gallorum saluti natam, melius cognoscerent cives tui, eiusque gloriam caelestibus honoribus augeri expeterent. Nunc enim, cum eam Nos beatarum virginum fastis adscripsimus, tu, ut huius facti beneficam vim longe plurimi popularium participent, diligenter curas; novumque propterea de Ioanna volumen profers, quo fiat, ut consopitae bonorum voluntates tantarum admiratione virtutum excitentur. Nos equidem tibi, hoc labore, tua in ecclesiam Gallicam cumulanti merita, gratulamur; consiliumque tuum, quaesumus, muneribus gratiae suae Deus fortunet. Quorum auspicem, tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem paterna cum caritate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Septembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

V.

AD RR. PP. DD. IOANNEM FIDELEM BATTAGLIA, ARCHIEPISCOPUM TITULAREM G.YZICENUM, ET EPISCOPOS HELVETIORUM, ANNUO, COETU HABITO.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Litterae communiter a vobis missae ex annuo coetu, Seu *conferentia* (cui tu praefuisti ut senior, quem diu Episcopum ecclesia Curiensis habuit), eximium Nobis testimonium attulerunt fidei, pietatis observantiaeque vestrae ; quod quidem, si non novum, accidit tamen periucundum. De sancto Anselmo, quae nuper Nos ob saecularem tanti viri memoriam scripsimus, ex iis vos ardorem concepisse ad omnes rite obeundas vestras partes, gaudemus. Gratum est etiam, quod pollicemini, vobis in corroganda - piorum stipe, post sacras Missiones domesticas, Africanas quoque fore curae. Quod

vero de helvetica populi catholici consociatione additis, id scitote, Nobis esse gratissimum. Magno nimirum Nos afficiunt solatio ista bonorum studia, tam bene ac tam multipliciter de religiosa re, de christiana humanitate, de civitate ipsa merentium : quos iure propterea vos omni favore et gratia prosequimini. Nos autem eisdem significetis volumus plenum paternae benevolentiae animum Nostrum : quumque grates agimus Deo, qui tam salubria adspiravit dilectis filiis consilia, tum ut semper eis ad perficiendum adsit, precamur. Atque auspicem divinorum munerum, vobis, venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvm Septembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

VI.

AD V. E. IOANNEM CARD. KATSCHTHALER, ARCHIEPISCOPUM SALISBURGENSEM, DE CATHOLICA STUDIORUM UNIVERSITATE SALISBURGI CONDENDA.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Praestantium virorum coetum iis comparandis quae ad liberam eamque catholicam studiorum Universitatem- Salisburgi condendam sunt necessaria, suscepto muneri explendo opem omnem atque operam dedisse, et suae navitatis fructus cepisse non exiguos, nuncium optatissimum accepimus, et gratulamur. Errorum quippe colluvies, qua ob effrenem ubique docendi scribendique licentiam adolescentium mens inficitur eorumque animus ad nefas omne pertrahitur, atque inde ingravescentia in dies tempora, humanaeque consociationis futurae sortes, quae labentibus annis in maius usque discrimen vocantur, instituendi athenaei utilitatem atque adeo necessitatem edocent, eidemque studia Nostra ac patrocinia concil iant.

Equidem nescii haud sumus, egregium hoc facinus a comitiis Salisburgensis Ducatus decretum, communibus tuorum fidelium votis expetitum, et a Leone XIII f. m., datis ad Archiepiscopos antecessores tuos binis pontificiis litteris, summopere commendatum, ob obstacula, sane nec pauca neque levia, amovenda, atque ob eam pecuniae vim corrogandam, quae tanto operi perficiendo par sit, tot undique premi difficultatibus, quibus superandis et multa die opus sit ac tenaci propositi voluntate. Providentissimus. Deus, *qui coepit in vobis opus bonum,* ipse profecto *perficiet.* Sed ne divinae gratiae auxiliis desit humanarum virium conspiratio, te, dilecte

Fili Noster, adniti oportet, ut quotquot sunt tuae ditionis fideles conceptum animo consilium impensius foveant, et quantocius exsequi curent.

Interim, dum nobile inceptum à Decessore Nostro iterum iterumque probatum et Nos probamus et commendamus quam maxime, idem apostolica augemus benedictione, quam, alacritatis solatiique argumentum, patere volumus tibi, dilecte Fili Noster, optime merito coetui instituendae studiorum Universitati praeposito, necnon reliquo clero ac populo tuae tradito vigilantiae.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Octobris MGMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

• SERMO

HABITUS A SS. D. N. PIO PP. X AD PEREGRINOS GALLOS IN AUDIENTIA DIEI XVIII NOVEMBRIS MCMIX.

Votre présence et vos témoignages solennels de dévouement et d'affection Nous apportent un véritable réconfort, en Nous confirmant les consolantes nouvelles qui Nous parviennent si fréquemment de la France, et qui nous montrent que, en dépit de tous les moyens par lesquels les adversaires du catholicisme s'efforcent de faire la guerre à la Religion et de persécuter les ministres sacrés qui l'enseignent, ainsi que les fidèles qui la professent ouvertement, la foi, en France, demeure invincible. — Le mot de persécution pourra résonner comme une expression d'amertume aux oreilles de quelques-uns. Mais Nous en appelions à la conscience du inonde, entier. Peut-on qualifier autrement l'œuvre de ceux qui, après avoir déchiré arbitrairement le pacte solennel fait avec l'Eglise - après avoir, par une usurpation manifeste, mis la main sur son patrimoine sacré - après avoir, en étouffant tout sentiment de pitié et de reconnaissance, chassé de leur patrie les citoyens, pleins de mérite, qui appartiennent aux Ordres religieux - après avoir fait passer calomnieusement pour ennemis de la République les ministres du Sanctuaire, parce qu'ils réclament, en faveur de la Religion et de l'Eglise, la liberté et le respect, auxquels elles ont un droit inviolable ; peut-on, demandons-Nous, qualifier autrement l'œuvre de ceux qui, après tout cela, ne rougissent pas de dénoncer comme étranger à la France le pouvoir de l'Eglise, autant vaut dire le pouvoir même de Jésus-Christ, et de Celui qui Le représente sur la terre?

• Certainement .personne ne pourra trouver excessif le mot de persécution, puisque, ouvertement, les ennemis se sont dressés et se sont ligués, ensemble contre le Seigneur et contre son Christ, en s'écriant: « Brisons « leurs liens, et secouons leur joug >> (Psalm. n, 3). .

Il veulent supprimer jusqu'à la notion même du Christianisme, et, sous prétexte de se soustraire à l'autorité dogmatique et morale de l'Eglise, ils en acclament une autre, aussi absolue qu'illégitime, à savoir la suprématie de l'Etat, arbitre de la Religion, oracle suprême de la doctrine et du droit. Et cette prétention est douloureusement confirmée par la guerre implacable faite actuellement à vos Evêques, accusés d'être fidèlement soumis au Saint-Siège. Les vénérables Evêques de France, unis à leur Chef, autant par devoir de conscience que par affectueux dévouement, dépositaires et maîtres de la même doctrine et de la même morale, n'ont pas besoin de stimulant pour accomplir leur devoir.

Témoins du mal immense qui se fait aux âmes par l'école laïque, par la contrainte faite à la jeunesse dë se servir de livres impies et immoraux, comment pourraient-ils tolérer que le peuple soit trahi dans ses intérêts les plus sacrés ? Sentinelles avancées, ils jettent le cri d'alarme, et attirent l'attention des pères de famille sur lés périls qui menacent leurs enfants. Alors que tout citoyen français a le droit de faire entendre sa parole et ses plaintes aux autorités suprêmes, la vérité proclamée par les Evêques devient un objet de haine et d'hostilité de la part de ceux-là mêmes qui gouvernent; et, non seulement, on enlève à ces Evêques le droit d'instruire les fidèles de leur devoir, mais on en arrive au point d'exciter et de soutenir ceux qui les trament devant les tribunaux.

Mais cette persécution déloyale et ouverte, pas plus qu'elle ne terrorise Nos vénérables Frères les Evêques de France, ne leur fait perdre, ni à eux, ni à Nous, la constance et le courage dans la lutte. Car, Nous le savons, l'Eglise, ici-bas, est militante; Nous, ministres de Jésus-Christ, nous devons représenter notre Chef, aussi bien dans la prédication de sa doctrine que dans la reproduction de ses souffrances ; et plus âpre est la lutte, plus puissante sé fait sentir l'assistance du Ciel. •

Cependant, il ne nous appartient pas, vous dirons-Nous, en empruntant les paroles de Judith au peuple d'Israël, il ne nous appartient pas de marquer à Dieu le terme de sa patience envers ses ennemis, ni de Lui fixer le jour de notre délivrance. Ce ne serait pas là le moyen d'attirer sur nous sa miséricorde, mais plutôt de prolonger ses rigueurs Attendons avec une humble confiance et dans le fidèle accomplissement de notre propre devoir l'heure de-ses consolations.; Il saura prendre contre nos ennemis la revanche de nos larmes. .

A votre retour, portez à vos frères la bénédiction que Nous vous accordons de tout cœur; Recommandez à tous, ce que Nous vous recommandons à vous-mêmes, de vous tenir unis à vos Evêques, de les aider dans leurs **détectas,** de les consoler dans leurs douleurs par la dignité chrétienne de votre vie, et par votre obéissance à leurs directions ; et ainsi, vous pourrez justement vous confier à la miséricorde dû Seigneur qui ne manquera pas d'exaucer nos prières et de venir à notre secours.

En vous adressant ces exhortations, fils bien-aimés, Nous vous accordons à vous et à vos familles, de toute l'affection de notre cœur paternel la bénédiction apostolique.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

VERCELLEN.

IN BASILICA METROPOLITANA VERCELLENSI COLLEGIUM SEX CANTORUM PUERORUM CONSTITUITUR IN SCHOLAM PUERORUM, STATUTIS NORMIS.

Divini cultus augendi desiderio actus Urbanus Bonivardi, Episcopus Vercellensis, anno MCCCGXCV collegium instituit sex cantorum puerorum, qui *cHantri* vel *innocentes* vulgo appellati, dum in sacri concentus et musicae studiis versarentur, operam suam in cathedrali ecclesia Vercellensi sancti Eusebii praestarent. Provido huic instituto, anno MDLXX, die VII mensis septembris, iussu Emorum Patrum Tridentini iuris intetpretum cum seminario dioecesano coniuncto, Romani Pontifices, Archiepiscopi et. Vercellensis ecclesiae Capitulum peculiares interdum normas assignarunt, et beneficia contulerunt. Nunc vero SSmus Dominiis noster Pius divina providentia Papa X, de incremento ac decore divini cultus apprime sollicitus, quemadmodum a Sui Pontificatus exordio sacrae musices curam Sibi maximam vindicavit, ita nunc habendam esse rationem duxit sedulae curae ac multiplicis ab hodierno Archiepiscopo Vercellensi, The'odoro Valfrè di Bonzo, adhibitae, ut in metropolitanam ecclesiam et in seminarium dioecesanum optatam musices cantusque instaurationem induceret. Quapropter, SSmi Dni nostri iussu, haec S. Congregatio Consistorialis, etiam de praesenti statu collegii vel instituti *chiantrorum* seu *innocentium,* itemque de oneribus, muneribus, iuribus eidem adnexis notitia diligenter ac plene comparatâ, audito quoque metropolitano Capitulo Vercellensi, quum

viderit sacrae liturgiae dignitati et Eusebiani templi decori iam non posse satis consuli sex tantum *chiahtris* seu pueris cantoribus, statuit ita moderari rem, ut, servata collegii institutione ac natura, ipsum aptius reddatur et ad sacros concentus rite modulandos et ad pueros in litteris ceterisque disciplinis plenius instituendos.

Itaque haec S. Congregatio, nomine ac iussu SSmi Domini nostri, cuivis actui vel normae, statuto, iuri, privilegio, consuetudini derogans, ad idem institutum pertinentibus, etiam ex parte ipsius Capituli Vercellensis ve] alius cuiuspiam in eo causam habentis, decernit ac iubet quae sequuntur:

I. Institutum sex *chicmtrorum,* sive *innocentium,* in *scholam puerorum* augeatur, eaque schola sic constituatur, ut convenienter deservire queat in iis, quae musicen et cantum spectant in basilica metropolitana Vercellensi.

II. Seminario tamen archiepiscopali, ut instituti munus perseveret, onus maneat sex cantores clericos pro sex *chiantris* sustentandi, qui ab Archiepiscopo Vercellensi inter seminarii alumnos electi, non modo musices sed litterarum quoque ac doctrinarum studio vacabunt. Idem seminarium quotannis *scholae* pueros debita mercede remunerabitur, congruumque stipendium chori magistro persolvet, cuius erit musicen sacram et cantum gregorianum docere.

III. Sex memorati cantores clerici et *pueri scholae* eximuntur in posterum a muniis obeundis in chori servitio, quibus ante tenebantur; sed iis-officiis commodius fungentur beneficiarii, mansionarii, sacerdotes cantores vel sacrario addicti, aut acolythi Missae conventuali inservientes.

IV. Archiepiscopo Vercellensi, utpote a SSmo D. N. peculiariter delegato per ven. autographum diei xvin mensis octobris MDCCCCVIII ad omnia quae musices et sacri cantus instaurationem in ecclesia metropolitana et in archidioecesi Vercellensi spectant, S. Congregatio Consistorialis curam committit normas has ad mentem Sanctitatis Suae applicandi, et in rem deducendi. Quod ut facilius fiat, et nunc et in posterum, sex clerici cantores aeque ac ceteri seminarii alumni et *schola puerorum,* in omnibus quae ad regimen et administrationem pertinent, secluso quovis alio officio, Archiepiscopo pro tempore Vercellensi subiiciantur.

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die 31 Octobris 1909.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. $ S.

. Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

ADDENDA

IN BREVIARIO ROMANO

DIE 27 IANUARII

IN FESTO S. IOANNIS CHRYSOSTOMI

EPISCOPI CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

Ad calcem lectionis VI, post verba dictasse videatur, *addatur :*

Hunc vero praeclarissimum universae Ecclesiae Doctorem Pius decimus Pontifex maximus coelestem oratorum sacrorum patronum declaravit atque constituit.

DOMINICA I IULII

IN FESTO PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. I. C.

In corpore lectionum VII et VIII deleantur divisionis signa, et ante textum lectionis VIII addatur citatio : Enarrat, in psalm. 95, n. 5.

Si hoc festum extra Dominicam transferatur, deficiente alia lectione IX, Officii utcumque simplicis, erit sequens

Lectio IX.

Serm. 31, alias 344.

Habuit ille sanguinem, unde nos redimeret; et ad hoc accepit sanguinem, ut esset quem pro nobis redimendis effunderet. Sanguis Domini tui, si vis, datus est pro te; si nolueris esse, non est datus pro te. Forte enim dicis: Habuit sanguinem Deus meus, quo me redimeret; sed iam, cum passuá est, totum dedit. Quid illi remansit, quod det et pro me? Hoc est magnum, quia semel dedit, et pro omnibus dedit. Sanguis Christi volenti est salus, nolenti supplicium. Quid ergo dubitas qui mori non vis, a secunda potius morte liberari? Qua liberaris, si vis tollere crucem tuam, et sequi Dominum; quia ille tulit suam, et quaesivit servum.

Te Deum laudamus.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS B. MARIAE V.

IN FESTO SANCTISSIMI NOMINIS MARIAE

Si hoc festum extra Dominicam recolatur, deficiente alia lectione IX, Officii utcumque simplicis, erit sequens

Lectio IX.

Beata, quae inter homines audire sola meruit prae omnibus: Invenisti gratiam. Quantam? Quantam superius dixerat: plenam. Et vere plenam, quae largo

imbre totam funderet et infundere! creaturam : In venisti enim gratiam apud Deum. Haec cum dicit, et ipse angelus miratur, aut feminam tantum, aut omnes homines vitam meruisse per feminam : stupet angelus totum Deum venire intra virginalis uteri angustias, cui tota simul angusta est creatura. Hinc est quod remoratur angelus, hinc est quod virginem vocat de merito, de gratia compellat, vix causam prodit audienti, sane ut sensum promoveat, vix longa trepidatione componit.

Te Deum laudamus.

DOMINICA III SEPTEMBRIS

IN FESTO SEPTEM DOLORUM B. M. V.

Si hoc festum extra Dominicam reponatur, deficiente alia lectione IX, Officii utcumque simplicis, erit sequens

Lectio IX.

Ecce, inquit, filius tuus : ecce mater tua. Testabatur de cruce Christus, et inter matrem atque discipulum dividebat pietatis officia. Condebat Dominus non solum publicum, sed etiam domesticum testamentum; et hoc eius testamentum signabat Ioannes, dignus tanto testatore testis. Bonum testamentum non pecuniae, sed vitae aeternae; quod non atramento scriptum est, sed Spiritu Dei vivi, qui ait: Lingua mea calamus scribae, velociter scribentis.

Te Deum laudamus.

DIE 3 DECEMBRIS

IN FESTO S. FRANCISCI XAVERII CONFESSORIS

Ad calcem lectionis VI, post verba Sanctis adscripsit, *addatur:*

Pius autem decimus ipsum sodalitati et operi Propagandae Fidei coelestem patronum elegit atque constituit.

DECRETUM

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptas additiones, respectivis suis locis Breviarii Romani inserendas, suprema auctoritate Sua approbavit. Die 10 Novembris 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

. L. j$j S. Philippus Can. Di Fava, *Substitutus,*

MONITUM. - *In festo sancti Paulini Episcopi et confessoris, sub finem lectionis VII, dicatur:* QUIDQUID de suis donis, *atque sub initium lectionis VIII dicatur* in die MALO ab ira, ei *infra* in die MALO liberabit.

IL

ADDENDA

IN MARTYROLOGIO. ROMANO

DIE 27 IANUARII

Ad calcem elogii sancti Ioannis Chrysostomi, post verba conditum fuit, *addatur:*

Hunc vero praeclarissimum divini verbi praeconem Pius Papa decimus oratorum sacrorum coelestem patronum declaravit atque constituit.

DIE 6 MARTII

Primo loco legitur :

Sanctarum Perpetuae et Felicitatis martyrum, quae nonis Martii gloriosam martyrii coronam a Domino receperunt.

DIE 7 MARTII

Ad calcem elogii sanctarum Perpetuae et Felicitatis, post verba sub Severo principe, *addatur:*

Sanctarum vero Perpetuae et Felicitatis festum pridie huius diei recolitur.

DIE 15 MARTII

Ultimo loco legitur :

Vindobonae in Austria, sancti Clementis Mariae Hofbauer, sacerdotis professi congregationis sanctissimi Redemptoris, plurimis in Dei gloria et animarum salute promovenda ac dilatanda ipsa congregatione exantlatis laboribus insignis; quem virtutibus et miraculis clarum Pius decimus Pontifex maximus in Sanctorum canonem retulit.

DIE 23 MARTII

Ultimo loco legitur :

Barcinone in Hispania, sancti Iosephi Oriol presbyteri, ecclesiae S. Mariae Regum beneficiarii, omnigena virtute, ac praesertim corporis afflictatione, paupertatis cultu, atque in egenos et infirmos caritate celebris ; quem in vita et post mortem miraculis gloriosum Pius Papa decimus Sanctorum numero accensuit.

DIE 3 DECEMBRIS

Ad calcem elogii sancti Francisci Xaverii, post verba hac die celebratur, *addatur :*

Pius vero Papa decimus ipsum beatum virum sodalitati et operi Propagandae Fidei coelestem patronum elegit atque constituit.

DECRETUM

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, suprascripta elogia, ita approbata, Martyrologio Romano suis locis respective inseri iussit. Die 10 Novembris 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus,*

h. £ß S. Philippus Can. Di Fava, *Substitutus.*

III.

ORDINIS S. BENEDICTI

CONGREGATIONIS BAVARICAE

DE KALENDARIO IN ECCLESIA FILIALI REGULARIUM, A SACERDOTE SAECULARI ADMINISTRATA, ADHIBENDO.

Gregorius Danner, Praeses congregationis Bavaricae O. S. B., sacrorum Rituum Congregationi humillime quae sequuntur exposuit :

Ad prioratum *Weltenburg,* praedictae congregationis, pertinet parochia non incorporata *Weltenburg* cum quatuor filialibus, e quibus una, scilicet *Staubing,* ob penuriam sacerdotum monasterii, a sacerdote saeculari dioecesis Ratisbonensis administratur, ita tamen ut omnes functiones parochiales ab administratore regulari parochiae *Weltenburg* exerceantur. Nunc quaestio orta est, quodnam kalendarium in praedicta ecclesia filiali *Staubing,* quoad Missae celebrationem, adhibendum sit, utrum regulare i. e. monasterii *Weltenburg,* an dioecesanum Ratisbonense ?

Et sacra eadem Congregatio, exquisito Commissionis liturgicae suffragio, propositae quaestioni ita respondendum censuit: *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 12 Novembris 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

Philippus Can. Di Fava, *Substitutus.*

IV.
PORTUS PRINCIPIS

CIRCA CONSECRATIONEM ECCLESIAE " COEMENTO ARMATO „ CONSTRUCTAE.

A Rmo Dno Iuliano Conan, Archiepiscopo Portus Principis, sacrorum Rituum Congregationi nuper propositum fuit, pro opportuna solutione, sequens dubium: Au ecclesia, constructa vel eonstruenda ex materia quae *coementum armatum* nuncupatur, consecrari valeat, adhibita forma ac ritu Pontificalis Romani?

Et sacra Rituum Congregatio, exquisito Commissionis liturgicae suffragio, ita respondendum censuit: *Affirmative,* dummodo duodecim crucium loca, et postes ianuae principalis, sint ex lapide.

Atque ita rescripsit, die 12 Novembris 1909.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

Philippus Can. Di Fava, *Substitutus.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREG AZIONE. CONCISTORIALE

NOMINE

11 S. Padre, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, si è degnato di nominare: *

4 Novembre 1909. — Il Rev. D. Giacomo Anesagasti, canonico della metropolitana di Guadalaxara, alla sede cattedrale di *Campeche* nel Messico.

8 Novembre 1909. — Mons. Giovanni Stariha, Vescovo dimissionario di Lead, alla chiesa titolare vescovile di *Antipatride* di Palestina.

12 Novembre 1909. — Il Rev. D. Giuseppe di Gesù Guzmán, canonico della metropolitana di Durango, alla sede cattedrale di *Tamaulipas* nel Messico.

S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

CONCORSO

Per ordine superiore, e in conformità al Regolamento annesso alla Costituzione Apostolica *Sapienti consilio,* parte I, capo % si dichiara aperto un concorso per due posti di scrittore nella Segreteria della S. C. del Concilio. I sacerdoti che volessero concorrere sono invitati a presentare alla Segreteria della stessa S. C. regolare domanda, munita dei requisiti necessari e titoli per l'ammissione, nel termine di un mese dalla data del presente avviso.

Roma, 6 Novembre 1909.

B. POMPILI, *Segretario.*

SACRA PENITENZIERIA

CONCORSO

Indicitur omnibus et singulis in ordine sacro constitutis, concurrere volentibus ad munus officialis sacrae Poenitentiariae, ut, intra spatium triginta dierum a data praesentium computandum, documenta de nomine, cognomine, patria, consensu Eoli Cardinalis Urbis Vicarii, bono proprii Ordinarii testimonio, aetate, requisitis, studiis, conditione, exercitio ceterisque qualitatibus et gradibus R. P.

D. Oresti Giorgi Regeriti, vel R. P. D. Iosepho Latini Gorrectori exhibeant; quibus probatis, admittentur ad concursum, qui habebitur in Secretaria S. Poenitentiariae die 24 Novembris hora octava ante meridiem, pro examine in scriptis; die vero 30 Novembris hora nona ante meridiem in aedibus nostris, pro examine orali.

Datum Romae, ex nostris aedibus, die 22 Octobris 1909.

S. CARD. VANNUTELLI, *Poenitentiarius maior.*

L. * S.

Vincentius Can. Rosetti, *S. P. Cappellanus.*

SEQRETERIA DI STATO

. , NOMINE . ' - ' '•' '

11 Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve, si è degnato di nominare :

Vescovo assistente al Soglio:

18 Settembre 1909. — Mons. Francesco Baldassarre Vescovo d'Imola.

Protonotario apostolico ad instar participantium :

12 Ottóbre 1909. — Mons. Giuseppe Silvestro Al ves ele Miranda, della diocesi di Nieteroy. '' '

ONORIFICENZE

Sua Santità, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con,,placca dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe civile :

25 Ottobre 1909. — Al Sig. Emilio Hennion, della diocesi di Tottrnai.

La Commenda deli-Ordine di S. Gregorio magno, classe civile:

22 Ottobre 1909. — Al Sig. Barone de Schilling, Segretario della Legazione di Russia presso la S Sede.

25 Ottobre. — Al Sig. Riccardo Giràrdót, della diocesi di Nizza. ' r

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro:

23 Ottobre 1909. — Al Sig. Avv. Vincenzo Varano, della diocesi di Catanzaro.

MAGGIOÉDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari:

2 Settembre 1909. — Il Rev. D. Giovanni Camossetti, dell'archidiocesi di Torino.

13 Settembre. — Il Rev. D. E. M. Angelo, dell'archidiocesi di Madras.

21 Settembre. — Il Rev. D. Lorenzo Jella, della diocesi di Tivoli.

8 Ottobre 1909. — 11 Rev. D. Giovanni Kokovay, della diocesi di Vacz;

— 11 Rev. D. Alessio Watulewicz, della diocesi di Premislia.

22 Ottobre. — Il Rev. D. Giovanni Buttò, dell'archidiocesi di Udine.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari:

21 Settembre 1909. — Il Sig. Visconte Carlo Giuseppe de la Lande, dell'archidiocesi di Rennes;

— Il Sig. Idesbaldo Rotsart de Hertaing, della diocesi di Tournai.

Camerieri d'onore in abito paonazzo:

18 Settembre 1909. — Il Rev. D. Stefano Piccihelli, della diocesi di Conio.

21 Settembre. — Il Rev. D. Giuseppe Carrière, della diocesi di Montpellier;

— Il Rev. D. Victor Deby, della diocesi di' Nicaragua.

28 Settembre. — Il Rev. D. Eusebio Francese, dell'archidiocesi di Vercelli.

8 Ottobre 1909. — Il Rev. D. Alfredo Pegado de Castro, della diocesi di Pia uh y ; •

— Il Rev. D. Giuseppe Maria Pereira Barbedo, della diocesi di Porto;

— Il Rev. D. Giovanni Erpenbeck, della diocesi di Münster;"

— Il Rev. D. Agostino Piaggio, dell'archidiocesi di Buenos Ayres.

Cameriere d'onore di spada e cappa sopraúnumerario :

20 Ottobre 1909. — Il Sig. Manuele Buch, dell'archidiocesi di Messico.

Cappellani segreti d'onore:

16 Settembre 1909. — Il Rev. D. Luigi Bagato,^del patriarcato di Venezia.

15 Ottobre 1909. — Il Rev. D. Carlo Hommell, della diocesi di Strasburgo.

NECROLOGIO

18 Ottobre 1909. — Mons. Pietro Paolo Servonnet, Arcivescovo di Bourges.

Annus I. - Vol. I. Die 20 Decembris 1909. Num. 21.

ACTAIPOSTOLIGAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO

DE INSTAURATIONE CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM VULGO THEATINORUM.

Auspicato, per dilectum Filium Nostrum Iosephum S. R. E. Cardinalem Vives, Instituti Filiorum sacrae Familiae Protectorem, parata unione et incorporatione eiusdem Instituti congregationi Clericorum regularium, vulgo Theatinorum, solemniter declaramus, decernimus et dicimus, dilectos filios Nostros Bonaventuram Mullol eiusque Consultores generales universosque eiusdem Instituti sodales, ab hac die, Octavae solemnitatis Immaculatae Conceptionis beatae Mariae virginis sacra, esse veros legitimosque filios S. Patris Caietani, veros legitimosque alumnos congregationis Clericorum regularium, vulgo Theatinorum, cum omnibus iuribus et privilegiis, eisdem Clericis regularibus a S. Sede concessis et concedendis.

Volumus autem, ut praedictus dilectus filius Bonaventura Mullol eiusque subditi cum tota Clericorum regularium congregatione, filiali affectu, cultus sacrae Familiae et scapularis coerulei Immaculatae Conceptionis assidui promotores et perpetui zelatores ubique terrarum exsistant, servatis de iure servandis.

Praefatum autem Cardinalem, hactenus Instituti sacrae Familiae Protectorem, universae Clericorum regularium congregationi praeesse mandamus, facta eidem potestate, ut aucto-

ritate Nostra, instaurationi et reformationi eiusdem congreg gationis ad nutum Nostrum, etiam in futurum providere possit, cum opportunis et necessariis facultalibus. Contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv Decembris, Octava solemnitatis Immaculatae Conceptionis B. M. V., anno MCMIX, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

INSTAURATUR PISIS, IN SEMINARIO DIOECESANO, THEOLOGICA FACULTAS, ET ARCHIEPISCOPO PRO TEMPORE IUS TRADITUR CONFERENDI DOCTORALES LAUREAS ET ACADEMICOS GRADUS IN SACRA THEOLOGIA.

PIUS PP. x

Ad perpetuam rei memoriam. — Magistra vitae ac nuncia veritatis historia luculente demonstrat, post Romani Imperii eversionem ac multiplices foedasque ingruentium barbarorum migrationes; quum quasi ferrea aetas mundo superincumberet, et diuturna bella, caedes^ incendia; tumultus longe lateque Europae fines vastarent; ecclesiasticos dumtaxat viros ferme obsoleta scientiarum ac liberalium disciplinarum studia tam vigili cura servasse, ut veteris sapientiae atque artium novarum documenta,'in coenobia monachorum potissimum, sacrasque Deo aedes, quasi in securitatis asylum confugisse visa fuerint. Quin etiam neminem latet, teterrima illa tempestate, Romanos Pontifices Decessores Nostros in id potissimum curas cogitationesque suas paterno studio posuisse, nimirum ut barbaras gentes Evangelii lumen illustraret, populosque omni cultura rudes, eosdemque vi atque armis feros, divinae non minus quam humanae legis maiestas compesceret. Quare iidem Nostri Decessores primum monasticas scholas provexerunt, dein labentibus annis generalia studia propriis legibus ac sanctionibus firmanda curarunt; quibus e studiis brevi emanarunt universitates, quarum celeberrimae, tum in Italia cum in aliis nationibus Romano Pontifice auctore atque auspice erectae, catholicam fidem rerum maximarum altricem esse praedicant. Has inter Pisanam studiorum universitatem iure meritoque

accenseri posse arbitramur. Etenim Pisis in urbe frequentia civium, commeatuum flore, ac terra marique gestarum rerum gloria, id temporis, maxime insigni, iam inde ab undecimo saeculo, sapientes doctores et scholae exstiterunt, in quibus iuvenes ad iustitiam eruditi etiam ad sacra munera rite obeunda parabantur. Exstant adhuc templa, in quibus harum scholarum alumni doctoralibus laureis, adstante sacrorum Antistite, solemni pompa donabantur. Dein generale studium est conditum, et suffragantibus reipublicae rectoribus, ac civibus universis, per legatos ad Pontificiam Sedem tum Avenione exstantem, iterata vice missos, flagitatum est, ut in Pisana urbe, studiorum universitas, apostolica auctoritate institueretur. Clemens autem sextus, recolendae memoriae, Decessor Noster, datis sub plumbo litteris, apud Villani novam, dioecesis Avenionensis," tertio nonas septembres anno MCCCXXXXITI, ut civitas, quam divina bonitas tot gratiarum dotibus insigniverat, scientiarum etiam fieret foecunda muneribus, et *quasi doctrinae fons irriguus,* viros excitaret, religionis laude simul atque eruditionis copia spectatos, exhibitae petitioni benigne annuendum censuit. Edixit itaque, ut athenaeum Pisis institutum, par foret dignitate universitatibus Bononiensi ac Parisiensi ; de laureis et doctoralibus gradibus conferendis peculiares leges constituit; tandem Archiepiscopos .Pisarum pro tempore, et vacante sede capitularem Vicarium, futuris temporibus perpetuos pontificios memoratae universitatis Cancellarius renunciavit. Sic praenobile Pisanum athenaeum optatam Apostolicae Sedis sanctionem nactum est. Postea vero, non intermissa serie, Romani Pontifices Nostri Praedecessores gravissimis documentis ac decretis, propensa erga athenaeum ipsum voluntatem studiumque continenter significarunt. Etenim, modo novis redditibus, atque ecclesiasticis decimis universitatis patrimonium auxerunt; modo universitatem ipsam in summis reipublicae angustiis ab extremo discrimine vindicarunt ; modo ad pristinum decus splendoremque, interposita auctoritate apostolica, restituendam curavere. Urbanus V, Sixtus IV, Innocentius VIII, Alexander VI, Leo X, Clemens VII, Paulus III, Iulius III et Pius IV, datis litteris tum sub plumbo tum piscatorio annulo obsignatis, Pisanae studiorum universitatis commodo atque incremento pro re ac tempore consuluerunt. Interea magistri, fama conspicui, atque in universo terrarum orbe maximae sapientiae laude spectati, lectionibus eruditissimis athenaeum nobilitarunt ; atque inter alumnos, genere et virtutibus claros^ qui Pisanum studium celebraverunt, quatuor etiam enumerandi sunt Nostri Decessores, nempe Alexander III Bandinellius, Leo X Medices, Paulus III Farnesius et Clemens IX Rospigliosius, Pontifices Romani. Sequentibus saeculis, postquam Pisarum respublica in ditionem cessit Magni Hetruriae Ducis, Decessores Nostri Pontifices Romani, per Cancellarius pontificios,

videlicet metropolitanae ecclesiae Pisanae Archiepiscopos pro tempore, in eodem athenaeo studiorum rationi advigilarunt. Qui quidem metropolitanae ecclesiae Pisarum Antistites, utpote pontifìcii Cancellarii, iure gavisi sunt academicos gradus conferendi, neque solum in sacrae theologiae, sed etiam in aliis facultatibus. Plura et in publicis tabulariis laureata diplomata asservantur, etiam ineunte superiori saeculo, ab Archiepiscopis Cancellariis pontificiis, penes athenaeum Pisanum data: exstat in archiepiscopali palatio splendidior aula, *a laureis* nuncupata, in qua, prius peracta publica disceptatione, universitatis alumni doctorali laurea potiebantur. Verum, recentioribus temporibus, post varias vicissitudines et civilis regiminis mutationes, Archiepiscopo Pisarum haud amplius copia data est nobilissimum Cancellarii pontificii munus exercendi : atque exinde, quae propius ad Ecclesiam spectant, theologica studia, ex athenaeo ad archiepiscopale seminarium, antiquis non suffulta privilegiis, migrarunt. Sed Decessores Nostri, quibus nihil antiquius unquam fuit, quam ut in Ecclesiae spem succrescentes alumni, theologicis disciplinis integre ac religiose imbuerentur, nonnullas sacrae theologiae scholas, penes episcopalia seminaria erectas, tum doctorum fama, cum alumnorum frequentia spectatas, conferendi academicos gradus iure donarunt; et ipse, recolendae memoriae, Praedecessor Noster Leo PP. XIII theologicam facultatem, in seminario Florentinae archidioecesis institutam, huiusmodi privilegio decoravit. Haec animo repetentes, cum dilectus Filius Noster Petrus S. R. E. presbyter Cardinalis Maffi, ex dispensatione apostolica Archiepiscopus Pisanus, Nos iteratis enixisque precibus flagitaverit, ut in suae archidioecesis seminario theologica studia ad pristinam dignitatem servare dignaremur: Nos, nobilibus ipsius Archiepiscopi coeptis ultro libenterque obsecundantes, votis his annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus. Quod igitur bonum, felix faustumque siet, et catholico nomini universaeque christianae reipublicae benevertat, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae voluntatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, in seminario archiepiscopali Pisanae urbis theologicam facultatem instauramus atque restituimus : simulque Pisanis Archiepiscopis pro tempore, et vacante metropolitana sede capitularibus Vicariis, utpote pontificiis Cancellariis, facultatem renovamus conferendi in theologicis disciplinis academicos gradus et ipsam doctoralem lauream alumnis, qui, facto prius doctrinae suae periculo, huiusmodi honore digni habiti sint. At enim expresse mandamus, ut hodiernus Archiepiscopus Cancellarius, et ipsius in munere successores, accurate advigilent, ut in memorata theologica facultate, sic per Nos in Pisano seminario instaurata, tum quod ad doctrinam studiorumque theologicorum rationem, tum

quod ad fidei catholicae professionem, a doctoribus atque ab alumnis emittendam, sacrorum canonum et Apostolicae Sedis singula praescripta adamussim serventur. Item praecipimus, ut ipse Cancellarius Antistes doctoralem theologicam lauream conferre nequeat, nisi antea singulis vicibus, candidatorum theses, atque elucubratas dissertationes inspiciat, et instituendorum periculorum exitum cognoscat. Tandem confirmantes, auctoritate Nostra, Archiepiscopo Pisano illiusque in officio successoribus omnia iura ac privilegia, quibus ex Apostolicae Sedis concessione iam gavisi sunt pontificii Cancellarii penes Pisanam studiorum universitatem, eidem etiam concedimus necessarias omnes atque opportunas facultates, ut quae superius praescripta sunt, suos plenos atque integros effectus sortiantur. Decernentes, praesentes litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxn Novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *a secretis Status.*

L. j$ S.

. EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. IOANNEM CAGLIERO, ARCHIEPISCOPUM TITULAREM SEBASTENSEM, DELEGATUM APOSTOLICUM APUD S. IOSEPHUM DE COSTARICA, IN SUO MAIORI VOTORUM RELIGIONIS AC MINORI EPISCOPATUS IUBILAEO.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Praeclara quae te honestant in Ecclesiam merita, quaeque haud exigua consequuta sunt benevolentiae Nostrae testimonia, hoc etiam a Nobis expetunt pietatis officium ut peragent! tibi annum quinquagesimum a quo votorum religione piae societati a divo Salesio nomen dedisti et vigesimum quintum a suscepto episcopali honore, quo remotiores corpore eo propius accedamus

animo, fausta quaeque adprecaturi. Neque enim fas est patrem filio deesse laetanti, neque filii gaudia esse numeris omnibus absoluta quin paterna communione compleantur. Ad te igitur, a publica, quam omnium fidelium gerimus, cura convertentes animum, laetamur sane te caelestium gratiarum ope ita cumulari ut unius diei geminata laetitia, bina eaque amplissima complectaris et recolas divina beneficia, quorum altero, evangelicae perfectionis studio, vocanti te Deo arctius adhaesisti, collata altero divinitus potestate, summo es auctus sacerdotio, in infideles Americae meridionalis populos Christi nomen et doctrinam invecturus. Dum gratulamur utrumque, te optimis prosequimur ominibus. Ne quid vero desit pietati in te Nostrae, gratulationibus addimus preces ad Deum, quibus cum catholicae Ecclesiae cui, gravissimis functus muneribus, uti *bonus miles Christi Iesu* iamdiu inservis, tum Nobismetipsis quibus es percarus, te conservari quam diutissime poscimus. Auspex interea divinorum munerum, et testis praecipuae benevolentiae Nostrae, apostolica sit benedictio quam tibi, venerabilis Frater, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

IL

AD V. E. IULIUM CARD. BOSCHI, ARCHIEPISCOPUM FERRARIENSEM ET EPISCOPUM COMACLENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FLAMINIAE REGIONIS.

Dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communes litterae, quas a vobis in annuum conventum congregatis nuper accepimus, haud mediocrem declarant pietatem in Nos vestram. Absentes, Nobiscum estis animo et cogitatione : a Nobis et initium consultationum et felicis exitus sumere libet auspicia, ac laeta, tristia quibus afficimur memoria repetentes, eadem Nobiscum sociatis, ut communio vestra vitae Nobis amara temperet, ac suavia efficiat gratiora. Haec amoris officia, quibus profecto nihil uberius, amplectimur libentissime, eaque pari rependimus amore.

Navitas egregia vestra, perspicuis testata modis, non sinit profecto stimulos Nos adjicere volentibus. Futurum confidimus ut, quae coepistis consilia, eadem alacri impleatis animo. Sed aetatis ratio ea seorsum vobiscum suadet recolere, quae de sacerdotali vita recte instituenda alias ediximus, cleri contuentes universitatem. Neque enim vos latet, auctam in dies et ad nefas omne proiectam impiorum audaciam eo potissimum

spectare, ut catholicae Ecclesiae clerum in deteriorem quotidie conditionem compellat, et sacro eiusdem ministerio vim adimat omnem. Et huc christiani nominis osorum sunt conversa consilia, coeptaque omnia: huc quotidianae obtrectationes, huc calumniae, huc genus omne iniuria-' rum quibus, ipsis clam vel palam auctoribus, clerus obruitur. Haec satis monent, dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, quanta cura sit vobis enitendum ut clerus cuiusque vestrum, sive in sacris seminariis adolescat, sive, inde digressus, proxime incumbat *in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi,* ea vitae et doctrinae integritate floreat, quae sacerdotali convenit honori. Et. ad seminaria quod attinet, eadem fovete studiis omnibus, ut omnium clericali ordini congruentium virtutum tptidem veluti domicilia se praebeant, et ut splendori virtutis in illis par sit scientiae dignitas, venenatis modernistarum placitis minime fucata. Utraque enim adolescentibus clericis est apprime necessaria, ut sicut *novellae olivarum in circuitu mensae Domini,* in spem Ecclesiae succrescant, et sacerdotio aucti, laborantibus vobis suppetias veniant, ad munus omne sacri ministerii optime instructi. — Sed neque sacerdotibus recens initiatis et cetero quoque clero desint studia vestra. Etenim, labentibus annis, humanum est in propositis languescere, nisi caritati novae faces admoveantur. Eo itaque simul contendite, ut operarii omnes in concredita vobis vinea Domini pietatem constanter adament et augeant in dies : sacerdotalibus muniis obeundis ea qua par est diligentia vacent : redintegrandis interdum animorum viribus, iugi caelestium rerum meditatione et piis exercitationibus incumbant : scientiarum praesertim sacrarum emensa studia haud negligant, sed recolant assidue: mores denique suos ita componant, ut in omnibus seipsos praebeant *exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate.* Quae omnia si prae oculis habueritis et curaveritis diligenter, fas erit profecto clerum sperare, qui utraque laude, doctrinae scilicet et vitae sanctimoniae, ita praestet, ut *is qui ex adverso est, vereatur nihil habens malum dicere de illo ;* insidiae, si quae paratae fuerint, concident omnes, et suus ubique clero erit honos.

•i Haec attigimus sane non excitandi vos causa, quos pervigiles experti sumus, sed novum adjiciendi testimonium paternae Nostrae sollicitudinis amantissimaeque erga vos voluntatis. Ut vero et Nostra studia et vestra optatos habeant exitus, auspicem divinorum munerum, apostolicam benedictionem vobis omnibus et vestro cuique clero ac populo in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv Novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

III.

AD R. P. D. IOANNEM MARIAM FARLEY, ARCHIEPISCOPUM NEO-EBORACENSEM, OB GRATULATIONES IN EPISCOPALI IUBILAEO SUMMI PONTIFICIS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — In litteris quas nuper a te accepimus, vicesimo quinto anno feliciter pleno ab inito a Nobis episcopali munere, laeta amavimus omina quibus Nos aftV cisti suaviter: amavimus studium quo, corrogata stipe, tenuitati Nostrae opem pro viribus tulisti. Officium utrumque pietatem commendat pulcre tuam tuaeque ditionis cleri ac populi, quos in eodem obsequio Nobis praestando socios habuisti atque adiutores. Hanc optime conspirantem pietatem, iamdiu perspectam Nobis quidem, modo novis testatam laetamur argumentis, eamque paterno complectimur animo. Officia Nostra tibi tuoque gregi nullo sane deerunt tempore, et quantum in Nobis est caritatis, id omne in vos conferemus. Auspex interea caelestium munerum Nostraeque benevolentiae testis, apostolica sit benedictio quam tibi, venerabilis Frater, et iis omnibus in quos curae et cogitationes tuae evigilant, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvin Novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

IV.

AD R. P. D. FRANCISCUM SOLIERI, PONTIFICII BOHEMORUM CLERICORUM COLLEGII MODERATOREM, IN XXV A CONDITO COLLEGIO ANNIVERSARIO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Significasti nuper, litteris ad Nos datis, tum initum consilium celebrandi vicesimum quintum anniversarium a condito in Urbe pontificio Bohemorum clericorum collegio, tum etiam non mediocrem eorumdem cupiditatem apostolica benedictione sollemnem diem auspicandi. Utrumque Nobis iucundum. Primum equidem quia sollemnia huiusmodi non modo in religionis incrementum, sed cedunt etiam in obsequium Sedis Apostolicae, cuius providentia collegium illud excitatum est, et sedulis altum curis: alterum vero quia *benedictio patris firmat domos filiorum.* Et domum istam in qua universam catholicae Bohemiae gentem libet intueri et animo complecti, firmari in dies et augeri votis expetimus omnibus. Confidimus enim delectos clericos, qui in ea adolescunt

et ad munus omne sacri ministerii Nostris pene sub oculis instituuntur, Romanae Ecclesiae quam hausere doctrinam et caritatem in cives suos esse illaturos. Hac erecti spe iucundissima tibi et tuae disciplinae alumnis laetantibus paterno gratulamur animo, et caelestium munerum opes a Deo adprecantes, amantissime in Domino benedicimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvin Novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

V.

AD AUGUSTISSIMUM ET POTENTISSIMIS GUILELMUM II, GERMANIAE IM PER ATOREM ET BORUSSIAE REGEM.

Sire,

Les sentiments et les voeux, que Votre Majesté a eu la gracieuse courtoisie de m'adresser à l'occasion du 25me Anniversaire de ma consécration episcopale, m'ont très yivement touché. Je Lui en exprime ma profonde gratitude, ainsi que de la Sympathie dont Elle veut bien me donner une nouvelle et si précieuse assurance.

En retour, je prie Dieu, Sire, de répandre d'abondantes bénédictions sur Votre Auguste Personne, sur la Familie imperiale, sur les Etats et les sujets de Votre Majesté, en formant particulièrement le voeu que Votre Majesté soit longtemps encoré conservée à l'affection de ses sujets, pour la prospérité de l'Empire Allemand.

Rome, 20 Novembre 1909.

PIUS PP. X

VI.

AD VV. EE. GEORGIUM CARD. KOPP, EPISCOPUM VRATISLAVIENSEM, ET ANTONIUM CARD. FISCHER, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, OB GRATULATIONES EPISCOPORUM GERMANIAE IN XXV S. P. EPISCOPALI ANNIVERSARIO.

Dilecti Filii Nostri, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratias ingentes vobis et venerabilibus Fratribus, qui vobiscum Fuldam convenerunt et agimus et habemus, ob amantissimas litteras, quas in natali episcopatus Nostri quinto et vigesimo communiter ad Nos dedistis. Equidem hac perspecta conditione temporum, quae certe non admodum sunt oppor-

tuna laetitiae, recordationem eius facti, Nobis sane memorabilis, praeterire silentio maluimus. Sed, quoniam aliter visum est pietati vestrae, sciatis volumus gratulationes et vota, quibus Nos estis prosecuti, pergrata Nobis perque iucunda fuisse. Quod autem ea vos laudando commemorantis, quae inde a suscepto episcopatu Mantuano ad hanc diem egimus, id profecto fecistis ex abundantia quadam vestri in Nos amoris; Nos vero, totum hoc spatium aetatis Nostrae respicientes, valde commoveamur necesse est, quum administrati a Nobis sanctissimi muneris severa sit ratio Pastorum Principi reddenda. Vos igitur non solum diligentia officii, sed etiam sanctis vestris ad Deum precibus Nos adiuvabitis. Vicissim ipsi vobis divinae benignitatis conciliare subsidia precando non desistemus: eorumque auspex apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecti Filii Nostri, venerabilibus Fratribus, ceteris Germaniae Episcopis et clero populoque singulis vestrum concredito, paterna cum caritate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxi Novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

VII.

AD V. E. PETRUM CARD. COULLÍE, ARCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEM, OB GRATULATIONES ANTISTITUM GALLIAE IN EPISCOPALI IUBILAEO SUMMI PONTIFICIS.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Tua quidem et complurium venerabilium Fratrum, Galliae Episcoporum, magnopere laudanda pietas est: qui, quum una simul essetis, annui studiorum cursus auspicandi gratia in athenaeo catholico Lugdunensi, deesse vobis noluistis, quin Nobis exactos in episcopali munere annos viginti quinque studiose per communes litteras gratularemini. Ex his quantam ceperimus voluptatem, existimare vobis licet. Scitis enim tantorum maiorum, quibus hodie sollicitamur, illam esse consolationem maximam, quae in Episcoporum fide, constantia, diligentia continetur: vosque consolationem huiusmodi, ut adhibuistis Nobis adhuc, ita deinceps adhibituros promittitis. Ipsi autem, recreantes obsequio studioque vestro animum Nostrum, optime meretis de religione patria: neque enim, quum dies noctesque vestris in rebus evigilemus, quicquam aliud curae cogitationesque Nostrae spectant, nisi Galliae catholicae salutem. Nos igitur gratias vobis magnas agimus; quaesumusque Deum, ut vestra et in Nos officia, et in patriam merita muneribus gratiae suae uberrime remuneretur. Atque horum auspicem, et praecipuae Nostrae benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili Noster,

venerabilibus eis Fratribus, itemque clero et populo vestro apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxi Novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

VIII.

AD R. P. D. NICOLAUM AUDINO, EPISCOPUM MAZARIENSEM, HABITA DIOECESANA SYNODO.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Laudamus tuam officii diligentiam, qui vixdum dioecesim istam pro potestate praesens obiveras, cum ad synodum dioecesanam celebrandam animum adiecisti; idque post bina fere saecula, quam istic eam celebrari desi tum erat. Rem saluberrime institutam ad recte administrandum pastorale munus, et eam cum divina gloria animarumque salute maxime coniunctam, optime tu quidem censuisti non differendam esse diutius, praesertim quod, hoc tam longo intervallo, non parva et legum et morum commutatio facta esset. Nos, etsi nunc tibi rescribimus, quum synodus habita est, tamen dubitare non potes quin, quum haberetur, tibi et sacerdotibus tecum congregatis bene precati simus: confidimusque, Deum vobis consultantibus adfuisse. Quod autem, pro tua in Nos pietate, in eum diem, quo abhinc annis viginti quinque episcopatum inivimuS, gratulatione Nos faustisque ominibus prosecutus es, fecisti Nobis gratum ; tibique Nos, reddentes amoris vicem, lectissima divinae bonitatis munera exposcimus. Quorum auspicem, tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

"Datum Romae apud S. Petrum, die xxi Novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

IX.

AD R. P. D. ALOYSIUM PHILIPPUM ORTIZ Y GUTIÉRREZ, EPISCOPUM ZAMORENSEM, IN QUINQUAGESIMO SUAE CONSECRATIONIS ANNIVERSARIO.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. Quinquagesimum sacerdotii natalem feliciter plenum iam iam peracturo, profecto haud patimur tibi Nostrae deesse officium pietatis. Pietas id. exigit

in Nos tua tuorumque officiorum vicissitudo. Libet igitur tibi gratulari ex animo, et ominari feliciter. Equidem tam diuturnum sacerdotale ministerium, episcopali auctum honore, magnum est divinae in te benignitatis argumentum. Sed laetamur, te minime si visse otio delitescere quod est tam insigni partum munere; et confidimus haud minore emensurum navitate quascumque divina miseratione tibi fiant annorum ac virium accessiones. Hoc sane Nostris est in votis. Auspex interea caelestium gratiarum ac Nostrae testis benevolentiae apostolica sit benedictio quam tibi, venerabilis Frater, clero ac populo universo tuae tradito pastorali vigilantiae, peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i Decembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

X.

AD R. P. D. IOANNEM MUÑOZ Y HERRERA, EPISCOPUM MALACITANUM, OB L SACERDOTII SUI NATALEM, ET DIOECESANAM SYNODUM CELEBRANDAM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Est profecto cur cogitationem Nostram atque animum ad te hodie seorsum convertamus. Novimus enim, quinquagesimum sacerdotii natalem te iam iam celebraturam: novimus itidem iamdiu expetitam dioecesanam synodum te eo ipso tempore cogitare. Duplex inde tecum Nobis gratulandi causa; duplex et bene ominandi facultas. Alterum siquidem divinam in te caritatem; tuam alterum in moderanda dioecesi navitatem reddit perspicuam. Utrumque vero iucundum Nobis, qui tibi a Deo cum uberiorem in dies vitae usuram, tum etiam suppliciter contendimus divinae gloriae atque aeternae animarum salutis studium usque vehementius. Haec porro accipias uti pietatis in te Nostrae significationem. Auspex interea caelestium munerum, et benevolentiae Nostrae testis, sit apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, et universo tuae ditionis clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII Decembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

XI.

AD R. P. D. FRIDERICUM BONNET, EPISCOPUM VIVARIENSEM, IN QUINQUAGESIMO ANNO SACERDOTII EIUS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quinquagesimo exeunte anno a quo primum salutari hostia Deo litasti, hisce Nos iuvat litteris natali sacerdotii tui auspicato occurrere, ut praeeuntibus Nobis iam gratiores tibi obveniant quascumque laetantium filiorum pietas conferet in te animorum significationes.

Hoc amoris officium amor exigit in Nos tuus: exigit et studium quo traditum pastorali tuae vigilantiae gregem integre naviterque pascendo, curas Nostras laboresque revelasti. Quam quidem navitatem, tam diuturno episcopali munere perspicuam, clariorem reddidere recentiores Gallicae Ecclesiae calamitates et lamentabiles casus. Neque enim obliti sumus cum virtutem qua, una cum ceteris Galliae Episcopis, saevientium Ecclesiae hostium impetus ac direptiones tulisti, tum etiam eorumdem confratrum tuorum et tuam seorsum in Apostolicam Sedem arctam, tunc temporis quam maxime, et Nobis exoptatam necessitudinem obsequii plenam. Neque silentio praetereundum, te communi opinione hoc etiam nomine laudari quod in catholicis scholis instituendis atque ab omni christiani nominis osorum infensa auctoritate liberis absolutisque servandis, qua dicendi scribendique vi, qua sumptibus minime exiguis, qua denique laboribus omnigenis, operam navasti assiduam. Praeclara sane facinora et catholico Episcopo apprime digna !

Haec porro quae Nostro haerent animo penitus, Nostram eamque praecipuam tibi concinant benevolentiam ; cuius testificandae cupientibus Nobis peropportunam praebet occasionem proximum sacerdotii tui sollemne. Hanc ergo capimus libentissime tibique laetanti et gratulamur, et feliciter ominamur, et paterno animo in Domino benedicimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Decembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

XII.

AD V. E. IOSEPHUM GAL ASA NCTIUM CARD. VIVES, PRAEFECTUM S. CONGREGATIONIS DE RELIGIOSIS, CIRCA TITULUM FRATRUM MINORUM.

Eminentissimo Signor Gardinale,

Nelle nostre Lettere Apostoliche sulle tre Famiglie francescane abbiamo stabilito, che quella dei Frati Minori uniti da Leone X e Leone XIII di s. m.

sia chiamata col glorioso cognome e nota storica e distintiva di *Unione Leonianae* principalmente quando fosse opportuno per evitare ambiguità e confusione negli atti pubblici. Ora, volendo che nelle sacre Congregazioni della Romana Curia sia in perpetuo osservata una norma uniforme nella pratica di queste Nostre disposizioni, ordiniamo che il titolo di *Ordine dei Frati Minori dell'Unione Leoniana* si debba dare alla detta Famiglia e ai suoi Moderatori ed alunni in tutte le Bolle, Brevi, Rescritti ed altri documenti:

a) dove sono enumerate le tre Famiglie francescane simultaneamente e i loro Ministri generali;

6) dove sono concessi indulti, grazie, privilegi per la Famiglia dei detti Minori uniti da Leone X e Leone XIII;

c) nelle controversie e dispareri, che potessero nascere fra le tre Famiglie francescane.

In tutti gli altri casi poi, purché a norma delie ultime nostre Lettere Apostoliche si sottintenda sempre la nota storica e caratteristica di Frati Minori dell'Unione Leoniana, che li differenzia dalle altre due Famiglie, concediamo che le SS. Congregazioni possano usare del semplice titolo di *Frati Minori, Ordine dei Frati Minori, Ministro generale dei Frati Minori.*

Incarichiamo Lei, Signor Cardinale, di comunicare queste nostre disposizioni a tutte le SS. Congregazioni Romane per la piena osservanza, e Ci confermiamo a Lei affino .

Dal Vaticano, li 15 Dicembre 1909.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ROMANA

DE COMPETENTIA SACRAE CONGREGATIONIS CONCILII SUPER CONFRATERNITATES ET PIAS UNIONES POST CONSTIT. " SAPIENTI CONSILIO ".

Proposito dubio, « utrum competentia super confraternitates a Consti- « tutione *Sapienti consilio* tributa sacrae Congregationi Concilii se extendat « quoque ad confraternitates et pias uniones quae dependent ab Ordinibus et « congregationibus religiosis, vel erectae sunt in eorum ecclesiis seu domi- «bus; an potius haec reservata sit sacrae Congregationi de Religiosis »;

Emi Patres S. Congregationis Consistorialis, praehabito .Consultoris voto, in generalibus comitiis diei 9 Decembris 1909 respondendum censuerunt '.*Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Facta vero, die insequenti, de his relatione SSmo, Sanctitas sua resolutionem Emorum Patrum ratam habuit et confirmavit.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. £g S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

ROMANA

DE COMPETENTIA SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE SUPER NONNULLAS SOCIETATES MISSIONUM.

In generali conventu diei 9 Decembris 1909 propositum fuit resolvendum sequens dubium : « utrum S. Congregatio de Propaganda Fide « etiam post Constit. *Sapienti consilio* suam iurisdictionem exercere debeat « super societates, sive Lugdunensem pro missionibus ad Afros, sive Pari- « siensem pro missionibus ad exteras gentes, nec non super seminarium « Mediolanense S. Caloceri seu Institutum Mediolanense pro exteris missio- « nibus, denique super pontificium seminarium SS. Apostolorum Petri et « Pauli de Urbe ad exteras missiones, praesertim quoad ea quae respiciunt « eorum regulas, administrationem, atque opportunas concessiones ad sa- « eram alumnorum ordinationem requisitas ».

Et Emi Patres S. Congregationis Consistorialis, votis duorum Consultorum aliisque perpensis, responderunt : *Affirmative in omnibus.*

Die vero 10 Decembris 1909, facta de his relatione SSmo, Sanctitas sua resolutionem Emorum Patrum ratam habuit et confirmavit.

C. CARD. DE LÁI, *Secretarius.*

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

QUO RELIGIOSI MISSIONARII DE " MARI A NNHIL L „ IN SPECIALEM CONGREGATIONEM INSTITUUNTUR.

Inter monasticae familiae filios, qui, avitae traditionis aemuli, « lumen « ad revelationem gentium » in dissitis plagis verbo et exemplo diffundere student, haud ultimum sane locum tenent, nec minimam merentur laudem, illi Gistercienses reformati, qui, relicto coenobio de *Mariastern,* in Bosnia sito, duce Rev. Francisco Pfanner, in Africa meridionali, abbatiam de *Maricmnhill,* anno 1882, condidere : indeque vastissimam regionem Natalensem, expanso veluti viginti stationum rete, complexi sunt. At difficultates non leves suscitavit haec ipsa diffusio, utpote quam cum strictiori monastica disciplina, qualis apud Gistercienses reformatos propria viget, vix sociabilem, experientia visa est ostendere. Quare, utrimque rogantibus, tum Rmo P. Abbate generali laudati Ordinis, tum monachis de *Mariannhill,* ut peculiari deinceps ratione regerentur, S. Congregatio negociis religiosorum Sodalium praeposita, adprobante SSmo Domino nostro Pio divina providentia PP. X, sequentia decrevit:

I. Inter Ordinem Cisterciensium reformatorum et Religiosos missionarios de *Mariannhill* (hoc nomine deinceps appellandos) absoluta sit divisio, ita tamen, ut, qui apud Gistercienses vota emiserunt solemnia, eadem servent, atque privilegiis personalibus, huiusmodi professioni adnexis, ad dies vitae fruantur. Insuper Regulae norma, nunc temporis apud *Mariannhill* vigens, ab omnibus usu teneatur, nisi aliter praesenti decreto statuatur. Sacram liturgiam, de licentia Rmi Abbatis generalis Ordinis Cisterciensium reformatorum, iuxta ritum Cisterciensium missionarii exerceant, saltem usque ad Capitulum generale, elapso triennio celebrandum. In administrandis vero Sacramentis, praesertim in stationibus missionum, Rituali utantur romano.

II. Ecclesia *Mariannhill* erigatur in ecclesiam collegialem, cuius titularis, Praepositus nomine, sit caput communitatis Religiosorum," ab Ordinarii iurisdictione exemptae, gaudeatque, ut Praelatus, pontificalium usu, exclusis tamen Ordinum minorum collatione, et privilegiis specialibus eiusdem rationis.

III. Praepositum omnes Religiosi in Sacris constituti, votorum numero absolute maiori, ad diem vitae eligant, excepto primo, a Sede Apostolica ad nutum nominando. Sodales omnes, sive apud *Mariannhill* degentes, sive per missionum stationes dispersos, Praepositus paterne regat; omnes officiales communitatis atque stationum superiores, de Decanorum consilio, nominet; Capitulo plenario praesit; stationes singulis trienniis ordinarie, extraordinarie vero pro opportunitate, vel visitet ipse, vel ab uno e Decanis visitandas curet.

IV. Reditus et fructus rei familiaris una cum Cellerario administret, ea tamen lege, ut, praeter solas necessitates, de summa maiore mille libellis italicis, sive quadraginta sterlingis, motu proprio disponere non possit; sed indigeat consilio Decanorum, quorum voto adstringatur, si de summa agatur quinque millia libellarum excedente. Fundus autem instructus et quaecumque ad fundationem pertinent nullatenus alienentur, nisi de Capituli plenarii consensu, atque Sedis Apostolicae licentia.

V. Collegium universum Religiosorum missionariorum de *Mariannhill* duplici parte constet: altera sacerdotum atque ad sacerdotium adspirantium, altera conversorum. Omnes sodales vota emittant simplicia. Qui ad priorem partem pertinent, expleto novitiatus anno, vota emittant triennalia, dein perpetua. Conversi, duorum annorum emenso stadio, quorum saltem alter est apud *Mariannhill* transigendus, vota. ad quinquennium, dein perpetua emittant. Novitiatus communis sit unicus, apud *Mariannhill* erectus. Ad vota temporalia admittet, voto decisivo, Praepositus cum Decanis, a quibus vota temporalia per dimissionem solvi possunt; perpetua vero nonnisi a Sede Apostolica. Officio integro quotidie in choro publice persolvendo non teneantur nisi sacerdotes degentes apud *Mariannhill*, qui illud ea decentia persolvendum curent, Qualem ecclesiam collegialem huiusmodi decet.

VI. Praepositi consilium esto duplex: alterum minus, Decanis constans; alterum maius, omnes professos in Sacris constitutos complectens. Decanorum Consilium sex membra habeat: de iure Priorem et Cellerarium, a Praeposito nominandos; electione quatuor alios, a Praeposito duos, a plenario Capitulo duos, designandos. Qui Decani gaudeant voto consultivo, excepto casu superius expresso, quo ius habent emittendi votum decisivum. Capitulum generale, seu plenarium, quotannis saltem a Praeposito apud *Mariannhill* convocandum, omnibus coalescat professis, in Sacris constitutis. Si quis, ne intersit, impediatur, scripto sese excuset. In deliberationem adducantur, quae a Praeposito, de consilio Decanorum, tractanda videntur, vel quae de iure ecclesiastico ad Regularium capitulum spectant, uti admissio ad emittenda vota perpetua, alienatio fundorum, cooptatio Decanorum, et hisce similia.

VII. Studia apud *Mariannhill* instituantur philosophica et theologica, iuxta normas a Sede Apostolica sancitas.

Illmus et Rmus D. Gulielmus Miller, Episcopus Eumenensis, et Vicarius Apostolicus regionis vulgo dictae de *Transvaal*, qui tanta benevolentia iam Missionariorum coetui praefuit, novo Instituto adsit Visitator Apostolicus. Cogat Missionariorum coetum, praesens decretum legat atque inlustret ; Rmum D. Gerardum Wolpert, primum Praepositum ad nutum Apostolicae Sedis nominet. Elapso triennio, Capitulum plenarium iterum convocet, cuius erit novas conficere constitutiones, supradictis normis accommodatas, necnon regulas sacerdotibus, qui apud stationes degunt, opportunas sancire. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae, in festo Purificationis B. M. V., anno 1909.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S.

D. L. Janssens, O. S. B., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

DIOECESUM GALLIAE ET BELGII

ATQUE UTRIUSQUE DITIONIS COLONIARUM

CONCEDITUR CLERO DITIONUM GALLIAE ET BELGII ET UTRIUSQUE COLONIARUM OFFICIUM CUM MISSA DE S. COLETA VIRGINE.

IN PROPRIO DIOECES ANO

DIE 6 MARTII

IN FESTO S. COLETAE VIRGINIS

Duplex.

Omnia de communi Virginum, praeter sequentia :

ORATIO

Domine Iesu Christe, qui beatam Coletam virginem tuam coelestibus donis cumulasti : tribue quaesumus ; ut eius virtutes aemulantes in terris, gaudiis cum ipsa perfruamur aeternis : Qui vivis et regnas.

Ix I NOCTURNO

In Quadragesima : De Virginibus praeceptum. *Extra Quadragesimam, de Scriptura occurrente.*

IN II NOCTURNO

Lectio IV.

Picardiae civitas Corneja, dioecesis Ambianensis, sanctae Coletae natalibus ex matre sterili et sexagenaria, illustris effecta est. Haec ab ineunte aetate coepit ardentius colere officia caritatis : ita ut quidquid habere poterat, hilariter pauperibus largiretur. Orationi assidue vacans, solitaria loca quaerebat, tenerum ibi corpusculum affligens, ieiuniis carnem spiritui subiiciens, catena ferrea cilicioque numquam aut raro depositis, humi cubans, cum eam necessarius somnus occupabat. Quartumdecimum aetatis annum agens, orationibus impetravit a Domino, ut corpus suum, quod exiguum remanebat, subito ad iustam magnitudinem excreverit : ac vultus venustas, ne forte alicui occasionem praeberet delinquendi, in terreum colorem mutaretur. A daemonibus frequenter lacessita, diversisque apparitionibus exagitata, vulneribusque toto corpore lacerata, ab oratione tamen numquam recedebat : in qua saepe in ecstasim rapta Angelorum visione et colloquio potiebatur.

Lectio V.

Facultatibus pauperibus distributis, tertii Ordinis sancti Francisci regulam professa, novas praecedentibus austerità tes superaddens, in reclusorium successit ; ubi per triennium morata, vitam plane coelestem aggressa est, nudis semper pedibus, etiam hiemis tempore incedens, et continuis ieiuniis corpus suum pene conficiens. Tum se ad reformandum seraphici Francisci pene collapsum Ordinem, a Deo varie admonita, destinari cognovit: cui humiliter diu reluctans, linguae oculorumque usu deperdito, tandem voluntati divinae sese subiicere coacta est. Utroque autem sensu mox in integrum restituto, divino Spiritu afflata, Apostolicae Sedis adire praesentiam decrevit, ut a Summo Pontifice praedictum opus exsecutioni mandandi facultatem exposceret. A quo benedictione accepta, susceptoque praedictae reformationis mandato, in patriam rediens, tantum opus alacriter inchoavit.

Lectio VI.

Cum autem summo studio, tam antiquis monasteriis reformandis, quam novis exstruendis incumberet, ingruentes difficultates admirabili constantia superavit. Paupertatis semper studiosissima fuit, unica tunica, eaque districta contenta, angustissimam cellam in angulo habens, nulla supellectili instructam, praeter stramineum saccum, qui ei pro lectulo erat. Caritate, patientia, humilitate, mansuetudine ceterisque virtutibus decorata, dono etiam prophetiae illustris, abdita fidei mysteria divinitus edocta, ita penetravit, ut de his altissime dissereret. Multis tandem, et maximis patratis miraculis, morte sua ante biennium praecognita, omnibus Sacramentis munita, hortatisque sororibus ad regularem disciplinam, obdormivit in Domino, pridie Nonas Martii, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, Gandavi in Flandria, in monasterio a se aedificato ; in quo sacrae eius reliquiae assidua fidelium veneratione primum excultae,

postremo a monialibus, e coenobio depulsis, anno Domini millesimo septingentésimo octogesimo tertio, Poliniacum, tunc Bisuntinae dioecesis in Gallia, in Clarissarum monasterium translatae fuerunt, ubi usque nunc piissime asservantur. Eam denique Pius septimus Pontifex Maximus, nono Kalendas Iunii, anno octingentesimo septimo supra millesimum, novis -riteque probatis prodigiis coruscantem, solemni pompa Sanctorum albo recensuit.

IN III NOCTURNO

Homilia in Evangelium Simile est regnum coelorum decem virginibus, *de eodem Communi.*

In Quadragesima, IX Lectio de Homilia feriae.

IN APPENDICE MISSALIS.

Missa Dilexisti, *de Communi Virginum, praeter sequentia:*

ORATIO

Domine Iesu Christe, qui beatam Coletam virginem tuam coelestibus donis cumulasti: tribue quaesumus ; ut eius virtutes aemulantes in terris, gaudiis cum ipsa perfruamur aeternis : Qui vivis et regnas.

SECRETA

Supernis illustrationibus, Domine Deus noster, in hoc Sacro tibi offerendo, mentes nostras ref ove: quibus, in eo suscipiendo, beatam Coletam ad mores populi tui instaurandos replere voluisti. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Fac, Domine Iesu Christe, ut beata virgo Coleta, sponsa tibi fidelis, divinae caritatis flammam excitet in cordibus nostris ; quam ad perennem Ecclesiae tuae gloriam, innumeris virginibus inseruit: Qui vivis et regnas.

DECRETUM

Sanctam Coletam, quae coelitus missa, non modo ad regularem disciplinam pluribus in locis collapsam, in utraque!Francisci Assisiensis et Clarae familia instaurandam, verum ad ipsam Ecclesiam Dei reparandam superna ope delecta fuit, magno pietatis studio christifideles, praesertim in Galliae, Germaniae et Belgii regionibus merito prosequuntur. Siquidem inclyta haec Virgo, divino aestuans amore, atque in proximos caritate flagrans, tum rigidiores poenitentes summa austeritate assidue aemulata, tum egenos ac maxime aegrotos benignissime complexa, distributis antea in pauperes suis facultatibus, tertii Ordinis sancti Francisci regulam pro-

fessa, consiliis evangelicis arctissime inhaerens, omnium virtutum culmen attingere visa est. Mundo mori omnimode cupiens, in *reclusorium,* uti aiunt, secessit, ibique triennium morata est. Divinitus dein admonita, moderatoribus annuentibus, ex illo egressa fuit. Haud multo post, Spiritu divino afflante, ad reformandam vitam regularem Glarissarum, quibus a Romano Pontifice cooptata fuerat, indubiis accedentibus signis, sapienti consilio impigre adlaboravit. Incredibile dictu est, quantocius reformatio a Goleta feliciter peracta fuerit, quamplura exstructa monasteria, adaucto in dies monialium numero, instaurata ubique arctioris disciplinae Glarissarum ratio, adhuc late virescens : quam plurima sanctitatis specimina Ecclesiae Christi contulisse compertum est. Nec satis: zelo succensa Coleta virorum quoque religiosorum familiam primi Ordinis excitavit, qui Coletani idcirco appellati, uberrimos fructos retulerunt, et saeculo decimosexto ab Apostolica Sede Fratrum Minorum Ordini, habentibus animis, fuerunt inserti. Arduum propterea, quod a Deo iussa fuerat, opus aggressa, nullis iniuriis, aut calumniis, nedum conviciis infracta, mulier fortissima mirifice perfecit ; perditis nimirum populorum moribus emendandis intendit, et grassanti schismati in Occidente delendo : missa propterea ad Concilium Constantiense sapientissima epistola. Coletae virtutum et miraculorum fama, Italiam, Galliam, Germaniam aliasque pervagata regiones, undique ad ipsam confluebant gentes, opem a Deo Coletae precibus consecuturae : quinimmo viri praestantes virtute ac doctrina eam conveniebant, tamquam sanctitatis et perfectionis christianae magistram et exemplar: quos inter Vincentius Ferreri, Ioannes a Capistrano et Ioanna Arcensis virgo, uti fertur; quae, ad Galliam sospitandam tunc temporis excitata, beatorum coelitum honores, orbe plaudente, nuperrime assecuta est. Quibus omnibus permoti, Rmus Dnus Fulbertus Petit, Archiepiscopus Bisuntinus, in qua dioecesi primum sanctae Coletae coenobium exstat, ac Rmus P. Dionysius Schüler, Minister generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, nacti occasionem primi labentis saeculi ab ipsius inclytae Virginis canonizatione, sanctissimo Domino nostro Pio Papae X supplicia vota porrexerunt, ut festum sanctae Coletae ad cunctas Galliae et Belgii regiones, atque ad earumdem gentium Colonias extendere dignaretur : quorum vota libentissime obsecundarunt fere omnes sacrorum Antistites Gallicae et Belgicae ditionis, praeeunte Emo et Rmo Dno Cardinali Petro Coullié, Archiepiscopo Lugdunensi, et Galliarum Primate : iis enim in locis, sive tantae Virginis nativitate, sive rebus mirifice gestis, sive pretiosa eius morte, vel ipsius reliquiarum custodia, Coletae nomen in benedictione est ac pari veneratione. Quare Rmus P. Franciscus Xaverius Hertzog, Societatis S. Sulpitii Procurator generalis, et Rmus P. Franciscus Paolini, Postulator generalis Ordinis Fratrum Minorum, huiusce causae

respectivi Postulatores, Officii proprii ac Missae de sancta Coleta exhibitum schema supremae sanctioni eiusdem sanctissimi Domini nostri humillime subiecerunt. Sanctitas porro Sua, eiusmodi precibus peramanter deferens, una cum litteris hac de re postulatoriis sacrorum Galliae et Belgii Antistitum, ab infrascripto Cardinali Sebastiano Martinelli sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatis, festum sanctae Coletae virginis, sub ritu duplici minori, in universis Galliae, Belgii et utriusque Coloniarum regionibus, die sexta Martii (vel, hac impedita, prima subsequenti die libera iuxta Rubricas) quotannis recolendum decrevit, cum suprascriptis Officio et Missa: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die £5 Augusti 1909.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

Philippus Can. Di Fava, *Substitutus.*

SACRA ROMANA ROTA

L

TANGANIHEN.

NULLITATIS MATRIMONII

(sub secreto)

Edita est in hac causa sententia definitiva, cuius pars dispositiva est sequentis tenoris :

Ad dubium, *an constet de nullitate matrimonii in casu;*

RR. PP. DD. Auditores de turno respondendum censuerunt : *constare de nullitate matrimonii.*

Die 15 Novembris 1909.

Michael Lega, *Decanus**

L. £g S. Gustavus Persiani, *Ponens.*

Guilelmus Sebastianeiii.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

IL
PARISIEN.

CREDITI

* *(sub secreto)*

Edita est in hac causa sententia definitiva, cuius pars dispositiva est sequentis tenoris:

Ad dubia : I. *An iudicium, anno 1890 factum, induat naturam laudi, quod ab arbitris seclusa appellatione emissum est.*

II. *An acta, sub die 12 Febr. 1892 et 16 Iulii 1895, relative ad praesentem controversiam, verae sententiae vel decreta vel decisiones vel actus episcopales exequibiles haberi debeant, quae in rem [iudicatam transierint, et executioni demandari debeant.*

Et quatenus affirmative ad I, vel ad II;

III. *An locus sit restitutioni injintegrum in casu.*

RR. PP. DD. Auditores de turno respondendum censuerunt :

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Provisum in superioribus.*

Et ideo partes litigantes. remitti ad iudices suos.

Die 19 Novembris 1909.

Guilelmus Sebastianeiii.
L. S. Seraphinus Many, *Ponens.*
Franciscus Heiner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

III.
ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII

(sub secreto)

Edita est in hac causa sententia definitiva, cuius pars dispositiva est sequentis tenoris :

Proposito dubio, *an constet de celebratione matrimonii in casu ; et posita celebratione matrimonii, an constet de eius nullitate ;*

RR. PP. DD. Auditores de turno responderunt:
Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Die 6 Decembris 1909.

Gustavus Persiani, *Ponens.*
Seraphinus Many.
Franciscus Heiner.
L. S. Ioannes Prior.
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

L

AD R. P. BENIGNUM G ANNON, MODERATOREM PROVINCIALEM FRATRUM MINORUM IN HIBERNIA, DE NOVIS AEDIBUS ET SCHOLIS IN CORCAGIENSI URBE ACQUISITIS.

Admodum Rev. Pater,

Beatissimi Patris nomine et mandato, hoc tibi libenter significare propero, Sanctitati Suae pergratum nuncium obvenisse, quod aedes et scholae ab istis Fratribus Minoribus acquisitae pro iuvenibus Ordinem professis et pro alumnis catholicis excipiendis, proximo mense octobri solemniter aperientur. Summus autem Pontifex, dum vota promit, ut maximi optimique fructus ex iisdem scholis colligantur, hunc in finem tibi, confratribus, praeceptoribus et alumnis omnibus petitam apostolicam benedictionem peramanter impertitur.

Magna cum existimatione sum et permaneo tibi

Romae, 17 Septembris 1909.

addictissimus

L. ffi S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. P. D. ALFONSUM M. MISTRÄNGELO, ARCHIEPISCOPUM FLORENTINUM, DE IV CONGRESSU CATHOLICO NATIONALI IN ITALIA, VULGO " SETTIMANA SOCIALE " FLORENTIAE HABENDO.

Illmo e Rmo Signore,

Il S. Padre ha appreso con vivo compiacimento l'imminente riunione in Firenze del IV Congresso cattolico nazionale di studi e di attività sociali, compiacimento reso ancor più intenso dalla notizia dell' importante programma che in esso si intende di svolgere. I temi infatti principali e di maggiore interesse, che verranno trattati nelle lezioni o conferenze di questo Congresso, si aggirano particolarmente sul dovere che incombe ai cattolici di provvedere, nell'unità della Chiesa, a scongiurare i pericoli ai quali oggi trovansi esposte fra noi la fede, la morale e la coltura cristiana del paese.

I risultati, del resto, altamente soddisfacenti delle altre tre *Settimane sociali* che la precedettero, sono, agli occhi dell'augusto Pontefice, arra e promessa sicura che anche questa che sta per aprirsi, e per la frequenza degli aderenti e sopratutto per la trattazione dei temi proposti, in piena conformità cogli insegnamenti della Chiesa, potrà riuscire grandemente profìcua all'incremento degli studi sociali fra i giovani cattolici, e contribuirà efficacemente allo sviluppo e al progresso dell' azione cattolica in questo difficile campo che, palmo a palmo, essa deve conquistare ai nemici della fede e della morale cristiana.

Di questo felice risultato è guarentigia e pegno sicuro il promesso intervento e la presenza alle imminenti riunioni di uomini egregi, ben noti per la loro dottrina, e per la rettitudine dei loro principi, tra i quali meritevole di speciale menzione si è l'insigne maestro della sociologia cristiana e dell'azione sociale cattolica in Italia, l'egregio professore Giuseppe Tomolo, nel quale pari al sapere è la vivezza del sentimento cristiano e la devozione alla Chiesa, e l'intervento del quale costituisce da per se stesso [un elemento e un coefficiente prezioso per la trattazione di così importanti discipline, e per il migliore indirizzo delle medesime al bene inseparabile della Chiesa e della società.

Di questi sentimenti e di questa fiducia il Santo Padre mi ha dato gradito incarico di rendermi interprete presso la Signoria Vostra Ulm a e Rma, perchè si compiaccia di portarli a conoscenza di quanti prenderanno parte alla *[Settimana sociale*, e saranno ad essi di incoraggiamento e di sprone ad attendere con maggiore impegno ai lavori della medesima, ed

a renderne vieppiù completo e consolante il successo, a lieto auspicio del quale, e come pegno dei celesti favori, a quanti parteciperanno al Congresso il S. Padre imparte di gran cuore l'apostolica benedizione.

Neil'adempiere questo onorifico ufficio, colgo con piacere l'occasione per raffermarmi con sensi di ben sincera stima

di V. S. Tilma e Rma

Roma, 25 Settembre 1909.

Servitor vero

R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD R. P. D. IOSEPHUM M. SALVADOR Y BARRERA, EPISCOPUM MATRITENSEM ET COMPLUTENSEM, PERACTA PRIMA DIOECESANA SYNODO.

Excelentísimo Monseñor:

El Santo Padre ha recibido su atenta carta del 10 del pasado Octubre con el hermoso volumen del *Primer Synodo diocesano de Madrid,* y me ha dado el para mi muy grato encargo de manifestar á V. E. el testimonio de su especial gratitud, y el de felicitarle por el inmenso trabajo llevado á cabo con el mencionado Synodo en bien del clero y fieles todos de esa importante diócesis. Su Santitad, que mira con particular interés los trabajos pastorales de V. E. en la capital de España, me ha dado encargo de aprovechar esta ocasión para significarle la complacencia con que mira sus obras de celo por la gloria de Dios y trasmitirle á V. E. á todo su clero y. fieles la Bendición Apostólica.

Aprovecho tan buena ocasión para manifestarle también mi particular gratitud por el Synodo que me ha dedicado y para repetirme de V. E.

Roma, 9 de Noviembre de 1909.

affmo en el Señor.

L. £8 S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD R. P. D. IOANNEM AUGUSTINUM GERMAIN, ARCHIEPISCOPUM TOLOSANUM, IN XXV EPISCOPALI IUBILAEO SUMMI PONTIFICIS.

Il a été particulièrement agréable au Saint Père de recevoir les hommages et les vœux que votre Grandeur, à l'occasion du Jubilé episcopal de Sa Sainteté, Lui a offert en son nom personnel, et au nom de ses vénérés collègues les Archevêques d'Albi et d'Auch, et les Evêques de

Tarbes, de Carcassonne, d'Aire, de Cahors, de Rodez, de Périgueux, d'Agen, de Mende, de Pamiers, de Tulle et de Montauban, protecteurs de l'Institut catholique de la région du Sud-Ouest. Sa Sainteté éprouve une réelle consolation et se réjouit de la nouvelle assurance que Lui donne Votre Grandeur, en qualité de chancelier de l'Institut, du zèle avec lequel vous-même et vos vénérés collègues veillez à la pureté et à l'intégrité doctrinales de l'enseignement supérieur. Ce sera toujours le moyen d'attirer les bénédictions divines et de rendre l'influence de l'Institut utile et féconde pour le bien. En vous exprimant ses affectueux remerciments, le Saint Père vous accorde de tout cœur, à vous-même et à vos vénérés collègues, à l'Institut catholique ainsi qu'aux prêtres et aux fidèles de vos diocèses la bénédiction apostolique. Je profite de cette occasion pour vous exprimer, Monseigneur, mes sentiments dévoués en N. S.

23 Novembre 1909.

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

NOMINE

Il S. Padre, con decreto concistoriale da spedirsi per Bolla, si *è:* degnato di nominare:

29 Novembre 1909. — Mons. Ismaele Puirredon, già Vescovo di Puno, a Vescovo titolare di Madaura.

30 Novembre. — Mons. Ludovico Dubois, Vescovo di Verdun, ad Arcivescovo di Bourges.

4 Dicembre 1909. — Mons. Giuseppe Cecchini, Vescovo titolare di Alicarnasso e Prelato Ordinario di Altamura e Acquaviva delle Fonti, ad Arcivescovo di Taranto.

18 Dicembre. — Il Rev. P. Francesco Fallón, Provinciale degli Oblati di Maria Immacolata nell'America Settentrionale, a Vescovo di London nel Canada ;

— Il Rev. D. Giacomo O'Reilly, rettore di S. Antonio in Minneapolis dell' archidiocesi di S. Paolo nel Minnesota, a Vescovo di Fargo negli Stati Uniti d'America.

— 11 Rev. D. Tommaso Gilmartin, vicepresidente del Collegio nazionale di Maynowlh nel!'archidiocesi di Tuam, a Vescovo di Clonfert nell'Irlanda.

AVVISO DI CONCORSO

Coloro che volessero concorrere ad un officio nella S. Congregazione Concistoriale, sono invitati, entro un mese dalla data del presente, di esibire alla Segreteria la loro domanda corredata dei titoli necessari, in conformità del Regolamento, *parte I, cap. II.*

Roma, li 13 Dicembre 1909.

L. ✠ S. Scipione Tecchi, *Assessore.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE GENERALE

23 Novembre 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano, dinanzi l'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione generale dei sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati officiali, i Consultori e Teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio circa le virtù in grado eroico, nella causa di beatificazione e canonizzazione della ven. Florida Cevoli, monaca professa nel monastero delle Cappuccine di Città di Castello.

CONGREGAZIONE ORDINARIA

7 Dicembre 1909. — Nel palazzo apostolico vaticano si è tenuta la Congregazione ordinaria dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie : 1. ripresa della causa di canonizzazione del beato Bonaventura da Barcellona, laico professo dei Frati Minori, fondatore del ritiro di S. Bonaventura in Roma; 2. introduzione della causa di beatificazione e canonizzazione della serva di Dio Filippina Duchesne, religiosa del S. Cuore di Gesù; 3. intorno alla concessione ed approvazione dell' officio e messa in onore della B. Vergine Maria sotto il titolo *Causa nostrae laetitiae,* per la diocesi di Soissons; 4. intorno alla concessione ed approvazione della messa ed officio proprio nella festa dei beati Stefano Teodoro Cuénot, Vescovo di Metellopoli, Giovanni Pietro Néel, Pietro Francesco Néron, Teofane Vénard e compagni, martiri nella Cocincina, nel Tonchino e nella Cina; 5. intorno alla revisione degli scritti dei servi di Dio Mattia Murumba e compagni, bruciati, come si asserisce, in odio alla fede dagl'idolatri nell'Ouganda; 6. parimenti intorno agli scritti del servo di Dio Benvenuto Bambozzi, sacerdote professo dei Minori Conventuali ; 7. e finalmente intorno agli scritti del servo di Dio Vito di Netta, sacerdote professo della congregazione del SSmo Redentore.

SAGRA ROMANA ROTA

CITATIO EDICTALIS *

S. CHRISTOPHORI DE HABANA - NULLITATIS MATRIMONII

Romae, die 26 Novembris 1909.

Cum ad dominam Catharinam Laza, partem conventam in hac causa, mandatum citationis, mediante Curia episcopali de Habana, nec non archiepiscopali Curia Parisiensi, ab hoc sacro Tribunali missum fuerit, a relatione vero utriusque Curiae constet, mulierem praedictam domicilium in civitate Habana (Via Compostellae, n.° 131.) non amplius servare, et locum commorationis Lutetiae Parisiorum reliquisse, neque pateat ubi nunc commoretur, idcirco eandem dominam Catharinam Laza per praesens edictum citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede tribunalis S. R. Rotae, die 10 Februarii an. 1910, hora undecima, ad videndum subscribi infrascriptum dubium, nec non destinari diem, in qua habebitur turnus rotalis pro tractatione causae.

Dubium : *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ordinarii locorum et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco dominae conventae, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione moneatur.

L. S. Ioannes Prior, *Ponens.*

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

* *CITATION PAR EDIT*

Rome, 26 Novembre 1909.

Une citation ayant été adressée, par le tribunal de la Rote, à la dame Catherine Laza, défenderesse en la présente cause, par l'intermédiaire de la Curie episcopale de la Havane, et de la Curie archiepiscopale de Paris, il resulte de la relation des deux Curies, que la dite dame n'a plus son domicile à la Havane (Rué de Compostelle, n. 131), et qu'elle a quitte sa residence de Paris ; comme done on ignore le lieu de sa residence actueile, Nous citons, par le présent édit, la mème dame Catherine Laza à comparaìtre par propre personne ou par un procureur légitimement consti tue au siège du tribunal de la S. Rote Romaine, le 10 février 1910, à 11 heures du matin, pour voir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote.

Doute : ***Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent.***

Les Ordinaires des lieux et les fideles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la residence de la dite défenderesse, doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

L. $ S . Ioannes Prior, ***Ponens.***

Sac. Tancredes Tani, ***Notarius.***

AVVISO DI ESAME

Il giorno 8 Gennaio p. v. 1910, nella Cancelleria del tribunale della sacra Romana Rota avrà luogo l'esame per quelli che, avendo compiuto il prescritto tirocinio, aspirano al titolo di Procuratore ed Avvocato a norma del tit. III della *Lex propria S. R. Rotae.*

Dalla Cancelleria del Tribunale, li 13 Dicembre 1909.

L. *y&* S. M. Lega, *Decano.*

AVVISO DI CONCORSO

Avute le debite autorizzazioni, a norma del Cap. II *de provisione officiorum* nella Costit. *Sapienti consilio,* colla presente notificazione si pubblica il concorso ad un posto di Scrittore presso la sacra Romana Rota.

L'esame scritto da farsi in lingua latina verserà circa la *costituzione della Curia romana e delle Curie diocesane, e le loro mutue relazioni; nonché le regole procedurali dei giudizi ecclesiastici.*

L'esame avrà luogo il giorno 12 Gennaio p. v. 1910, e quanti desiderano concorrere dovranno esibire nella Cancelleria del Tribunale la domanda e i titoli per l'ammissione.

Dalla Cancelleria del Tribunale, li 13 Dicembre 1909.

L. S. M. Lega, *Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Sua Santità, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare :

6 Novembre 1909. — Sua Eñiza Rma il Signor Cardinale Francesco di Paola Cassetta a Protettore dell'Ordine dei Minimi.

29 Novembre. — Mons. Francesco Cherubini a Sotto-segretario della sacra Congregazione dei Religiosi.

Il S. Padre, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve, si è degnato di nominare:

Vescovi Assistenti al Soglio :

30 Ottobre 1909. — Mons. Uberto Voss, Vescovo id Osnabrück.

20 Novembre 1909. — Mons. Filippo Francesco Nakic, Vescovo di Spalato e Macarsca.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

6 *Novembre 1909.* — Mons. Emanuele M. Vidal y Bullón, arcidiacono della cattedrale e Vicario capitolare di Osma.

11 Novembre. — Mons. Giuseppe de Oliveira Lopes, Canonico della cattedrale e rettore del seminario di Olirida.

Prelati domestici:

29 Ottobre 1909. — Il Rev. D. Maurizio M. Hasset, parroco della cattedrale di Harrisbourg ;

— Il Rev. D. Tommaso Giuseppe Shahan, rettore dell'Università cattolica di Washington.

22 Novembre 1909. — Il Rev. D. Edoardo Ferreira, Segretario di Mons. Vescovo di Cordoba (Argentina).

25 Novembre 1909. — Sua Santità, [conformemente al desiderio espresso dalle signore delegate regionali dell' Unione, ha designato a presiederne il Consiglio direttivo la signora Donna Cristina dei Principi Giustiniani-Bandini.

ONORIFICENZE

Sua Santità, con biglietto della Segreteria di Stato e con Breve, si è degnata conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe civile:

29 Ottobre 1909. — Al Sig. Narciso Hamel, presidente generale dell'Opera di S. Vincenzo de' Paoli, in Quebec.

8 *Novembre 1909.* — Al Sig. Teodoro Henner, professore di storia ali* Università di Würzburg ;

— Al Sig. Bernardo Brand, consigliere giuridico del Magistrato di Würzburg.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro:

10 Novembre 1909. — AI Sig. Marco Musa Nassar, ingegnere architetto in Betlemme.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio magno, classe civile :

26 Ottobre 1909. — Al Sig. Giovanni Battista Facon, della -diocesi di Reims.

5 Novembre 1909. — Al Sig. Valentino Brifaut, avvocato alla Corte d'appello in Bruxelles.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro :

8 *Novembre 1909.* — Al Sig. Guido Gröger, architetto, di Vienna.

12 Novembre. — Al Sig. Prof. Guido Meroni, direttore del giornale diocesano *L'azione cattolica* di Reggio Emilia.

17 Novembre. — Al Sig. Giuseppe Rosales y Gutiérrez de Bustillo, delle Isole Filippine.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare :

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario:

10 Novembre 1909. — Il Sig. Visconte de Porquier de Lagarrigue Maria Giuseppe Daniele, della diocesi di Agen.

Cameriere d'onore in abito paonazzo:

27 Ottobre 1909. — Mons. Felice Bevilacqua.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario:

10 Novembre 1909. — Il Sig. Cav. Giuseppe Barluzzi, ufficiale della Segreteria di Stato di Sua Santità.

NECROLOGIO

15 Novembre 1909. — Mons. Francesco Mac Cormack, Vescovo di Galway e Kilmacduagh.

28 Novembre. — Mons. Emanuele Schoebel, Vescovo di Leitmeritz.

29 Novembre. — Mons. Tommaso Agostino Hendrik, Vescovo di Cebù.

2 Dicembre 1909. — Mons. Pietro Zamburlini, Arcivescovo di Udine.

6 Dicembre — Mons. Fulberto Petit, Arcivescovo di Besancon.

I.

INDEX GENERALIS RERUM

ACTA PII PP. X.

SACRAE CONGREGATIONES.

TRIBUNALIA.

OFFICIA.

•4

I

II.

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

ANNO MENSE DIE

I. — ACTA PII PP. X.

I. - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE.

II. - LITTERAE APOSTOLICAE.

ANNO	MENSE	DIE	
1908	Dec.	*n*	PAPIEN VIGLEVANEN. Reductionis oneris. Reductio oneris ob reditus publici imminutionem . . . . . .
1909	Febr.	*m*	BARCINONEN. Iubilationis. Conceditur privilegium iubilationis decano pro tempore collegii SS. Iusti et Pastoris post continuum et laudabile servitium XL annorum . . . .
»	»	»	VICARIATUS AFRICAE MERIDIONALIS. Praecedentiae. In conventu Vicariorum Apostolicorum Africae Meridionalis praecedentia spectat ad antiquiorem in munere Vicarii . . . .
»	Apr.	3	THELESINA seu CERRETANA. Expensarum cultus. Quoad cultus expensas in cathedrali ecclesia Cerretana. .
»	»	»	HIEROSOLYMITANA et aliarum. De suppressione dierum festorum, abstinentiae et ieiunii . . . .
»	Maii		PAMPILONEN. De parte legati, pro rata incolarum, tribuenda ecclesiae filiali e duabus matricibus dismembratae . . . .
»	»	»	Ru REMO N DEN. Irregularitatis. Conceditur dispensatio sacerdoti, ob brachii d exteri amputationem irregular].
»	»	»	NULLIUS CLUNIEN. Missarum pro populo. De applicacatione Missae pro populo quoad clerum castrensem in Hispania . . . .
»	iulii	3	BUSCODUCEN. Dubiorum. Circa ieiunium servandum pridie consecrationis ecclesiae . . . .
»		»	PLATIEN. Taxarum. Circa attestationes parochiales in America concessas fidelibus dioecesis Platiensis. .
»	»	»	TROPIEN, iurium et Praeeminentiarum. De iure matricitatis ecclesiae S. Mariae Maioris, de iure praecedentiae parochorum eiusdem ecclesiae in ss. functionibus, ac de funeribus . . . .
»	Sept.	7	Decretum. De clericis in Americam et Insulas Philippinas profecturis . . . .
»	Iunii	9	Circa abstinentiam a carnibus in pervigilio Annuntiationis B. M. V. occurrente in feriam ***V*** in Coena Domini . . . .
»	Aug.	7	MALACITANA. Concursus ad praebendam doctoralem. Confirmatur electio ad praebendam doctoralem favore sacerdotis extra Hispaniam doctoris gradu insigniti . . . .
»	»	7	BELLOVACEN. Legatorum piorum. De onere certiorandi Episcopum de legatis ad pias causas . . . . .

Appendix.

Decreta inedita** S. **Congregationis Rituum ab anno 1900.

ANNO MENSE DIE

INDEX ANALYTICUS RERUM NOTABILIUM

B

C.

I).

G.

I.

J.

K.

N.

O.

P.

T.

U.

V.

W.

«i.

T

IV.

INDEX PERSONARUM

B.

D.

G.

H.

I.

S. „

W.

X.

Z.

PRIMUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « *Acta Apostolicae Sedis*

ABSOLVITUR DIE 81 DEC. 1909. - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS.